# EVSTACHII RVDII VTINENSIS.

*In Florentiſſimo Gymnaſio Patauino Medicina Practica in Primo loco Profeſſoris Ordinarij celeberrimi, viriq; in artis operibus verſatiſſimi.*

# ARS MEDICA.

Seu de omnibus humani corporis affectibus, ſiue internas eius, ſiue externas partes, ſiue etiam totum corpus obſideant, medendis

## LIBRI QVATVOR.

*Ipſam etiam* THEORICAM *partem vulgo dictam totam, et* PRACTICAM *ſinu ſuo complectentes, et non ſolum Therapeuticen, ſeu Curatricem; verum quoq; Prophylacticen, aut Conſeruatricem, & tam Chirurgicen, quam Phyſicen appellatam, cum Veteribus Græcis, et Arabibus, tum Recentioribus noſtræ ætatis doctiſſimis, et expertiſſimis Medicis vſitatam, exactiſſimo ordine diſpoſitam, ſingulari cum facilitate, fuſè pariter, ac methodicè docentes, & explicantes.*

## LIBER PRIMVS,

In quo de Capitis, Ceruicis, Thoraciſque vitijs diſſeritur, Auctoris ipſiuſmet ſtudio affabrè denuò limatus, & politus, plurimiſque in locis auctus.

AD ILLVSTR[MVM]. ET EXCELLENT[MVM]. SENATOREM

FRANCISCVM MOLINVM,

EQVITEM, DIVI MARCI PROCVRATOREM,

& Patauinæ Academiæ Moderatorem.

*CVM PRIVILEGIIS.*




VENETIIS, Apud Io. Antonium & Iacobum de Franciſcis. MDCVIII.

Digitized by Google

# ILLVSTRISSIMO,
## ET EXCELLENTISSIMO
### SENATORI
# FRANCISCO MOLINO
## EQVITI ET D. MARCI
Procuratori Ampliſſimo.

*PATAVINIQVE GYMNASII MODERATORI.*

## Euſtachius Rudius Fœlicitatem.

*OPVS illud Medicinale, quod Sereniſſimo Senatui Veneto olim conſecraui, à Typographi erratis diligenter expurgatum, excultum, ac multis præceptis, theorematibus, & Galeni auctoritatibus inſignitum, tibi nunc vt dicarem (Senator Ampliſſime) & dignitas decusq; tuum ſuadet, & officium erga te meum maximè compellit. Tuæ porrò dignitatis inſignia non eſt quòd recenſeam, ne fortè breue Epiſtolium cogitans, virtutum tuarum hiſtoriam coactè conficiam. Illud ſufficiat, te breui temporis tractu eminentiſſimos gradus, & honores percurriſſe, te vniuerſa munera, quæ ad Rempublicam ſpectant, honeſtiſſimè geſſiſſe: te in legationibus ad ſublimiores mundi Principes eum ſplendorem, ac eam gloriam eſſe conſecutum, vt in te vnum potiſſimum oculi omnium videantur conuerſi, ac in te ipſo, tanquàm in vno, & illo præſtantiſſimo Veneti Senatus Epilogo, prudentiſſimi, ac perfectiſſimi Senatoris dotes, gradus, & honores miro ſplendore effulgeant. Eum enim te ſemper præbuiſti opere factiſq; Philoſophum, quem ſtudijs & congreſſibus Philoſophicis ab ineunte ætate eſſe oportere didiciſti. Quocirca, & omnes dignitates tuæ in hac*

† 2 *inclyta*

*inclyta Patria, vna excepta, tuis tamen meritis valde congrua, & quæ te iam expectat, ſimiliter es conſequutus. Hæ tuæ virtutes, hæc ornamenta, non minus ac meum erga te ſtudium, me impulerunt, vt opus iſtud tibi ipſi, qualecunque illud ſit, dicandum conſtituerim. Tu illud inſita illa animi tui ſumma æquitate, ac ſolita benignitate accipito, puſillum quidem, ac perexiguum munus, magna tamen meæ in te obſeruantiæ, ac hæreditarij, quo tibi obſtrictus ſum, & vehementer ad te colendum, venerandumq́ rapior, vinculi, & neceſſitudinis pignus. Quod cum per vniuerſum fere terrarum orbem fuerit deportatum, & manibus hominum doctorum, nonnullis ab hinc annis, accuratè verſatum, & ab omnibus ferè Artis Medicæ profeſſoribus, animo ſereno exceptum, & approbatum; nunc vt denuo illud permultis annis Priuilegiorum ope à me compreſſum, typis mandarem, quamplurimæ preces; atque conſilia, me ad alia intentum tandem coegere. Vale, meque in eorum numero, qui tui ſunt ſtudioſores, tibiq́ magis ex animo fauſta omnia, fœlicia, proſperaq́ precantur, habere non dedigneris.*

# INDEX MATERIERVM,

## SEV CAPITVM,

Quæ hoc Libro comprehenduntur.


DE Capitis dolore. Cap. 1. pag. 2
De Phrenitide. Cap. 2. 20
De Melancholia. Cap. 3. 29
De Mania. cap. 4. 44
De Lethargo. cap. 5. 46
De Memoratiua, Imaginatiua, & Rationatiua functione imminuta, & ablata. cap. 6. 50
De Catoche. cap. 7. 53
De Caro. cap. 8. 56
De Epilepſia. cap. 9. 61
De Apoplexia. cap. 10. 65
De Somno præter naturam, & de Comate. cap. 11. 68
De Vigilijs præter naturam. cap. 12. 73
De Incubo. cap. 13. 75
De Vertigine. cap. 14. 76
De Catharro. cap. 15. 81
De Paralyſi. cap. 16. 89
De Stupore. cap. 17. 92
De Tremore. cap. 18. 92
De Conuulſione. cap. 19. 94
De Vitijs Oculorum, & primò de Ophthalmia. cap. 20. 97
De Vngue oculi. cap. 21. 101
De Epiphora, vel de Lachrymis, ſeu oculi deſtillatione. cap. 22. 102
De Rhyade, & Encanthide. cap. 23. 102
De Ægilope, & Fiſtula lachrymali. cap. 24. 103
De Affectibus Palpebrarum, & primò de Scabie, & Pruritu. cap. 25. 104
De Tumoribus palpebrarum. cap. 26. 105
De Inuerſione palpebrarum, & pilorum eius. caput 27. 105
De Conuulſione, & Paralyſi Oculorum. cap. 28. pag. 105
De Læſa Viſione. cap. 29. 106
De Aurium affectibus, & primò de ipſarum Dolore. cap. 30. 126
De Vermibus aurium. cap. 31. 129
De Læſo Auditu, & primò de ablato, & imminuto. cap. 32. 129
De Auditu deprauato. cap. 33. 132
De vitijs Narium, & læſione Olfactus, & primò de Fluxu Sanguinis narium. cap. 34. 134
De Sternutatione. cap. 35. 137
De læſo Olfactu. cap. 36. 138
De vitijs Linguæ, & Palati. cap. 37. 144
De læſo Linguæ Motu, & læſione Loquelæ. caput 38. 147
De vitijs Dentium. cap. 39. 149
De affectibus Tonſillarum. cap. 40. 154
De vitijs Columellæ. cap. 41. 155
De Angina. cap. 42. 156
De læſione Vocis. cap. 43. 160
De vitijs Thoracis, & primò de affectibus Mammillarum. cap. 44. 164
De Pleuritide. cap. 45. 167
De Empyemate. cap. 46. 175
De vitijs Pulmonis, & primò de Tuſſi. cap. 47. pag. 178
De Peripneumonia. cap. 48. 181
De læſa Reſpiratione. cap. 49. 183
De Sanguinis ſputo. cap. 50. 193
De Phthiſi. cap. 51. 199
De vitijs Diaphragmatis. cap. 52. 202
De Virtutibus Cordis. cap. 53. 203
De Palpitatione Cordis. cap. 54. 218
Quænam indicationes, & præſidia in prauo motu cordis hauriantur. cap. 55. 229
De Syncope. cap. 56. 236


AD

# AD MEDICINAE STVDIOSOS AVCTORIS PRAEFATIO.

ARS quidem Medica ita eſt per ſe iampridem illuſtris, ac doctiſſimorum ſapientiſſimorumque hominum, veritatis denique ipſius teſtimonio comprobata, vt aliorum præterea laudatione, non ſecus, ac fuco mulier vnius naturæ beneficio formoſa, non magnopere indigere videatur, atque de illa ſic ſtatuendum iudicemus, vt de Hercule Græcos ſapientes feciſſe legimus, cuius laudes, à docto quodam viro non inſulſe conſcriptas, recitari tamen vetuerunt, cum dicerent mortalium neminem reperiri, qui eum vel leuiter vituperaret, ac non contra ſumme commendaret. Hæc eſt igitur præcipua Medicinæ laus, quòd cum nullo laudis genere indigeat, per ſe quidem ipſa apud omnes homines abunde commendata eſt. Sed, vt operis, quod vobis in præſentia dicatum affero, vtilitas magis, ac latius pateſiat, ſi rem omnem paucis expoſuero, operæprecium me facturum eſſe duxi. Nam ſi artes, ac ſcientiæ ab explorata certitudine ſubiectique præſtantia nobilitatem quæque ſuam conſequi ſolent, hæc quidem in certiſſima, & nobiliſſima Philoſophiæ parte, quæ eſt ipſa naturæ conſideratio, ac contemplatio, verſatur. ad cuius agnitionem peruenire qui cupit, eum neceſſe eſt omnibus prope humanis diſciplinis liberaliter inſtructum eſſe. Materia autem ei ſubiecta humanum corpus eſt, aliorum quidem omnium corporum præſtantiſſimum, ac ſi finis res ad ipſum directas nobilitare poteſt, neminem profectò fugit, habere eam pro fine rem omnium chariſſimam maximeque optabilem, bonam inquam valetudinem. Recte igitur Galenus, qui dixit eam eſſe rerum ſalubrium, inſalubrium, & neutrarum, ſiue ſint corpora, ſiue cauſæ, ſiue ſigna, ſcientiam: idque non alia (vt inter Arabes eminentiſſimus Auicenna aſſeruit) quàm præſentis valetudinis tuendæ, aut amiſſæ recuperandæ cauſa. Si permultas res ſola commendat antiquitas, hanc artem primam omnium reperit neceſſitas. Si ſcientiam Authores illuſtrant, huius inuentio ſemper Dijs attributa eſt. Si quid authoritatis addit honos, non alia tam paſſim, ac tam diu Diuinos honores meruit. Si magnifiunt, quæ ſummis viris probantur, hæc ſummos Reges, hæc Primates, non ſolum delectauit, verum etiam illuſtrauit. Si dignitate rem æſtimamus, quid excellentius, quàm ad Dei benignitatem proximè accedere? Si facultate, quid potentius, aut efficacius, quàm totum hominem certo exitio periturum ſibi poſſe reſtituere? (Si enim impium hominem, vel apoplexia, vel phrenitis, vel alia quædam præſentanea peſtis ſubito corripiat, quæ vitam prius adimat, quàm de caſtiganda vita cogitare valeat, hunc ſi Medicus reſtituat, eius, alioquin infœliciter in ſuis ſceleribus ſepeliendi quodammodo tum corpus, tum animum ab inferis reuocat.) Si neceſſitate, quid æquè neceſſarium, atque id, ſine quo nec viuere, nec naſci licet? Si virtute, quid honeſtius, quàm ſeruare genus humanum? Si vtilitate, nullius vſus neque maior eſt, neque latius patet. Si compendio, aut hæc in primis frugifera ſit oportet, aut ingratiſſimi mortales. Verum ex altera parte, ipſa quidem ab omnibus veteribus Medicis (de dogmaticis loquor) habita fuit cum difficilis, quippe quæ ex tot diſciplinis, totque rerum inueſtigatione, & vſu conſtet; tum longa, ſi ad inuentionem, & perfectionem, ad vſum, & exercitationem, ad doctrinam denique, maximumque theorematum, & diſtinctionum, numerum ſpectes. Verum, ſi ab antiquis eiuſmodi eſt

habita

habita, equidem ſic exiſtimo, cum multorum recentiorum Medicorum, tum vitę etiam noſtrę iam breuioris, quam antea, culpa factum eſſe, vt hęc ars & longiſſima, & difficillima appellari poſſit. Quare ſi diuinus ille Hippocrates hac noſtra ętate ſuos ſcriberet Aphoriſmos, profectò non aliud initium ijs adderet, quàm vita breuiſſima, ars vero lòngiſſima: idque potiſſimum ea de cauſa, quòd cum veteres, atque in primis Hippocrates, & Galenus breuitatem in ſcribendo, & puritatem, & ordinem ſecuti ſint, recentiores plerique partim prolixa nimis, partim obſcura, ac terminis parum vſitatis admiſta, partim inordinata oratione vſi ſunt: alios vero non paucorum morborum natura cum fugeret, ij quidem imperitia ſua omnia peruerterunt, ac corruperunt. Quòd perſępè cogitanti mihi, tantamque calamitatem ægerrimè ferenti, cupiditas quædam incredibilis inceſſit experiundi ingenij mei, an poſſem vniuerſam hanc artem vno Volumine complecti, vt neque breuitas in ea valde deſideraretur, neque obſcuritas grauius accuſaretur. Hoc vero vt aſſequerer, nulla mihi potior viſa eſt ratio, quàm ſi ad veteres illos, de quibus ſuperius dixi, Auctores me conferrem, præſertim vero ad maxime admirabilem, & omnium principem Galenum, qui cum Platonicæ, & Ariſtotelicæ Philoſophiæ, omniumque ſcientiarum, ac diſciplinarum, quæ humano ingenio percipi poſſunt, ſiue ad naturæ indagationem, ſiue ad earum rerum contemplationem, quæ natura ipſa ſuperiores ſunt, ſiue ad earum, quas profitentur ij, qui Mathematici vocantur, cognitionem, ſiue quæ de moribus, aut de rebus publicis agunt, pertinere videantur, peritiſſimus eſſet, vnus omnium, qui in hoc argumento verſati ſunt, ab hac arte perfectionem ſuam abeſſe haud ita facile paſſus eſt: ſed quia infinito librorum numero hanc artem complexus eſt, neque ſemper eum ordinem ſeruauit, qui memoria, quæ labare plerunque conſueuit, cuſtodiri poſſit: Ego propterea multorum annorum ſpatio vniuerſam, quæ de re Medica agit, artem ea breuitate orationis pariter, ac perſpicuitate, qua potui maxima, conſcripſi, eum ordinem ſecutus, qui memoriæ lumen afferre poſſit, ætate præſertim ingraueſcente, cum peracri ea pollet iudicio. Quare huic arti eam opem tuliſſe me puto, vt ſingula eius theoremata ad proprios affectus reuocans, in memoriam cuiuis redigere poſſim minimo temporis momento omnia præcepta, quæ ad morbi præſentis agnitionem, curationemque ſpectare ſolent. Atque (vt vno verbo complectar) Hippocratis breuitatem, Galeni puritatem, Auicennæ ordinem ſecutus ſum, quem tamen à Galeno quoque ſeruatum eſſe animaduerti. nam & ſi de vſu partium humani corporis, & de morbis, ac ſymptomatis, eorumque cauſis, & curatione loquens, varios ordines, omnes quidem per ſe pulcherrimos, atque argumento ipſi maxime conſentaneos quæſiuit, ac interdum initium fecit à rebus notioribus, alias à ſimplicioribus, nonnunquam à nobilioribus, aliquando à ſimplicioribus pariter, ac facilioribus; tamen cum voluit nos breuiter, ac dilucide docere, quomodo partes vitiatæ cognoſci omnes, diligenterque curari poſſint; non alium ordinem adhibere, aut præſtantiorem excogitare potuit, quàm loca ipſa male affecta, partiumque humani corporis conſtitutionem, atque compagem. Vnde à partibus ſublimioribus orſus ad inferiores deinceps paulatim ſe demiſit. Cum hoc ordine ſemper eam coniunxi doctrinam, quæ à rebus notioribus, ac facilioribus proficiſcitur. Neque alia methodo præſtantiori, aut docendi ratione meliori vtendum cenſui, quàm doctrina definitiua, quippe qua Galenus ipſe vſus eſt, vt medicinam omnem per ſe quidem longiſſimam in pauciſſimas paginas redigeret. Sententias quidem fere omnes, ac theoremata à Galeno ſumpſi, qui ab Hippocrate, quæ dicta erant, omnia, & facilius explanauit, & apertius illuſtrauit. Sed neque Auicenna, cæterique Arabes, neque Græci, aut Latini quicquam litteris, memoriæque mandarunt, quod non in Galeni ſcriptis reperias, aut ex ijs non facile quiuis in hac arte verſatus haurire poſſit. In ſcribendo autem ita ſtylum moderatus ſum, vt perſpicuitatem adamarim, quantumque in me fuit, comprehenſionem, longaſque periodos, aliaque dicendi genera, quæ lucem eripere orationi, tenebraſque offundere poſſe viderentur, effugerim. Eos enim qui in ſcribendo obſcuritatem affectant, Galenus in Hippocratis explanatione, his verbis reprehendit. Cæterum, inquit, non ſat ſcio, quo nunc pacto homines, vt in alijs pleriſque manifeſte peccant, ſic & in eo, quod gaudeant ijs, quæ obſcure dicuntur: cum tamen vno fere ore omnes perſpicuitatem eſſe orationis virtutem, obſcuritatem vero vitium, enuncient. Et ob id in verborum delectu habendo ab ijs nominibus, & vocabulis diſcedere ne tantulum quidem volui, quæ in Galeni, aliorumque veterum eruditorum libris latinitate donatis vſitata, & longa multorum annorum conſuetudine recepta fuiſſe comperi: eaque vna lingua contentus fui, quæ ab ijs originem traxit, penes quos totius terrarum orbis imperium fuit, ac propterea

*Galen. 4. de rat. uic. cōm. 18. in fine.*

etiam

# AD MEDICINAE STVDIOSOS AVCTORIS PRAEFATIO.

ARS quidem Medica ita eſt per ſe iampridem illuſtris, ac doctiſſimorum ſapientiſſimorumque hominum, veritatis denique ipſius teſtimonio comprobata, vt aliorum præterea laudatione, non ſecus, ac fuco mulier vnius naturæ beneficio formoſa, non magnopere indigere videatur, atque de illa ſic ſtatuendum iudicemus, vt de Hercule Græcos ſapientes feciſſe legimus, cuius laudes, à docto quodam viro non inſulſe conſcriptas, recitari tamen vetuerunt, cum dicerent mortalium neminem reperiri, qui eum vel leuiter vituperaret, ac non contra ſummè commendaret. Hæc eſt igitur præcipua Medicinæ laus, quòd cum nullo laudis genere indigeat, per ſe quidem ipſa apud omnes homines abunde commendata eſt. Sed, vt operis, quod vobis in præſentia dicatum affero, vtilitas magis, ac latius pateſiat, ſi rem omnem paucis expoſuero, operæprecium me facturum eſſe duxi. Nam ſi artes, ac ſcientiæ ab explorata certitudine ſubiectique præſtantia nobilitatem quæque ſuam conſequi ſolent, hæc quidem in certiſſima, & nobiliſſima Philoſophiæ parte, quæ eſt ipſa naturæ conſideratio, ac contemplatio, verſatur. ad cuius agnitionem peruenire qui cupit; eum neceſſe eſt omnibus prope humanis diſciplinis liberaliter inſtructum eſſe. Materia autem ei ſubiecta humanum corpus eſt, aliorum quidem omnium corporum præſtantiſſimum, ac ſi finis res ad ipſum directas nobilitare poteſt, neminem profectò fugit, habere eam pro fine rem omnium chariſſimam maximeque optabilem, bonam inquam valetudinem. Recte igitur Galenus, qui dixit eam eſſe rerum ſalubrium, inſalubrium, & neutrarum, ſiue ſint corpora, ſiue cauſæ, ſiue ſigna, ſcientiam: idque non alia (vt inter Arabes eminentiſſimus Auicenna aſſeruit) quàm præſentis valetudinis tuendæ, aut amiſſæ recuperandæ cauſa. Si permultas res ſola commendat antiquitas, hanc artem primam omnium reperit neceſſitas. Si ſcientiam Authores illuſtrant, huius inuentio ſemper Dijs attributa eſt. Si quid authoritatis addit honos, non alia tam paſſim, ac tam diu Diuinos honores meruit. Si magnifiunt, quæ ſummis viris probantur, hæc ſummos Reges, hæc Primates, non ſolum delectauit, verum etiam illuſtrauit. Si dignitate rem æſtimamus, quid excellentius, quàm ad Dei benignitatem proximè accedere? Si facultate, quid potentius, aut efficacius, quàm totum hominem certo exitio periturum ſibi poſſe reſtituere? (Si enim impium hominem, vel apoplexia, vel phrenitis, vel alia quædam præſentanea peſtis ſubito corripiat, quæ vitam prius adimat, quam de caſtiganda vita cogitare valeat, hunc ſi Medicus reſtituat, eius, alioquin infeliciter in ſuis ſceleribus ſepeliendi quodammodo tum corpus, tum animum ab inferis reuocat.) Si neceſſitate, quid æquè neceſſarium, atque id, ſine quo nec viuere, nec naſci licet? Si virtute, quid honeſtius, quàm ſeruare genus humanum? Si vtilitate, nullius vſus neque maior eſt, neque latius patet. Si compendio, aut hæc in primis frugifera ſit oportet, aut ingratiſſimi mortales. Verum ex altera parte, ipſa quidem ab omnibus veteribus Medicis (de dogmaticis loquor) habita fuit cum difficilis, quippe quæ ex tot diſciplinis, totque rerum inueſtigatione, & vſu conſtet; tum longa, ſi ad inuentionem, & perfectionem, ad vſum, & exercitationem, ad doctrinam denique, maximumque theorematum, & diſtinctionum, numerum ſpectes. Verum, ſi ab antiquis eiuſmodi eſt

habita

habita, equidem ſic exiſtimo, cum multorum recentiorum Medicorum, tum vitę etiam noſtrę iam breuioris, quam antea, culpa factum eſſe, vt hęc ars & longiſſima, & difficillima appellari poſſit. Quare ſi diuinus ille Hippocrates hac noſtra ętate ſuos ſcriberet Aphoriſmos, profectò non aliud initium ijs adderet, quàm vita breuiſſima, ars vero lòngiſſima: idque potiſſimum ea de cauſa, quòd cum veteres, atque in primis Hippocrates, & Galenus breuitatem in ſcribendo, & puritatem, & ordinem ſecuti ſint, recentiores plerique partim prolixa nimis, partim obſcura, ac terminis parum vſitatis admiſta, partim inordinata oratione vſi ſunt: alios vero non paucorum morborum natura cum fugeret, ij quidem imperitia ſua omnia peruerterunt, ac corruperunt. Quòd perſępè cogitanti mihi, tantamque calamitatem ægerrimè ferenti, cupiditas quædam incredibilis inceſſit experiundi ingenij mei, an poſſem vniuerſam hanc artem vno Volumine complecti, vt neque breuitas in ea valde deſideraretur, neque obſcuritas grauius accuſaretur. Hoc vero vt aſſequerer, nulla mihi potior viſa eſt ratio, quàm ſi ad veteres illos, de quibus ſuperius dixi, Auctores me conferrem, præſertim vero ad maxime admirabilem, & omnium principem Galenum, qui cum Platonicæ, & Ariſtotelicæ Philoſophiæ, omniumque ſcientiarum, ac diſciplinarum, quę humano ingenio percipi poſſunt, ſiue ad naturæ indagationem, ſiue ad earum rerum contemplationem, quæ natura ipſa ſuperiores ſunt, ſiue ad earum, quas profitentur ij, qui Mathematici vocantur, cognitionem, ſiue quæ de moribus, aut de rebus publicis agunt, pertinere videantur, peritiſſimus eſſet, vnus omnium, qui in hoc argumento verſati ſunt, ab hac arte perfectionem ſuam abeſſe haud ita facile paſſus eſt: ſed quia infinito librorum numero hanc artem complexus eſt, neque ſemper eum ordinem ſeruauit, qui memoria, quæ labare plerunque conſueuit, cuſtodiri poſſit: Ego propterea multorum annorum ſpatio vniuerſam, quæ de re Medica agit, artem ea breuitate orationis pariter, ac perſpicuitate, qua potui maxima, conſcripſi, eum ordinem ſecutus, qui memoriæ lumen afferre poſſit, ætate præſertim ingraueſcente, cum peracri ea pollet iudicio. Quare huic arti eam opem tuliſſe me puto, vt ſingula eius theoremata ad proprios affectus reuocans, in memoriam cuiuis redigere poſſim minimo temporis momento omnia præcepra, quæ ad morbi præſentis agnitionem, curationemque ſpectare ſolent. Atque (vt vno verbo complectar) Hippocratis breuitatem, Galeni puritatem, Auicennæ ordinem ſecutus ſum, quem tamen à Galeno quoque ſeruatum eſſe animaduerti. nam & ſi de vſu partium humani corporis, & de morbis, ac ſymptomatis, eorumque cauſis, & curatione loquens, varios ordines, omnes quidem per ſe pulcherrimos, atque argumento ipſi maxime conſentaneos quæſiuit, ac interdum initium fecit à rebus notioribus, alias à ſimplicioribus, nonnunquam à nobilioribus, aliquando à ſimplicioribus pariter, ac facilioribus: tamen cum voluit nos breuiter, ac dilucide docere, quomodo partes vitiatæ cognoſci omnes, diligenterque curari poſſint; non alium ordinem adhibere, aut præſtantiorem excogitare potuit, quàm loca ipſa male affecta, partiumque humani corporis conſtitutionem, atque compagem. Vnde à partibus ſublimioribus orſus ad inferiores deinceps paulatim ſe demiſit. Cum hoc ordine ſemper eam coniunxi doctrinam, quæ à rebus notioribus, ac facilioribus proficiſcitur. Neque alia methodo præſtantiori, aut docendi ratione meliori vtendum cenſui, quàm doctrina definitiua, quippe qua Galenus ipſe vſus eſt, vt medicinam omnem per ſe quidem longiſſimam in pauciſſimas paginas redigeret. Sententias quidem fere omnes, ac theoremata à Galeno ſumpſi, qui ab Hippocrate, quæ dicta erant, omnia, & facilius explanauit, & apertius illuſtrauit. Sed neque Auicenna, cæterique Arabes, neque Græci, aut Latini quicquam litteris, memoriæque mandarunt, quod non in Galeni ſcriptis reperias, aut ex ijs non facile quiuis in hac arte verſatus haurire poſſit. In ſcribendo autem ita ſtylum moderatus ſum, vt perſpicuitatem adamarim, quantumque in me fuit, comprehenſionem, longaſque periodos, aliaque dicendi genera, quæ lucem eripere orationi, tenebraſque offundere poſſe viderentur, effugerim. Eos enim qui in ſcribendo obſcuritatem affectant, Galenus in Hippocratis explanatione, his verbis reprehendit. Cæterum, inquit, non ſat ſcio, quo nunc pacto homines, vt in alijs pleriſque manifeſte peccant, ſic & in eo, quod gaudeant ijs, quæ obſcure dicuntur: cum tamen vno fere ore omnes perſpicuitatem eſſe orationis virtutem, obſcuritatem vero vitium, enuncient. Et ob id in verborum delectu habendo ab ijs nominibus, & vocabulis diſcedere ne tantulum quidem volui, quæ in Galeni, aliorumque veterum eruditorum libris latinitate donatis vſitata, & longa multorum annorum conſuetudine recepta fuiſſe comperi: eaque vna lingua contentus fui, quæ ab ijs originem traxit, penes quos totius terrarum orbis imperium fuit, ac propterea

*Galen. 4. de rat. vic. com. 18. in fine.*

etiam

# EVSTACHII RVDII VTINENSIS IN PATAVINA ACADEMIA

Medicinæ Praxin ordinariam in primo loco profitentis.

## DE HVMANI CORPORIS AFFECTIBVS MEDENDIS.

## LIBER PRIMVS.

*In quo de capitis, ceruicis, thoraciſque vitijs diſſeritur.*

### De intentione, ordine, & diuiſione totius operis.

Intentio & ſcopus libri.

D*ECET, profectò, vt quidquid facimus ab admirabili, & ſancto nomine illius, qui à nullo factus, reliqua omnia ex nihilo fecit, exordiamur. Quare de ſingulis humani corporis affectibus tractaturi imprimis Ieſu Chriſti filij Dei viui, & ex Maria Virgine orti, nomen ſanctiſſimum inuocare æquum eſt, quippe qui, dum in terris cum hominibus conuerſatus eſt, omnes languores curauit, & in quo omnis gratiæ plenitudo, cunctique ſapientiæ theſauri reperiuntur.*

Ordo ſeruandus.

*Opus autem propoſitum ingredientes, quamuis doctrinæ ordo poſtulare videretur, vt primo de affectibus externis, tanquam notioribus nobis, eſſet agendum: nihilominus quoniam eorum plurimi ab internis cauſis, & vitijs gignuntur, atque fouentur, & nos qui præſertim morbos interiores profitemur, & pro ipſorum explicatione, & curatione plures annos publica ſtipendia meruimus, opus hoc ijs potiſſimum, qui circa phyſicas ſpeculationes verſantur, ſcribere aggredimur, primo loco de ijs, qui à ſenſibus remotiores, internique ſunt, loquemur. Horum autem illos primo declarabimus, qui, quoniam proprias quaſdam partes affligunt, particulares morbi paſſim nuncupantur, vt ijs, quæ facilius explicantur, ſemper inhærentes, non modo complures Græcos, præſtantiſſimum Auicennam, Meſuem, ac reliquos Arabes, necnon recentiores inſequamur, verum etiam Galenum, quem ducem in hoc opere perpetuum habere intendimus, quadantenus imitemur: is enim priuſquam febrium veluti morborum totius differentias explicaret, reliquorum affectuum ſpecies, qui partes determinatas corripiunt, in proxime præcedentibus libris exacte declarauit.*

Operis diuiſio.

*In duobus itaque primis libris de partium affectibus, in tertio de ijs, qui totum corpus obſident, in quarto de exterioribus ægritudinibus, in quinto de vitijs, quæ magis experientia, quàm methodo aliqua profligantur, pertractabimus.*

## *De capitis dolore.* *Cap. I.*

*Gal. lib. de re med. par. fac. cap. 1.*

*Gal. loc. cit. et 2 de cõp. med. loc. c. 1.*

*Gal lib. de differ ſymp. c. 3.*

*Ariſtot. 2. de anima.*

De partium igitur affectibus primo loquuturi, ab ijs, qui caput exercent, vt mos omnium fuit, ſermonem inchoabimus, tum quia hinc initium rectè ſumi poteſt, à nomine ipſius capitis, quaſi dicamus principij cuiuſdam, admonemur: tum quia ipſum tanquam arx totius corporis eſt, & veluti habitaculum ſenſuum, qui in ſummo ſunt honore, atque hominibus maximopere neceſſarij: & ſubinde ad illos, qui inferiores corporis partes prehendunt, ſigillatim deſcendemus. Et quoniam in interois capitis vitijs explicandis cum Galenus, tum Arabes, necnon etiam ex modernis præſtantiores à capitis dolore ſermonem auſpicati ſunt; ideo nos quoque idem principium ſumere ſtatuimus, & id non ab re. Cum enim caput ſit totius animalis facultatis organum, ſiue ea ſentiens ſit, ſiue rectrix, ſiue motiua, & nos de omnibus eius malis, & proinde de qualibet facultatum, & operationum ipſius læſione acturi ſimus; congruum eſt, vt à læſione illius animalis virtutis, & operationis ſumamus initium, quæ & naturæ ordine prima eſt, & propter quam animal quodlibet animal eſſe dicitur. hæc .n. nulla alia eſt niſi facultas, & actio, ſeu functio tactiua: quam quidem inter cæteros præter naturam affectus dolor præſertim lædere, & deprauare poteſt. In hoc autẽ vitio explicando, quemadmodum & in cæteris omnibus hũc ordinem perpetuo ſeruabimus: agemus .n. de nomine, ſi opus erit, de definitione, cauſis, differentijs, ſignis, prognoſtico, indicationibus tum curatiuis, tum præſeruatiuis, & tandem de curatione, & præſeruatione, quæ per triplicem medicinalem materiem, ſiue ad chirurgicas operationes, ſiue ad pharmaca, ſiue ad victus rationem ſpectet, adminiſtranda erit. Ad nomen itaque accedentes, dum proponimus capitis dolorem, per caput, non debemus totũ aggregatum ex illo, & reliquis organis ei connexis audire, ſed ſolummodo partes tum intra caluariam poſitas, tum ipſam ſimpliciter ambientes: de dolore .n. oculorum, aurium, dentium, & articulorum inferioris mandibulæ in proprijs capitibus ſeorſum, & accurate loquemur. Porrò dolor capitis ſic acceptus eſt deprauatio tactus in partibus capitis propter ſolutionem vnitatis. quæ quidem definitio, licet ex ſe ſatis aperta ſit: nihilominus, vt magis appareat, quo nam pacto reliquæ omnes affectuum præter naturam definitiones, & tradendæ, & percipiendæ ſint, hanc potiſſimum ceu primam à nobis traditam, breuiſſime declarare non grauabimur. Dictũ fuit eſſe (deprauationem,) quia cum quælibet actio poſſit vel auferri, vel vitioſe edi, & dum vitioſe editur, vel imminui, vel deprauari, nullum in doloris eſſentia aperienda magis proximum genus accipi poterat ipſa deprauatione, cuius merito paſſio hæc à paralyſi, & ſtupore diſtinguitur. Quamuis enim vtraque affectio circa eandem tactiuam functionem fieri nata ſint; attamen in ſtupore imminuta, in paralyſi vero ablata tangendi functio eſt. Hoc autem genus primo contraximus in virtute primæ differentiæ nempe (tactus) per quam clarum eſt nos non poſſe intelligere tactum in actu primo. cum enim acceperimus loco generis deprauationem, quæ eſt, quid in fieri, non autem in facto eſſe, neceſſe eſt, vt accipiamus tactum in actu ſecundo, hoc eſt functionem tactiuam, quemadmodum quoq; fecit Galenus, qui dicebat dolorem eſſe triſtem ſenſum, ſicuti voluptas eſt ſenſus blandus, nam per ſenſum non intellexit ſenſum in actu primo, ſed ſenſationem. Verum nos non diximus eſſe deprauationem ſenſus, ſed (tactus) vt, reliquis ſenſationibus ſemotis, dolorem ad vnicam tactiuam functionem, cuius eſt proprius, coarctaremus, ad differentiam deprauationis, quæ in aliorum ſenſuum functionibus contingere poteſt. Secundam differentiam poſuimus, dum diximus (in partibus capitis) vt per hanc, dolorem capitis à dolore reliquarum corporis partium, quæ ad caput non attinent, ſepararemus. Ex prima autem differentia apertiſſimum eſt, per partes capitis nos illas accepiſſe, quæ ſenſu tactus præditæ ſunt, veluti ſunt cutis, membranæ, nerui, arteriæ, venæ, muſculi, & tendones ad caput, & cranium ipſum pertingentes; & hoc ad differentiam cranij, & ipſius cerebri, quæ, cum tactiua virtute orbata ſint, dolori nullo pacto ſunt obnoxia. Tandem, vt nihil ad doloris naturam exacte cognoſcẽdam deſideraretur, addidimus (propter ſolutionem vnitatis) veluti cauſam proximam, immediatam, & communiſſimam cuiuſcunque doloris. Dum enim ſoluitur vnitas, ſit motus quidam præter naturam, & deprauatus, quem Galenus violentam, & repentinam mutationem vocat: qui cum de numero communium ſenſibilium ſit, dum primum à ſenſu tactus, in virtute propriorum ſenſibilium percipitur, ſtatim ſenſus hic præter naturam afficitur, deprauaturque, & ſubinde producitur dolor; qui quidem, cum habeat eſſe in fieri, eouſq; perdurat, quouſq; ſolutio continui, & motus ille præter naturam (qui quidem & ipſe eſt quidã actus imperfectus in fieri & in potentia, perſeuerat. Hoc aũt ad differentiã ſolutæ vnitatis dictum ſit, quæ cũ ſit in actu iã perfecto, non ſymptoma, quemadmodum ſolutio vnitatis, ſed morbus eſt ab intemperie, & mala compoſitione ſeparatus. Ex hac aũt definitione luciſſime conſtat, quæ nam ſit cauſa formalis, materialis, nec non etiam efficiens doloris. Dum enim diximus eſſe deprauationem quandam ipſius tactus, poſuimus doloris formam. Dum ſubiunximus (in partibus capitis) aſſignauimus materiã, & ſubiectum, in quo fundatur dolor. Quemadmodum enim in ſubſtantiarum definitionibus, quæ à priori, & in prima earum notione traduntur, genus tenet locum materiæ, differentiæ vero formæ vim explicant: ita in definitione accidentium genus formam ipſam, differentiæ vero materiam exprimunt. Dũ tandem diximus propter ſolutionem vnitatis, poſuimus efficiens proximum. Cauſam vero finalem conſulto prætermiſimus, quoniam quæ fiunt præter intentum naturæ

*Galen. loc. cit.*

*Gal. 2. de loc. aff. c. 2.*

*Gal. 1. de ſympt. cau. c. 6.*

Ordo ſeruãdus in morbis explic.

Nomen.

Definitio.

Definitionis explicatio.

Ex hoc colligitur nõ omne ſympt. in morbum referri.



Digitized by Google

carent fine, ideo Ariſ. in Eclipſis definitione reliquis trib. cauſis cōtentus, nullum prorſus finē *Ariſto 2 po-*
poſui. voluit enim oēs cauſas eſſe aſſignandas excepta finali. cum enim quædam priuatio ſit, *ſter & 8. me-*
priuationes carent fine. Primo enim dicit aliqđ malū; malum vero finem non habet. Quod ſi *thaph. tex. 13*
in definitione tonitrui finalem cauſam poſuiſſe videtur, hoc tamen nobis non obſtat, quia
tunc ex ſententia Pithagoricorum loquitur. Poſtremo hæc definitio eſt ipſamet demonſtra-
tio, tantummodo poſitione terminorum differens. Nam ſicuti Philoſophus demōſtrabat pri-
uationem luminis tanquam paſſionem, inhærere lunæ tanquam ſubiecto, & pro medio vte-
batur terræ interpoſitione, & poſtea colligebat Eclipſim eſſe ptinationē lumiois in Luna pro
pter terræ interpoſitionem: ita nos poſſumus primo formare demōſtrationem hoc pacto, pro
pter ſolutionem vnitatis in partibus tactiuis, fit deprauatio tactus, partes capitis patiūtur ſo-
lutionem vnitatis, ergo partes capitis patiuntur deprauationem tactus. Et deinde integram
definitionem doloris colligere, quę erit deprauatio tactus in partibus capitis propter ſolutio
nem vnitatis, ipſamet, videlicet, demonſtratio poſitione terminorum tantummodo differens. *Loco citato.*
Verum quoniam iam allatę demonſtrationis minor propoſitio clara eſt, maior autem, in qua
dicebatur, propter ſolutionem vnitatis fieri deprauationem tactus, & ſubinde dolorem pro-
moueri, apud quoſdā ſuſpicione non caret; idcirco pro perfecta doloris cognitione, nil aliud
Cauſa doloris immediata, & cōiſſima demonſtratur. remanet, niſi vt illam breuiſſime demonſtremus. Quòd igitur deprauatio tactus, & dolor tan
quam à cauſa proxima, immediata, & communiſſima à ſolutione vnitatis promoueatur, ex
eo potiſſimum comprobari poteſt, quoniam, quemadmodum cum Galeous, tum expe-
rientia nos docet, quælibet intemperies poteſt dolorem excitare, humida excepta, &, quod
magis eſt, humiditas ipſa potius eſt mitigatiua doloris, cum tamen in ea ſit maior actiuitas
quàm in ſiccitate. Quod quidem nulla alia ratione prooenit, niſi quia vnitas ope humidita-
tis ſeruatur, & ad ipſius deſtructionem deſtruitur. Nam frigiditas, dicebat Gal. ſpiramenta
cuncta in corporibus ſubiens, omnes eorum partes circunquaque amplectitur, & quodam-
modo multis circumquaque anſis eas contrahens atque condenſans à continuis diuellit, quæ
dum patiuntur, multa fieri ſpatia ioania neceſſe eſt: non tantum, quia tenues humiditates ex
primantur, verum etiam, quia ſubſtantia mollis in arctum contrahatur, atqui ſpatium inane *Gal. 12 met.*
io ſibi cootinuis corporibus, ſeruata etiamnum continuitate, fieri nō poteſt. Ergo clarum eſt *c. 7. & 2 de cō*
illam deperdi, ac corpus continuum diſtrahi, ex quo moleſta mordaxque ſenſus exoritur af- *poſit. med per*
fectio, quæ quidem dolor eſt, & proinde patet frigiditatem voitatem ſoluere, quam ob id *loc. c. 1.*
Hip. mordacem appellauit, & proinde fieri dolorificam, quia humiditatem exprimit, quem-
" admodum caliditas idem præſtat, quia diſſoluit humidum rare faciendo, fundendo, & ſe- *Galen. 4 de*
" gregando, & veluti exedendo, & ſubinde ſubſtantiæ continuitatem diſſoluendo, & inciden- *ſimp. med. c. 2*
" do. Eodem modo ſiccitas humiditatem ſiccando, & abſumendo, & etiā tendendo, vnitatem *& li de inæq.*
" poteſt diſſoluere. Quod ſi quis dicat humiditatem non inſerre dolorem, ſed potius mitiga- *intēp ca 6 et*
" re, quia immiouit, & obtundit ſenſum tactus: huic poſſumus reſpondere, quod per conſe- *3 de fractur.*
quens frigiditas multo minus eſſet dolorifica, quam humiditas, cum longe magis ſenſum ob *com. 34.*
tundat, quod tamen, vt ex dictis liquido conſtat, falſum eſt. Eandē veritatem clariſſime pro-
poſuit Gal. Dum 3. de fracturis clare docet, immoderatum tēperamētum per mediam ſolu- *Com. 34.*
tionē cōtioui doloreminſerre; vt confirmet quæ in libris de ſimp. med. dixit. Et ideo in eo-
dem loco, iuxta hoc igitur, inquit, non ſolum probabile, ſed verum quoque erit dolorem om
nem ad vlcerum genus pertinere, & per vlcerum genus intelligit ſolutionem vnitatis, & quo
" niam hæc duplex eſſe poteſt, nempe vel in fieri, & vt ſic eſt potius ratione contemplabilis, &
" verè ſolutionis vnitatis nomen meretur: vel in facto eſſe, & hoc pacto eſt ſenſui euidēs, & nō
" ſolutionis, ſed ſolutæ iam vnitatis nomine vocaoda eſt: ideo vt omnem prorſus ambiguita-
tem tolleret, taodem ſubdit. Deinde conficiet à quolibet immoderato temperamento con-
tinuum aliquod ſolui, id quòd quamquam euidenter ſenſui non ſubijcitur, rationali tamen
contemplatione verum eſſe comprobatur. Hoc adeo magis accidit in ijs quæ extendnntur, &
contunduntur, hæc ſiquidem proximè accedunt ad ea quę diuelluntur, quæ res continui ſolu
tio eſt, ideſt ſoluta vnitas, quæ ſenſui maoifeſta eſt. Quo quidem loquendi modo etiam alibi
" vſus eſt, ſic inquiens. Inmodicus verò calor, ac frigus proximè accedunt vt vnitatē ſoluant, *Galen. lib. de*
" ideſt efficiant ſolutam vnitatem, quæ ſenſui euidens eſt & in facto eſſe, & morbus à reliquis *inæq. intem-*
" contra diſtioctus. Adeo vt circa continuum ſoluentia, detur hic progreſſus & ordo, nam *perie cap. 6.*
intemperies minus euidenter quo ad ſenſum continuū ſoluit. magis euidenter ſoluitur con-
tinuitas in ijs, quæ extenduntur, & contunduntur, vel ſimiliter afficiuotur, maniſeſtiſſime au
tem, & iā ſoluta eſt, & ſeoſui euidens, dum corpora iam diuulſa ſunt. Tandem, quòd dolor
propter continui ſolutionem fiat, clariſſime oobis ſignificauit Galenus 2. de comp. med. per
loc. c. 1. (in eo fragmento, vbi eſt Galeni cenſura in dictis Archigenis) ſic inquiens: inuen-
tum equidem, & hoc nobis in commentarijs eſt, in quibus communes, & generales dolorum
cauſas conſiderabamus, quòd ob diſſolutionem continuitatis ſimilarium partium, dolor obo
riatur. Diſſoluunt autem ipſam erodētia, diſſecantia, diſtendentia, & vehementer caleſacien
tia, & reſtigerantia, poteſt ne clarior doctrina reperiri? quam plerique non viderunt. Ex
" his facillimom eſt eum Galeni locum intelligere, qui fuit in cauſa, vt plerique aberrauerint, "
" credentes duplicem doloris cauſam immediatam ſtatuendam eſſe, intemperiem videlicet, "
" & ſolutionem continui. nam Gal. (dicunt hi) hoc manifeſte proponere videtur, dum in- "
" quit. Dolor autem quemcunque obſederit locum aut cootinuitatis ſolutionem, aut ſubi- "
" tam alterationem oſtendit. Namq; nos debemus ipſum aliter interpretari, & nunc apparebit "
quam impudenter quidam moderni multa contra Galenum effutiuerint, & dum eius ſcripta *Gal. lib. ar.*
ceu lambentes non intellexerint, ipſum interdum veritati, nonnunquam ſibi ipſi eontradi- *medic. c. 80.*
cere fatue ſomniauerint. Qui enim fieri poteſt; vt Diuinus vir, qui omnium ſcientiarum, quæ
ab humano ingenio excogitari poſſunt, eruditiſſimus, & in expendendis his, quæ ſumma

cum breuitate ab Hipp. & alijs tradita fuere, maxima fuit tum admiratione, tum veneratione dignus, tam facilè, vt iſti garriunt, lapſus ſit? immo palam fiet, quòd quamuis ex ſui natura, & vt bonus Plat. aſſecla prolixitate, claritatis gratia, delectabatur: nihilominus (vbi opus exigebat) omnimoda breuitate vti ſciebat; Quemadmodum fecit in adeo breui iam citato Artis Medicinalis libello, in quo totam artem medicam cæterarũ omnium longiſſimam exacte perſtrinxit. Galenus itaque cum in capite octuageſimo huius libelli quatuor, propoſuiſſet, ex quibus partium affectus cognoſcuntur, nempe tumorem, dolorem, operationis læſionem, & excrementa, quorum tria in capite propoſito, quartum verò in ſubſequenti, quod rectius cum ſuperiori connectendum erat, examinauit: declarans quid nam merito doloris poſſimus cognoſcere, dicebat, dolorem in quocunque loco reperiatur, aut continuitatis ſolutionem, aut ſubitam alterationem oſtendere. Verum per ſolutionem continui non intelligit eam, quæ eſt in fieri, & eſt cauſa immediata doloris, ſed iam factam, quæ morbus eſt. nam paulo infra ipſam explicans, proponit inciſionem, eroſionem, fractionem, & tenſionem, quemadmodum etiam tum alibi, tum præſertim, veluti in proprio magis loco, etiam in tertio methodi medendi definiens vulnus idem per ſolutionem continui intellexit, videlicet ſolutam vnitatem iam factam, nam ſecus vulnus non eſſet in facto eſſe, & proinde non eſſet morbus, quod eſt abſurdum. Appellauit autem ſolutionem continui, nõ ſolutam vnitatem, quia vt ipſe millies nobis ſignificauit, ſibi cordi fuit nomina paruipendere, ſed rerum naturam, & differentias accuratius per vſitata nomina declarare. Dum autem ex altera parte, diſiunctiue loquens, proponit (ſubitam alterationem) per hanc non intellexit ſolam intemperiem, quia præter id quod breuius, & clarius ponendo (intemperiem) loquutus fuiſſet, ſi per ſubitam alterationem nil aliud præter intemperiem proponeret, doctrina hæc, & diuiſio tradita eſſet falſa, & inſufficiens. Cum dolor non ſolum ab intemperie, verum etiam ab ipſa materia procreari poſſit, quare ſubitam alterationem nil aliud voluit innuere, niſi (vt etiam alibi loquutus fuit) repentinam mutationem, &, vt clarius loquar, ipſam ſolutionem continui, quæ eſt cauſa proxima, & immediata deprauationis tactus, & ipſius doloris, & hoc modo eius diuiſio non eſt manca, ſed ſufficientiſſima, quia ſubita alteratio comprehendit, tum eam quæ ab intemperie, tum eam quæ ab ipſa materia promoueri poteſt. Quod autem hæc explicatio veriſſima ſit, ex his, quæ ſubdit, dum hanc ſubitam alterationem declarat, maniſeſtiſſime deprehendere licet. nam inquit ipſam fieri à caliditate, frigiditate, humiditate, & ſiccitate. Modo ſi per alterationem hanc eam ſolam intelligeret, quæ fit ab intemperie, hæc doctrina falſiſſima eſſet. nam tantum abeſt, vt humiditas ipſa ſit dolorifica, vt ſupra ex pluribus ipſius auctoritatibus oſtenſum eſt, vt potius ſit doloris mitigatiua, quare ſicuti per tres illas qualitates, frigiditatem inquam, caliditatem, & ſiccitatem poſuit alterationem, quæ refertur ad intemperiem, ita per humiditatem ſignificauit alterationem, quæ fit ab ipſa materia, cum omnis fere materia actu humida ſit. Verum dicet quis (& nunc apparebit admirabile in Galeni verbis artificium) ſi per ſubitam alterationem intelligit ſolutionem continui, ad quid propoſuit primum membrum, nempe, vt interpretati ſumus, ſolutam vnitatem? nonne ſatis erat propoſuiſſe ſolutionem continui? cum ſemper veriſſimum ſit, quod vbi dolor, ibi ſolutio continui de neceſſitate reperitur. Augetur difficultas, quia ſoluta vnitas cũ ſit in facto eſſe, dolor aũt ſit in fieri, nullo pacto ex ſe poteſt eſſe cauſa doloris, quare fruſtra ipſam propoſuit, quia id quòd ſoluit immediate continuitatem poteſt quidem eſſe intemperies, vel materia aliqua, vel inſtrumentum aliquod pungens, incidens, vel conſimile efficiens, non autem ſoluta vnitas iã facta, & abſoluta. Huic ambiguitati dicendum eſt Galenum maximo iure ſolutam vnitatem propoſuiſſe, quia quamuis ex ſe & immediatè non poſſit vnitatem, quæ in reliqua partis ſolutæ atque diuiſæ ſubſtantia reperitur, diſſoluere, attamen poteſt eſſe cauſa principalis, ſed mediata, vt ſolutio continui ab alia cauſa immediata promoueatur. nam poteſt eſſe cauſa, vt non ſolum materia aliqua, quæ ad partem diuiſam, & vlceratam facilius, & promptius fluere ſolet, vnitatem ſoluat: verum etiam vt idem fiat ab alijs cauſis, quæ non ſunt neque intemperies, neque materia aliqua, vel humoroſa, vel vaporoſa. Nam exempli gratia, ſi vlcus ſit in ventriculi parte ſuperna dum aſſumitur cibus, & ventriculus ſecundum longitudinem abbreuiatur, & dilatatur pro cibi attractione, nonne poteſt fieri dolor ratione vlceris, non tamen per mediam alterationem ſubitam, quæ fiat ab intemperie, vel à materia, vel alia cauſa externa continuum ſoluente, ſed ſolummodo per mediam facultatem ventriculi attractricem? eodem modo ratione vlceris poteſt fieri dolor à tranſitu ciborum. Quare neceſſarium fuit vt præter ſolutionem continui poneret etiam ſolutam vnitatem, vt, inter ea quæ ſoluunt continuitatem non ſolum poneret ea, quæ immediatè idagunt, verum etiam ea, quæ licet non immediatè, principaliter tamen ſunt in cauſa vt vnitas ſoluatur. Si quis autem ſecundo obſtinatus ſit, vt adeo claris auctoritatibus non acquieſcat, legat Galenum 1. de ſympt. cauſis cap. 6. quo in loco ex profeſſo de cauſis voluptatis, & doloris in vnoquoque ſenſu pertractat: & vniuerſaliter oſtendit, ne dum in tactu, verum etiam in reliquis organis ſenſorijs triſtem fieri ſenſationem, propter ſolutionem vnitatis. Et hæc de doloris natura dicta ſufficiant, nunc eius cauſas omnes tradamus.

*Galen. 1. de ſympt. cau. c. 6. in prin. & 6. in 6. epid. com. text. 5.*

Cum omnes cauſæ dolorificæ non alia ratione dolorem excitent, niſi quia vnitatem ſoluunt; ideo ſciendum eſt, quod ſi loquamur de his, quæ immediatè continuum ſoluunt, hæ non poſſunt eſſe niſi duę, nempe qualitas prima, & ſubſtantia aliqua materialis, ſeu corporea; vel, vt more omnium loquamur, dicamus id fieri vel ab intemperie, vel à materia. Hoc autem, vt à priori cognoſcamus, ſciendum tactum, quia omnium ſenſuum neceſſariſſimus, & origine primus, ad animalium tutelam à natura præpoſitus fuerat, non, vt cæteri faciunt, ſecundas qualitates tantummodo iudicare, ſed etiam primas, ob id enim omnium rerum quæ præter naturam ſunt

Cauſæ quę immediatè vnitatẽ ſoluunt, quæ & quot numero ſint.



Digitized by Google

& animal deſtruere poſſunt, ſiue morbi ſint, ſiue cauſæ morbificæ, ſiue ſymptomata, index inſtructiſſimus euadit. Prout enim primas qualitates cognoſcit, intemperiem, & eam qualitatem mutatam, quæ animalia potiſſimum lædit, facilè percipit, & hoc ad differentiam colorum, ſonituum, & odorum dictum ſit, in quibus pauca vis & actiuitas, repeſitur: ſapores vero, cum guſtatus ſit veluti quidam tactus, ad qualitates tangibiles quodammodo reducuntur. Quatenus vero ſecundas qualitates tangibiles dignoſcit, eatenus ( & præſertim merito duritiei, & mollitiei ) communium ſenſibilium explorator conſurgit: & proinde malam omnem compoſitionem nempe numerum, magnitudinem, figuram, & ſitum, ſiue poſituram, quia hæc ad figuram redigitur, nec non ſolutam vnitatem, quæ ad ſitum & poſitionem partium reducitur, optimè cognoſcere valet, & inſuper dum motum & quietem ſentit, actionem ablatam, diminutam, & deprauatam, exeuntia, ſiue detineantur, ſiue excernantur, dolorem, & omnem prauum motum explorat. Simili modo in virtute ſecundarum qualitatum ſibi propriatum omnium facilimè morborum cauſas, & omnem materialem ſubſtantiam dignoſcere poteſt. Cum igitur appareat cur primas, & ſecundas qualitates ſolus iudicet; facile eſt videre, quod cum animal non corrumpatur præter naturam, niſi dum ei vel primarum, vel ſecundarum qualitatum aliquis exceſſus occurrit ( vnico humiditatis exceſſu excepto, quia hæc vt dictum eſt vnitatem ſeruat, & fouet: ) hunc merito illius exquiſitæ virtutis tactiuæ ſtatim percipit, potiſſimum quia ſubotitur ſymptoma illud, quod eximiũ Galenus appellauit, dolor videlicet, à quo vnico ſolus tactus, deprauatur, vt tum primarum, tum ſecundarum qualitatum exuperantiam animalia corrumpẽtem quamprimum euitaret, & ad illam excutiendam, & fugiendam allacriter excitaretur. Et quoniam primæ qualitates quamuis ad propriam ſubſiſtentiam materia egeant, tamen in ſenſum tactus immaterialiter, & abſque vlla materiæ communicatione agere poſſunt, & eo modo quo ſupra dictum eſt, vnitatem ſoluere, ſecundæ vero, ceu materia omnino immerſæ, in illum non poſſunt agere ſine materia, ( vt patet de duro, acuto, aſpero, & alijs, quæ non niſi merito materiæ corporeæ continuum ſoluunt: ) Hinc ſequitur, vt vnitas, vel à ſimplici qualitate, & intemperie, vel à ſubſtantia corporea, quam materiam appellant, de neceſſitate ſoluatur. Quod cognoſcens Hippocrates dicebat. Ijs quibus natura alteratur, & corrumpitur, dolores fiunt, nam per alterationem intelligit ſolutionem ab intemperie: per corruptionem vero, ab ipſa materia, & ſubſtantia corporea, quæcunque ea ſit. Nam ( corrumpitur ) vt explicat Galenus, celeritatem ſimul, ac magnitudinem mutationis indicat; quod potiſſimum à corpore cum violentia ſoluente contingere ſolet. Idem inſinuauit Galenus, dum dixit. Sane tactui accedunt magnæ mutationes naturæ à frigidi, calidique violento contactu (ecce ſolutionem ab intemperie.) Præterea ab ijs, quæ quaſſandi, vel ſecandi; vel diſtendendi, vel exedendi vim habent, & tunc innuit materialem cauſam: candẽ diuiſionẽ de loc. aff. didit 2. loc. affec. cap. 5. prope principiũ, & idem penitus ſignificauit, & clarius, dum in auctoritate ſupra citata dicebat, diſſoluunt antẽ vnitatem prodentia, diſſecantia, diſtendentia, ecce cauſam materialem: deinde addit, & vehementer calefacientia, & refrigerantia per quæ non niſi intemperiem intellexit. His hunc in modum explicatis, facillimum eſt omnes doloris cauſas methodo diuiſiua proponere. Nam eæ vel ſunt externæ, vel internæ. Externæ vel immediatè vnitatem ſoluunt, vel mediatè. Si immediatè, vel per primas qualitates & intemperiem, quam in ſe habent, id efficiunt, vt eſt ambiens, exurens, ſiue à ſole, ſiue ab igne tale ſit redditum, aut intenſe frigidum: vel non per primas, ſed per ſecundas qualitates, & per materiam vnitatem ſolnunt, vt ſunt quinque illa inſtrumenta à Galeno propoſita, videlicet inſtrumentum pungens, incidens, erodens, diſrumpens ſeu diſtendens, & contundens. Nam duo prima merito acutiei, erodens aſperitatis, diſrumpens grauitatis, & contundens tum duritiei, tum grauitatis merito continuitatem ſoluunt. Si vero mediatè id efficiant, tunc vel per mediam intemperiem id præſtare poſſunt, vel per mediam materiem. Per mediam intemperiem ſunt vapores, qui ex odoratis corporibus prodeunt, ſiue frigidi ſint, ſiue calidi, ſed potiſſimum frigidi, quia à calidis non ſolum intemperies, verum etiam materia promoueri, & agitari poteſt. Ita motus immodici tum animi præcipue, tum corporis, fluxus, vigiliæ, dies caniculares, & ſimilia ſic cam intemperiem introducere poſſunt. At per mediam materiem capitis dolorem ciere poſſunt cibi flatnoſi, & qui facile ad caput vapores mittunt, de quibus in ratione victus, & potiſſimum lac, & vinum valde potens, ebrietas, & repletio, necnon aluus ſuppreſſa, ira, animique ſollicitudo, conſtitutio auſtrina, quæ, inquit Galenus, caput ceu nudum, & aeri expoſitum grauat, quia calida, & humida eſt. Nam omnia talia ſunt apta caput replere, & eius grauitatem efficere; idem de ſomno nimis diuturno, & præſertim meridiano: & à cibo, qui caput materia replet, dicendum eſt: De his autem externis ſed mediatis cauſis, loquitur Gal. l. 3. de loc. affectis cap. 9. Si vero ſint internæ, ſimili modo vel immediatè, vel mediatè poſſunt eſſe cauſa ſolutionis vnitatis, & doloris. Si ſoluant vnitatem immediatè, vel eſt intemperies ſine materia, & nuda qualitas, vel eſt materia, vel vtraque ſimul complexa. Si ſit nuda qualitas, poteſt eſſe quælibet intemperies, tum ſimplex, tum compoſita, humida excepta. Si ſit materia, hæc poteſt ſoluere vnitatem immediatè, & nulla alia cauſa intercedente, vel merito primæ qualitatis, & per propriam intemperiem, vel per quantitatem, aut ſecundas qualitates, & proinde non quatenus intemperata, ſed quatenus materia eſt alio modo affecta, vel vtroque modo, ideſt tum quatenus intemperata, tum quatenus materia eſt. Si ſoluat continuum in virtute primæ qualitatis, & prout eſt intemperie donata poteſt eſſe, vel calida, vel frigida, vel ſicca, nam materia humida tantum, niſi copia peccet, dolorem non affert, dicebat Galenus, & poteſt eſſe uel humoroſa, vel uaporoſa, uel putrida, non putrida, & potiſſimum bilioſa, pituitoſa, & melancholica. Quod autem bi-

*Galen. 1. de ſympt. cau.*

*Galen. 1. de ſympt. cau. c. 6. in prin.*

*Galen. 2. de comp. med. loc. c. 1. cit.*

Omnes doloris cauſæ methodo diuiſiua propoſitæ.

Externæ cauſæ.

*Galo. 4 meth. c. 1. et li. de conſt. ar. c. 12.*

*Hip et Gal. 3. aphor. & tex. & com. 64.*

*Gip & Gal. 3. apho tex. & com. 5 et Gal. 7. in 6. epid. 1.*

*Hæ cauſæ colliguntur à Gal. 4. aphor. 70 cõ. 6. aphor. cõ. 2 a & poſt. 2 de cõ. med. lo c. 1. & li. de rẽ. par fac c 1. Galen. 2. de cõpoſ med. per loc. c. 1.*

Cauſæ internæ.

*Galen. 2. de comp. med. per loc c. 1. prope finem.*

lis ſoluat vnitatem per intemperiem calidam, hoc declarat Galenus, inquiens, quod ſigna bilis efficientis dolorem ſunt ſimilia his, quæ ex ardore oboriuntur. Sed maior fit morſus à bile, quia caliditas cum materia eſt magis actiua. Si vero conſideremus materiam nō vt intemperie prædita eſt, ſed quatenus materia, tunc materia hæc poteſt eſſe vel viuens vel non viuens. Si ſit viuens, vel eſt ſecundum naturam, vt dum aliqua pars vlcere laborans diſtenditur, vel contrahitur à propria facultate ſiue naturali, ſiue animali: vel eſt præter naturam, vt ſunt vermes, qui in vulneribus capitis non raro oborti pungendo, & mordendo vnitatem ſoluunt. Si uero ſit non uiuens, hæc poteſt unitatem ſoluere, uel ratione copiæ, & poteſt eſſe uel humor, vel vapor, dummodo ſint inſignis qualitatis expertes, & interdum poteſt efficere aliquam obſtructionem (vt dicebat Galenus) in locis vel humorum, vel vel vaporum; interdum vero ſola copia, quantitate ſine obſtructione continuum ſoluit: vel ratione qualitatis ſecundæ, vt dum ſui vel duritie, vel grauitate, vel aſperitate vnitatem ſoluit, quæ quidem non in dolore capitis, ſed potius in dolore colico, renali, aut veſicę a fecibus duris, calculiſque locum habet. Si vero materia ſoluat continuum vtroque modo, videlicet & quatenus intemperie prædita, & prout materia eſt alia diſpoſitione donata, tunc poteſt fieri ſolutio continui à materia biliosa, pituitoſa, & melancholica, ſiue humoroſa, ſiue vaporoſa ſit, quæ vel abſolute copioſa ſit, vel in aliquod ſpatium anguſtum concluſa quærat exitum, vel aliquod apoſtema in parte producat, vel ſpiritus & ſanguinis vaſa obſtruens ea diſtendat, & dolorem excitet. Si vero ſint in cauſa ſolutionis vnitatis mediatè, tunc hæ cauſæ concurrunt prout vel intemperiem producunt, vel materiam aliquam generant, vel mouent. Si producant intemperiem, materiæ calidæ, vel ſui natura, vel per putrefactionem, vel per ebullitionem, & vapores ab his eleuati producunt intemperiem calidam, ſicuti intemperiei frigidæ ſunt cauſæ contrariæ, & ſiccæ intemperiei cauſæ ſunt materiæ ſiccæ: Si vero materiam generent, ſunt prauæ tum capitis, tum cæterorum membrorum diſpoſitiones. Nam materia quæcunque ſit, ſiue humoroſa, ſiue vaporoſa, ſiue peccet in prima, vel ſecunda qualitate, uel quantitate, vel generatur in capite propter eius imbecillitatem, & fit dolor capitis per eſſentiam, uel aliunde in caput mouetur, & fit dolor per conſenſum, qui quidem conſenſus, non eſt exquiſitus, & maxime proprius, dicebat Galenus, quia ſemper aliquid capiti communicatur. De quo conſenſu loquens Auicenna dicebat, quod membrum læſum per conſenſum frequenter tandem lęditur per eſſentiam, tum quia longo tempore debilitatum facile recipit ſuperfluitates aliorum membrorum, tum quia læſa eius facultate concoctrice, & expultrice non bene concoquit nutrimentum, neque coctionis excrementa bene expellit, unde neceſſario aggregantur, & ab his aliqua ex eius functionibus læditur. Dum igitur materia aliunde fluit & mouetur in caput, hoc fit uel per attractionem quæ fit à calore, uel per tranſmiſſionem, quæ fit tum propter capitis imbecillitatem, & præſertim humiditatem, & laxitatem, & aliarum partium robur; tum propter materiarum in toto, uel in partibus redundantiam. Vnde materia poteſt fluere, & fieri dolor per conſenſum uel à toto, ut in febribus, uel à parte, & poteſt eſſe potiſſimum uentriculus, iecur, uterus, & aliæ partes fere omnes, quæ aut uicinitate, aut generis, aut uiarum, aut operis familiaritate proprias affectiones, & materias capiti communicare poſſunt. Inſuper inter cæteras cauſas omnes ſoluta vnitas, ſiue ſit vlcus, ſiue vulnus, materiam ipſam tum generare, tum mouere poteſt. Nam dum eius cauſa pars vlcerata proprium alimentum in ſubſtantiam tranſmutare, & excrementa expellere non poteſt, materia colligitur in parte vulnerata, prout autem debilis reddita eſt, vt ſic materiā à robuſtioribus partibus tranſmiſſam facile recipit. Quod ſi pars vlcerata ſui natura moueatur, vlcus eſt in cauſa vt à propria partis facultate motrice dolor promoueatur. Tandem inter cauſas internas, quæ per mediam tum externam cauſam, tum internam, tum intemperiem, tum materiam, dolorem excitat, eſt ſenſus capitis valde eximius & exquiſitus. Verum aliquis dubitare poſſet quomodo à ſola intemperie intrinſeca, quæ ſine materia ſit, dolor excitari poſſit, Nam primo cum dolor fiat à repentina mutatione, vt ait Galenus ex mente etiam Platonis, alterationes, quæ paulatim fiunt, non poſſunt mouere dolorem. Sed ex eodem Galeno multis in locis intemperies fit paulatim & tractu temporis, ergo dolorem ciere non poteſt. Secundo tabidi quidam habent partes aridiſſimas, & nihilominus dolorem non ſentiunt. Tertio à caliditate remiſſa non fit dolor, ſed ſolum ab intenſa, verum antequam euadat intenſa videtur impoſſibile, vt ab ea alicuius materiæ attractio non fiat. Quarto frigiditas, vel eſt remiſſa, vel intenſa, ſi ſit remiſſa, ex Galeno, dolorem non facit, ſi ſit intenſa tantum abeſt vt dolorem producat, vt illum potius auferat auferendo ſenſum. Ad primam poſſumus dicere, quod Galenus dum ait intemperiem paulatim fieri, hoc intelligit ad differentiam malæ compoſitionis, quæ illico & fere in inſtanti fieri ſolet, non autem abſolute, quia etiam intemperies ſi habeat cauſam validiſſimam breui tempore fieri poteſt. Præterea etiam ſi concedamus intemperiem quo ad ſui totalitatem tractu temporis & paulatim fieri, attamen tranſitus ille, qui fit ab intemperie remiſſa, quæ non eſt dolorifica, ad intenſam, quæ dolorem affert, breuiſſimo tempore, & quamcitiſſimè fieri poteſt, præſertimque ſi cauſa ipſam introducens vehementius agat. Ad ſecundam, tabidorum ſiccitas, quamuis ſit intenſiſſima, tamen non eſt dolorifica, primò, quia longo admodum temporis lapſu generatur; ſecundò, quia iam eſt in habitu & hoc iam conſumato & perfecto; tertiò, (& hæc eſt cauſa potiſſima) quia omnes corporis partes æqualiter obſidet, ideo dicebat Galenus, inæqualis intēperies dolorem efficit, quia aliquæ partes adhuc ſunt integræ, aliquæ vero refrigeratæ, vel etiam ſiccatæ ſunt illis proximæ, vnde quæ male affectæ ſunt, moleſtam refrigerationem, aut exiccationem (quod etiam de calefactione licet aſſerere) adhuc integris impartiuntur: at quæ totæ refrigeratæ ſunt, vel ſiccatæ, &

*Auic. 1. 3. tr. 2 cap. de dol. per conſenſum.*

*Gal. 1. in 3. de vul. mor. tex. 4 circa finem.*

*Galen. 1 de ſymp. cauſis ca. 6.*

*Dubitationes quædā circa intēperiem.*

*Earum ſolutiones.*

*Gal. 6. in 6. epid. cō. text. 3. & lib. inæqual. intemperie paſſim.*

hecti-

hecticam temperaturam adeptæ, non dolent. Ad tertiam fatendum quidem eſt intempe-
riem doloriſicam, & præſertim calidam raro admodum nudam, & ſine materia adinueniri.
Sed fieri tamen poteſt, vt calida intemperies à caliditate extrinſeca, vt à ſolis ardore intro-
ducatur, & ea quidem doloriſica, ſine aliqua materiæ attractione, quia corpus poteſt eſſe
excrementis omnino vacans, vel etiam à materia calida intrinſecus promoueri poteſt, quæ
quidem materia cum ob aliquam occaſionem fuerit euacuata, deinde nuda intemperies ſue-
rit derelicta. Ad vltimam breuiter dicendum, diuiſionem eſſe inſufficientem, quia frigidi-
tas poteſt eſſe remiſſa, intenſa, & intenſiſſima. Modo ſicuti à remiſſa non fit dolor, ita ab
intenſa fieri poteſt, quæ quidem ſenſum non aufert, aut ſtupefacit, quia ſtupefactio non ni-
ſi ab intenſiſſima frigiditate introduci poteſt, & hæc de cauſis dicta ſint. Doloris capitis dif-
Differētię. ferentiæ, vel ex auctorum conſuetudine, vel à rei natura elici poſſunt. Si primo modo pro- *Gal. 2 de cō-*
ponantur, tres ab auctoribus potiſſimæ, & vſitatiſſimæ ponuntur differentiæ, videlicet Ce- *poſ med per*
Cephalæa. phalæa, Hemicrania, & Cephalalgia. Cephalæa eſt dolor capitis conſuetus, vehemens, ſolu- *loc. c. 2 & 3.*
tu difficilis, inueteratus, frequenter, & leui occaſione, vel propter capitis maximam imbe- *& 3. de loc.*
cillitatem, vel propter eius ſenſum nimium exquiſitum, hominem adoriens. Interdum ve- *aff cap. 9*
ro eſt continuus, interdum habet exacerbationes, & interualla ordinata, vel inordinata. Oc- *Ex Gal. 2 de*
cupat autem aut totum caput, vel maximam eius partem, & rariſſime fit à cauſa externa, ſed *compoſ cit. c.*
vt plurimum à pituita, vel melancholia, interdum quoq; ab apoſtemate indurari incipiente, *2. in princ.*
aut iam indurato producitur. In hoc neque vocem vehementiorem, nec lumen, nec vi-
ni potum, aut medicamenta caput replentia, nec motum ægri tolerare poſſunt: tan-
quam enim à malleo ſe percuti arbitrantur nonnulli, alij caput frangi, diſtendique ſen-
tiunt, & in plerisque vſque ad radices oculorum dolor progreditur. Per Cephalæiam
enim affectæ partes (inquit Galenus 3. de locis affec. capit. 9.) multo redduntur quam
Cephalalgia debiliores. Sæpius vero fœminas vrget propter diligentiam capillorum.
Hemicra-nia. Quod ſi alteram tantum capitis partem dolor occupet, Hemicrania dicitur, quę à temporum *Ex Gal. 2. de compoſ. med loc. c. 3. in prin.*
pulſatione fere initium ſumit, & aliquando internæ, nonnunquam externæ afficiuntur par-
tes. Vnde quidam in temporum muſculis vehementem percipiunt dolorem, & aliquando
adeo vehementem, vt neque manuum contractum facile ferant, quia pericraneum, & cutis
eſt affecta. Vt plurimum vero dolor hic per circuitus exacerbatur, influxu videlicet vapo-
rum, aut humorum, qui per venas, vel arterias, vel vtraſque contingit. Quum ſcilicet in-
terdum totum corpus, vel aliqua eius pars vapores, ſeu humores ſurſum mittit, interim
quum cerebrum ipſum excrementum redundans per venas, & arterias foras protrudit. Ce-
phalæa autem fere ſemper fit proprio, & primario capitis affectu: Hemicrania ſæpe præ-
Cephalal-gia. cordiorum, & ſubditarum partium ſympathia. Cephalalgia vero genus vtrunque iam di-
ctum, & quemcunque capitis dolorem, à quacunque oriatur cauſa, comprehendit. Si vero *Sumuntur*
differentiæ, vti debent, à rei natura deſumantur, tunc à partibus definitionis traditæ, & *ab Auicen-*
proinde vel à deprauatione tactus, vel à partibus capitis, vel à cauſis vnitatem ſoluentibus *na 2 1. doct.*
erunt capiendæ. Si ſumantur à diuerſa tactus deprauatione, cum indicent vel partem affe- *2. cap. 2b.*
ctam, vel diſpoſitionem doloris effectricem; ideo vel ab affecta parte, vel à diſpoſitione, *& à Gal. 6.*
vel ab vtraque ſimul erunt deſumendæ. Si ab affecta parte. Si afficiatur membrana, dolor *aphor com.*
fit pungitiuus. Si membrana adhæreat oſſi, fit dolor frangitiuus, & profundus. Si membra- *tex 1. & 2.*
na circundet membrum quod non ſentit, veluti eſt cerebrum, pulmo, iecur, lien, renes, & *de compoſ.*
compatiatur membrana, materia tamen ſit in illo membro, fit dolor grauatiuus, dummo- *med lo c. 1.*
do tamen ſoluatur vnitas in membrana: nam ſi non ſoluatur vnitas, poteſt fieri ſenſus graui- *poſt mediū.*
tatis, quem Galenus à dolore manifeſte ſeiunxit. Si membrana ſit in ſuperficie fit dolor ſtu- *& pontiſſi-*
pidus, ſeu torpidus, quia cum ſit exanguis, facile à frigidis affectionibus infeſtatur. Si mem- *mum 2. de*
brana ſit in profundo, fit dolor potius dilanians. Si afficiatur neruus, fit dolor diſtenſiuus, *lo affec a c.*
quia pars veluti chorda diſtendi videtur, & vt plurimum dolor eſt profundus, quia nerui *2. vſque ad*
ſub venis & arterijs ſituantur. Si afficiatur vena, vel arteria, fit dolor vt plurimum ſuper- *8. incluſiue.*
ficialis, & extenſus ſecundum longitudinem corporis. Si afficiatur caro muſculoſa, fit dolor *Cap 7.*
non laxus (vt quidam dicunt) quia nullus dolor laxus eſt, dicebat Galenus, contra Archige- *Cap. 8.*
nem, ſed fit dolor laceratiuus. Auicenna vero appellat laxatiuum non quia laxus ſit, ſed in *Gal. 3. de*
reſpectu ad dolorem tenſiuū, qui fit in neruis & tendonibus. Nam in muſculis eſt minus tē- *loc aff. 8. &*
ſus. Si corpus affectum ſit craſſum, fit dolor per quem palus videtur infixus. Verum hoc do- *2. de compoſ med loc.*
loris genus, inquit Galenus 2. de loc. 5. ad craſſum inteſtinum referendū eſt, ſiue palum ibi *cap 1.*
infixum, ſiue terebra perforari locum quis putet. Si vero differentiæ capiantur à diſpoſi- *Cap. 7.*
tione: hæc poteſt eſſe vel morbus, vel morbi cauſa. Si ſit morbus, poteſt eſſe intemperies, *Cap. 7.*
mala compoſitio, & ſoluta vnitas. Si ſit intemperies, à calida fit dolor mordicatiuus, à *Cap cit.*
frigida torpidus, à ſicca aſper. & ſicuti ab actiua qualitate poteſt fieri dolor vehementiſſi- *Cap cit.*
mus, præſertim à caliditate, ita à ſiccitate fit dolor moderatus. Si ſit mala compoſitio, ab in- *Aute loc.*
flāmatione, ſeu phlegmone; fit dolor extenſiuus, dummodo pars ſenſu non careat. Ab ob- *cit. Gal. 2.*
ſtructione autem fit dolor ſimiliter extenſiuus, ſed anguſtior. Si ſit ſoluta vnitas, vt vlcus, *de loc c. 1.*
fit dolor erodens, & mordax. Si ſit morbi cauſa, eſt ipſa materia. Quas autem doloris *Cap. 4.*
differentias producat materia declarat Galenus 3. de loc. affec. cap. 9. inquiens, quod ſpiri- *Cap. 5.*
tus dolores inducunt tenſiuos. Qui idcirco ſic vocati ſunt, quòd extenſionis ſenſum indu-
cunt. Bilioſa excrementa dolore mordaci afficiunt. Dolores à plenitudine procedentes
grauitatis ſenſum afferunt: quibus ſi rubor accedat, atque calor, calidos: Sed ſine ijs, non
calidos humores ſignificant. Sed, vt cuiuſcunque materiæ dolores proprios complecta-
mur, dicamus, quod ſi materia, ſit viuens, & ſecundum naturam, efficit dolorem tenſi-
uum: ſi præter naturam, vt ſunt vermes, pungitiuum. Si ſit non viuens, ſi peccet ratio-
ne primæ qualitatis, à materia calida fit dolor mordicatiuus, vnde ſiue ſit humor, vel va-

por

*Gal. 2. de comp. med. loc. c. 1.* *Gal. 2 de loc aff. c. 2. Cap 7* *Galen 6. aphor. com. tex. 5.* *Galat. 2. de comp med. loc. 1.*

por bilioſus, fit dolor acer, & erodens, & pungens ( dicebat Galenus ) materia frigida fit dolor ſtupefactiuus, improprie tamen loquendo, nam præter id, quod ſtupor, quem Græci hæmodiam appellant, eſt dentium proprius, notat Galenus, quod ſtupor doloris differentia non eſt, ſed dum dicimus dolorem ſtupefactiuum pronunciamus quoddam aggregatum ex duobus affectibus, videlicet ex diſpoſitione frigida, ſimul & dolorifica: nam ſtupor non loci affecti, ſed diſpoſitionis indicium eſt; à materia ſicca fit dolor aſper. Circa quas materias notat etiam Galenus quod quemadmodum à materia bilioſa & ſpiritu non habente exitum, fit dolor intenſus, ita à pituita ſolet fieri dolor remiſſus, & exolutus. Præterea à materia calida fit dolor breuis, à frigida diuturnus. Si vero materia peccet ratione ſolius quantitatis, fit dolor extenſiuus, ſed ſi ſit humoroſus, præter diſtendentem, fit etiam compreſſiuus, & grauatiuus: ſi vaporoſa, præter extenſiuum, fieri poteſt, vel turgidus, & errabundus, dum vapor eſt flatuoſus, vel pulſans, dum eſt ſpiritoſus, & in arterijs contentus. Si materia peccet ratione qualitatis ſecundæ, à dura fit dolor contuſiuus, qui tamen in capite locum non habet, ſed in renibus, in veſica, in craſſo inteſtino. Si peccet in quanto, & in quali, fit dolor inflammatorius. Si tertio, & vltimo deſumuntur à parte affecta vnà cum diſpoſitione, ſi materia ſit acris, vel ſalſa,

*Galen. 2. de loc aff c 7. prope finē.*

& ſit in loco profundiori, fit dolor vlceroſus. Si ſit in loco ſuperficiali, vel cutaneo, fit dolor pruriginoſus. Si pars ſenſitiua ſit craſſa, vt verbi gratia, craſſum inteſtinum, & occupetur à materia craſſa, vt à pituita vitrea, fit dolor perforatiuus. Ita ſi materia flatuoſa retineatur intra tunicas eiuſdē inteſtini, & ipſum penetret, & rumpat, fit idem dolor perforatiuus, & etiam acualis.

*Galen. 2 de loc c 5 & Auguſt loco citat. Cap 7. Auic. loco citat. Galen 3 de ſan tuen c. 5 & 2. aphor. com text. 5 & Aui loc cit*

Si materia producat inflamationem notatu dignam, aut abſceſſum, aut calidum tumorem, & tumor ſit prope arterias, & in parte ſenſu prædita, fit dolor pulſatorius: nam à tumore frigido non fit dolor. Quod ſi diſpoſitio occupet totum corpus, fit dolor laſſitudinalis, & ſi materia peccet in quanto, dicitur laſſitudo tenſiua, ſi in quali, vlceroſa, ſi vtroque modo, phlegmonoſa. Laſſitudo vero quæ fit ex motu & labore immodico, fit ex diſpoſitione mixta ex intemperie calida, & ſicca, vna cum aliqua materia, quę ratione motus & caloris ad partes attrahitur, quemadmodum curatio, quæ ex balneo aquæ dulcis adminiſtratur, nobis oſtendit. Quod ſi differentiæ capiantur à partibus capitis, tunc dicimus dolorem, vel omnes capitis partes, vel aliquas tantum, & tunc vel internas, vel externas, vel dextras, vel ſiniſtras, vel anteriores, vel poſteriores exercere, & quomodocunque vel membranas, vel neruos, vel venas, vel arterias, vel tendones, vel muſculos, vel cutem. Si denique capiantur à cauſis vnitatem ſoluentibus, tot erunt differentiæ doloris, quot fuerunt cauſæ propoſitæ.

*Signa.* *Galen 2. de comp. med. loc. c. 1.*

At vero tum dolorem & eius ſpecies, tum multas affectarum partium differentias explicabit patiens. Si dolor ſit intra craneum profundus eſt, & vſque ad oculorum radices pertingit.

*Loci affecti.* *Galen. loco cit & potiſſ. 2. de compoſ med. loc. cap. 1. Galen. 3 de loc 9*

Sin minus eſt in partibus externis, quod etiam cognoſcitur, quia præter id quod eſt ſuperficialis radices capillorum inuerti non ſinit, & ad tactum exacerbatur, etſi doleat cutis, à leuiſſima compreſſione. Vtrum occupet aut membranas, aut neruos, aut aliam partem licet difficile cognoſcatur, attamen ex dictis de differentijs à deprauatione tactus deſumptis poteſt cognoſci. nam ſi materia dolorifica ſit in cerebro, dolor erit grauatiuus. Si affligantur membranæ erit intenſus, pungitiuus. Dicebat autem Galenus quod exacte definire, an cerebrum, vel membranæ afficiantur, non magnam vtilitatem afferre poteſt, quia ſemper remedia capiti applicantur.

*Signa cauſarum efficticium.* *Galen. 2. de comp. med. loc. 2.*

Quo ad cognitionem cauſarum cauſas externas manifeſtabit patiens, quæ vbi non præceſſerint, coniectari oportet cauſam internam eſſe. Et quoniam in omni dolore cauſa immediata concurrit, ideo ſi de hac primo loco ſermo fiat, cum poſſit eſſe vel intemperies, vel materia, vel vtraque.

*Signa intemperiei, ſine materia.* *Galen. 2. de loc. aff. vlt.*

Si ſit intemperies ſine materia, nulla erit capitis grauitas, nec tenſio, & dolor erit ſtabilis circuitibus carens, & aderit ſiccitas narium.

*Signa intemp. calidæ.*

Quod ſi intemperies fuerit calida, huius ſigna quemadmodum etiam reliquorum omnium morborum ex tribus potiſſimum fontibus erunt haurienda, nempe ex ſymptomatibus præſentibus, ex cauſis præcedentibus, & effectibus ſubſequentibus:

*Galen. 2. de comp. med loc. 2.*

quo ad ſymptomata præſentia cum in nuda intemperie exeuntia locum non habeant, oportet vt recurramus potiſſimum ad actionem læſam, & qualitatem mutatam. Quo ad actionem læſam, cognoſcitur ex dolore mordicatiuo. Si loquantur de qualitate mutata, hæc potiſſimum ad tactum, & ad viſum refertur: ad tactum, quia adeſt ſenſus caliditatis, & ignei caloris, quem etiam medicus tactu perſentit: facies ( quemadmodum & reliqua cutis ) ſolet eſſe arida: ad viſum quia apparet oculorum rubor, & faciei, quæ etiam collapſa apparere ſolet:

*Galen. lib. de vem par. fac. c. 1.*

Quo ad cauſas præteritas, hæ prægreſſæ fuere calefacientes, quo fit vt poſtea hi effectus ſubſequantur, videlicet, vt frigidis delectentur, & ab his iuuentur, quemadmodum à calidis læduntur. caliditas autem ab æſtu, quia interdum aliquam attrahit materiam humoroſam, vel vaporoſam, nec non eandem calefacere, & fundere ſolet, habet hoc
» peculiare, vt eam conſequatur dolor cum pulſu, ita vt totum caput ſideratione teneri videa-
» tur, nec non vaſorum circa frontem diſtentio, & plerunque vigiliæ,

*Signa intemperiei frigidæ.* *Galen. loco cita.*

Frigidæ intemperiei oppoſita ſunt indicia, videlicet ſenſus frigiditatis, facies plena, & pallida, præceſſit cauſa refrigerans, delectantur, & iuuantur à calidis, ideo Galenus dicebat, in dolore ex frigore connectitur grauedo cum ſtupore, congelatio, vaſorum ſecundum frontem conciſio, & ſi frigo-
» ri ſit iuncta humiditas, ſopor.

*Signa intemp. ſiccæ.* *Gal. 1. prædict com. tex. 5.*

Si ſicca ſit intemperies, dolor non eſt admodum intenſus, ſi-
» cuti dum fit ab actiua qualitate (à qua vehementiſſimus fieri poteſt præſertim cum inæqualis exiſtat, & potiſſimum à caliditate) ſed moderatus, & dolor eſt aſper: inquit autem Galenus, quod ſiccitas vigiliæ cauſa eſt, & repræſentationis ſomniorum, vt etiam melancolicis contingit: ita ſani qui parcius cibantur ſomnia habent conſpicua; repleti vero, & temulen-
» ti viſis deſtituta, phantaſmatibus, propter obſcuritatem, & paruitatem, effluentibus: ita af-
» fectiones cerebri cum humiditate comatoſæ, ſomniculoſæ, & viſis deſtitutæ: præterea in ſic-
» ca in-

Digitized by Google

ca intemperie aridior capitis cutis apparet: præceſſere cauſæ exiccantes, de quibus in ſermo-
ne, de cauſis dictum eſt, ſicca nocent, & humida iuuant. Quod ſi intemperantię fuerint
Signa materiæ. mixtę, complicata erunt indicia. Si vero doloris cauſa ſit materia, ſigna materiæ viuentis
conſulto prætermittimus, ſicuti etiam indicia materiæ peccantis ratione qualitatis ſecundæ;
nam hæ in capitis dolore, ſine vulnere (de quo in vitijs externis loquemur) locum non ha-
bent: quare debemus proponere ſigna materiæ peccantis ratione primæ qualitatis, quantita
tis, & vtroque modo: nec non ſigna vaporis, & humoris, & ſubinde ſanguinis, bilis, pituitæ,
Signa materiæ ſola qualitate, peccantis. & melancholiæ. Si ergo materia agat ſolum ratione qualitatis, non adeſt tenſio, nec gra-
uitas, & ſi peccet ratione caliditatis, adeſt dolor mordicatiuus, ſenſus caliditatis, adſunt ſi-
gnabilis, de quibus paulo poſt, præceſſere cauſæ ipſam multiplicantes, & alia ſigna ſimilia
his, quæ indicant calidam intemperiem, vt ſupra notauimus ex Galeni ſententia. Si autem Gal. 2. de cõ poſ. med. loc c. 1 prope finem.
frigiditate agat oppoſita erunt indicia: ſi ſiccitate, erunt ſigna melancholiæ, & materiæ ſic-
cæ, dolor exaſperatiuus, & alia propoſita in ſicca intemperie, vel eis proportione responden-
Signa materię copia peccantis. ria. Quod ſi peccet ſolum ratione copiæ, adeſt dolor extenſiuus, citra morſum, ſtuporem,
& aſperitatem. Hæc autem ſimul cum tenſione erunt, ſi agat ratione qualitatis, & quanti-
tatis, & præterea vehementiſſimus erit dolor. & ſi vna cum tenſione coniungatur graui-
Signa materiæ peccantis, in quali, & quanto. tas, & pulſatio, indicatur inflammatio. Si vero materia ſit vaporoſa à qua incipiendum quia
omnium frequentiſſima eſt, dolor eſt quidem extenſiuus, ſed turgidus, modo vnam, mo-
do aliam occupans partem, & interdum pungens, & vt plurimum per breuiſſima interual-
la, dum ſcilicet flatus quærit exitum, & quamuis adſit tenſio, non tamen perſentitur graui-
Signa vaporis. tas. & ſolet adeſſe aurium ſonitus; & dum multiplicatur vapor, fit pulſatio fortis capitis, & Gal lib. de rẽ. par. fac. in proemio Auic c proprio 1. 3. tr. 2. c. 7.
arteriarum circa frontem, & interdum imaginantur imaginationes corruptas, & coniungi-
tur vertigo, & oculorum hallucinatio, & videtur infirmo, quod eleuetur ad alta, & ſom-
niabit ſe volare, & interdum apparet palpitatio, & præceſſere generantia flatus, vt victus ra
tio, & alia, & diſcutientia flatus maxime iuuant. Vaporis autem ſigna à qualitate mutata nõ
Signa humoris. ſumuntur, quia hic, ad differentiam humoris, ſui natura qualitatem parum immutat. Quod
ſi materia ſit humoroſa, adeſt ſenſus grauitatis, dolor eſt ſtabilis, non ita de loco ad locum
Signa ſanguinis. mutabilis. & ſi materia ſit ſanguinea, quæ non qualitate, ſed copia dolorem affert, dolor
eſt extenſiuus, & quia ad venarum repletionem compatiuntur partes neruoſæ, non ſolum
adeſt ſenſus grauitatis, ſed etiam fit dolor grauatiuus, ſicuti fit pulſatiuus dum repletæ ſunt
arteriæ; & dolor frequentius erit in parte anteriori: ſomnus erit longus, niſi à doloris ma-
gnitudine interturbetur, non tamen profundus, ſed imaginationibus plena erunt ſomnia
cum ſpectris, & obiectis rubris. quo ad actiones, quas vocant vitales, pulſus eſt magnus,
plenus, & præſertim arteriarum capitis: nam ſenſibiles arteriarum motiones, quæ in capite Galen 4. de rat. vic. cõ. tex. 42.
fiunt, ſunt multæ caliditatis ſymptomata, dicebat Galenus. Quo ad qualitates mutatas, ſi ad
tactum referantur, adeſt caliditas capitis ab ægrotante, & medico ſenſata, ſi ad viſum, quia
venæ ſunt repletæ, adeſt rubedo venarum oculorum, & faciei tendens ad fuſcum, & pur-
„ pureum, qui rubor, vt monet Galenus, neque ex ſole, aut alia cauſa externa calefaciente, Gal lib. de plenit. c. 12. in princip. & c 12.
„ neque ab ira, aut verecundia, neque ab acuta febre fuit excitatus. Si exeuntia perpendan-
„ tur, vrina eſt potius rubea, craſſa, niſi immineat capitis inflammatio. præceſſere cauſæ ſan-
guinem generantes, & colligentes, vnde ætas, temperatura, anni tempus, regio, vitæ inſtitu-
ta, & vniuerſa victus ratio ad calidum, & humidum vergunt, & ab euacuantibus, & minuen
Ordo in ſignorũ certitudine. tibus ſanguinem maxime iuuantur. Verum circa horum ſignorum vim & certitudinem, Ga- Galen 1. de nat. hum. com. tex 43 Gal. lib. de plenit. in fine.
lenus ponit hunc ordinem: nam ſigna certa ſunt grauitas, tumor venarum, ſegnitia ad mo-
tus, color, pulſuum motio, ſed citra omnes recentes motiones. His minus certa ſunt ſuppreſ-
„ ſæ euacuationes, vita ocioſa prægreſſa, cibi copioſi multum nutrientes, balnea poſt cibum
„ inſueta. tertij ordinis ſunt conſuetudo ad morbos plethoricos, ratio regionis, & temporis,
„ nam hieme, & vere, & locis frigidis. & temperatis maior plenitudo coaceruatur, in calidis, &
„ ſiccis minor, qui denſa cute ſunt frequentius, qui rara, tarius eum colligunt. Si materia ſit bi-
Signa bilis flauæ. lioſa, & dolor eſt acutus mordicatiuus, poteſt eſſe vlceroſus pruriginoſus, cum parua graui-
tate, & frequentius in parte dextra, adeſt punctio narium, vigilia intenſa, ſomnia rixarum,
& contentionis plena cum obiectis flauis, ſitis, cibi faſtidium, & inappetentia, ventriculi
morſus, pulſus velox, adeſt totius capitis calor immodicus cum mordacitate, oris amaritu-
do, faciei color citrinus, vel pallidus. Præceſſere cauſæ bilem multiplicantes, vt immodicę Galen 4. aphor. com. tex 2. cit. Gal. loc citt.
ſolicitudines, & alia ſupra dicta, quæ ad calidum, & ſiccum vergunt, & puſtulæ bilioſæ per
totum corpus, & eryſipelata, & febres bilioſæ familiares ſunt. Si materia ſit pituitoſa, dolor
Signa pituitæ. eſt remiſſus, magis perſeuerans, frequentius in parte poſteriori: non eſt vlceroſus, vel pruri-
ginoſus, niſi ſalſa ſit pituita, adeſt capitis grauitas, ſenſus hebes, mentis pigritia, & torpor,
& ſomnus profundus, dum pituita non eſt ſalſa: interdum adeſt appetitus deſtructio, vel
debilitas, nauſcatiua ſatietas: adeſt frigiditas temporum, color faciei ad albedinem vergit,
excrementa erunt pituitoſa, inſipida, vel dulcia, vel acida; ſi fuerit ſalſa aderit ſalſedo, ru-
ctus acidus. Cauſæ prægreſſæ, & omnia ad frigidum, & humidum vergunt, & œdemata,
Signa melancholiæ. & quotidianæ febres, & pituitoſi morbi familiares. Si materia ſit melancholica, dolor eſt re-
miſſus, ſed pertinax, exaſperatiuus, & ſæpe in parte ſiniſtra, connectuntur vigilia, ſomni tur-
bulenti, cum inſomnijs melancholicis, interdum mentis corruptio, color faciei ad liuorem,
vel nigredinem vergit: melancholiam multiplicantia præceſſere, & morbi melancholici ſunt
„ familiares, vt puſtulæ melancholicæ, elephas, cancer, quartana, lienis tumor, varices nigri-
„ cantes, melancholia, & omne delirium cui ira, temeritas, & immanitas iungitur: ait autem Galen. 1. de nat. hum. com. tex 39
„ Galenus, quod animi acies, & intelligentia à bilioſo humore; conſtantia, & firmitas à me-
„ lancholico, ſimplicitas, & ſtoliditas a ſanguine prouenit. Pituitæ vero natura ad mores con
formandos eſt inutilis. Si vero materia humoroſa ſit putrida, cognoſcitur ex calore, & febri-
bus,

bus,& obſtructionibus,nec nnn ex fœtore,præcipue dum per nates exit, vel per os. Et hæc de ſignis cuiuſcunque materiæ dominantis ſigillatim, & ordinatim dicta ſiot, ad hoc vt in quoeunque vitio,in quo deſiderabuntur,nobis perpetuo, & quamcitiſſime ſuppetere poſſint,abſque eo quod ſruſtra bis repetantur. Remanet autem vt agamus de ſignis cauſarum, quæ per mediam materiam dolorem excitant. Nam cauſæ intemperierum, cum ſint materiæ,ex dictis patent. Cum igitur hæ vel materias generent,vel eas moueant in caput, ſi loquamur de generantibus,hæ ſunt prauæ,vel capitis,vel reliquarum partium diſpoſitiones, & proinde,vel generantur in capite,& fit dolor per eſſentiam; vel extra caput, & fit dolor per conſenſum. Vtrum vero horum fiat,cognoſcitur imprimis ex eo,quod facile eſt,vt,dum eſt per eſſentiam, adſit læſio in aliqua cerebri functione, vel etiam in ſenſibus externis; vt tenebroſitas in oculo, licet hoc non ſit perpetuum. Quare dicendum quod ſi malum ſit per conſenſum, oportet primo,vt vitium ſit in duabus partibus,quarum vna primario, altera vero per conſenſum afficiantur. Secundo oportet perpendere, quod nam vitium tempore prius fuerit.Nam ſi prius fuerit in capite,eſt per eſſentiam: ſi prius fuerit in ventriculo,vt v.g.flatus per os erumpant,& ventriculus ſit debilis, & capitis dolor ſubſequatur, erit per conſenſum. Tertio oportet conſiderare,quænam affectio ſæuior ſit,quia intenſior noxa erit per eſſentiam. Quarto affectus per conſenſum, affectum per eſſentiam imitatur, exempli gratia, ſi ab intenſione affectus ventriculi, vt cruditatis, capitis dolor intendatur, & ad eius remiſſionem remittatur, dolor eſt per conſenſum: oppoſitum apparet ſi ſit per eſſentiam. Quinto affectus per eſſentiam, vt plurimum eſt continuus, &, vt ait Galenus permanentiam habet, interpolatus vero per conſenſum,vt Galenus phrenitidis affert exemplum: quod tamen in capitis dolore non ſemper eſt verum. Vltimo cognoſcimus certe affectum per conſenſum,dum nullis apparentibus ſignis noxæ alterius membri,nobis ſe ſe offerunt ſigna affecti capitis, & alicuius vitij, cuius merito materia in capite generatur, vel in eo colligitur. Sed cum in eo generetur ratione eius intemperiei, cuius ſigna fuere propoſita,præterquam humidæ; ideo vt nihil deſideretur, ſciendum quod humidæ intemperiei ſigna ſunt ſomnus multus,profundus, & viſis deſtitutus: ſenſuum internorum, & externorum hebetudo: multa mollities tum capitis cutis, & carnis,tum pulſus: & capitis laxitas: facies ſæpe ſubtumida: excrementorum capitis redundantia; prægreſſio humectantium, vt frequentis capitis lotionis: læſio ab humectantibus.Quod ſi materia in capite colligatur, aderunt ſigna,aut prauæ capitis conformationis, aut obſtructionis in meatib. cerebrũ expurgãtibus.Quæ vbi non fuerint,ſuſpicio erit ne capitis,ſeu caluariæ ſuturæ,vt in quibuſdam contingit,ſint vel nimis denſam, & anguſtam conſtitutionem ſortitæ, vel lapſu temporis obliteratæ. Si vero cognoſcamus dolorem capitis eſſe per conſenſum, cum hic dolor ſit cæterorum omnium frequentiſſimus,oportet cognoſcere,a quo nam conſenſus hic,& ſympathia capiti communicetur.Idcirco ſi fiat à toto,aderunt affectiones in toto,vt febres præſertim,melancholia per conſenſum a toto,cachexiæ,& ſimilia.Si fiat à parte,cognoſcitur ex malis ipſarum partium. Verbi gratia,ſi dolor capitis fiat per conſenſum à ventriculo, immediate poſt cibum,vt per horam poſt, imminuitur capitis dolor, nam per quatuor horas poſt cibum dolor intenditur,quia incipit fieri euaporatio. Aduertendum tamen hoc verificari (vt ſcilicet poſt cibum ſedetur dolor) dum in ventriculo præcipue effunditur cholera,quia ſi ventriculus potius ſcateat pituita,& materia frigida, dolor eſt potius mitior dũ corpus ieiunum, quia ab inedia potius ſedatur,ideo dicebat Galenus fames in diſtenſionibus commoda eſt, at non his,qui mordaces humores in ore ventris habent. ita indicatur conſenſus à ventriculo ex anguſtia,faſtidio,nauſea,inappetentia,cruditate,& morſu. idem de alijs partibus dicendum. Circa quas notant Arabes hoc peculiare,quod ſi dolor fiat ab hepate, declinat ad latus dexterum,ſi à liene,ad ſiniſtrũ,ſi mirach,declinat ad anteriora capitis valde:ſi ex vtero, in margine ſincipitis exiſtit.Quo ad ſigna cauſarum materiam mouẽtium, ſi moueatur in caput per attractionem,præceſſit capitis caliditas:ſiue ex calore externo, ſiue materia calida interna,ſiue ex aſſiduis cogitationibus, & vehementibus animi motibus originem duxerit. Si moueatur per tranſmiſſionem, adſunt ſigna imbecillitatis capitis, & à leui cauſa excitatur dolor, dummodo tamen cauſa hæc ſit eius indiſpoſitioni ſimilis,& familiaris. ita facile eſt, vt adſit ſenſuum externorum,& internorum perturbatio, & appareant ſigna intemperiei, vt laxitatis, & humiditatis capitis,& cito caput humiditatibus repleri conſueuerit. Quod ſi cauſa interna mediata ſit ſenſus exquiſitus,& valde eximius,caput facilime, & indifferenter à quauis cauſa dolet,& præſertim ab odoratis,vt quidam nec thus pferre poſſint: ſenſus optimi ſunt, & meatus mundi, & hæc cerebra communiter cholerica ſunt, vel ſaltem ſicca. Aduertendum autem ne fiat inanis repetitio,quod ſigna affectus per eſſentiam, vel per conſenſum, & indicantia humoris dominium, quæ deſumuntur à temperatura, ætate, indiuiduali proprietate,ſexu,habitu corporis,conſuetudine,vitæ genere,anni tempore,regione,cœli ſtatu,ſemper in quocunque affectu, in quo erunt animaduerſione neceſſaria, erunt ſupponenda: & idem de ſignis, quæ ex cauſarum præcedentia, à iuuantibus, & lædentibus, & priuatione aliorum ſignorum deſumuntur, faciendum erit. Verum pro perfecta doloris capitis, & fere omnium eius vitiorum cognitione,præſeruatione,& curatione neceſſe eſt, vt tandem cognoſcamus capitis temperamenta omnia,quæ intra limites ſanitatis cõtinentur,& naturalia ſunt. nam ſecus receſſus præter naturam, & intemperierum morboſarum magnitudinem cognoſcere eſſet impoſſibile: Sed quoniam temperamenta omnia per collationem ad illud, quod, quia ab extremis æqualiter recedit,Græci ſymmetron dicunt, ſunt expendenda: idcirco primo loco de optima cerebri temperatura, ſeu reliquarum, quæ ab hac deflectunt, metro, loquendum erit.Si itaque cerebrum ſit temperatum, imprimis caput erit optime cõformatum mediocri magnitudine videlicet, & concinna figura donatum, hæc autem rotunda eſt, ſed læni-

*Margin notes (left):* Galen. 2. de loc. aff. cap. vlt. in fi. — Gal. loc. cit. — Gal. 1. prædict. cõ. sen. — Raſ 9. ad Alm. cap. 1. — Gal. 2. de cõpoſ. med. loc. c proprio. — Galen. 1. ad Glau. c. vlt. — Aui loco cit. c. proprio. — Gal. 3 de loc. aff. c. 9. — Gal. 1. de tẽperam. c 9. — Gal. loco ar. medi. ca 11. 12. & 13.

*Margin notes (right):* Signa doloris per eſſẽtiam, & p cõſenſum. — Signa intẽp. humidæ capitis. — Signa partis materiã capiti communicãtis. — Signa attractionis. — Signa tráſmiſſionis. — Signa cerebri tẽperati.

lænitet vtrinque depreſſa . valida erit ceruix, neruoſa ſubſtantia, boni habitus, & robuſta, & ſenſoria organa optime diſpoſita. Principes facultates & functiones omnes, vt ingenium, memoria, & reliquæ operationes cerebri propriæ, moderationem, & mediocritatem exquiſite in omnib. ſeruant. capilli in infantia ſubrufi, in pueritia ſubflaui, in adoleſcentia flaui ſunt, medijque inter exquiſite criſpos, & ſimplices, non tamen facile caluitium patiuntur. excrementa, quæ per palatum, aures, nares, vel oculos expurgantur, modice ſe habēt, & ab extrinſecus alterantibus minime læduntur. Si vero calidum ſit, breuibus ſomnis, qui non admodum profundi ſunt, erunt contenti : mobilitas erit in opinionibus, omnia circa caput calidiora, & rubicundiora, & oculorum venæ magis ſenſui patebunt. capilli in his geniti celeriter in capite proueniunt, & ſi multa ſit caliditas, nigri, robuſti, & criſpi fiunt, ſi non multa, ſubflaui ab initio fiunt, deinde nigricant, & progredientibus ætatibus calui fiunt, atque eo magis qui plus modico ſunt calidiores. excrementa capitis pauca, & concocta ſunt, cum bene valent. Si vero eis caput repleatur, propter malam victus rationem, plura excrementa, non tamen incocta generantur. implentur autem & aggrauantur eorum capita à calidis cibis, potionibus, odoribus, aere, & alijs extrinſecus occurſantibus, & adhuc magis ſi hæc non ſolum calida, ſed etiam humida fuerint. Si fuerit frigidum, ſomnolentiores quodammodo ſunt, & in opinionibus ſtabiles. partes capitis non admodum calidæ, neque rubicundæ apparent. oculorum venæ omnino viſum effugiunt, capilli recti, & rufi, & ſtabiles, & qui longo poſt ortum tempore naſcuntur tenues, & ab initio male nutriti, plura ſunt in proprijs meatibus excrementa: facilè à frigidis cauſis offenduntur, & tunc deſtillationibus, & grauedinibus capiuntur. Si fuerit ſiccum, adeſt ſenſuum perſpicacitas, ad vigiliam promptitudo, diſcendi difficultas, ſed cum memoria firma, capillos habent robuſtiſſimos, qui celerrime eis genitis innaſcũtur, criſpi potiusquam recti : cito autem calui fiunt : & meatus excrementis carent. In humida vero ſenſus ſunt turbulenti, ſomni multi, & profundi, diſcendi facilitas, & ingenium ſubtile, ſed cum obliuione facili. capilli plani, nequaquam calui fiunt: & excrementa multa. Si fuerit calidum, & ſiccum ſenſibus vigent, plurimum vigilant: ad tactum caput calidum ſentitur, ſunt rubicundi vſque ad ætatem conſiſtentiæ: capillos habent nigros, & criſpos, & prima capillorum generatio celerrima eſt, & plurimo abundans alimento, ſed cito calui fiunt, & excrementis carent. Quod ſi calidum, & humidum fuerit, non tamen multus in vtriuſque adſit à mediocritate receſſus, calor, & color bonus, & oculorum venæ magnæ apparent : & capilli recti, ſubflaui, & non facile calui fiunt. implentur vero, & aggrauãtur eorum capita à calidis, & ſi caliditas, & humiditas plurimum creuerint, non diu vigilare poſſunt, & cum ſe ad ſomnum conuertunt ſimul graui ſomno, hoc eſt comate tentantur, & vigilant, & ſomnia habent imaginationibus plena : viſus eis turbulenti, neque ſatis ſenſibus vigent : caput excrementis abundat, & morbis eſt obnoxium : & facile à calefacientibus, & humectantibus offenditur: Auſter ſemper eis aduerſatur, & in aquilone optime ſe habent. Si fuerit frigidum, & ſiccum in iuuentute omnes ſenſus vigent omni vitio carentes, ſed progrediente ætate cito marceſcunt, nam omnes celerrimam circa caput ſenectutem oſtendunt: caput frigidum, & minime coloratum eſt, dummodo ab humorum temperatura diuerſa alteratio non procedat : venis carentes habent oculos: capilli ipſis genitis vix exeunt, & male nutriuntur, & rufi ſunt, cito fiunt: in progreſſu vero ætatis ſuperante magis frigiditate caliditatem, quam ſiccitate humiditatem, multum non caleſcunt. contra ſi ſiccitas plurimum humiditati dominetur, frigiditas vero caliditati parum, hi calui fiunt: à cauſis frigidis facile læduntur: quare & inæquali ſanitate fruuntur, quia nonnunquam leuiſſima habent capita, & meatus excrementis carentes interdum vero & grauedinibus, & deſtillationibus leui de cauſa facile capiuntur. Si tandem fuerit frigidum, & humidum graui ſomno tentantur, & ad ſomnum facile conuertuntur, ſenſibus minime vigent, calui non fiunt, excrementis redundant, caput frigiditati, & repletioni habent obnoxium, & deſtillationibus, & grauedinibus facile tentantur. Iam vero ne ſermo de ſignis interrumpatur, tempus eſt, vt ad præſagia accedamus, ad hoc vt ſciamus quando debeamus ſcopos curatiuos, & materiam medicinalem in medium afferre, & quando non. In virtute itaque prænotionis, vel affectum, de quo agimus, prædicimus, vel facilitatem, difficultatem, & impoſſibilitatem curandi præuidemus, vel bonum, aut malum exitum, ſeu ſalutem vel mortem præſagimus, vel mala, quæ affectus hic accerſire, vel in quæ trãſmutari ſolet, præcognoſcimus. Quo ad primum, dicebat Galen. acuta capita, in quibus dentium poſitus immutatus videtur, vt inferiores è regione ſuperiorum non ſint, ſed veluti reuulſum, & diſtortum os videtur, doloribus aſſiduis conflictantur. Et idem Galenus 3. de locis affect. cap. 4. declarat, quæ natura corporis ſit apta, vt impleatur. Et eodem capite id proponit, ob ſenſus exuperantiam quoſdam leui de cauſa infeſtari. Ita Hip. & Gal. dicebant. Quibus febricitantibus vrinæ ſunt turbidæ, quales iumentorum, ijs dolor capitis adeſt, vel imminet. nam tales vrinæ fiunt à materia craſſa, & denſa, à calore agitata, & in ſpiritum diſſoluta. ſpiritus autem flatuoſus vnà cum calore promptè fertur ad caput : idem dicendum dum redditur clara, & ſtatim turbidatur. Quo ad ſecundum pro diuerſitate loci affecti, & cauſæ effectricis vel minus, vel magis cum difficultate tollitur. ideo in cute, vel pericraneo facile tollitur, difficulter dum duram, vel tenuem meningem obſidet : adhuc magis difficulter, dum affectum eſt cerebrum. Ratione cauſarum, cæteris paribus, ab externa cauſa facilius remouetur, difficilius ab interna. & à flatibus non ita difficulter aufertur, ſicuti etiam dum ſit ab intemperie in habitudine præcipue à calida, vel frigida, quia à valido auxilio profligantur: ſi fiat à ſicca difficilius tollitur. & ægerrime ſi intemperies ſit in habitu. Si fiat à materia humoroſa quanto fuerit copioſior, frigidior, viſcidior, craſſior, tanto difficultas curationis intenditur, poteſt tamen materia omnino diſcuti. Quod ſi reuertatur dolor, hoc fit, quia adeſt aliquod membrũ labefactatum regenerans materiam, vt ſolet eſſe ventriculus, & præſertim

Signa calidi cerebri.

Cap. 14.

Signa frigidi cerebri.

Cap. 15.

Signa ſicci cerebri.

Cap. 16.

Signa humidi cerebri.

Cap. 17.

Cap. 18.

Calidi, & ſicci cerebri indicia

Calidi, & humidi cerebri ſigna

Cap. 19.

Cap. 20 & 21.

Signa frigidi, & ſicci cerebri.

Signa cerebri frigidi & humidi.

Prognoſtica.

Gal. 1. in 6 epid. com. text 2.

Hip. 4 aph. 70 & Gal. in com. et etiam 1. in 3. de vul mor. com. text. 5.

vterus

vterus in mulieribus. Quo ad tertium, exitum videlicet, dolor capitis poteſt adimi, & ratio-
*Galen. 2 de* ne ipſius neminem extinctum vidit Gal. quod eſt intelligendum, dum alias affectiones nō in-
*med loc ca.* ducit, nam quatenus alias affectiones exciat, periculoſus eſt. Si vero cum dolore capitis v-
*1.* rina fiat turbida per viam criſis bonum eſt, & præcipue in pueris eſt ſignum infallibile. ita di
*Hipp.6 aph.* cebat Hipp. caput dolenti, & circumdolenti, ſeu vehementer laborāti pus, vel aqua, vel ſan-
*10.* guis per os, aut nares effluens dolorem ſoluit, quando ſcilicet vel ob inflammationē, vel cru
*Gal in com.* dotum humorum copiam fieri contingit. altera ex parte idem Hipp. dicebat. Quicunque ſa-
*Hipp.6 aph.* ni dolore capitis repente capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt, in ſeptem diebus pere-
*51.* unt, niſi febris apprehenderit. nam ſicuti ſubitus capitis dolor fit vel à materia flatuoſa, vel
„ à materia copioſa vniuerſim influente, ita dum ſequuntur ſymptomata iam dicta, fiunt à co-
*Hipp.3 pre* pioſa pituita confertim caput inuadente. & ex ſententia eiuſdem Hipp. vtero gerentibus ca-
*rot. tex 11.* pitis dolores ſoporoſi cum grauitate fientes mali. & ex eodem, capitis dolores vehementes,
*Hipp.3 pro-* & continui cum febre, ſi aliquod ſignum mortiferum accedat ex toto pernicioſi. Si autem
*gnoſtic text.* nullum tale ſignum ſit, & dolor diem vigeſimum exceſſit, neque febris conquieuit, aut ſan-
*16. et 17. &* guinis è naribus eruptionem, aut abſceſſum expectare oportet. quod etiam intelligendum
*Gal. in com.* ante vigeſimum fieri in diebus criticis, præſertim ſi dolor tempora, frontemq. obſideat. Sed
„ eruptio magis fit in his, qui minus quinque, & triginta annos nati ſunt: ſuppuratio vero in
maioribus natu. Ita ſi de malis, quæ ciet capitis dolor, & in quæ deſinere ſolet, ſermo fiat; ſci-
endum, quod dum eſt aſſiduus, vigilias, & cæcitates, & dum progreditur cerebri tumores in-
ducit. ſimiliter dum dolor in febribus continuis non alleuiatur, dum remittitur febris, im-
minet phrenitis. idem dicendum de dolore continuo, ad quem ſequitur febris, cum prius nō
fuerit. ita cum eo vrina alba tenuis minatur phrenitim, niſi adſit obſtructio, aut niſi materia
ad alios ductus deferatur, vt ad inteſtina, & fiat fluxus, vel ad cutim, & fiant variolæ, aut ad
aliud membrum, & fiat tumor. His de parte Theorica declaratis, tempus eſt, vt ad ſcopos,
& præſidia deſcendamus. ea enim ſunt, quorum merito vitia methodice profligantur, & ar- *Indicationes, quę ad*
*Gal. 12 met.* centur. Si igitur loquamur de indicationibus, quæ dolorem præſentem reſpiciunt, quas ob *dolorē præ-*
*c.7 in princ.* id licet curatiuas vocare, hæ deſumuntur vel à dolore, vel ab eius cauſa: à dolore ſumuntur, *ſentem di-*
„ quando adeo vehemens eſt, vt trahat ad ſe curationem. ideo dicebat Galenus, quod ſi eius *riguntur.*
„ cauſam adimere poſſimus, contra ſymptoma non pugnamus, ſed ægritudinem nos curamus.
„ Sed ſi ab aliqua occaſione prohibiti, affectui, ſeu cauſæ doloris ſubmouendæ intentos eſſe nō
*Galen 4. de* licet, vehementiam doloris mitigare debemus. Hoc autem contingit, dum dolor capitis eſt
*rat. vic. tex.* in cauſa intēſiſſimæ vigiliæ, quæ ita vires proſternit, ſicuti ſenſibilis euacuatio. tunc ergo du-
*com. 2.* plex auxilium poteſt indicare, videlicet refrigerans, & ſtupefaciens narcoticum dictum, vel
humectans, & calefaciens moderate, quod anodinum vocant. cum enim indicationes à rei
*Gale. lib. de* natura deſumantur (eſt enim indicatio comprehenſio iuuantis, vnà cum natura indicantis)
*opt. ſec. c.11* & ſubinde ab eo quod factum eſt, & habet permanentiam, cum non poſſint deſumi à tactus
deprauatione, neque à ſolutione continui, quia habent eſſe in fieri, ſequitur vt deſumantur
de neceſſitate tum à partibus capitis, tum à cauſis ſoluentibus continuum: à partibus capitis
ſumuntur illæ. quæ reſpiciūt dolorem: partes enim ſunt illæ, quæ patiuntur dolorem, à cau-
ſis ſoluentibus continuum ſumuntur eæ, quæ reſpiciunt cauſam doloris. & quoniam partes
dolorem patiuntur, tum quia deſtruitur, aut diſtrahitur earum humiditas, ad cuius deſtru-
ctionem, & diſtractionem ſoluitur earum continuitas, & fit dolor (vt ſupra probatum fuit)
tum quia ſentiunt cauſam dolorificam in virtute caloris innati: hinc fit, vt mitigans dolorem
non poſſit eſſe niſi duplex, nempe anodinum, & humidum, quod indicatur præſertim ab hu-
miditate partis quæ à ſibi ſimili conſeruationem expoſcit, & narcoticum, frigidumq; quod à
calore partis indicatur, qui vt deſtruatur, & ſubinde dolorem non ſentiat contrarium exigit.
dictum fuit anodinum humidumq; indicari præſertim ab humiditate, quia quoquo pacto ēt
à partis calore indicatur, quia humiditas calorē anodini calorē quoq; aliquatenus obtundit,
vt proinde pars dolorem ipſum non ita exacte iudicare poſſit. Et inſuper eadē humiditas ma-
terierum continuitatem ſoluentium acrimoniam obtundere, contemperareq; facile poteſt. Eſt
autem anodinum moderate calidum, quia in virtute moderati caloris partem replet. craſſio-
res humiditates fundit, & eas, quia calor moderatus eſt, neque diſſoluere, neque euocare po-
teſt, ex quo ſequitur, vt pars magis humida adhuc reddatur, & continuitas minus ſoluatur
(ope enim humiditatis ſeruatur) & innatus calor adhuc magis à tanta humiditate obtunda-
tur. Inſuper merito moderati caloris, qui pro vehiculo deſeruit, anodini humiditas per om-
nes dolentis partis meatus facile penetrat, & eius humiditati ſubſtantificæ, in qua calor in-
natus moderatus reſidet, fit quam ſimillima. humiditas autem ſubſtantifica eſt illa, quæ vni-
tatem conſeruat, non autem aquea, & excrementitia. tandem ſi anodini humiditas cum fri-
giditate iuncta eſſet, actionem ſuam minus valentem haberet, quia vt ait Gal. humidum re-
frigeratum conſiſtit, cogit, & immobile reddit, ergo non poterat eſſe niſi temperate calidū.
*Galen 1. de* Nam ſi immoderate calidum extitiſſet, tum ſenſum adaugere, tum materias attrahere ad lo-
*temp. c.1.* cum dolentem potuiſſet. Aduertendum autem quod vbi dolor magis vrget, indicat narco-
ticum. Si vero minus ſit vrgens, indicat anodinum. Si vero conſideremus cauſam doloris,
ſi ſit externa, & adhuc permaneat, remouenda eſt; ſi ſit interna, & immediate continuū ſol-
uat, eradicanda, vnde ſi ſit intemperies per contrariam alterationem profliganda. Si ſit mate-
ria, ſi peccet ſolum in quanto, ſi ſit flatus, diſcutiendus, ſi ſanguis minuendus. Si peccet in pri-
ma qualitate, per contrarium alteranda, &, ſi fieri poteſt, ad benignum reducenda; ſin minus
eradicanda; & vt poſſit euacuari, & eradicari prius preparanda, & adæquanda, vt, ſi tenuis,
craſſefacienda, ſi craſſa attenuanda, ſi dura emollienda, ſi viſcida detergenda. & vbi fuerit
præparata electiue educenda, vt ſi ſit pituitoſa, pituita purganda, & ſic de alijs. & quia mate-
ria præſertim, quæ eſt in capite non ſemper purgantibus cedit, ideo ſi ſit in capite, ſi adhuc nō
ſit fixa

ſi ſit extra caput, ſi actu moueatur in caput, vel etiam periculũ ſit ne moueatur in caput, reuellenda. Quod ſi affectio ſit mixta ex intemperie, & materia, quæ attrahatur in caput ab intéperie calida, ſiue ſit humoroſa, ſiue vaporoſa, dicebat Gal. poſt totius euacuationem, oportet ipſam per frigida repellere, & ſi impacta ſit, concoquere, attenuare, & diſcutere, & caput roborare ne ſuſcipiat, & vt attenuatum excernat, & impactum concoquat, & expellat; ita tamen vt pharmaca has facultates habentia ſint mixta. & paulo infra, mixtionis modum inſinuans, dicebat. calore doloroſo prædominante vna cum flatu ventoſo in principio quidem repulſoria curatione vtendum eſt, quæ ex refrigerantium facultate conſtat, quod vbi moderate factum eſt, ex mitigatorijs, & concoctorijs quidpiam miſcere ad repulſoria oportet: deinde etiam diſcuſſoria addenda. ita vt paulatim repulſoria detrahamus, donec ad contrariam mixturam perueniat pharmacum. hoc eſt vt plurimum diſcuſſorium ſit, & attenuatorium, minus vero concoctorium, & mitigatorium, minimum auté repulſorium. Si vero cauſa doloris ſit mediata, ab hac, ſi ad dolorem referatur, deſumuntur præſidia præſeruatiua. dictum eſt ſi ad doloré referatur, quia ſi cauſa hæc abſolute conſideretur, & prout eſt diſpoſitio morboſa, ab hac pręſcribuntur pręſidia, quæ etiam curatiua nuncupari poſſunt. Hęc igitur cauſa ſiue intemperié, ſiue materiam generet, ſiue eam colligat, eradicanda, ſiue ſit in capite, ſiue extra caput. v.g. ſi pituita generetur à ventriculo frigido, calefaciendus, ſi colligatur in capite propter eius meatus anguſtos, & obſtructiones, oportet aperire, & exobſtruere. Quod ſi non poſſimus materiæ regenerationem inhibere, quia intemperies ſit in habitu, vel mala compoſitio, & anguſtia ſit natiua, vel incorrigibilis, oportet hanc materiam, vel per pharmaca euacuantia, vel per aliquos ductus arte paratos aſſiduo euacuare. Quod ſi cauſa hæc materiam moueat in caput, ſi id fiat per attractionem, caput refrigerandum; ſi per tranſmiſſionem, roborandum, & potius ſiccandum. & quoniam hoc in capite de naturali capitis conſtitutione egimus, ideo poſt indicationes, quæ diſpoſitiones præter naturam reſpiciunt, eæ quoque ponendæ, quæ quoniam naturales ipſius diſpoſitiones tuentur, ne in morboſas abeant, exquiſite præſeruatiuæ poſſunt appellari. & hoc non ab re, quia nemo medicum auxilium expoſcit, niſi vbi ab aliquo præter naturam affectu fuerit correptus. quo quidem ſublato, ſi prudens ſit, cupit deinde ab eo ita præſeruari, vt nunquam in eundem affectum in poſterum labatur. quæ quidem præſeruatio cum à medico, tum ab eo qui præſeruari deſiderat, exactius cognoſcitur vbi prius ab vtroq; omnes affectiones præter naturam in quas poteſt, & ſolet incidere, & oẽs cauſas à quibus male afficitur, fuerint exploratæ. Si igitur caput fuerit exacte temperatũ per ſibi ſimilia tale perpetuo conſeruandum. Si ab exacta deflectat tẽperatura, non adeo tamen, vt extra latitudiné ſanitatis lapſum ſit, ſi fieri poſſit, ad ſymmetrũ per contraria reducendum, & hoc tpe ſanitatis (de qua nunc agimus) audiendum, nam tpe morbi quęcunq; naturalis, & conſueta temperies, et ſi vitioſa ſit, ſemper ex Gal. in eodem ſtatu cõſeruanda. Si verò nõ poſſit ad melioré ſtatum reduci, ſaltem, ne in deterius tendat, procurandũ eſt. Hoc aũt fit ſi exquiſitam victus rationé, quæ habeat vim oẽs qualitatum exceſſus refrangendi præſcribamus. & oĩa quæ eoſdé fouere poſſunt adimamus. Quod ſi merito alicuius vitioſæ conſtitutionis noxię materię aggregationé inhibere non poſſimus, hæc ſubinde, ſed per vices euacuanda erit, vel per exercitia, aut balnea, aut ínediã, vel per pharmaca, quæ præter id ꝙ materiam peccanté euacuẽt, tum caput roborare, tum ẽt vẽtriculum, aut ſaltem ipſum minime lædere poſſint. & hæc pro præſeruatione non ſolũ à capitis dolore, verũ etiam à quocunque eius vitio de indicationibus dicta ſufficiãt.

*Galen. 5. de comp medi. per loc. ca. 10 ver. fin.*

*Indicationes pro præſeruatione capitis à quocũque vitio.*

*Pręſidiorũ materiæ. Chirurgica Materia Venæ ſect.*

*Auice. 1. 3. trac 2 c. 11 & 12.*

*Galen. 2 de cõp med.*

Quantũ ſpectat ad præſidiorũ materias in dolore a nuda intẽperie, neq; Auic. neq; Græci, aut alius ex optimis auctoribus ponit venæ ſectioné, aut aliud phlebotomiæ genus, cũ tamé Gal. in reliquis oĩbus doloris capitis cauſis, & ſpeciebus, venæ ſectionis mentioné faciat, vnico dolore ab intẽperie, ſine materia excepto. nã in intemoetie calida non eſt rationabile, vt ſanguis in toto redundauerit, & à caliditate capitis, & à dolore in ipſum nõ fuerit attractus. Sed dato quod redundet in toto, non eſt timendũ, vt in localium, frigidorum videlicet, quæ ſua natura reprimunt, & doloré, & eius cauſam remouẽt, applicatione, attrahatur in caput. In frigida auté intemperie, dũ applicantur calida medicaméta, ſi ſanguis aliqua ex parte ducatur in caput, habet rationé curantis, & forſan ob id Gal. in hac intẽperie vinũ etiã exhibuit. 2. de cõp. med. per loc. c. 1. poſt princ. & vomitũ præcepit. Idem dicendũ de ſiccã, quæ præter id, ꝙ à ſanguine ſubſtantifice humectante põt imminui, cũ tollatur ab humidis, non eſt periculum alicuius attractionis. Neq; nobis obſtat Auic. dũ in dolore à ſolis ardore, videtur proponere ſanguinis euacuationé, quia tunc loquitur de dolore à ſolis æſtu, ſed cum materia. ideo ait, & moltoties accidit ex ſole ſoda nõ ex hoc quod calefacit tantũ, ſed ex hoc quod eleuat vapores, & mouet humores quietos, & tunc non eſt excuſatio ab euacuationibus prædictis. Quod ſi dolor fiat à materia, & ſit alicuius momenti: quia tunc magnus eſt affectus tum ratione dignitatis, tum ratione magnitudinis, ſiue receſſus à oaturali ſtatu, oportet conſiderare, an ſanguis redundet in toto, vel in capite: ſi redundet in toto, vt poſſimus ad diſcutientia confugere, ſi virtus ſit valida, & ætas florens, oportet venã ſecare, & extrahere ſanguinem pro neceſſitate: nã ſanguinis quantitas, tum ab eius redundantia, tum à virtute præſcribitur, vnde poteſt extrahi ab vncijs ſex vſq; ad duodecim, & interdum plures, dum imminet capitis inflammatio, & dũ dolor eſt ſanguineus. quod ſi ſit bilioſus, pituitoſus, aut melancholicus, in parua quantitate euacuãdus, & ſolũmodo dũ vna cũ cacochymia, adeſt aliqua notha plenitudo, & dum virtus nõ eſt ita robuſta, expedit per iteratam venæ ſectionem ſanguinem euacuare. expurgatis autem primis vijs, illico hoc præſidio vti licet. & pro ſanguinis craſſitie, vel tenuitate foramen fiat magis, vel minus amplum. & vbi dolor fiat per conſenſum à toto, & occupet tum dextram, tum ſiniſtram partem, aperienda baſilica, vel communis, vel cephalica dextri lateris, prout plenitudo abundat, vel ſolum in toto, vel æqualiter in toto, & in capite, vel potius in capite. Si dolor fiat vitio lienis, ſiniſtræ aperiendæ, ſi vitio vteri, ſaphenæ: ſi dolor occupet vnã capitis partem, ſecanda

*Auic loc. ci. ca. 11.*

*Quantitas*

*Tempus. Modus. Locus.*

canda vena ab eodem latere,ſiue ſit brachij,vel pedis. Si virtus,vel ætas non adſit, vtendum
cucurbitulis ſcarificatis, hirudinibus, quæ potiſſimum hæmorrhoidibus applicandæ.Si alte-
ra ex parte adſit plenitudo potius determinata,quia ſanguis excedat in capite,in toto aũt,vel — Cucurbitu
nõ redundet (interdum,n.ratione doloris,& caloris in caput attrahitur) vel fuerit euacuatus, — læ ſcarifi-
*Galen. 2. de comp med lo cis 2.2.& Auic loco cit. Gal.l de ratio cur mor. per ven. ſec. c 19* aduertendum an dolor affligat,vel totum caput,vel aliquam tantum eius partem,ſi totum af- — catæ.
fligat aperiendæ venæ narium,ſetis ſuillis,extremitatibus polygonij,vel hirudinibus, & per-
mittatur ſanguis exire,prout quantitas poſtulabit.v.g.à vj.vſq; ad x.vnc. Hanc.n.narium,ve-
narum apertionem proponunt Hip.& Gal.6.in 6.epid.6. potiſſimum ad capitis grauitaté tol-
lendam.Si autem dolor affligat vnicam partem,ſi anteriorem,affigendæ cucurbitulę ſcarifica
tæ occipitio:ſi poſteriorẽ,aperienda vena frontis,ex Hip.6.epid.ſect.2.tex.26.Quod eſt obſer-
uandũ dum volumus reuellere. id.n.efficimus gratia materiæ,quæ adhuc fluit,vel fluere põt
*Galen. 2. de cõp med.loc. c.1.* vt.ſ.inhibeamus impetum materiæ ab vna parte in aliam . quia fluxionibus incipientibus,re-
uulſiones;deriuationes autem,dum materia quieſcit,fieri debent.ideo ſi inſtitutum noſtrũ al
tera ex parte ſit deriuare,quod eſt efficiendum poſt reuulſionem,dũ videlicet perſeuerat do-
*Galen. l.cit.* lor,tunc ſi dolor ſit in parte anteriori,aperiendæ venæ partis anterioris,quia materia eſt in ea
parte,ita poſſumus applicare hirudines venis temporum,dũ eſt hemicrania.Similiter proban-
tur cucurbitulę nõ ſcarificatæ,ligaturæ,frictiones,quæ oĩa fiunt deſcendendo à partibus do- — Cucurb.nõ
lori propinquis,& tendendo ad partes remotas.ita gratia reuulſionis,laudantur lotiones cru- — ſcarificatæ.
rum,cum aqua calida,& vbi reſoluentia non ſufficiunt ad materiã eradicandam,poſt reliquo — Ligaturæ,
rum oĩum adminiſtrationem veſicatoria quoq; maxime probantur.Deniq; laudantur caute- — & frictio-
ria dum dolor eſt valde rebellis,& quando tanta eſt partiũ imbecillitas,vt materia neceſſario — nes.
multiplicetur.Affiguntur aũt quandoq; cruribus,dum volumus maxime reuellere, & quãdo — Cauteria,
materia generatur.v.g.in ventriculo,vel hepate,vel colligitur vitio vteri,quandoq; affigũtur — & ſetacea.
brachijs,dũ volumus celerius à capite reuellere,quandoq; ſincipiti gratia deriuationis,& cor
roborationis capitis:eſt.n.remedium præſtantiſſimũ ad confortandum cerebrũ,& corrigẽdas
eius prauas cuiuſcunq; generis diſpoſitiones,ſed potiſſimũ frigidas,& humidas. Et tunc Ara-
*Arab.propr. cat & præſer im Auicen & Albuca* bes non ſolũ vnicum,ſed etiam tres,& quatuor affigunt,pro neceſſitate,& omnes in ipſo capi
te pro eius corroboratione,& per quadraginta dies vel plus apertos detinent.Pariter affigun
tur ſincipiti gratia reuulſionis,dũ dolor pertingit ad radices oculorum,& imminet cæcitas.in
terdũ etiam occipiti,ſiue ſit cauterium,ſiue ſetacium.Pariter Raſis,dum periculum eſt,ne tã-
dem fiat cæcitas,proponit inciſionem arteriarum,quæ non eſt adeo periculoſa,vt quidam pu
*Raſis 9. ad Alma.c.cit. Gale lib.de rat.cu.mor. per ven ſect. prope finem.* tant,quia cũ incidantur ex toto,vt ait Gal. non eſt periculũ fluxionis ſanguinis,aut ne nõ coa
leſcant ſi non ſimplici coalitu,ſaltẽ alicuius corporis interuentu:quia quãprimũ vtrinq; retra
huntur,& vulnus carne facile repletur.ergo primo ligandæ,ſecundo incidendę,tertio caute-
rizandæ,& carne tandem vlcus replendum eſt,Medicamenta,vel diriguntur ad dolorem,vel
ad cauſam ipſius,Si loquamur de prioribus,dum dolor non ita vrget, licet capiti ſuccum mal — Pharmaco-
uarum,cum oleo roſ.compl.admiſcere,vel lacte preſertim muliebri,aut altheę ſucco,aut de- — rum mate-
cocto tragi,ſęnigræci,meliloti caput irrorare,& ſi dolor ſit in partibus externis, ſufficit acci- — ria.
pere vnc.j.ſucci maluarum,& ij.olei roſati,ſi ſit in partibus internis cum Gal.& Auic.addatur — Anodina.
ſemiuncia aceti non admodũ fortis. Si dolor non ſedetur, vt deſiſtamus quantum fieri poteſt
*Gal & Aui. loc. cit.* ab opiatis,admouendum anodinũ in forma conſiſtenti,vt per morã magis agat, ideo pro ſin-
gula vncia medicamenti liquidi miſceantur ceræ drac.ij.ſed ſæpius lotę in decocto maluæ,ve
ſi accipiamus ſucci maluarum vnc.j.ptiſanæ hordeaceæ colatæ vnc.j.& ſem.olei roſ.completi
vnc.ij.ceræ drac.ij.præſertim in cauſa calida.His non conſerentibus,ſi dolor maxime vrgeat,
& vigiliæ maxime infeſtent,ad ſtupefacientia confugiendum,vt eſt medicamentum quod fit — Narcotica.
ex lactuca,nymphæa,ſolano,mandragora,capitibus papaueris albi,deinde nigri,& tãdem ex — Extrinſec⁹
opio,& primo minoribus occurrendum v.g.recipiendo ſucci lactucæ vnc.ij.decocti maluarũ
vnc.j.& capiti applicetur & ſi non mitigetur,huic addatur ſemiuncia olei nenufatini,deinde
aſcendendum ad drac.ij.ſucci ſolani,aut ad drac.j.ſucci radicis mandragoræ.poſſumus etiam
accipere foliorum lactucæ manip.j.cap.papaueris albi, vel (ſi vrgeat neceſſitas) nigri numero
quatuor,fiat decoctio in decocto maluarum & hoc caput foueatur,& penetrationis gratia,&
vt non ita lædatur cerebrum,licet addere manip.ſem.florum chamæmeli,aut meliſſæ,aut me
liloti.Quod ſi ſumma vrgeat neceſſitas,licet vti duobus,vel tribus granis opij correcti cũ cro
*Galen. 2. de comp. medi. per loc.ca.2.* co,ſed monet Gal.ne opiata applicentur ſuturæ coronali,neq; parti poſteriori propter princi-
piũ ſpinalis medullæ:ideo admouẽda fronti,vt ipſe trociſchos cũ opio applicabat. Pariter ex-
trinſecus à Gal.11.lib.ſimplic,med.probatur torpedo viua capiti impoſita.Si propoſitis dolor
non cedat etiam intrinſecus ad ſomnum ciendum opiata propinãda ſunt, ſed valde correcta, — Intrinſec⁹.
& potiſſimum in cauſa calida;ab hac enim dolores pertinaces fiunt;Ideo licet tunc vti Philo-
nio Romano, magnis antidotis recentibus, requie Nicolai , aut pilolis de arnogloſſa ad dra- — Tẽpus mi-
chmam ſemis , aut potius ad ſcropulum ; &, dolore ſedato, oportet noxam, quam inferunt, — tigantium.
calidis corrigere , Quo ad tempus , cum mitigantium anodinorum , tum ſtupefacientium, in
quocunque dolore oportet ſemper cõſiderare,an præſidium quod euacuat,habeat ſimul vim
remouendi cauſam doloris,& ſubinde ipſum mitigandi. Si ergo dolor ſit huius naturæ,vt im
minuatur euacuatione,debemus prius euacuare,quia eodem auxilio imminuitur dolor.Si ve
ro accidat, vt præſidium quod indicatur à materia non minuat dolorem , magis poteſt dolor
ad prohibendam euacuationem, ſiue per ſectam venam, ſiue per ſoluens medicamẽtum fiat,
quam materia ad indicandum . ideo magis vrget dolor indicans mitigatorium, quàm pro-
*Auic 4.1.a. 3.* hibeat materia , ideo dicebat Auicenna , cum volueris trahere ad longinquum prius ſedato
dolorem , quia non minuitur dolor per materiæ euacuationem . ideo prius ſedandus dolor,
quia cum ab eo fiat attractio, prohibet tractionem ad longinqua.deinde corpus euacuandũ.
ideo ſi in dolore capitis oriať indicatio euacuãdi ſanguinem, licet aperire cephalicam etiam
ante

ante mitigantia, quia euacuatur totum, & caput, & minuitur dolor. Si autem velimus aperire venas pedum, & dolor ſit vehemens, dolorem prius ſedare oportet. Sed de anodinis particulariter loquens Galenus tertio in tertiũ epidem. 76. dicebat. imò ne fouere quidem aut lenire partes dolentes licet, priuſquam corpus euacuetur, ne materia ad partem attrahatur. Si vero de pharmacis reſpicientibus cauſam doloris loqui velimus, ſi cauſa ſit intemperies ſine materia, ſi calida fuerit, expedit vti oleu roſato ceu omnium præſtantiſſimo, præſertim immaturo frigidoq́; & ſi dolor ſit vehementior, laudatur oleum roſatum cum aceto, vel oleum acerbum, ſeu omphacinum, vt accipiendo olei partes quatuor, aceti partem vnam, vel vnam & ſemis, & ſi fortius refrigerare velimus. & ſi caput vehementius exæſtuet, cum aceto miſcendus ſuccus ſanguinariæ, ſeu polygonij, aut plantaginis, aut portulacæ, aut lactucæ, aut vuæ acerbæ. Pariter laudatur oleum neuufarinum, ſuccus pampinorum vitis, endiuiæ, ſemper viui, ptiſana hordacea, farina hordei primu viridis, deinde exuſti, emulſio ſeminum melonum. laudat Gal. ſuccum mori linteo expreſſum cum pari portione olei roſacei, tandem in vehementi feruore, præter ſuccos propoſitos, & præſertim pſylij, & lactucæ, laudat Gal. vt eum oleo roſaceo miſceatur paululum ſucci ſolani, & pampinorum vitis. Oleum autem refrigerandum, vt docet Galenus exponendo ipſum ſub diuo per noctem, vel aqua fontanæ, aut niue detinẽdo. pinguia veru, & oleaginea reliqua, quia facile inflammantur, fugiẽda. Circa vero quantitatem refrigerationis monet Galenus, vt in mulieribus, pueris, eunuchis, & mollibus, albisq́; corporibus, loco olei roſati, vtamur oleo chamæmelino. immodice autem refrigerantia, & aſtringentia ſemper cauenda. Quoad modum vtendi, notat Gal. vt refrigerantibus, & præſertim oleo roſaceo frigidiſſimo, in principio caput perfundamus lanæ faſciculo in orbem circumpoſito iuxta frontem quidem, vbi piloſa eius pars definit, ſupra aures ſtatim, & poſt verticem, non tamen longe inferius, quia ea pars neque facile exuritur, nec citra moleſtiam refrigerantia ſuſtinet, quia eſt principium ſpinalis medullæ. Sutura autem coronalis facile omnia alterantia diſtribuit, ideo ſiue refrigerare, ſiue calefacere oporteat, aptiſſimus eſt locus. Inſuper aduertendum, quod vt liquidiora vehementius operentur, expedit miſcere aliquam portionem ceræ in decocto refrigerante lotæ, & medicamentum exacte miſcendum, & quia caleſit aſſiduo immutandum, vel aqua endiuiæ, aut roſarũ frigidiſſima perpetuo irrorandum. Poſſunt etiam parari ſacculi ex roſis, violis, hordeo, lentibus, & nymphææ floribus, contuſis: licet etiam vti ſtillicidio ex oleu roſaceo, vel, ſi cum caliditate ſit iuncta ſiccitas, licet recipere pampinorum vitis, portulacæ, ſemperuiui añ manip. j. florum maluarum, roſarum, violarum, añ pug. ſem. florum nymphææ drac. ij. chamæmeli, meliloti, fœnigræci añ drac. ij. fiat decoctio ſecundum artẽ pro embrocha, addendo parum aceti, vel ſucci citri, præſertim ſi caliditas ſit profunda. Ita Raſis in hac intemperie, ſicuti etiam in dolore à bile iubet, vt odorent violas, roſas, camphoram, ſalices. His autem vtendum non poſt totius euacuationem, vt quidam dicunt, ſed ſtatim in principio poſt clyſtere, vel leniens ſi opus ſit. Si dolor fiat ab intemperie frigida, præ cæteris laudantur olea, & inter omnia rutaceum potiſſimum, ſi frigiditas ſit recens, & ex ambiente frigido orta. ita laudatur chamæmelinum, anethinum, &, dum maior eſt frigiditas, nardinum, ſampſuchinum, irinum: & dum intemperies eſt in habitu, aſcendendum ad thapſiam, ad ſimum colombinum, ad ſinapiſmata, aut dropaces, ad euphorbium, ad radicem cucumeris agreſtis cum modico euphorbio, & oleo irino, vt ℞. olei irini vnciam vnam, euphorbij drachmas duas, ceræ drachmas tres, miſce. Si olea non ſuppetant, vel ab ægrotante non admittantur, poſſunt ex herbis calidis medicamenta parari, vt ex maiorana, betonica, ſtœchade, hyſſopo, ruta, ſerpillo, italica nardo, calamentho, lauro, & etiam aromatis, & ex his poſſunt fieri decocta pro fomentis, & pulueres cum aliquo liquore excipiendi, vel ſacculi, aut euaporationes, quæ per nares excipiantur. Sed potiſſimum laudantur olea; & Gal. vtitur pileo ex lana molli confecto, & oleo irino, & vino rigato, & capiti circumpoſito, & omnia actu calida ſunt applicanda. ita ſi vehementer velimus calefacere, poſſumus vti ſtillicidio ex aquis ſulphureis, vel oleis calidis, vt recipiendo florum chamæmeli, origani, calamenthi mont. folior. lauri, verbenacæ rectæ añ manip. iij. baccarũ lauri, ſemin. aniſorum, dauci, fœniculi añ vnc. j. ſtœchados, hyſſopi añ manip. ij. olei comunis lib. xij. vini albi generoſi lib. xxxx. miſce, & fiat decoctio ad conſumptionem quartæ partis, & colatura pro ſtillicidio; quo licet vti pluribus vicibus per duas horas ante cibum: & poſt ipſum capite exiccato, poteſt applicari ceratum ſacrum, vel cerines. Ita vt confortetur cerebrum, & caleſiat, expedit, vt patientes odorentur pomũ ita confectum, ℞. laudani, ligni aloes, ſtiracis calamitæ añ drac. j. caryophyllorum, nucis muſc. ſeminis ocymi añ drac. ſem. cum aqua roſata, in qua ſit aliquid muſci, fiat pomum, quod præſtantius erit, ſi addatur aliquid ambræ. Quę autem capiti applicantur, dum vrget neceſſitas admouentur deraſis capillis, potiſſimum ſuturæ coronali; imò oleis frons, & narium, & aurium meatus etiam inungendi. & quoniam dolor ab intemperie frigida non ſolet eſſe ita vehemens, vt non præbeat inducias, ideo dum validis calefacientibus vti volumus, tutius eſt, vt poſt totius expurgationem his vtamur. Si ſicca ſit intemperies, vtendum pinguedine gallinę, anſeris, vituli, butyro, oleo amygd. dulc. vel violar. cum chamęmel. mixto, ita laudatur infuſio lactis, præſertim muliebris, & ſuccus maluarũ, vel altheæ, & aſſiduus ſit horum vſus, & hæc potius tepida ſunt applicanda & ſi opus ſit, poſt totius expurgationẽ. Quod ſi loquamur de medicamentis, quæ reſpiciunt materiam, hęc ſunt duplicis generis. Nã materia vel cõſideratur prout eſt extra caput, & cauſa huius vtendũ cõibus, quæ reſpiciunt totius prouidentiã, vel prout eſt in capite, & huius gratia determinatis, & topicis dictis vtendũ eſt. Dum igr̃ materia eſt extra caput, vel eſt in primis vijs, pro qua vtẽdũ lenientibus, vel potius redundat in toto, cuius merito cum præparantibus, tũ purgantibus vtimur. Quo ad lenientia, ſi in ventriculo redundet pituita, dẽtur ſpecies hieræ ſimp. confectę ex centũ partibus aloes ad drac. iij. ſi ſint recentes, vel ad drac. iiij. Si dolor eſſet per conſenſum à

Marginal notes (left): Medic. quę reſpiciunt, cauſam doloris. — Ad intemperiem calidam. — Quantitas, ſiue gradus refrigerantium. — Modus vtẽdi, & locus. — Tempus. — Ad frigidã intemp. — Quantitas. — Modus. — Locus. — Tempus. — Ad ſiccam intemp. — Medicamẽta, quæ diriguntur ad materiam. — Cõmunia. — Lenientia.

Marginal notes (right): *Gale lib de rem par facil. cap. 1.* — *Gal. 2 de cõpoſ med. lo. c. 2.* — *Gal. 2. de cõpoſ med loc. c. c.* — *Gal loco cit.* — *Gal loco cit. prope princ.* — *Raſ 9 ad Almanſ c propr.* — *Gal de cõp. med ca cit. & lib de rem par facil c. 1.* — *Gale lib de rem par facil c. 1.* — *Galen 2. de compoſ loc. c. 1.* — *Gal loco cit.*

ventriculo repleto humoribus pertinacibus, licet cum Gal. dare Hieram confectam cum oc-
tuaginta partibus aloes ad drac.j.licet etiam vti melle roſ.ſolut.ad vnc.v. diſſol.cum decocto
*Galen. 2 de med. l. c. 1 & 7. meth. c. 11.* betonicæ, vel cum iure. ita ſpecies hieræ poſſunt redigi in bolos cum melle roſar.ſolut. Si ſu-
perfluitas ſit biliosa, licet vti caſſia, pulpa tamarindorum, manna, ſyrupo roſ. aut viol. ſolut.
Verbi gratia ℞.floris caſſiæ nou.extr.vnc.j.pulpæ tamarindorum vnc.ſem. ſemin.aniſorũ ru-
diter contuſorum ſcrop.j.cum ſaccharo fiant boli. Vel in potu hoc modo:℞.dec.endiuiæ qu.
ſuff.tamarind.drac.iij.fiat infuſio,& facta expreſſione adde ſyr.roſ.ſolut.mannæ elec.añ vnc.
ij. Si ſuperfluitas ſit melancholica. vtendum electuario lenitiuo, caſſia. Idem dicendum de
clyſterijs (vomitoria enim in dolore materiali, quia caput replent, ſunt euitanda; niſi dolor
fieret ratione ſuperfluitatis in ventriculo contentæ) quibus vtimur etiam temporibus inter-
medijs, ideo gratia ſuperfluitatis biliosæ ℞.malnarum, violarum, folior.betæ,boraginis añ
manip.j. fiat decoct.cui addatur olei violac.vnc.ij.mellis roſac. tantundem.caſſiæ tractæ, vel
pulpæ caſſiæ fiſt.vnc.vnam,ſalis parum, & interim licet addere hieræ picræ ſimpl. vnc.ſemis,
miſce pro clyſt. In materia pituitoſa ℞.decocti maluarum,betonicæ,ſtœchados,furfuris vnc.
ix.ſalis parum, olei chamæmeli,vel aneth.vel rutacei vnc.iij.mellis roſ.vnc.ij.diaphœnici vn-
ciam ſem.hieræ picræ drac.vj.agarici drach.j.& ſem. miſce pro clyſt. & ſi dolor capitis fiat à
materia flatuoſa, vtendum benedicta, electuario Indo in eadem portione, addendo diſcu-
tientia flatus, vt ſemina aniſi, fœniculi, carui, cimini, caricas, & ſulphur. Præparantia quo- **Præparantia.**
que ſint varia pro materiæ varietate, vnde pro bile ſyr.de endiuia, de acetoſitate citri añ vnc.
ſem.roſati recentis vnc.j.decocti endiuiæ vnc.iij.miſce pro ſyr. Idem dicendum de ſyrupo de
cicorea, violato, de nymphæa. Et pro vehiculo licet vti aqua violarum, nenufaris, lupulo-
rum: in bile craſſiori laudatur acetoſus ſimplex, compoſitus, biſantinus, ſed ſemper accipi-
endi capitales: ſunt autem odorati, quibus caput delectatur, & quia tales facilius in caput e-
uaporant. pro pituita probatur mel roſatum, ſyrupus de betonica, de hyſſopo,de ſtœchade,
oxymel ſcillinum, & dentur donec materia concoquatur per tres, & quatuor horas ante ci-
bum. Sed qui exhibentur gratia conciliandi ſomnum, poſt cœnam exhiberi poſſunt, mate-
ria autem præſertim frigida, & melancholica non vnica vice, ſed paulatim concoquenda, &
per vices expurganda.Similiter purgãtia pro materiæ differentia varia eſſe debẽt.Vnde in do
lore à pituita maxime probantur cochiæ Raſis,diutius.n.immorantur in ventriculo,& paula-
tim actuantur, & magis trahunt, & reuellunt à capite materiam exiſtentem in venis ipſius.
nam quæ eſt extra venas purgatur per os,& nares. Quare pro pituita laudantur colocynthis,
turbiti, agaricum, myrobol.chebul. inter compoſita laudatur hiera logodion, hiera compo-
ſita Galeni. Si non poſſint pilulas deuorare, licet recipere agarici ſcrop.iij.diaphœnici drac.
iij.pulpæ caſſiæ nouiter extractæ vnc.j.cum ſaccharo fiant boli. Sed magis laudantur pilu-
læ cochiæ, quibus licet addere quintam partem maſtichinarum,ne lædatur ventriculus. Et
ex his mixtis diligenter pueris detur ſcrop.j.vel drac.ſem.alijs ad drac.j. vel j.& ſem. & duas
ſi corpus ſit robuſtum, & difficulter ſoluatur. Ita materia melancholica exiſtens in venis ca
pitis, euacuatur virtute ellebori nigri, ſcammonei, imo etiam rhabarbari, ſed potiſſimum
ellebori, & ſcammonei; ſed de his in capite de melancholia. Ratione bilis probantur myro
bal.citrini,rhabarbarum, electuarium de ſucco roſarum, roſatum Meſue, diaprunis ſolut.vt
℞. decocti boraginis, violarum, hordei mundi quantum ſuff. pulpæ tamarindorum drac. vj
myrobal.citr.drac.ij.fiat inf.& facta expreſſione adde mannæ vnc.ij.diacatholici drac.vj.mi-
ſce fiat po.br.Vel ℞.ſupr.decocti q.ſ.rhabarbari elect.drac.j.ſpicæ ſcrop.ſem.fiat infuſ.& fa-
cta expreſſ.adde ſyr.roſ.ſolut.vel viol.ſolut.vnc.iiij.diacathol. vnc.ſem.diaprunis ſol.drac.ij.
vel elect.de ſucco roſ. tantundem m.ſ.p. Sed potiſſimum probantur catapotia, ideo licet vti
pilulis aureis, præſertim ſi bilis fuerit craſſior,vel ℞.agarici,rhabarbari cum ſpica añ ſcrop.
ij.pulueris hieræ ſimp.drac.ſem. cum ſyr.viol.& aqua betonicæ fiant pilulæ, & per duas ho-
ras poſt dentur vnc.iij.ſyr.roſ.ſolut.cum aqua cichoreæ, vel ſimili diſſoluti. Hæc autem ſol-
uentia poſt materiæ concoctionem exhibenda, niſi ſit materia ſummæ poteſtatis,quæ trahat
ad ſe curationem. ideo ſi turgeret, vel magis ſi haberet raptum in caput ſtatim exhibenda
ſoluentia, ſecus ſiunt phrenitici, ſi in toto redundet bilis: lethargici vero, aut apoplectici.ſi
redundet pituita. Meritò autem materiæ exiſtentis in capite.primo,cum caput fuerit reple- **Topica.**
tum.oportet illud euacuare præſertim per os, quia promptius,& commodius,per os euacua- **Euacuãtia**
tur. difficilis enim eſt euacuatio per nares,& quandoque ęgri amittunt olfactum. ideo dum **caput ſenſi**
caput eſt bene conſtitutum,euacuandum per os. Quod ſi adeſſet deſtillatio ad pectus, vel ad **biliter.**
*Auicen. 1.3 tract. 2. cap. 19.* ventriculum, vel aliquod vlcuſculum in partibus oris, vel dentium dolor, vel gingiuæ infir- **Euacuãtia**
mæ,ab his deſiſtendum. nam in falſa deſtillatione fierent phthiſici.ideo his exiſtẽtibus caput **per os.**
per nares euacuandum.contra ſi in naribus ſint vlcera, vel ęger oculorum vitio aliquo labo-
ret, cauenda euacuatio per nares. ita ſi facile labantur in fluxum ſanguinis narium immo-
deratum, partes illæ non ſunt medicamentis agitandæ. Caput autem euacuantia debent
*Galen 2. de med. loc. c. 2* eſſe calida, tenuium partium, detergentia, & vrgente neceſſitate allicientia, determinatos
ſuccos. Si igitur loquamur de euacuantibus per os, non debent eſſe amara, nec vi veneno-
ſa prædita, vt ſunt ſoluentia; nec ingrata, & potius vicibus ſupplendum: dummodo non
immineat apoplexia, aut epilepſia, aut ſcotomia. Quod cognoſcitur, quia tunc caput gra-
uitate maxime tentatur. nam tunc licet vti amaris, acribus, vt colocynthide, magnis con-
fectionibus, & alijs,vt irritetur expultrix, & vis ſenſitiua expergiſcatur. ideo his illinitur pa-
latum.Sed ſi mala hæc non immineant, fugienda. Maſticatoria igitur poſſunt fieri ex maſti- **Maſticatoria.**
che,tragacantho,quæ mitia ſunt,licet addere pipere,pyrethrum, gingiber,licet aſcendere
ad ſinapim, vnde licet hoc modo ordinare, ℞.maſticis, tragacanthi,añ drac.ij.pyrethri,gin-
giberis añ ſcrop.ij. cinnamomi, ſinapis, añ ſcrop.j.ceræ vnc.j.ſ. miſce pro maſticatorio, & e-
rit validum.idem dicẽdum de pipere,hyſſopo,ſampſucho,origano,quibus vti licet cũ melle,

paſſulis,

Digitized by Google

paſſulis, & ceræ. Sed potiſſimum laudatur nux muſcata ad expurgandum cerebrum per os.
**Gargariſmata.** Sunt etiam gargariſmata, quæ differunt à maſticatorijs in forma. vnde licet ℞.macis, caryophyl.cinnamomi,ſinapis,an̄ ſcr.ij.contundantur craſſo modo,deinde ℞.aquę maioranę,meliſſæ an̄ vnc.viij.fiat decoctio ad conſumpt.quartę partis,& expreſſio,deinde adde oximelitis ſimpl.ſcillini vrgente neceſſitate rñ vnc.ij.miſce pro gargariſmo,quod erit validũ, ita laudatur decoctio radicũ capparis,hyſſopi,ſtęchados, & fortius fiet,ſi addatur ſinapis, cũ pipere,à
**Inunctiones palati.** leuioribus tamen inchoandum:tandem licet inungere palatum,vt ℞.pulueris maceris,caryophyl.ſinapis,pyrethri,gingiberis an̄ ſcr.ſem.mellis vnc.ſem.miſce pro inunctione palati, & e-
**Euacuãria per nares.** rit efficax.ita efficaciſſima eſt inunctio,quæ fit cum diaſinapi.Quod ſi caput euacuetur per nares,aliqua attrahuntur,aliqua inſufflãtur,vtimur etiam tentis, quas vocant naſalia, errhina, & hic commodius licet vti ingratis:in materia autem vaporoſa, ſi non adſit febris, Gal. excitabat ſternutamenta ſtruthio, aut pipere trito attracto per nares.Si materia ſit humoroſa,dicebat Galenus,quod quemadmodum ſi humor aqueus ſit,ſternutamenta ſunt adiuuantia,ita ſi ſit bilioſus excitandę ſternutationes non ſunt.quare in materia bilioſa conficiatur errhinũ, & potius mite hoc modo:℞.aquæ hordei,in qua folia maluarum,violarum,lactucæ an̄ pugil. 1.fuerint decocta,lib.ij.ſucci folior. betæ vnc.iiij.miſce:pro materia aũt pituitoſa ℞.dec.hyſſopi,maioranæ,betonicæ lib.ij.ſucci foliorum betæ, vel eius radicis lib.ſem. fortius erit ſi addatur tantundem ſucci braſſicæ,vel cyclaminis,vrgente neceſſ.licet ℞.elaterij grana ij.diſſoluantur in lacte præſertim mulieris,vel oleo amygdalino,vel butiro.ita licet vti colocynthide veratro nigro, ſed prius repleatur os aqua, vel vino ne partes oris inficiantur: hæc etiam vti mitioribus non ita ingratis, & hoc erit valentiſſimum ℞. pulueris pyrethri, gingiberis, cinnamomi, ſinapis an̄ gran.v. laudani drag.ij. miſce fiat tenta,quæ immittatur in partes narium intimiores, vel accipiatur goſſipium, & madefiat in ſucco betæ, vel maioranæ, & ſuper inijciantur pulueres dicti. ita licet mittere intra nares diaſinapi. Et ſi prouocetur ardor narium, cum attractione aquæ violatæ, vel ſimilis, corrigatur. His autem caput expurgantibus vtendum poſt totius euacuationem, & expurgationem. Præterea in dolore capitis materiali (nõ ſecus) licet vti reprimentibus dummodo materia non ſit impacta, hæc autem ſunt frigida, &
**Euacuãtia caput inſẽſibiliter.** craſſarum partium, & quia interdum oportet reprimere materiam non ita in ſuperficie exiſtentem, ideo miſcenda quæ ſunt tenuis ſubſtantiæ, ſed potius frigida, vt vim reprimentis nõ turbent, vt eſt acetum. ideo in dolore à materia calida exacte reprimentibus vti licet,vt oleo
**Reprimentia.** roſ.omphacino, ſucco mororum, ſanguinariæ, vuæ immaturæ, & acetum ſit aquoſum, & in parua quantitate,præſertim in materia bilioſa,quia tunc vigiliæ maxime infeſtant, vt eodem tempore occurrendum ſit,& reprimente, & ſomnum conciliante.ideo quandoque loco aceti vtimur ſucco acetoſæ, aut pentaphylli,aut limonis,vel citri,vt recipiendo olei roſ.omphacin. vnc.ij.ſucci maluarum, lactucæ an̄ vnc.j. acetoſitatis citri vnc.ſem.aquæ roſ.vnc.ij.miſce. Si vigiliæ non ſint ita moleſtæ, ℞.olei roſ.omphacini vnc.ij. aquæ roſatæ vnc.iij. aceti vnc.ſem. Si materia ſit potius frigida,quia non viget caliditas in capite,præcipuè in fœminis,& pueris, quæ corpora ſolent eſſe pituita referta, loco olei roſ.vtendum chamæmelino, & quia leuiter reprimit,ideo vel miſceatur cum oleo roſ.vel fiat ex chamæmelo immaturo, & oleo omphacino, vt recipiendo olei chamæmeli confecti vt ſup.vnc.ij. aceti vnc.j. & acetum ſit vinoſum ex vino potenti: ita licet miſcere puluerem menthæ, & licet vti oleo de mentha, de abſynthio, quia adſtringunt præſertim extra applicata. Sed vt aceti quantitas congrua inueniatur, oportet conſiderare dolorem, eius cauſam, & locum affectum, quo ad dolorem.quò vehementior, eò in minori copia miſcendum. imo ſi ſit vehementiſſimus relinquendum, & alijs vtendum, quo ad cauſam quo materia calidior, tanto aceti copia minor ſit:eodem modo quanto ſiccior, & acrior erit materia. quo ad locum affectum,ſi capitis temperies ſit ſiccior, ſi doleant partes externæ, ſi habitus capitis rarus in minori copia immiſcendum. Si oppoſita erunt, copioſius acetum ſit. ideo aliquando ſit tertia pars, interdum quarta, nonnunquã quinta. Exempli gratia in materia bilioſa, & acri ℞. olei roſati omphacini vncias iiij. aceti vncias ſemis, miſce in mortario plumbeo diligentiſſime. Reprimentia autem admouentur
**Locus.** potiſſimum ſuturæ coronali. Nam Galenus in dolore capitis ex febris magnitudine facto
**Modus.** laudat perfuſiones ex hydrelæo, & oxyrhodino, & papauerum capitibus. Modus autem applicandi ſumitur ex rebus præter naturam, ſecundum naturam, & non naturalibus: à rebus præter naturam ſi materia ſit calida, applicentur actu frigida; ſi frigida,applicentur tepida. Sed materia non multum poteſt ad indicandum modum, quia ſuperatur ab alijs indicantibus. nam ſi adſit febris,& dolor fiat à vaporibus bilioſis, ſi febris ſit in ſtatu, poſſumus vti reprimente actu frigido:ſi in declinatione,vt materia exeat, vel ab eo deſiſtendum, vel ſi eo cogamur vti,ſit actu tepidum.Quo ad res ſecundum naturam caput debile, frigidum,prohibet reprimens actu frigidum, ideo ſit tepidum. Quo ad res non naturales æſtate actu frigidum applicãdum, hyeme tepidum, vel ſaltem manibus calefactum.in cauſa autem calida, & æſtiuo tempore Galenus ope frigidiſſimæ aquæ fontanæ reprimens refrigerat. Reprimen-
**Tempus.** tibus vero tunc eſt vtendum cum adeſt indicans, materia videlicet nondum impacta, & nullum adeſt prohibens. Quod autem prohibere poteſt potiſſimum eſt materia copioſa,quæ vel mouetur, vel quieſcit. dum mouetur ſi id fiat per viam criſis, quod cognoſcitur ex his, quæ infra dicentur, præcedunt enim ante ſanguinis eruptionem vigiliæ, deliria, tunc prorſus deſiſtendum à reprimentibus. Quod ſi non moueatur critice materia copioſa, vel eſt in capite, vel in toto, & quomodocunque non licet vti reprimente, ideo in deſtillatione ſalſa, vel etiam copioſa non eſt vtendum reprimente, ne protrudatur materia ad fauces, ad pulmones, & fiat phthiſis, vel angina. ideo oportet prius caput euacuare, deinde vti reprimente. Similiter totius repletio prohibet reprimens, ideo antequam applicetur, oportet vt maiori ex parte corpus ſit euacuatum, vel per lenientia, vel per ſectionem venæ, vel aliam

*Galen lib de remed par. fac e propr.*
*Galen 1 de humor com. tex. 1 2. in fine.*
*Galen 1 de humor com. tex. 1 2. ante med.*
*Galen 5 de ſimp medic. c 17*
*Gal. 2 de cõpo med. loc. c. 1.*
*Gal loc cit. vbi reprehẽdit Apollon.*
*Auic. loc ci.*
*Gal. 2 de cõpo. cit. c. 2.*

de quibus dictum eſt, & ideo dicebat Galenus, ſi ante euacuationes repriment ia partibus dolentibus ſperdabis, humorum abundantiam ad partes principes retorquebis. primo autem oportet reprimere, deinde digerere, & reſoluere. Denique ſunt reſoluentia, quæ calida ſunt, & tenuis ſubſtantiæ, quibus vti licet in quocunque dolore materiali, a quacunque materia fiat, quibus licet vti intus, & extra. Intrinſecus præſertim ſi materia ſit frigida, quia tunc ventriculus ſolet eſſe frigidior, vt liceat vti calidis, ad diſcutiendam materiam in capite, & viſcera frigida roborãdum: in pertinaci dolore licet vti aquis ſulphureis, magnis antidotis, & decocto guaiaci, quod eſt efficaciſſimum ad extirpandos dolores pertinaces, & inueteratos, ſed debet fieri cum multo cortice, cum caput reſpicientibus, & cum vino, nam ex Hippocrate dolores oculorum meri potio ſanat, adeo licet hoc modo ordinare decoctum: ℞. cortices guaiaci, ligni raſpati añ vnc. vij. ſa ſæ pariliæ vnc. iij. ſtœchados, hyſſupi, betonicæ, calamẽthi mont. añ manip. j. aquæ lib. xiiij. fiat decoctio ad conſumptionem lib. x. & in fine decoctionis adde vini antiqui potentis lib. iiij. & fiat decoctio ad conſumptionem lib. ſemis. Extra vero in materia vaporoſa Galenus vtitur fomento ex oleo cum aliqua portione aceti, quia præter id qđ diſcutit, reprimit etiam immodicam vaporum ad caput ſublationem. Quod ſi materia vaporoſa ſit craſſa, & cum materia frigida coniuncta Galenus 6. in 6. epid. com. tex. quinti ſcribit ſternutamenta quoque capitis dolores, quos flatuoſi ſpiritus copia excitauit, euidenter curare. Sed vt diſcutiatur maxime confert, vt accipiatur milium cum ſale mixtum, & caliat ſuper tegulam vino albo, & forti aceto aſperſam, quibus aliquatenus torrefactis replcãtur ſacculi, & calidi ſæpe applicentur: ita poſſunt imponi grana ſinapis, & naſturtij, quia vna materia etiam corpulenta diſcutitur. De cuius reſolutione, digeſtioneq; loquens Galenus dicebat: diſſoluit autem oleum calidum per ſe, præſertim antiquum, & ſic ſyconium, vel anethum in eo ebullierit, vel etiam in eo decoquatur ſpondylium, ſerpillum, pulegium, calamentum, mentha, ſyſimbrium, vt etiam craſſior materia diſcutiatur; hæc enim virium aliquid mẽbris adijciunt, & debilia roborant. Et idem dicebat, omnium veru maxime diſcutit, & caput roborat verbenaca recta præcipue viridis, vel arida cum radicibus ſola, vel cum ſerpillo oleo incocta, quo deinde caput irrigandum. idem laudat panacem cum oleo illitam ceu validiſſimum remedium, & præſertim in affectione inueterata. His autem pluribus modis vti licet, poſſunt enim admoueri naribus, auribus (& mutantur bis in die) ſed potiſſimum ſuturæ coronali. Quare licet vti ſuffumigio ex aromatis parato, & eſt admirabile, vt recipiendo cyperi, caryophyl. gingiberis, macis añ ſcro. j. ſtiracis calamitæ drac. ſem. fiat ſuffumigium, & euaporatio in caput, aut per os, aut potiſſimum per nares. præſtat etiam aures inungere oleo potiſſimum laurino, vel aliquo deſtillato oleo ex fœniculo, aniſo, caryophyllis, aut ſimili. oportet enim ad efficaciſſima tranſire. ſi partes non poſſint perferre hæc validiora, poſſumus miſcere oleum laurinum, aut amygdalinum. Sunt etiam applicanda ſuturæ coronali, & etiam toti capiti, vbi dolor totum ipſum affligit. vnde optime valet ad reſolutionem tum vaporum tum humorum, ſiue impacti, ſiue non, pulmo agni, vel arietis caliditate naturali, vbi ſtatim fuerit extractus, applicitus, vel prius infundatur in decocto calido florum chamæmeli, meliloti, anethi, & etiam roſarum & violarum, dum volumus non tantum reſoluere, ſed etiam aliquatenus mitigare, quo etiam in phrenitide vti licet, ſed antequam putreſcat, immutandus. Quod ſi materia pertinaciſſime ſit affixa, præter olea calida, quæ ſunt innumera, licet etiam vti ſtillicidio aquarum ſulphurearum vel propoſito in frigida intemperie aut ſimili. licet applicare pulueres ex herbis dictis cum aliquo oleo ex propoſitis, ſed prius abradẽdi ſunt capilli. omnium autem præſtantiſſimum eſt, quod recipit olei laurini valentis vnc. ij. olei caryophyllorum, olei ex pipere ſcrop. j. olei ex fœniculo, ex aniſo dracm. j. ceræ lotæ in aqua ardenti bis & ter vnc. ſem. vel drac. vj. miſce pro linimento capiti applicando. Efficaciſſimum etiam eſt vnguentum Agrippæ. ita fieri poteſt fomentum ex iberide, thapſia, dictamno cretico decoctis in vino generoſo, & quo antiquius tanto præſtantius, hæ herbæ ita coctæ calidæ applicandæ, & ſi dolor irrogatur, quia fiat aliqua excoriatio, occurrẽdum adipe aliquo, vel lacte muliebri, imò excoriatio non eſt timenda, quia interdum vtimur veſicatorijs. ſimiliter capitis inflammatio verenda non eſt, quia his vtimur poſt euacuationem totius, & etiam capitis. Si cauſa ſit externa, ſiue ſit calida, vel frigida, quibus alterantibus vtendum ſit, clarum eſt. Vnde ſi verbi gratia dolor ortum duxit ex odoribus ingratis, gratis remouendus. Sed non econuerſo, ſed ſi ortus fuit ex iucundis contrarijs occurrendum, ideſt ſi ex frigidis, vtendum calidis, vt odore vini cretenſis. Quod ſi dolor fiat per conſenſum, ſi materia petat caput per attractionem, de capitis refrigeratione dictum eſt. Si autem id fiat per tranſmiſſionem, præter materiæ genitæ euacuationem, & reuulſionem, & prauarum viſcerum communicantium diſpoſitionum correctionem, oportet ſemper caput quoque, ne ita facile ſuſcipiat, roborare; illo tamẽ capitis dolore excepto, qui fit ratione materiæ, quæ ad caput per criſim mouetur. Ideo dicebat Gal. in dolore capitis, qui ſanguinis fluxum, aut vomitum decretorium ſignificat, non ſunt remedia quærenda, quia tunc bonum ſignum eſt, & bonum quoddã oſtendit. hoc autem cognoſcitur ſi ſit ſebris vrens, ſalubris tamen, vel ad ſalutem decliuis, in ſtatu, cum prægreſſione ſignorũ concoctionis, & ſequitur perturbatio, & difficilis tolerantia, & dolor capitis qui prius non erat inuaſit: & dies inſtat criticus: ceruix compatitur, præcordia retrahuntur; aut anhelitus difficilius repente ſuperuenit: pulſus in tumorem efferuntur, & validi perſiſtunt, quod ſi aliqua faciei pars palpitet, aut venæ temporum pulſent, aut genæ, vel naſus, vel oculus rubidior ſit factus, magis criſis expectanda, quod ſi inuiti lachrymentur, aut ſplendores obuerſentur, & nares ſcalpant, ſanguis iam erumpit. Si vero cum nauſea labium inferius tremat, vomitus iam fit. ita conſideranda natura, ætas, anni tẽpus, & præſens conſtitutio. Si vero materia capiti communicetur non per criſin, ſed propter eius imbecillitatem, cum iam ex dictis apertum ſit, quomodo reliquæ capitis intemperantiæ corri-

*Gal. 7. in 3. epid. cõ. tex. 76*

*Galen. 1. de ſi. op. med. c. 17*

*Gal. 13. meteor. c. 21.*

*Gale. lib. de vem. par. facil.*

*Galen. 1. ad Glauc. c. vl.*

*Galen. 2. de med. loc. c. 2.*

*Galen. 2. de med. loc. c. 1*

*Auic. c. cit. Hip. & Gal. 8. in 6. epid. com. & tex. 2.*

*Galen. 1. ad Glauc. c. vl.*

Reſoluentia.

Intrinſecus adhibita.

Extrinſece adminiſtrata.

Ad materiam vaporoſam.

Ad materiam humoroſam.

Quantitas.

Modus, & locus.

Euaporatorium.

Aurium inunctiones.

Coronali ſuturæ applicita, & toti capiti.

Stillicidia. Cerata, & linimenta.

Tempus.

Ad cauſas externas.

Ad dolorẽ capitis per cõſenſum.

tiæ corrigantur, reliquum eſt, vt breuiter de curatione humidæ ipſius imperantiæ pertractemus.

Ad humidã capitis intẽperiẽ. Intrinſec⁹.

Ideo intrinſecus præter decoctum ſalſæ cum permixtione alicuius capitalis medicamenti præparatum, maxime probatur decoctum radicis chinæ, vt ſi reciperemus chinæ radicis minutim inciſæ vnc. 4. vel etiam tres, ſi non ſit optima, radicum pęoniæ, ſandalorum citrinorum an. drac. ij. aquæ calidæ lib. x. fiat infuſio per tempus debitum, deinde fiat decoctio ad conſumptionem dimidij, & colatura pro ſyrupo, & etiam pro potu in prandio, & cęna. ita ante ſyrupum licet exhibere rotulas ex ſpeciebus diarhodonis abbatis, & ſaccharo confectas, & ſi cum humiditate coniuncta eſſet frigiditas, non eſſet ab re addere portionem corticis guaiaci, vt ad vnc. j. vel vnam, & ſemis. nam china non ſolum exiccat, verum etiam corroborat omnia viſcera.

Extrinſecus.

Extrinſecus vero mirifice conferunt cauteria, de quibus in ſermone de chirurgicis præſidijs dictũ eſt, potiſſimum ſi præter humiditatem adſit etiam frigiditas. Sed inter medicamenta maxime probantur pulueres à practicantibus capitales dicti, ſuper coronalem ſuturam potiſſimum inſperſi, vel in latis, ſed humilibus puluinaribus ſub pileo, vel biretto aſſiduo geſtati. ſunt autem hi pulueres ex cornu cerui, ex floribus roſarum, ſandalis, corallio, charyophyllis, maſticeque leuigatis, & ſimul permixtis, qui valentiores adhuc erunt, ſi eis exigna portio ſandaracæ, & hypocyſtidis addatur. olea vero non ita commoda cenſeri debent, quemadmodum fomenta, balnea, & capitis lotiones non adeo probantur.

Ad ſenſum exquiſitũ.

Quod ſi dolor propter ſenſum exquiſitum oboriatur, incraſſante victu potiſſimum vtendum eſt, dummodo ventriculus recte ſe habeat, vt eſt ille qui per animalium pedes, & capita, piſces, caſeum, frumentum, far, & oryzam adminiſtratur, quod ſi ventriculus ſit debilis, pedes, & capita ſint animalium iuuenum, & ſtratur. quod ſi ventriculus ſit debilis, pedes, & capita ſint animalium iuuenum, & piſces parui, vel ſaxatiles ſint, & quia vt plurimum horum capitum temperatura calida & ſicca eſt, ideo dum vrget neceſſitas, leuiter ſtupeſacere oportet, tum intus cum ſyrupo de papauere, vel conſimili, tum extra cum inonctionibus, & decoctionibus refrigerantibus, & humectãtibus ſuperius propoſitis: humiditas enim ſpirituum vim, & ſenſum obtundere valet. Tandem proponenda ſunt illa, quæ in omni capitis dolore pro amuletis habentur, ideo ab occulta proprietate laudantur hederæ ſolia molliſſima cum aceto, & roſaceo trita fronti illita. ita ad dolorem ex ardore, vel ebrietate, quidam proponunt duos polygoni ramulos coronæ modo capiti impoſitos. Similiter cichoreum capiti applicitum, & roſæ, & adiantum, & verbenaca tum coronæ modo applicitã, tum aceto, & roſaceo illita. idem præſtat teſtudinis lacuſtris ſanguis ſincipiti inſtillatus. ita plantaginis radix collo ſuſpenſa.

*Pliu lib. 1. cap. 1.*

Victus rõ. & materia dietetica.

Victus ratio ſit medicamentis proportione reſpondens, vt ſi dolor fiat à bile, vergat ad frigidum, & humidum. idem de alijs dicendum. Si à materia flatuoſa diſcutiẽtibus flatus cibaria condiantur, & quemadmodum in omni capitis dolore, quæ ſui natura cerebro nocent, ſunt euitãda, ſicuti lac, allium, cępæ, crocus, ſinapi, petroſelinum, faba, phaſeoli, orobus, lentes, nuces, oliuæ, raphanus, & ſimilia: ita cum cibarijs ſemper miſcenda, quæ cerebrum corroborant, de quibus dictum eſt. Quo ad potum, dicebat Galenus, quod vina, quæ odora ſunt,
" & alijs calidiora, caput tentant, & ideo in hemicrania, cephalæa, & alia cephalalgia vitanda
" ſunt. capite autem grauiter affecto larga vini potio maxime mala, & idem dicebat in graui
" capitis dolore à vino penitus abſtinendum, quia celeriter caput petit, & ſecum feruentes hu-
" mores ducit. in dolore autem à frigida intemperie idem vinum tenue concedit. iiſdem de
" cauſis ſomnus immodicus, & potiſſimum meridianus, & à cibo ſtatim, quia caput replet, fugiendus eſt. Quomodo vero Hemicrania vero; curanda ſit, docet nos Galenus 6. in 6. epid. com. tex. 5. Similiter ſi dolor fiat per conſenſum, vel à toto, vel à parte, oportet recurrere ad propria capita. Verbi gratia, ſi fiat per conſenſum à ventriculo bile perfuſo; laudat Raſis bucellam panis in ſucco granati, aut in agreſta infuſam ante horam, qua dolor apprehendere conſueuerat, exhibitam. Galenus vero poſt vomitum laudat à cęna modicum abſynthij in potu datum. pariter in hoc caſu laudantur in fine menſæ cidonia, pira, coriandra, & ſaccharum roſatum. ita dicebat Galenus, quod ſi doleat caput non ſuapte tantum affectu, ſed exhalantibus à vẽtre vitioſis vaporibus, curatur vini illius, qui parum aquæ fert, potione, ſi leuiter adſtringat. Quando autem ira ſit excitanda procuratione capitis frigidi, & quando vitanda, docet Galenus 5. in 6. epid. com. 9.

*Ex Gal lib. de alim fac. de ei bon & mal. ſucci, de atte. vic. et in doc pro puer. epil.*
*Gal. lib de atten vic. c. 12*
*Galen 2. in 3 de vulg. morb. com. tex 1.*
*Galen. 3. de rat. vic. cõ. tex 41.*
*Raſis 9 ad Al c prop.*
*Gal. 2. de cõ poſ med loc. c proprio.*
*Gal li de cibis ben & mal ſuc ca. 11. verſi ſi.*

Præſeruatio à dolore, & alijs capitis vitijs.

Vt autẽ caput ipſum nedum à dolore, verum etiam ab omni vitio præſeruemus, vtendum imprimis roborantibus caput. hæc autem ſunt odorifera, quæ cum leui adſtrictione, partibus tenuibus non ſunt deſtituta. ideo inter frigida ſunt roſæ, camphora, optimum autem eſt ſaccharum roſatum. inter calida ſunt cubebæ, ambra, moſcus, amaracus, cinnamomum. ideo inter compoſita laudatur diambra, diamoſcus, aromaticum roſatum, & pro varia capitis temperatura, interdum calidis, interdum frigidis, interdum mixtis

Alterãtia, & roborantia.

vtendum eſt, prout volumus, vel temperatis temperatam conſeruare, vel contrarijs intemperatam ad ſymmetram temperiem perducere. magnæ autem confectiones, præſertim dum volumus aliquatenus calefacere, & exiccare, cæteris omnibus excellentia præſtant propter occultam proprietatem, quæ omnia membra ſummopere corroborare valent. Exhibendæ autem, ſeruatis conditionibus, & regulis paſſim à Galeno traditis in proprijs harum tractatibus. ita optimum eſt in omni capitis affectione cum medicamentis, & alijs permiſcere puluerem cranei humani, vel aſinini, & ſi aliqua materia in dies aggregaretur, vt ea aſſiduo

*Gal potiſ in l de Ther. ad Piſonem. ca. 13 & in libello de Ther ad Pãphylianum*

Euacuãtia.

euacuetur pro neceſſitate ſummopere confert tum capiti, tum ventriculo, vſus pilularum maſtichinarum Cõciliatoris, vt ex his vnica ſolum in mane per duas horas antequam è lecto ſurgant, exhibeatur per duos, tres, quatuor, & vſque ad quindecim dies, ſi opus ſit: & ſi corpus ſui natura bilioſum ſit, loco ſucci altilæ, reformentur cum infuſione rhabarbari electi, vt pro ſingulis drachmis tribus ſpecierum, capiatur infuſio drachmæ vnius rhabarbari in abſynthij, & cicoreæ decocto. Sed de euacuantibus, quæ ſimul ventriculum, & caput corroborant fuſius infra, & potiſſimum in capite de catarrho, Deo dante, pertractabimus.

De

## *De Phrenitide. Cap. II.*

*Continuatio.*

*Gal 3. in 3. epid. cō tex. 75.*

DE Phrenitide poſt capitis dolorem, triplici de cauſa agendum eſt. Primo vt in earundem partium læſione, quas capitis dolor potiſſimum affligere ſolet, perſiſtamus. Secundo cum phrenitis, vt inquit Galenus, ſtatim hominem ſanum inuadens mirabilis ſit, ideſt valde rara, (nam ſemper ferè alijs vitijs ſuccedere ſolet) profecto, vel raro, vel nunquam ex alijs affectibus fit, quin capitis dolori ſubſequatur. Tertio cum in præſentia nō de ſenſitiuorū organorum, qui a cerebro oriantur, ſed de ipſius cerebri læſione agendum ſit, procul dubio ab earum functionum noxis exordiri debemus, quæ tum nobiliores, tum cerebri magis propriæ ſunt: hæ autem ſunt principes ſiue rectrices operationes, quæ cum ex Galeno poſſint tripliciter lędi, deprauati videlicet, imminui, auferri, ab harum functionum deprauatione initiū ducimus, tū quia in ſuperiore ſermone de actione ſimiliter deprauata loquuti fuimus, tum quia harū actionum differentia, quæ in deprauatione conſiſtit, cæterarū omnium frequentiſſima eſt. qua quidem abſoluta, nunquàm à particularum ordine, & poſitura diſcedentes (de vitiis enim particularibus agimus) ſubinde de eiſdem functionibus imminutis, & tandem de ablatis agemus. Porrò phrenitim omnes illum affectum vocant, in qua phrenas, ideſt mentem lęſam eſſe conſpiciunt, & id non ab re, quia, vt paulo poſt apparebit, in hoc vitio mens, ſeu ratio, perpetuo ſiue per ſe, ſiue per accidens oblæditur, & ideo hoc cognoſcens Hippocrates, dicebat, Quicunque aliqua parte dolentes dolorem non ſentiunt, his mens ægrotat, non dixit imaginatio, vel memoria, ſed dianœa, ſeu diſcurſus male ſe habet.

*Gale. 1 art. med. & lib. de diff. ſymp.*

*Gal 1 præd. tex. com. 4.* *Nomen.*

*Gal 1. præd. com. tex. 1.*

Per phrenitim vero declarans Galenus, quid oporteat intelligere, ita ſcribebat: Hippocrates enim in libris epidemiorum continuam cum acuta febre dementiam phrenitim appellare videtur; ſicuti inſanire omnes dicunt eos, qui citra febrem deſipiunt. & alibi idem Galenus dicebat per phrenitim oportere intelligere delirium continuum cum febre, capite principaliter affecto, & ita cęteri omnes cum Gręci, tum Arabes, qui ipſam carabitū appellant, intellexere. Verum ne in intelligendis Hippocratis, & Galeni dictis plura ſynonyma nos decipiant, animaduertendum illud, quod monet Galenus, ſic inquiēs. Hippocrates vero interdum ſcribit deliraui, interdum amens fuit, intermiſſo ſpiritu locutus eſt, deſipuit, non fuit apud ſe, inſaniuit, inſania tenebatur, non intelligebat, & obloquebatur, quæ omnia in his quorum læſa mens eſt contingunt. Quos omnes deſipientes licet appellare; ſiue etiam delirantes: quia ex eodem Galeno, delirium deſipientiam ſignificat, & alibi idem ita ſcribit. Hippocrates declarat quantitatem deſipientiæ cum modo nugatum eſſe, deliraſſe, deſipuiſſe, dementem fuiſſe, veſanum, amentem, inſaniſſe, & furore exagitatum ſcribat. vnde liquido conſtat omnia nomina iam dicta ſemper delirium, ſeu inſipientium indicare, ſed pro maioris, & minoris differentia tantummodo differentem. & inſuper clarum eſt ex eiuſdem met Galeni verbis, hæc omnia in his, quorum læſa mens eſt, (non ſola imaginatio) perpetuo contingere, vt etiam horum nominum etymologia nobis oſtendit. Hanc igitur perpetuam deſipientiam ſiue delirium cum acuta febre ex capite principaliter affecto prouenientem definientes dicimus eſſe principem functionem deprauatam propter tumorem calidum membranarum cerebri. Quod autem in hac definitione tum ſymptomatis forma, tum eius ſubiectum, tum morbus, a quo ſymptoma hoc, veluti à cauſa efficiente præcipua, & principali, prouenit, contineatur, declaratione non eget. Illud tamen minime prætereundum eſt, nos dixiſſe deprauationem hanc penes principem functionem ſpectandam eſſe, in ſingulari numero loquentes, primo quia princeps functio tum de ratiocinatiua, tum de imaginatiua communiter prædicatur, & in hoc vitio non ſolum ratio, ſed etiam imaginatio corrumpi poteſt. Secundo quia nonnunquam non ambæ eæ functiones, ſed vnica ſolum corrumpitur, quemadmodum ex ægrotante, qui vaſa fictilia nominans per feneſtram proijciebat, deprehendere licet. tertio quia quamuis princeps functio de ratiocinatiua, imaginatiua, & memoratiua enunciari poſſit, nihilo ſecius diſcurſiua, quæ ſemper in hoc vitio, vt dictum eſt, deprauatur, cum in homine ſit reliquarum omnium ſublimior, & eminentiſſima, (nam bruta quoque tum memorari, tum imaginari deprehenduntur) ſola princeps per antonomaſiam dici poteſt. Nec quis falſo arbitretur ex Galeni auctoritate male intellecta deceptus, poſſe fieri, vt ratione illæſa permanente, ſola imaginatio poſſit oblędi. Nam etſi Galenus dixerit in Theophilo medico ſolam imaginationem fuiſſe læſam eō quia recte ratiocinabatur, & reliqua prudentia ſupererat, quia iubebat, vt tibicines quos falſo imaginabatur, domo eijcerentur, attamen hæc Galeni auctoritas nobis non obſtat, quoniam ratio in phrenitide duplici modo poteſt offendi, videlicet vel per ſe, & hoc fit quando inflammatio mediam cerebri regionem præſertim occupat, & hoc modo in Theophilo ratio non lædebatur: vel ex accidenti, & hoc contingit dum cerebri parte ſolum anteriori male affecta ſola imaginatio per ſe læditur: ratio autem per accidens deprauatur, quemadmodum in Theophilo contingebat, in eo ſiquidem quamuis ratio per ſe non læderetur, quia bene diſcurrebat, tamen ex accidenti aberrabat, quatenus circa praua phantaſmata verſabatur, & ea quæ falſa erant, & à ratione aliena, tanquam vera iudicabat, idem prorſus in melancholicis contingere cernimus, in quibus cum primario, & per ſe imaginatio corrumpatur (eorum ſiquidem imaginationes perpetuo

*Galen 2. de ſympt. cau. c. 7 & 1 in 1. epid. c. 4. Galen li. de com ca. 3 in princ. Galen. 6. in 6 epid. com. tex. 19. Gal. 1. in 3. epid. cō. tex. 20.*

*Definitio.*

*Galen 2. de ſymp. cau. c. 6. & 1 in 1. epid. com 4 & 13 & 21. Alex. Tral. lib. 1. ca 13 Pau. lib. 3 c 6 & Aet. lib 6. cap. 2. Gal. lib de diff. ſympt. cap. 3. Gal lib de diff. ſymp. cap 3.*

perpetuo

Digitized by Google

petuo tum timoroſæ,tum mœſtitiæ plenæ ſunt, & ſine aliqua externa occaſione) ſecundario quoque & ex accidenti etiam ratio in ipſis deprauatur,cum & cœlum ruere,& abſurdiora,& ab omni ratione penitus abhorrentia,veriſſima eſſe arbitrentur. hoc autem ea de cauſa prouenit, quia cum ſemper oporteat diſcurrentem, vt ait Philoſophus, circa phantaſmata verſari, quotieſcunque phantaſia præter naturam deprauata, chimeræ, & abſurda à phantaſmata ratiocinatrici potentiæ offeruntur, neceſſe eſt, vt ea praua phantaſmata ſpeculando praue quoque & abſurde ſpeculetur, & quamprimum patiens proprias ineptias detegens, ab omnibus delirus, ſeu demens iudicetur.

*Ariſ. 3. de anima.*

**Cuiuſdam falſæ opinionis reprobatio.**

Et ex hoc colligimus falsò pleroſque crediďiſſe in vertigine facultatem imaginatricem deprauati, quia ſi hoc verum eſſet, vtique & ratio per accidens in vertiginoſis deprauaretur, & proinde non cognoſcerent prauas illas viſiones,in quibus omnia circumrotari videntur, falſas eſſe,quemadmodum neque Theophilus ſuę imaginationis falſitatem cognoſcebat.Sed in vertigine non imaginatio,ſed viſio potiſſimum,aut aliqua ex parte ſenſus communis deprauatur, nam affectio vertiginis cauſa,vt in proprio ſermone demonſtrabimus,non in cerebri ſubſtantia,in qua facultas imaginatrix viget, ſed in ventriculis cerebri anterioribus exiſtens animales ſpiritus ſenſorios exagitat,& inordinate mouet.vnde cum imaginatio nullo modo lædatur,facile eſt vt hæ prauæ viſiones,vt etiam aurium tinnitus,& ſtrepitus,qui ſæpe cum vertigine connectũtur, falſi omnino iudicentur. nam ventriculi cerebri anteriores non propter imaginatiuam tantummodo potentiam,ſed propter organa ſenſoria, & potiſſimum propter viſorium inſtrumentum,vt in noſtro de vſu partium libro demonſtrauimus, fuere conſtructi.

**Dubitatio de memoriæ læſione in phrenit. diſſoluitur**

*Gal. lib. de differ. ſym. cap. 3.*

Verum de læſione memoriæ, quid dicemus? huius enim Galenus penitus non meminit. nam fecit tres tantummodo phrenitidis differentias, quia vel ſola inquit imaginatio, vel ſola ratio per ſe læditur, vel vtraque. Profecto non eſt putandum, vt quidam exiſtimarunt, ipſam illæſam remanere,quia in quacunque phrenitide memoria læditur. Non enim ſolummodo aut mingere,poſteaquam matellam petiere,aut linguam, vbi ipſam iuſſu Medici extraxerint,intromittere, vt ſæpiſſime cernimus in praxi, obliuiſcuntur; ſed, quod magis eſt, in omni phreneſi ipſius quoque reſpirationis obliti,non niſi raro reſpirare deprehenduntur,& ſolummodo vbi adeo aucta eſt huius actionis neceſſitas, vt metus ſuffocationis impendeat. Quo fit vt ſubinde magnam quoque reſpirationem edant. & talis reſpiratio eſt proprium, & inſeparabile phrenitidis indicium. Sed de memoriæ læſione Galenus,explicans phrenitidis differentias,maxima ratione ductus,nullam penitus mentionem fecit. primo, quia tunc loquitur de principum functionum deprauatione,ſed memoria in phrenitide non deprauatur,ſed potius adeo diminuitur, vt non niſi admoniti mingant, & neceſſitate coacti reſpirent.Inſuper cum memoratricis facultatis munus ſit phantaſmata, & ratiocinia tantummodo recipere,& conſeruare, & ſubinde non in actione, ſed in paſſione verſari, profecto ex ſui ratione deprauari nullo pacto poteſt; imaginatrix autem, & ratiocinatrix poſſunt corrumpi, dum hæc praue diſcurrit, illa vero falſa imaginatur. Sed memoria non poteſt praue memorari, vel enim omnia recipit, & conſeruat, & hoc pacto perfectiſſima eſt memorandi actio: vel non omnia, & ita diminuta eſt, vel nulla prorſus retinet, aut breuiſſimo tempore, & ſic prorſus, vel ferè ablata dici debet. Quod ſi prauas imagines, aut rationes interdum retineat, tum ex ſe nullo modo deprauatur, ſed probe fungitur proprio munere. peccatum autem omne reliquis facultatibus, quæ ſibi praua obiecta ſubminiſtrant, acceptũ refert.Quod autem memoratrix facultas ſolum recipiat,& conſeruet, quidquid ſenſu, & mente concipitur,nihil autem aut inuenire,aut iudicare nata ſit,in capite de læſa memoria Galeni auctoritate clare demonſtrabitur. poſtremo quamuis memoria in phrenitide imminuatur, & quodammodo auferatur, attamen hoc non neceſſario ex propria ſui ratione, & per ſe, ſed ex accidenti euenit: nam memoria (quemadmodum & aliæ functiones animales) à frigiditate per ſe imminui, & auferri ſolet, vt Galenus exemplo animalium, quæ hiemis tempore veluti emortua iacent, nobis aperuit.

*Galen 3. de loc. aff. c. 5. in prin.*

Sed in phrenitide tantum abeſt, vt aliqua adſit frigiditas, vt potius acuta, & exurens capitis caliditas ei connectatur. ingens autem caliditas eſt illa,quæ motu concitato,& inordinato mouere,& proinde principes functiones, & facultates deprauare nata eſt. Nam ſicuti frigidi eſt tum ſtabilia, tum retarda, tum immobilia ea efficere, in quibus moram facit: ſic calidum ſemper mouet,& non ſinit quieſcere,ait Galenus primo prædic. 20.& 3.de loc.affect.ca.5. Quare memoria in phrenitide non neceſſario, & propria ſui ratione imminuitur, ſed ex accidenti, & per aliud, quatenus ſcilicet ab innumeris pene obiectis,& ſimulachris ab imaginatrice, & ratiocinatrice ſibi ſubminiſtratis aſſiduo à proprio memorandi munere diſtrahitur, & omnino deturbatur: quemadmodum etiã in ſanis fieri contingit, qui dum aliquod factum referre incipiunt, ſæpiſſimè propter aliquod obiectum eis obuerſatum, quod reliquum erat, enarrare obliuiſcuntur. Cuius vt denuo reminiſcantur manus ipſis oculis claudendis, vt omnia obiecta memoriam exturbantia deuitent, admonere conſueuerunt.

**De cauſa phrenit. efficiente.**

*Auic. 1. 3. trac. 3. cap. proprio.*

Porrò dictum fuit principem functionem propter calidum tumorem deprauari, quia cuiuſcunque phrenitidis cauſa perpetua, & principalis,ad quam omnia fere & potiſſima remedia diriguntur,eſt tumor calidus,vt rectè inquit Auicenna, ſiue apoſtema calidum membranarum cerebri. nam etſi cauſa immediata delirij ſit calida intemperies ipſius cerebri,ad quam reſpiciens Galenus ob id ſæpe dixit, phrenitidem eſſe inflammationem cerebri, & membranarum eius, attamen cauſa principalis perpetuaque à qua calida cerebri intemperies emanat, & ad quam remedia perpetuo diriguntur, eſt tumor calidus membranarum, qui, cum ſtabilis ſit, & fixus, eſt etiam in cauſa, vt caliditas cerebri permaneat, & ſubinde delirium perpetuum euadat, calida autem cerebri intemperies, quæ à calido tumore ortum ducit,cum non ſemper ſit in facto eſſe, vt infra apparebit, non ſemper ab ea indicationes ſumuntur. Cum itaque ex Galeni auctoritate lib.de differ.morb. cap.12.

calidus

calidas tumor & ſubinde inflammatio phlegmone dicta, vel etiam eryſipelas, vel carbunculus membranarum cerebri, ſit morbus compoſitus ſimilarium partium: ob id quatenus eſt tumor, ucta partis magnitudine douetus in membranarumque ſubſtantia impactus, vt ſic (ad differentiam materiæ, quæ ſic ardentium ſebrium acceſſionum vigoribus ſolummodo cerebum, & membranas inuadit, deinde præterlabitur, & diſſipatur) delirium creat perpetuum. Quatenus vero calidam intemperiem ſecum habet, & principem functionem depauat atque peruertit, eo modo, quem declarauimus. Quare in phrenitidis natura explicanda non immediatam, ſed principalem cauſam, à qua ſcopi hauriri debent, propoſuimus: ſcopi enim ſemper à natura rei deſumendi ſunt. patet igitur ad phrenitidis procreationem ſolam intemperiem calidam ſine materia non ſufficere, quã antiquiores phlegmonẽ, vel

*Galen. 2. ad Glau. cap. 1. & multis alijs in locis.*

inflammationẽ, ſeu phlogoſim appellabant; licet poſtea, vt ait Galenus, phlogoſis nomen ad tumorem ſanguineum, qui propriè phlegmon dicitur, poſteriores contraxerint. Patet inſuper neque ipſam calidam intemperiem cum materia calida ad phrenitidis generatiunẽ ſufficere poſſe, ſiue materia hæc calida vaporoſa ſit, ſiue etiam humoroſa, quemadmodum in vigore ſebrilium acceſſionum contingere ſolet, in quibus, dum à calido & acri vapore, vel à bile cerebri ſubſtantia irroratur, mentis alienatio ſubſequitur, ſed vbi acceſſionis vehementia deferbuerit, ſtatim delirium deliteſcit, quia non adeſt tumor, & apoſtema vt in phrenitide, quod quidem in ea ideo fit, quia ſemper membranæ tumore calido cum tenſione corripiuntur, cerebrum autem non ſemper: nam quamuis ratione viciniæ cerebrum ipſum per conſenſum ſemper intemperie calida afficiatur, attamen hæc intemperies, non ſemper materialis exiſtit, ſed vt plurimum, & potiſſimum dum afficitur tenuis meninx: nam

*Gal. l. de cõpend. pulſ.*

hæc ex Galeni ſententia in nullum huiuſmodi morbum ſola ſine cerebro videtur incidere, ſicuti nec cerebrum ſine ipſa. Præterea quamuis cerebri intemperies ferè ſemper fit cum materia calida, ab hac tamen materia nun ſemper fit tenſio, & proinde non ſemper fit tumor, ſeu apoſtema calidum in cerebri ſubſtantia, ſed hoc tantummodo euenit

*Aui. 1. 3. tr. 3. cap. 1.*

in phrenitide habituata, in qua ex Auicenna etiam cranei ſuturæ veluti ſeparantur, in membranis vero præter intemperiem calidam cum materia. ſemper tenſio reperitur: nam calida materia, & tenuis exiſtens imprimis petit cerebri membranas (nam vaſa primo per ipſas diſſeminantur) & ipſarum venas & arterias tum magnas, tum paruas replet,

**Phrenitidis generatio, & quo inflãmatio ſeu phlegmon oriatur.**

*Gal. l. de tũ. præter nat. ca. de inflã. & l. de inæqual. intẽp. cap. 3. & 1. prognoſt. ca. vlt.*

donec ad minimas ſit peruentum, imo exit venis, partimque per ipſarum ora, partim per tunicas colata foras tranſmittitur, & inter ſpatia membranarum figitur, hoc eſt in propriam earũ ſubſtantiam incuneatur, & tenſionem efficit: &, dum malum progreditur, ſecundo loco cerebrum ipſum (cũ. n. ſit pars princeps magis ipſum natura tuetur) eo modo quo dictum eſt adoritur. Cum igitur in omni phrenitide tumor membranarum de neceſſitate requiratur, ex hoc planum fit quomodo phreniticum delirium à quocunque alio diſtinguitur, ſiue propter intemperiem, ſiue propter materiam vaporoſam, aut humoroſam, non tamen tendentem, fiat, ſiue ſit melancholicum, ſiue etiam, quemadmodum aliquo pacto arbitratus eſt Gale-

*Gal. 7. aph. com. text. 9.*

nus, ex ſolo defectu, vt artuum tremores, vt immodica ſanguinis per nares euacuatione, vel alio profluuio, originem ducat. Similiter dum ſubiunximus hunc calidum tumorem cerebri membranas occupare, per hoc, delirium, quod ratione diaphragmatis, ſimiliter calido tumore affecti, exoritur, ſeparauimus. Diximus autem (membranarum) in pluralitatis numero. quia raro, vel forſitan nunquam delirium oritur phreniticum, quin ambæ cerebri meninges fuerint in aliquem tumorem elatæ: cum enim pericraneum, quod extra caluariã poſitũ eſt, proprias inflammationes duræ matri facile communicet, vt ob id tum Galenus,

*Galenus 6. meth.*

tum omnes moneant, ne in cranei perforatione, vel leuiter tangatur, multo facilius credendum eſt duram matrem ei, quam piam vocant, tum ratione maximę vicinitatis, tum generis, ſubſtantiæque familiaritatis, necnon etiam mutuæ colligantiæ cauſa, quamprimum eandem inflammationem communicare. Quod ſi in diſſecandis cadaueribus interſtitium aliquod inter vtranque membranam deprehendatur, illud non ex naturali poſitura, & vt ſcilicet cerebrum moneatur factum fuiſſe opinandum eſt (cerebrum enim, vt in tractatu de virtutibus cordis demonſtrauimus, non mouetur) ſed ſpacium hoc ex abſumptione tenuioris ſanguinis, & ſpiritus, qui in arterijs cerebri copioſiſſimis plurimus reperiebatur, inanitione, reſultaſſe in cadauere magis probabile eſt. hinc in capitis vulneribus cum oſſe fracto, dum membranæ fuerint dete ctæ, perpetuo ſeſe inuicem contingentes deprehenduntur, & quod magis adhuc noſtram comprobat opinionem, frequenter in his vulneribus duram membranam ratione ingentis doloris, non paruo tumore correptam vidimus, cum tamen ægrotantes nullo modo delirauerint, at vbi tractu temporis duræ meningis tumor propter lethale vulnus adeo auctus eſt, vt tenui meningi fuerit impartitus, tunc ſolum, & non antea, delirantes facti ſunt. Ex dictis autem facillimum eſt cauſas omnes colligere. quemadmodum enim ſimplex delirium fit ex bile, aut tenui calidiorique ſanguine per cerebrum effuſo, aut ex ventriculi præcordiorum, totiusve corporis calida expiratione (qualis in ardentium ſebrium vigore ſuſcitatur) aut etiam ſolo calore aut ſpiritu, vaporoſo, vel fumoſo aut fuliginoſo à neruoſis partibus inflammatis; ad caput per continuas partes aſcendente, vt ait Galenus 3. de loc. 7. ita phrenitis fit à materia calida cerebri membranas tumore afficiente, quæ materia ex omnium conſenſu poteſt eſſe, vel bilioſa, & tunc Galenus phrenitidem exquiſitam vocat, vel atribilaris, vel ſanguinea, vel ex his mixta, & hæ ſunt huius apoſtematis cauſæ immediatæ, & contentiuæ. nam remotæ, antecedenteſque, & pro-

**Cauſæ.**

*Gale. lib. de diff. ſympt. cap. 3. & 4. de loc. 6. 2.*

catarticæ huius mali cauſæ, ſunt humorum iam dictorum redundantia, cauſæ ipſos generantes, noce non ipſos mouentes, vt exacuentia bilem, vel ſanguinem, & cerebrum calefacientia, & capitis dolor, ex cuius tractatu reliquæ omnes phrenitidis cauſæ remotiores adhuc manifeſtæ ſunt. Differentiæ autem quæ propriæ ſunt, vel à forma, vel à loco affecto,

**Differẽtiæ. A forma. A loco affecto.**

affecto, vel ab effectrice cauſa, & ſubinde à definitione deſumendæ ſunt. A forma, quia vel ſola ratio, vel imaginatio, vel vtraque per ſe læditur, a loco vero, quia vel ſolæ meninges tumore corripiuntur, vel etiam cerebrum, & quomodocunque, vel læſio eſt in anteriori, vel in media, vel in qualibet capitis parte, & inſuper, dum præter intemperiem cerebrum ab ipſa inuaditur materia, hæc poteſt vel eius poroſitates tantum irrorare, aut meatus replere, & tunc phrenitis fit, quæ dicitur tumultuoſa, quemadmodum etiam contingit dum cerebrum præter membranarum tumorem ſola intemperie calida correptum eſt; vel materia, & potiſſimum tenuis, & billoſa in tota cerebri ſubſtantia poteſt imbibi, & fit phrenitis hectica, quemadmodum declarat Galenus, dum inquit, phrenitide ex bilioſo ſucco genita cum is in cerebrum decubuerit, principio quidem qualitate ipſius nondum toti cerebri corpori permiſta tumultuoſæ fiunt deſipientiæ: procedente vero tempore ſimile „ quippiam contrahitur lanis, quæ ab ijs, qui infectores vocantur, tincturam accipiunt. „ talis igitur cerebri veluti tinctura deſipientiam hecticam habet. Ab effectrice autem cauſa, quot cauſæ fuere propoſitæ, tot hauriendæ ſunt differentiæ. De his autem loquitur Galenus 3. de loc. affect. cap. 7. Tandem ſunt phrenitidis impropriæ differentiæ, dum eam vel ſimplicem, vel cum alijs affectibus permixtam eſſe dicimus. non diximus autem, vt perperam quidam aſſeruerunt, eam vel exquiſitam, vel notham, ſeu non exquiſitam eſſe. quoniam cum propter calidum membranarum tumorem oriatur, tumor hic non producitur à materia calida permiſta cum frigida quemadmodum nothæ tertianæ gigni conſueuerunt. nam frigida, craſſaque aut viſcida materia denſiſſimam membranarum ſubſtantiam permeare non valet. Sed dictum fuit poſſe eſſe vel ſimplicem, vel cum alio affectu permiſtam. & quamuis poſſit cum pluribus vitijs permiſceri (& nunc de capitis affectibus ſermo eſt) attamen nos illam miſcellam tantummodo proponere debemus, in qua phrenitis cum comate, ceu cum affectu contrario commiſcetur, quia in hac vnica phrenitica ſymptomata refranguntur, & adeo obſcurantur, vt plerique ab Hippocratis, & Galeni ſententia recedentes, de huius mixtæ phrenitidis natura dubitauerint, & ipſam non phrenitidem, ſed vitium quoddam diuerſum, quod typhomaniam vocant, falſo crediderint. Sed decipiuntur, quia, vt ait Galenus, deſipientia vna cum comate (& proinde duo affectus) ſtatim ab initio ſimul inuadit. Hinc Galenus ne dum alijs in locis, verum etiam in libro de comate, ita formaliter ſcriptum reliquit. Qua in re illud ſcire conuenit, coma ſomnolentum etiam phreniticis interdum accidere, nam multi licet de lecto ſurgere poſſint: oculos tamen attollere non valent, & lethargicorum more in eodem ſemper loco morantur, & indocti hunc affectum ex phrenitide, & lethargo compoſitum exiſtimant, & typhomaniam „ vocant, cum tamen Hippocrates in tertio epidemi. clare dixerit. nec quiſquam phreniti- „ corum inſaniuit, ſed alia quadam ſegni propenſione in ſomnum grauiter peribant. vt vo- „ luerit non modo abſolute propenſionem in ſomnum phreniticis interdum accidere, ſed e- „ tiam pigram quadam propenſionem. quare propenſio non ſomnolenta eſt phreniticorum, propria, non tamen inſeparabilis: Horum autem vitiorum connexio potiſſimum in acutis prauiſque febribus ſuccedere ſolet, & triplici modo fieri poteſt, vel dum eodem tempore ratione feruoris, & ebullitionis in toto tum bilis, tum vapor potius ſui natura frigidus, vel „ humidus, in caput eleuantur, & hic potiſſimum cerebri ventriculos, illa vero eius mem- „ branas inuadit: vel dum eodem tempore propter cauſas iam dictas materia ſimul tum bilio- „ ſa, tum pituitoſa in cerebrum feruntur, ſed illa ſui tenuitate in membranarum ſubſtantiam, hæc autem præ ſui craſſitie in cerebri poroſitates ſolum figitur: vel tertio dum præ copia ſanguinis (vt inquit Galenus) & propter bilis permixtionem, redditur idem æger tum comatoſus, tum vigilans, grauata quidem ob ſanguinis copiam cerebri facultate, ſed à bile vſque adeo irritata, vt ſomnus inhibeatur. & alibi dicebat, ſopore grauatos fieri ex multitudine, frigoreque crudorum humorum: dementes vero, quod illi putreſcentes acrimoniam, caloremque gignant. Nec mirum eſt diuinum Hippocr. affectum hunc mixtum non quoddam tertium ex his duobus reſultans, ſed phrenitidem ipſum appellaſſe, quia non ad coma, quod ſymptoma eſt, ſed ad phrenitidem, quæ morbus eſt, & affectus magis ſtabilis, & fixus, & præterea ad id, quod in miſcella prædominatur, reſpexiſſe voluit. hoc autem eſt ipſa vigilia, quæ licet cum delatione in ſomnum coniuncta ſit, eſt tamen fere perpetua, & phrenitidis propria. Tandem poſſumus etiam addere cum Galeno phrenitidem non ſolum cum comate, verum etiam cum melancholia permiſceri. nam inquit Galenus, tunc temporis delirium mixtum ex ambobus fieri. Sed propter cauſas iam dictas magis phreniticũ delirium nuncupari debet. Signa vel ſunt phrenitidis incipientis, & in fieri, vel iam factæ, & perfectæ, non tamen in habitu, ſed in habitudine. Incipientis ſigna, vel à læſis & immutatis actionibus, vel affectibus qui ſunt in corpore, vel exeuntibus capiuntur. quo ad actiones, vel à cerebro, vel à corde emanant, quarum has vitales vocant, illæ autem animales ſunt. quæ quidem, vel ad rectricem, vel ſentientem, vel motiuam, vel appetitiuam facultatem pertinent. A læſis igitur actionibus exordiamur, tanquam ab his, quæ cum à cerebro ipſo læſo, ceu organo præcipuo, proueniat, indicia phrenitidis certiora, & quodammodo primi ordinis nobis præbere valeat. Ex rectricibus igitur cognoſcitur phrenitis incipiens, quia quamuis manifeſte adhuc non delirent, aliqua tamen mentis oblæſio detegitur, quia magis quàm antea loquuntur, præter conſuetudinem verboſiores ſunt, & interinitia velle prædicare videntur; & inſuper frequenter ſcreare nullo exeunte ſputo cernuntur. ita læditur memoria, vt interdum vas vrinarium ſibi exhiberi petant, & deinde meiere obliuiſcantur. quo ad ſentientes actiones, quæ ad ſenſum communem attinent, vigiliæ tum præceſſere, tum adſunt valde prolixæ, ſomni inquieti ſunt, cum inſomnijs

adeo

Margin notes (left): Ab effectrice cauſa. — Differentiæ impropriæ. — Signa Phrenitidis incipientis.

Margin notes (right): Gal. 5. in 1. præd. cõ 33. — Gal. 5. prædic. 33. — 1. præ tex. 33. Gal lib. de comate. c. 2 & 1 prædic. ca. 1. & 33. — Hip. 3. epid. ſectio. 3. tex. 45. — Gal. 1. præd. com. text 1. verſus finẽ. Gale. 3 in 3. epid. 45. — Gal. 3 in 3. epid. comm. tex. 86. — Signa colliguntur a Gale 5. de loc. 4. in 4. de praſag. ex puls. 8 4. de cauſ puls. 14. 1. prorrete a c cam. vſq; ad 23.

Digitized by Google

*Gal. 1 præd. com. tex 6. Gal. 1 præd. com. 3. Gal. 3. de dif ſym. reſp. c. 10*

adeo turbulentis, vt quidam clament, & exiliant, quia, vt inquit Galenus, inſomnia in eis cōſpicua ſunt. Si ad ſenſus referantur exteriores, quia viſio ratione plurium vaporum deprauatur, feſtucas, floccosve manibus carpunt. Dum enim in cerebro, ait Galenus 4. de loc. 2. biliofus ſuccus collectus fuerit vnà cum febre perurente, is perinde afficitur, ac ea, quę ad ignē torrentur, oriturque tum fumus quidam, veluti in lucernis ab oleo, quem per vaſa, quæ ad oculum tendunt, delapſus viſorum in ipſis cauſa cenſetur: Inſuper lumen abhorrere ſolent, ſtrepitus facile ſentiunt, & grauedo, & dolor oculos, ſed potiſſimum caput infeſtant. Quantum attinet ad actiones motiuas, reſpiratio rarior, & proinde etiam maior euadit. Et præter conſuetudinem in ſomno, & vigilijs dentibus ſtrident. Tandem ſi de appetitiuis functionibus ſermo fiat, & primo de iraſcibili, audaciores, & veluti temerarij, necnon ad iram, & odiū ſine cauſa procliues fieri incipiunt: in concupiſcibili autē appetitu de ſiti non ſicut prius conqueruntur, & hi omnes exiguo vtuntur potu, vt ob id paucibibos Hippocrates appellauerit.

*Gal. 3. de dif ſin. reſp. c. 10*

Quo ad actiones vitales, pulſus paruiores, frequentiores, velociores, & duriores euadunt. Inter eos autem, qui in corpore ſunt affectus, oculi non ſunt ita viuidi, & floridi, ſicuti conſueuerant (ſpiritus enim à feruido tumoris calore tracti retrocedunt) ſed rubidi, quemadmodum & facies, fieri incipiunt; calor in facie & toto corpore febrilis, acutus, & continuus, & concuſus eſt. De ipſis autem excuntibus ſi fiat ſermo, lotium, quod erat coloratum, vel turbulentum, tenue, & potius albicans redditur. Quæ quidem indicia ſi cum corpore ad phrenitim præparato connectantur (eſt autem ſanguineum, vel bilioſum, iuuenile, & cum ventris ſtipticitate, & capitis partium præſertim internarum dolore) adhuc magis certiora fiunt. Ex ijſdem met indicijs, vbi aucta fuerint, phrenitis iam perfecta cognoſcitur. ideo dicebat Galenus, & Raſis, quod multa, & cōtinua fit alienatio, vigilia plurima, & ferè perpetua, eſt enim phreniticum ſymptoma, vt ait Galenus, & maxima obliuio, vt etiam linguam, vbi eam extraxerint, intromittere obliuiſcantur, nonnulli audiendo ſe falli videntur, ac interim mœſti iacent vix quicquam reſpondentes; & dolorifica diſpoſitione affecti, vel premente aliquo minime ſentiunt, & reſpiratio magna, & rara: eſt enim proprium, & inſeparabile phrenitidis ſignum. Quamuis enim magnus & rarus ſpiritus non videatur inſeparabile delirij ſignum ex Galeno ſecundo de differen. cap. 4. & 5. ſi tamen delirium ad phrenitidem contrahatur, quæ cum alio affectu, & potiſſimum doloroſo ſpiritalium partium, vel earum, quæ cum eis ſimul mouentur, coniuncta non ſit, eſt etiam ſignum inſeparabile, vt ex eodem Galeno cap. 5. citato colligimus. ideo dicebat Galenus, neque enim quomodocunque delirantibus, aut ebrijs, ſed ſolis deſipientibus magnus, & rarus eſt ſpiritus: audacia multa eſt cum impudentia, lingua ſalebroſa, nigra, vel citrina eſt, oculi vehementer ſqualidi fiunt, & eorum venæ ſunt ſanguine plenæ, oculus autem ferox, & clauſus, vterque ſeparatim (vt ait Galenus) ſunt ſigna phrenitidis manifeſtiſſima. ita ex oculis præcipue ex eo qui è directo eſt apoſtematis, acris lachryma effundi ſolet, & eſt ſignum lethale, & ſanguis è naribus ſtillat. Febris autem (ratione cuius à mania diſtinguitur) eſt aridior, aſſidua, & maxima ex parte cum acceſſionibus de tertia in tertiam, incompreſſis, & ex hoc diſtinguitur à paraphrenitide, & ardentium febrium delirio (quamuis etiam quartanarij interdum delirent) quia dum acceſſiones remittuntur, delirium ceſſat. Propria enim præcipuaque phrenitidis nota eſt, neque in delinatione quidem febrium delirium quieſcere, ait Galenus 5. de loc. 4. Quō diſtinguatur phrenitis à delirio febris ardentis dicit Galenus in explanatione tex. 25. primi prædict. præterea phrenitis, ſicuti paulatim fieri ſolet, & augendo procedere, ita quieſcere nec ſubito, nec affatim conſueuit, dicebat Galenus. ad hæc in febribus deliria ferocitatem non habent, dicebat idem Galenus, in phrenitide vero validiora ſunt. & ſimplex delirium frequentiſſimum eſt, phrenitis potius rara. Idem dicendum de delirio, quod fit ratione ægritudinis alterius membri particularis, quia creſcit, minuitur, ſubito fit, accedit, recedit, prout etiam illa ægritudo mouetur. & in paraphreneſi præcedit nocumentum totius, vel alicuius partis, quod in vera phrenitide non eſt neceſſarium. Diſtinguitur autem à delirio, quod fit ex inflammatione ſepti tranſuerſi, (cū hoc enim maximam affinitatem habet ratione communitatis propter neruos plurimos, quos ſeptum recipit a cerebro) quia licet in vtroque delirium ſit perpetuum cum febre: Tamen in phrenitide ſymptomata magis affligunt caput, & reſpiratio eſt magna, & rara, hypocbōdria in principio non tenduntur, & calor circa faciem, & caput vehementior eſt. At in inflammatione ſepti ſymptomata partes thoracis, & præcordia magis affligunt, nō pręceſſit capitis dolor, nec ſanguis è naribus ſtillat, nec mutatio fit in oculis; præcordia tenduntur, ſeu hypochondria, in quibus tumor, & anguſtia præceſſit. Nam ſurſum reuelli hypochondrion, ſepti illico ab initio affecti proprium indicium eſt: id quod affecto cerebro poſterius accidit, non incipiente videlicet affectu, ſed cum factus iam fuerit. Atque calor etiam circa caput, & faciē vehementior eſt ijs, qui ob cerebri vitium delirant. Septo vero inflammato eorum accidentium; quæ phrenitidem antecedunt, aut nullum apparet, aut perexiguum. Et, quòd certiſſimum eſt ſignum, reſpiratio eſt inæqualis, & ſæpe frequens, & exigua, interdum magna, & anguſtioſa, & pulſus eſt durior. in phrenitide vero aliquam vndoſitatem annexam habet. Vtrū lædatur ratio per ſe, vel imaginatio, vel vtraque, ex ægrotantis ſermonis, actionum, & decubitus obſeruatione cognoſcitur. & ex conſequenti ex forma delirij cognoſcimus, vtrum materia hæreat parti anteriori, vel mediæ, vel poſteriori cerebri, quia ex Galeno principes facultates ſedes diſtinctas habent. Vnde ſi inflammatio occupet omnes partes membranarum, & cerebri, læduntur omnes functiones principes, & interdum inflammatio eſt adeo magna, vt dilatet ſuturas, & externis partibus communicetur. & ſi inflammatio occupet magis cerebrum, quàm membranas, dolor erit magis obtuſus, pulſus eſt vndoſus, adeſt rubedo, vel citrinitas in oculis, qui prominentes, & quaſi exeuntes apparent. nam maius nocumentum cū

*Margin notes (left):* *Galo. 3 in 3. epid. 46. & Raſ. 9. ad Alm. c. prop. Gal. 1. præd. com. 4. Gal. 1 præd. 4 poſt med. Gal. 2 de dif ſi. reſp. c. 10. Gal. 1 in 6. epid. cō. tex 30 Raſ. loc. cit. Gal. 2. præd. com tex 37. Hipp. 1 præſag. 14. & Gal. 4 apho. Gal. 1 apho. com. 1. Gal. 2. de lo 9. Gal. 1. præd. tex c 21. Galo 1. præſag com. tex. 28. Gal. 5. de lo. Gal. 4 de lo. 2 & 1. proreth 17. & Auic. & Aet. proprijs cap. lib 6. c. 2 & Auer. 3. col. lig. c. 4.*

*Margin notes (right):* Ad phrenitim præparati. Signa phrenitidis perfectæ. Quō phrenitis a mania, & paraphrenitide diſtinguatur. Quō diſtinguatur ab inflammatione ſepti. Signa differentiarum. A forma. A loco affecto.

oculis

oculis communicatur, contraria apparebunt, ſi apoſtema membranas magis affligat, nam pulſus erit durus, ſerratus, nam corpora ſui natura dura, dicebat Galenus, ſi duritiam afferentes affectiones recipiant, ad maximam duritiam veniunt, vti mollia, ſi humectantes, & funden-tes ſuſcipiant, prorſus exoluta, & mollia redduntur.

*Gale. lib. de pulſ. comp. c. 32.*

Signa phrenitidis hecticæ.

Quòd ſi materia adeo in cerebri ſubſtantia imbibatur, vt phrenitis hectica oriatur, hoc cognoſcitur, quia, præter id, quod ſolum tractu temporis fit, & tumultuoſa phrenitide iam progreſſa, ſequuntur ea, quæ proponit Galenus, dum ait. Fit etiam talis deſipientiæ ſpecies non raro, vt æger quietus iaceat, neque ſolum non tumultuoſe exclamet, exiliatque vt antea, ſed neque prorſus loquatur, neq; figuram decubitus permutet, adeo vt nedũ familiaribus, verum etiam imperitis medicis opinionem præbeant, quod mox, ſi fiat ſilentium, dormituri ſint. itaque clauſis feneſtris dormire ægrum, quod neque loquatur, neque moueatur, arbitrantur, ægro ipſo tamen non dormien-te, & manus quiete mouente, non ſecus, quam qui per leuem contrectationem aliquid tangere, vel inuenire volunt, & quidam clauſis palpebris hæc agunt, & ſi quis accedens cum eis loquatur, quidam neque prorſus oculos aperiunt, alij poſteaquàm aperuerunt, aut paulo poſt claudunt, aut immotos obſeruant. alij neq; ſi quis eos inclamauerit. vel ſtimulauerit, palpebras aperiunt. & paulo infra inquit, omnes hi languidum durumq; & anguſtum, & exiguum habent pulſum, vt quies fieri ipſis fatigata virtute conijciatur, quidam horum, vt manus quiete pacateq; mouent, ſic & breuiſſime loquuntur, idq; ſolis his pateſcit, qui aurem prope faciẽ ipſorum deponunt, vt manifeſte audiant, & manuum motio his exigua, & tremula, ſolis his qui diligenter inſpiciunt conſpicua, hoc autem arguit virtutem horum languere, & phrenitidem hecticam factam eſſe. in his præterea oculi profundi ſunt, & omnia ſymptomata lethalia apparent.

*Gal 1. præd. com. 33.*

Signa cauſarum.

Signa ſanguinis.

Signabilis.

Quòd ſi tumor fiat à ſanguine, ſigna petenda ſunt ex dictis in capitis dolore, ne fruſtra repetantur, & deliriũ fit cũ riſu, & imaginationes ſunt rubræ, vigilia non eſt ita pertinax: & in hac phrenitide pulſus ſolet eſſe non languidus, ſed maior, & plenior. & lingua primo apparet rubra, deinde nigra per aduſtionem, & febris vniformis propter motũ ſanguinis vniformem, exiſtit. & oculi rubidi, & pleni lippa conſpiciuntur. Si fiat a materia biliosa, deliriũ erit cũ iracundia, & maxima audacia, imaginatione citrinæ, vigiliæ multæ, facies & oculi ſunt citrini, & ſicci, lingua primo citrina, deinde nigra cum aſperitate, attenuatio narium, tractio frontis ad ſuperiora, febris ardentiſſima cum acrimonia feruentiſſima.

Signa atrabilaris humoris.

Si materia magis feruens reddatur, vt fiat atrabilis, delitia ſunt ferina; appellat autem Galenus ferina deliria in quib. calcitrant, pedib. feriunt, mordicus impetuut, excãdeſcunt, eos, qui ingrediuntur, tanq̃ hoſtes exiſtimantes, ſi incauti ſint percutiunt, vigiliæ ſunt aſſiduæ: pulſus tum propter ſiccitatem, tum propter tenſionem ſunt valde duri, ac proinde parui, celeriores, & crebri, oculi è directo pupillæ turbati ſunt, lingua nigra cũ aſperitate, febris acutiſſima.

*Gal 1 præd. text 22.*

*Gal. lib. de comp. pulſ. cap 32.*

Signa materiæ mixtæ.

Si materia ſit mixta, deliriũ erit mixtũ modo cũ riſu, modo cũ ira q̃nque percutere tentant q̃nq; non, & ſunt ſigna materiæ mixtæ, iecur eſt calidũ generans ſanguinẽ, flauã, & atrã bilem, & ſi præceſſit vel dolor, vel calor capitis inſignis, aut cõtuſio, phrenitis cauſata eſt p modũ attractionis. Si nullũ horũ præceſſit, & morbi præſertim aliqui ſint pręgreſſi, vt quorũ caput debile redditũ ſit, orta eſt p modũ trãſmiſſionis: Quæ facta fuit à toto, vel à iecore, prout erũt indicia repleti iecoris, vel totius.

Signa phrenitidis cũ alio uitio cõplicatæ.

Signa phrenitidis cum comate.

Quãtũ attinet ad cognitionẽ differẽtiarũ, q̃ ſunt impropriæ, facile cognoſcit' phrenitis vnà cũ comate cõplicata. quia licet propẽſione in ſomnũ teneantur, nõ tñ dormiũt. ideo dicebat Galenus, diſtinguuntur aũt à lethargicis, quia propẽſio eſt inſomnis, & citra ſentiẽdi, & mouẽdi difficultatẽ, ſiquidẽ audita voce, aut ſono, facile exurgunt, ſiq; eos in aliqua parte corporis quis cõtingat, oculos ſtatim attollũt, & in tãgẽtẽ intuentur, & cũ propẽſione in ſomnum correpti ſunt, manus, & crura mouẽt, ſe ſe iactant, & repẽte attollũt, exagitãt, & quædã minime cõſentanea effutiunt, cũq; loqui volunt, eorũ ſtultitia deprehenditur, quorũ nihil in „ lethargicis, qui comate tenentur cernimus, ſiquidẽ hi immobiles ac veluti muti perpetuo ia-„ cent, ſuntq; ijs, qui profundo ſomno immerſi ſunt, ſane cõſimiles. Ex quib. facillimũ quoq; eſt „ eos ab his, qui hectica phrenitide detinentur, diſtinguere, in quib. virtus ne dũ in pulſu, verũ „ ẽt in motu, & ſermone omnino proſtrata deprehenditur; & hectica phrenitis ſemper fit pro-„ grediẽte tumultuoſa: in complicata vero coma vnà cũ phrenitide à principio ſimul inuadit. & dũ, ait Gal. coma à principio vnà cũ phrenitide ſimul inuadit, hoc ad phrenitidẽ ſolũ referẽdũ eſt, nõ aũt ad aliud vitiũ, quia põt in principio fieri febris ſine phrenitide, & ſine comate, ſed poſtea phrenitis, & vnà cũ ipſa coma, inſomnis tñ, inuadere põt.

*Gal. l. de comate cap 3. & 1. præd. cõ. 1. & 33.*

Signa phrenitidis cũ melancholia.

Quod ſi phrenitis melancholiæ cõnectatur, deliriũ interdũ eſt cũ riſu, interdum cũ fletu, aliq̃n cũ ira & audacia, nonnunquã cũ timore, & mœſtitia, & adſunt reliqua ſigna vtriuſq; affectus, dicebat aũt Gal. q̃d ſicuti multũ loqui phreniticorũ eſt propriũ, tacere melancholicorũ, ita contegi vtriuſq; commune eſt.

Prognoſtica.

Quod ſi ad prædictiones accedamus Phrenitides, vt Gal. teſtis eſt, in lib. de comate c. 2, abundãt æſtiuo tpe, in locis calidioribus, ætate florẽti, calidiorib. naturis, & ſimili victus ratione, ac vitæ ſtudijs. inſuper aiunt Hip. & Gal. q̃d neq; noctu, neq; diu dormire, ſi non ob dolorẽ, aut laborẽ accidãt, delirium futurũ ſignificat, ita ex ijſdem oculi inſtabiles delirium vehemens indicant futurum. Inſuper pulſus, ſeu magna, & vehemens arteriarũ motio in hypochondrijs, perturbationis, vel delirij indicium eſt, ſimiliter ſudores circa caput phrenitici dicebat Gal. Ita inquit Hip. dentib. ſtridere in febribus, niſi quis à puero aſſueuerit, inſaniam, mortemq; portendit: ſpurũ aũt rotũdũ deliriũ portendit, ſi patientis caput procliue ſit ad patiendũ ex Galeno 6. in 6. epi. 29. Pari modo vt ait Galenus exordientis affectionis notæ prognoſtica ſigna ſunt eius, quæ iam completa eſt, ideo ſigna phrenitidis inchoantis iã perfectæ prognoſtica ſunt. Phrenitis autem in genere affectus periculoſiſſimus eſt, non ita tñ periculoſus dum eſt adhuc in fieri, & in primo ſui principio, ideo dicebat Gal. inſania nullum eſſe deteriorem affectum. Quod ſi circa differentias diſcurramus, quẽadmodũ ſi æger ſuarũ alienationũ recordetur, aliqua ſpes eſt: ita quo magis Principes functiones oblædũtur, eo magis periculũ

*Gal. 3. in 3. epid. comp. text. 86: Hip & Gal. 2. prognoſt. 12. 1. prognoſt. 21. Gal 1 præd. text com 4. Gal 2 præd. 41.*

*Gal 3. in 3. epid 75.* intenditur, ideo dicebat Galen. praua eſt phrenitis, in qua multum delirium adeſt. vnde ſi non admoniti citra ordinem,& citra rationem vrinam in lectum effundant, pernicioſum eſt, *Gal.1.prad. coxe 28.* dicebat Gal. ſimiliter ſi adeo prauus ſit decubitus, vt corpus ad pedes delabatur, lethale eſt ex Hip.eò quod, vt ait Gal.facultatis corpus gubernantis extinctionem quandam ſignificet. *Hip.& Gal. 1. prognoſt. 15.* Si differentias à loco affecto conſideremus, dum tumor magis cerebrum afficit, quam membranas, maius periculum imminet.Hi enim propter membri nobilitatem, vt plurimum in tertio die moriuntur,& ſi non obeant vſque ad quartum, euadere ſolent. Quod ſi hectica ſit phrenitis, dicebat Gal. affectio horum, vt febrium becticarum,praua eſt: quas, cum inci- *Gal.1.prad. 33.* piunt, vix ſolui, abſolutas autem ſolui non amplius poſſe demonſtrauimus. Vnde ex eodem Gal.praua eſt phrenitis, in qua pulſus ſunt languidiores, & idem dicebat prælanguentium *Gal 1. prad. 1. & 2. Com. 16.* autem deſipientiæ omnino lethales (nam maxime cor conſentit) & poſtea ſubdit tremorem ſolum vehementiſſimas phrenitides ſequi. Quantum attinet ad cauſas effectrices, Si cauſa *Gal 3. in 3. epid 75.* ſit adeo valida, vt primu ſtatim die phrenitis inuadat, acutiſſima eſt, vt omnes fere infra ſeptem dies obeant, perpauci hos ſuperent; & idem Gal.dicebat, quod quarto die obeunt, aut *Gal 3. in 3. epid. 86.* quinto, & nunquam à principio inuadens phrenitis ad vigeſimum perducitur. Dum autem 2.in 1.epid.com.76.idem Gal.inquit, quod nonnunquam ad vigeſimum vſque diem perducitur, intelligendus eſt de phrenitide, non à principio inuadente, ſed poſt duos quaterniones *Hip. 6.aph. 53.* alicuius continuæ febris exorta. Phrenitis autem à ſanguine eſt minus quàm à bile periculoſa, ideo cum riſu deſipientiæ ſecuriores, cum ſtudio periculoſiores. Inquit autem Gal. in com.nulla deſipientia ſecura, minus vero periculuſæ,quæ cũ riſu ſiunt, ſicuti temerariæ omnium periculoſiſſimæ,in medio ambarum ſunt quæ cum ſtudio fiunt: non eſt tamen adeo pe- *Galen.3. de loc.7.* riculoſa dum à pallida, ſicuti dum à flaua gignitur bile. Peſſima autem eſt, dum ſit ex atra bile,quia totum corpus compatitur. at vero à capitis ictu, ſtupor, & deſipientia malum, di- *Hip & Gal. 7.aphor.14.* cebat Hip.quia ex Gal.ſignum eſt ictum intra ad cerebrum penetraſſe. Quod ſi materia ſit valde cruda & copioſa, vt vrina alba ſit perſpicuaque,& proinde cruda ratione coloris, ſubſtantiæ,& contenti,lethalis eſt,& neminem Galenus ſeruatum vidit, quia ſignificat magnam *Hip.& Gal 4 aphor 72.* cruditatem, & totam bilem ad caput rapi. Phrenitis autem vna cum comate, cæteris paribus periculoſior eſt, quia indicationes ſibi inuicem aduerſantur. Quod ſi inflãmatio ad cerebri *Hip.& Gal. 6. aphor.25* emunctoria permutetur, vel extra vergat, ſalubris eſt. Pariter ſi fluxus ſequatur hæmorrhoidalis, ſicuti quoque fluxus præſertim copioſus ſanguinis natium, ſæpe phrenitim ſoluit. Con- *Gal.in 3.epidem 8.* tra oculus diſtortus, & ſudor circa caput paucus,& frigidus peſſimã phrenitidem ſignificat. Quod ſi æger & delirio,& dentium ſtridore eodem tempore conflictetur, mors proxima eſt *Hip & Gal. 1. prognoſt. 21.* In praua autem phrenitide ſolet fieri vomitus bilis æruginoſæ, pulſus ſiunt imbecilles, extremorum frigiditates, conuulſiones ex inanitione, quæ lethales ſunt. Nam ratione affectus eryſipelacei oriuntur, phrenitici autem dicebat Galenus, propter continuum animi, & corporis *Gal 3. in 3. epidem. 71.* motum, intra paucos dies extenuantur. Indicationes à morbo, morbi cauſa, & virtute ſunt deſumendæ, Si conſideremus morbum, cum ſit tumor calidus, igitur oportet tum euacua- **Indicationes.**

**A morbo.**

*Gal.11.met. vlt.* re, tum refrigerare. Sed in phrenitide ſanguinea oportet magis euacuare, quàm refrigerare, in biliosa vero, quia eryſipelas eſt, oportet magis refrigerare, quàm euacuare: nam in eryſi- *Gal 2. aph. text.18.* pelate calor eſt intenſior: in inflammatione materia copioſior, vnde in inflammatione refrigeramus tantummodo, ne ratione caloris (à quo tum attractio ſit, tum ſoluitur vnitas, & *Gal.10 met. 2.* proinde ſit dolor) nouę materię fiat attractio,& inflammatio augeatur. Quod hoc ſit verum, dicebat Galenus, cum duplex in phlegmone laborantibus particulis ſit affectus, vnus in *Galen. 13. meth. c.8.* quantitate ex ſuperflui naturæ modum exeuntis abundantia, alter in qualitate, qui ex calo- » ris ſpectatur ratione, ſequitur prioris eorum curationem etiam poſterioris curatio: ſiuntque » *Gal.3.de ſi pora. c. pen. 7.* ex accidenti medicamenta, quæ calentem materiam euacuant, inflammationis particularum » refrigeratoria. In eryſipelate vero refrigerantibus vtimur, non ſolum propter rationem dictam, verum etiam vt inſignis caliditas, quæ permanens, & morboſa eſt, adimatur. Quod ad **A morbi cauſa.**

morbi cauſam, hæc eſt materia, quæ ſi conſideretur, vt eſt genita, euacuanda eſt, & quia vel *Galen 13. meth.8.* eſt in capite, vel extra caput, Si ſit in capite,& ſit impacta, reſoluenda, ſeu diſcutienda: ſi nondum ſit impacta, & ſixa, reprimenda. Si ſit extra caput, vel in illud actu fluit, vel fluere poteſt. Si fluat in caput in partibuſque ei proximis reperiatur, indicat ſimiliter auxilium reprimens, quod frigidum & adſtringens eſt, nec non etiam præſidium reuellens, ſi ſit in partibus remotis, indicat præſidium reuellens, &, ſi ſit ſanguinea, reuellens ſanguinem, ſi bilioſa, reuellẽs bilem. Si vero materia extra caput conſideretur, prout fluere poteſt in caput, non modo præſidium indicat reuellens, ſed ſi periculum ſit ne fluat per attractionem, oritur indicatio refrigerandi caput, ſi ratione caloris attrahatur; & dolorem mitigandi, ſi id ratione doloris fiat, Si vero periculum ſit ne fluat per tranſmiſſionem, ratione partis recipientis, oportet caput roborare, verbi gratia refrigerare ſi recipiat ratione caliditatis; ſiccandi vero & adſtringendi, ſi ratione laxitatis, & humiditatis ſuſcipiat. Ratione vero membri mandantis, oportet membrum illud roborare, ne materiam ipſam generet. & tunc conſideratur materia prout poteſt regenerari. Vnde ſi, verbi gratia, iecur calidius ſit bilem generans, oportet iecur reſrigerare; quòd ſi regeneretur ratione cauſæ externæ, cauſa illa auferenda, & proinde optima victus ratio præſcribenda eſt. & Quia nil efficiendum, niſi habita totius procuratione, ideo totum corpus euacuandum eſt, & hi erunt ſcopi, qui in omni affectu inflammatorio, & eryſipelaceo, niſi particularis affectæ partis actio naturaliſque conſtitutio, eos quadãtenus immutet, perpetuo erunt obſeruandi, & ſupponendi. Tan- **A uirtute.**

dem, ſi virtutem conſideremus, hæc maxime cuſtodiẽda eſt, quia in hoc affectu (alioquin valde periculoſo, & acuto) vt plurimum virtus eſt debilis: Namque ob immodicum tum animi, tum corporis motũ, cõtinuo maxime deſtruitur, vt ob id nullo pacto deſpicienda ſit, ſed eius ratione alimento ſit vtendum. Præterea cum peculiare huius affectus ſymptoma ſint vigi-

liæ, quæ

ſis, quæ vires maxime labefactant, idcirco, dum coniungitur vigilia intenſa, gratia virium,
ab ea auxilium ſoporiferum indicatur: eſt autem frigidum, & humidum, imò interdum
ſumme frigidum (etiam ſi inflammatiooem foueat) quia vigilia hæc ab intenſa caliditate,
Materiæ auxiliorũ. & ſiccitate originem ducit. Quantum ſpectat ad præſidiorum materias, dum ita vehementi,
& ingenti furore conflictantor, Medicus imprimis, dũ ad hos accedit, maxime cautus eſſe de-
bet. imo dicebat Gal. etenim furioſos ne prope quidem accedere ſuſtinemus, verum diſcedi- *Gal. 2. de diff. re sp. c. 10.*
mus omnimodo formidantes, ne quid mali etiam nobis affricent. Eſt autem in phrenitide va
Chirurgia. Venæ ſectio. lidiſſimum præſidium ſanguinis euacuatio, ideo, ſi adſit virtus, & ætas florens, ſecanda vena,
& potiſſimum iteranda ſectio, dum ob cauſas iam dictas virium lapſum pertimeſcimus. & ſi
phrenitis ſit ſanguinea, ſanguis in magna quantitate, vt a decem, vſque ad quatuordecim vn-
Quantum. cias, pro pulſuum. ſ. ratione euacuandus eſt. Adeſt enim maxima inflammatio, febris cõcluſa,
& dolor vehementiſſimus, Non tamen vſque ad animi defectum euacuare oportet, qnia peri *Gal 1. aph. tex. 22.*
culoſa hæc euacuatio eſt, quia vt ait Gal. ſtatum virium ita callere non licet. Si phrenitis ſit bi
lioſa, a quinq; vſq; ad octo vncias extrahendus ſanguis. imo ſi adſit exquiſitũ eryſipelas, non
Quando. ſanguinem, ſed bilem educere oportet. Illico aũt ante medicamentum leniens ſecanda vena,
antequam vires labantur, & materia figatur, quia fixa materia, vana eſt curatio. Quare, præ-
Vbi. miſſo clyſtere, dum aluus diu fuerit cohibita, quamprimum ſecanda. & niſi aliquid impediat,
ſecanda cephalica, vel ſi hæc non appareat, cõis, ſed ſi phrenitis ſit bilioſa, &, vt in hac contin
gere ſolet, brachium nolint exhibere, quia adeſt maximus calor in capite, vena frontis apertẽ
da, vt illico euacuemus, & refrigeremus. nam ob capitis feruorem ſanguis in capite copioſus *Alex. Tral. l. 1. c. 13.*
Cucurbitulæ. fuit attractus. Si vero ſit ſanguinea, nõ egemus auxilio ita celeri, vt in bilioſa. Ideo ne ſanguis
attrahatur in caput, ſi nolint brachiũ exhibere, primo cucurbitulæ partib. infernis pro totius
euacuatione, & reuulſione applicãdæ ſunt; deinde ſupernis partib. deriuationis gratia, & pau
Hirudines. lo poſt (nã ſpacio vigintiquatuor horarũ hæc oĩa peragenda) venam frontis aperire expedit.
Quæ, vt appareat, faſcia collũ artificioſe deligandum. & inſuper expedit applicare hirudines
poſt aures, ipib. venis narium, & vltimo loco, vt cauſa tumoris cõtẽtiua euacuetur, venis per
cutem capitis diſſeminatis. Ita licet cucurbitulas ſcarificatas occipiti admouere, quia oĩ inge-
nio materia, ne magis figatur, euacuanda. Si vero eſſet fęmina, in qua menſes eſſent ſuppreſſi,
ſi brachiũ porrigat, primo aperienda cephalica, ne auxiliũ ſit tardũ: nam inter initia magis po
teſt capitis inflammatio ad indicandum. deinde per ſeptem aut ſex horas poſt pro integra di-
uerſione. & quia perſeuerat fomẽtum ex menſib. ſuppreſſis, venæ infernæ aperiendæ ſunt, vel
eas ſecando, vel cucurbitulas ſcarificatas admouendo. idem de hæmorrhoidib. ſuppreſſis ſta-
tuendum eſt. nam primo cephalica aperienda, deinde hirudines hæmorrhoidib. applicandæ.
Inſuper in phrenitide pro euacuatione ſanguinis in capite exiſtentis, præſertim in ſanguinea
licet quoq; venas linguæ aperire. Aduertendum aũt, ne ægrotantes interficiantur, Galenum
probare cucurbitulas capiti appoſitas pro euacuatione capitis; & materiæ cõtentiuę tumoris,
ſed poſt integram totius, necnon ẽt poſt capitis euacuatiooem, eo videlicet tp̃e quo diſcuſſo-
rijs medicamentis vtimur. Deniq; laudantur ligaturæ, artuũ frictiones pro reuulſione, quib.
tñ vti non licet, niſi corpore maiori ex parte euacuato. frictionib. aũt præſertim vtendum, vbi *Gal. 13. met. ci.*
delirium, & febris non valde acuta fuerint, & inferiores partea præcipue fricandæ ſunt. Medi
camenta vel totum, vel caput reſpiciunt, de priorib. ſuperiori capite dictum eſt. Debent autẽ
Pharmaca. reſpicere ſuccum bilioſum. ideo pro leniente licet recipere mannæ electæ vnc. ij. ſ. ſyr. ro. ſol.
Cõmunia. vnc. ij. cum decocto acetoſæ fiat potio bt. idem de prunis, thamarindis, caſſia, & ſyru. violato
Lenientia. ſolutiuo dicendum eſt. Quidam vero ambigunt, an electiue educente, vt ſcammoneo, vti li- *Auic. l. cit.*
ceat. ideo ſciendum, quod Auicen. non ſemper ſcammoneum exhibet, ſed ſolum dum cogno
uit patientem, quia alias vſus ſit, poſſe perferre. Quare cum expediat bilem euacuare, ideo cũ
Auic. detur diagridium, vt ſit veluti ſtimulos, vt lenientia facilius, & citius euacuent. nam in
capitis dolore eximio, ſicuti ẽt in vulnerib. capitis, lenientia fere ſemper parum operati ſolẽt,
ſed diagridium miſceatur citra minimam doſim ad ij. vel iij. Grana. quod eſt intelligendum
quando phrenitis iam facta eſt, quia ſi adhuc fiat, & ſimus in initio, & vt ait Raſis, ſymptoma-
ta nedum perfecta ſint, maiorque copia bilis fluxura ſit, minor copia fluxerit, quia magis vr-
get, qoam materia furioſa, ideo non modo debemus dare ſcammoneum, ſed in debita doſi,
vt, recipiendo mannæ vnc. ij. ſ. ſyr. roſ. ſol. vnc. ij. diagridij Gran. v. vel recipiendo pulpæ thama
Præparantia. rind. floris caſſiæ nou. extr. ana drac. v. diagridij Gran. v. cum ſaccharo fiant boli: nam ſic mul-
ti præſeruabunt, & inter initia, febris, & omnia mitiora ſunt. ideo non eſt timendũ. Inter præ *Hip. 2. aph.*
parantia, laudatur ſyr. roſ. recens. viol. de cichorea, de endiuia, de nymphæa, & de papauere,
Purgantia. qui præſtantiſſimus eſt. Et facta ab his concoctione pro purgantibus ſupra poſitis lenienti-
bus vtendum. & quod plurimum eſt, licet addere, dum vrget neceſſitas, drach. 1. rhabarbari,
Topica. vel vnc. ſem. diacatholici, niſi æſtas, vel ardentiſſima febris inhibeant, & ſemper cum refrige-
Reprimentia. rantibus diluantur. Si vero de reſpicientibus caput loquamur, ſunt primo reprimentia, quæ
vel ſuturæ coronali, vel naribus admouentur. Prioribus vero non ſemper vti licet, quia, ſi in-
flammatio ad capitis cutim, & partes externas vergere videatur, ab his deſiſtendum eſt. At
his, quæ naribus admouentur, ſemper vti expedit: ideo odorent aquam roſatam, vel repri-
mens ita componatur. Recip. aquæ roſ. myrtillorum an. vnc. iij. ſandalorum rubrorum, citri-
norum, & corallioram rub. an. drach. j. aceti roſati vnc. j. ſ. miſce, quia dum naribus admoue-
tor, cerebrum roboratur, vt ad exteriora, vel inferiora noxiam materiam expellat; ideo his
vtendum etiamſi materia petat cutim. Quod ſi inflammario non extra vergat, vtendum re-
primentibus propoſitis in capitis dolore, ſed propter vigilias pertinaces cauendum acetum:
ideo in phrenitide ſanguinea, licet recipere olei roſ. completi vnc. iij. acetoſitatis citri vnc. j.
in bilioſa Recip. olei roſa. omphacini, violati an. vnc. ij. acetoſitatis citri vnc. j. Quod ſi ſit
hyems, & præcipue dum phrenitis non eſt ita ſimplex, ſed cum comate permixta, licet cum

oleo roſato; addere chamæmelinum in proportione ſubdupla. Inſuper aduertendum, quod vbi phrenitis eſt billioſa, ratione caliditatis intenſæ, & morboſæ, cum reprimentibus refrigerantia miſcenda ſunt. Ideo reprimens, non tantum fiat ex oleo roſato, ſed etiam violato, & decocto refrigerante. ideo licet parare decoctum ex roſis, violis, lactuca, nymphæa,

*Gal. 3. in 3. de vulgar. com. 76.*

hyoſciamo, capitibus papaueris, addendo oleum roſatum, & alia, quibus caput poteſt irrigari; imò licet hæc intra nares immittere, & his etiam faciem lauare. Reprimentibus autem vtendum poſt euacuationem totius per phlebotomiam, & per lenientia. Nunquam enim localibus vtimur niſi totius procuratione præmiſſa: æſtate vero applicentur tepida, vel etiam frigida, ſi ſit bilioſa, hyeme vero calida, & ſuturæ corouali, capillis prius deraſis, apponantur. Poſt reprimentia ſunt reſoluentia, quibus vtimur in phrenitidis declinatione (nam ſecus interficerent) quando videlicet adeſt ſemiphrenitis: nam tunc non adeſt amplius affectus calidus, ſed ſolum materia feruore deſtituta. Vnde in fine (vt ait Galenus) phrenitidis, & lethargi eadem curatio eſt; ideo quæcunque ſit phrenitis, licet etiam vti ſummè calidis, ideo Galenus ad vehementiſſima aſcendebat: ſed vbi iam calida intemperies ceſſauerat. vtendum autem omni diligentia, ne amentes, & fatui fiant: ideo non illico ad vehementiſſima aſcendẽdum, ſed ſenſim & ſenſim, ne reſolutis partibus tenuioribus craſſiores remaneant: Ideo primo occurrendum mitioribus, applicando capiti ſpongiam actu calidam madefactam vel oleo anethino, chamæmelino, liliorum alborum, vel decocto maluarum meliloti, fœnigræci, chamæmeli: ſimiliter licet vti columbis ſyluestribus ſecundum poſteriorem partem diſſectis & calentibus caliditate natiua applicatis: licet applicare omenta vituli, ſuis, caſtrati prima vice natorali caliditate calida, deinde oleis vel decoctis propoſitis calefacienda ſunt; hinc ſenſim calidiora permiſcenda, vt thymum, pulegium, calamenthum, dictamnum creticum: miſceodo, grana alicuius emollitionis, ſphondylium, melilotum, althææ: ita ex his licet conficere euaporatoria, quæ per nares recipiuntur. Poſſunt inſuper incoqui in oleo chamæmelino, & irrigationes fieri. Demum aſcendendum ad confecta ex ſinapi, vnde ſi malum ſit rebelle, & immineat amentia; ceratum ſacrum applicandum, & vt ſit validius, fiat molle cum aqua vitæ. Nec timenda excoriatio, quia etiam veſicatorijs vtimur. Præterea tempore reſoluentium optimum eſt caput per os, & nares euacuare: per os cum non maſticetor, vtendum inunctionibus palati, vt cum diaſinapi: ita intra nares immittendum decoctum thymi, imò acetum in quo thymum, calamenthum, pulegium, origanum ſint decocta; his autem vtendum eſt, reſoluentibus videlicet, non modo poſt totius euacuationem, verumetiam poſt repercuſſionem, quo etiam tempore, in decli-

*Alexan. loc. cit.*

natione videlicet, maxime laudat Alexander balneum aquæ dulcis temperatæ calidæ, præcipue vbi ſiccitas, & vigiliæ plurimum vigeant. Sunt denique ſoporifera, quibus propter vires cogimur vti, quamuis noceant incraſſando materiam, ideo cum reprimentibus in phrenitide bilioſa oportet miſcere lactucam, oleum nenupharinum, & alia, de quibus in capite de vigilijs loquemur, & in ſuperiori capite loquuti ſumus. Ait autem Galenus capitis lotionem

*Gal. 3. in 1. epid. 24.*

in phrenitide præſtantiſſimum eſſe remedium ex Hippocratis etiam ſententia pro ſomno conciliando, præſertim vbi minus, quàm par eſt, per nares ſanguis erumpit: Lotio autem debet fieri aqua dulci moderatè calida, vt adiumentum exhibeatur naturæ, quæ diminutè, per nares ſanguinem excernit. Quod cognoſcitur, quia delirium & vigiliæ ſanguine erumpente, tamen perſeuerant. Galenus 13. meth. cap. 21. probat capitis perfuſiones ex papauerũ capitibus, odorem quoque naribus obijciendo, ac narium alas intus, vel frontem ex ſimilibus medicamentis illinendo: laudatur etiam populeon fronti appoſitum, pululli ex herbis frigidis, & alia, quorum tamen non debet eſſe aſſiduus vſus, ne in lethargicos abeant: ita dum vires ſunt imbecilles, ſoporifera, præſertim intus exhibita, maxime nocent. Si vero phrenitis comma annectatur, mixtis auxilijs vtendum, refrigerantibus videlicet, & calefacientibus, humectantibus, & ſiccantibus. Victus modo ſit tenuiſſimus in extremo, modo tenuiſſimus, modo tenuis exactè, modo tenuis ſimpliciter, prout phrenitis ſolet eſſe exactè peracuta, peracuta, acuta exactè, & acuta ſimpliciter, & ſit victus refrigerans præſertim in bilioſa. Si ergo vires ferant, ſola aqua hordei vtendum eſt, ita laudatur priſanæ cremor per ſe ſolus. priſana hordeacea optime cocta præſtantiſſima eſt, vel colata; vel integra, dum malum non eſt ita acutum. Expedit etiam cum priſana miſcere emulſionem ſeminum frigidorum, & papaueris albi pro neceſſitate, & ſi æger iam dicta auerſetur, panis in aqua calida intinctus ſumat. Pariter probantur olera frigida in pauca tamen quantitate, vt intybus, lactuca elixa, cucurbita, & condiantur cum agreſta, vel vino granatorum, aut ſimil. Pro potu detur aqua præcipue hordeacea, & in ſanguinea non detur actu frigida, ne crudior fiat inflammatio: in bilioſa poteſt frigida concedi, & in aqua licet decoquere coriandra præparata, addendo parum aceto ſitatis citri, aut ſucci granatorum acidorum; demum vbi adeo vigiliæ vigeant, vt immineat animi deliquium, exhibendum vinum; quod ſi oligophorum, quia caput non tentat: adeo Alex. ante ſtatum, dum apparere incipiebant concoctionis ſigna,

*Galen. 1. de loc. 6. 12. meth. 3. de rat. vic. in a.*

vinum dabat, inquiens, huius beneficio ægros à morte vindicari, necesse admodum differendum in eo exhibendo, quia, ut ipſe, viribus collapſis ob vigilias, deſperata ſalus eſt: ideo imprimis poſſumus accipere panem & madefacere in vino, vel mediocri, vel oligophoro, & vinum ſit ſyncerum, deinde accipere illũ panem madidum, & immittere in aquã & præbere, quia hoc modo exhibetur citra detrimentum: mañ ſomnus conciliatur, & vires ob vigilias debiles ſecundum ſpiritus reficiuntur. Auicenna vero vinum concedit poſt ſeptimam, cum iam

*Auic. loco cit.*

remiſſio facta eſt, & inclinatus affectus, & nil præter nutritum prohibet, vnde conducit non modo ratione viriũ, ſed etiam, quia calefaciendo, attenuandoq; eſt in cauſa, vt materia in capite exiſtens attenuetur, & diſſoluatur. Aluus lubrica ſeruetur cum cliſterijs ex decocto mal-

Reſoluentia.

Soporifera.

Victus rõ.

Cibus.

Potus.

Inanitio, & repletio. Animi accedentia. Motus, & quies.

uarum, violarum, hordei, capitum papaueris, & foliorum betæ, & pauco ſale cum vnc. trib. olei violati, & vna caſſiæ tractæ, & ſi hæc non ſufficiant addatur vncia ſem. diacatholici, & ægrotantes ſeruentur in quiete tum animi, tum corporis, quantum fieri poteſt, vt interdum funibus deuinciri debeant.

## De Melancholia. Cap III.

Continuatio.

CVM de principum functionum deprauatione, quæ ſui natura cum febre connectitur, in proximo ſuperiori capite dictum ſit, ſequitur vt in præſentia, de ea, quæ ſociam febrem non habet, & proinde inſania, & deſipientia magis proprie nominatur, ſit agendum, & eodem tempore à vitijs membranarum peculiaribus, ad ea, quæ cerebri corporis propria ſunt, transeamus: dicebat enim Gal. ſine febre eſſe proprium eſt inſanientium; febrem habere coniunctam, phreniticorum. Cum autem inſania, & deſipientia, ſine febre multiplex ſit, in præſenti capite nos potiſſimum de melancholica tractare intendimus, tum quia cæterarum omnium frequentiſſima eſt, tum etiã, quia ex huius cognitione reliquæ omnes conſpicuæ fient. Hæc igitur melancholica deſipientia, melancholia vocatur, quia, vt ait Gal. ex eorum vitiorum genere eſt, quæ à cauſa propria nomen deſumunt. nam ſemper à materia, quæ vel ratione primarum qualitatum: vel ſecundarum, & ratione nigredinis quodammodo melancholica eſt, ſiue vaporoſa ſit, ſiue humoroſa, dum cerebrum inuadit, & ſpiritus animales male afficit, ex omnium ſententia proficiſcitur. & ne vlla circa nomen, & definitionem oriatur ambiguitas, ſciendum eſt, per melancholiam nos illud vitium intelligere, in quo patientes, ſine aliqua occaſione, aut externa cauſa, timent, triſtanturque: quod ſi forte vnà cum timore, & triſtitia, temeritas quoque & impudentia coniuncta ſit, tunc affectus non eſt ſimpliciter melancholicus, ſed ex melãcholia, & mania, vt nonnunquam euenit, complicatur. Hanc igitur deſipientiam definientes, dicimus eſſe principem functionem cum timore deprauatam, propter materiam opacam ſpiritus animales vitiantem. Porro huius vitij, & ſymptomatis forma a nobis fuit expreſſa, dum diximus eſſe Principem functionem deprauatam cum timore, quam vt recte percipiamus, non ab re erit circa principum functionum deprauationem in genere magis ad aures Ariſt. digredi. cum enim in ſuperiori capite de eadem ex Galeni mente loquuti ſimus, non erit inutile, ſi in Ariſt. placitis perſiſtentes, quæ procul dubio magis veritati conſona videntur, eandem læſionem breui diſcurſui ſubijciemus. neque nobis in hac re Gal. ſuccenſebit, cum ipſe in rerum difficultate dijudicanda ſapientiſſimus, & ſingulari quadam modeſtia præditus, toties ſe animam, & potiſſimum humani corporis rectricem, penitus ignorare faſſus ſit. Sciendum igitur, quod mens abſtracta ſui natura cum ſit, organica nullo pacto cenſeri debet. ad hoc reſpiciens Ariſt. dicebat quam partem mens, ſeu intellectus habeat, difficile eſt imaginari. hinc fit vt læſo corpore, ipſa per ſe nullam noxam incurrere poſſit. verum quoniam ex altera parte mens ad hoc vt operetur, vt idem Philoſophus ſcriptum reliquit, eget aliquo exiſtente in corpore, nempe imaginatiua ſibi phantaſmata ſub miniſtrante, idcirco & ipſa, quo ad propriam operationem conſiderata, aliquam corporis partem, non veluti ſedem, nam ſedes corporibus proprie competit, ſed veluti locum, in quo proprias functiones promat, ſibi vendicare dicitur. & quoniam imaginatiuæ facultatis opus, cuius mens indigens eſt in capite, & in cerebro ex ſententia quoque eiuſdem Ariſtotelis abſoluitur, hinc factum eſt, vt Philoſophus dixerit intellectum in cerebo quodammodo locari, quia in capite per mediam imaginatiuam proprias vires exercet. hinc colligimus, quod læſa imaginatiua ceu præcipuo rationis organo, neceſſe eſt, vt per viam cauſæ inſtrumentariæ intellectio quoque offendatur: & contra, læſa ratiocinatione, per viam ſigni concludendum, ſit etiam imaginatiuam fuiſſe læſam. vt harum duarum facultatum functiones in læſione perperuo ſe ſe mutuo comitentur, hoc tamen diſcrimine, quia imaginatio per ſe, ratio vero per accidens oblæditur: inſuper cum diſcurſus, & ratiocinatio per compoſitionem, & diuiſionem fiat, compoſitio autem diuiſioque facultate memoratrice indigeant de neceſſitate; hinc ſequitur, vt ratio, ad hoc vt proprio munere recte fungatur, præter phantaſmata ſibi ab imaginatrice oblata, memoratricis quoque facultatis auxilio opus habeat. & proinde fit, vt læſa imaginatrice ratio quidem perpetuo lædatur, ſed magis & minus, prout memoriam maiorem, vel minorem noxam ſubire contingit. & ita pro varia harum functionum læſione mirum non eſt, ſi varia quoque delitamentorum genera exoriantur. vnde ſi læſionem quæ in earum deprauatione conſiſtit (de hac enim nunc loquimur) perpendamus. Sciendum eſt, quod cum triplex ſit vitium, in quo princeps functio potiſſimum deprauatur, nempe phrenitis, melancholia, & mania: Si primo phrenitidem conſideremus, in ea quemadmodum etiam in reliquis duobus vitijs imaginatio perpetuo per ſe, ratiocinatio vero ſemper per accidens deprauatur: memoria vero vt in ſuperiori capite oſtenſum eſt, nunquam deprauari poteſt; ſed in phrenitide imminuitur, & cum poſſit dupliciter imminui, nempe vel per ſe, & læſo proprio organo, vel ex accidenti, ideſt citra læſionem proprii organi, in hoc affectu primo ſemper ex accidenti læditur, & hoc propter innumeram obiectorum, ſiue imaginum multitudinem, quæ ſibi ab imaginatiua, quæ ab immoderato calore veluti effrenis reddita eſt, aſſiduo, nullo ſeruato ordine, offeruntur. præterea in phrenitide memoria

Nomen.

Definitio.

De Principum functionũ læſione.

Gal. 3. in 3. epid. cõ. 45.

Gal. 3. met. c. 2 & 3. de loc. 7. & 6. aphor. 11. & Pau. lib. 3. c. 14.

Galen. 2. de ſymp. cã 7. 3. de loc. 7. Aet lib. 6. cap. 9 Alex. li. 1. c. 17.

Philoſophus 1. de anima tex. 92.

Ari. 30 partien. probl. probl. 3. & 18 particu. probl. probl. 1. et 7. polit. 15.

poteſt interdum, præter noxam quam ex accidenti perpetuo patitur, etiam per ſe im-
minui: hoc autem multis de cauſis contingere poteſt, quarum vna eſt dum membranarum,
& cerebri tumor poſteriorem præſertim obſidet capitis partem, in qua memorandi actio, ex
*Galen. 4. de loc. 2. & 1. prad. 27.* Galeni ſententia, potiſſimum viget. & tunc memoria imminuitur quidem per ſe, quia pro-
prium eius organum afficitur. non tamen ratione frigiditatis alicuius materiæ à qua frigi-
ditate potiſſimum, vt in capite proprio clarum fiet, tum memoria, tum reliquæ principes
functiones imminuuntur, & dum frigiditas intenſa admodum eſt, ſemper calida eſt. ideo
imminuitur memoria ab hac calida materia, non prout agit ratione qualitatis, ſed quatenus
ratione copiæ innatum cerebri calorem obruit, & ratione tenſionis cerebri meatus, & poroſi
tates obſtruere, & comprimere valet. nam experientia quotidie in vulneribus capitis cum fra
ctura cranei comprobamus, ex paruo admodum oſſis fruſtulo cerebri membranas cōprimen
te, non ſolum memoriam, verum etiam reliquas cerebri functiones tum imminui, tum etiam
omnino labefactari. Si enim oſſis ſquamma anteriorem cerebri partem, in qua viget imagi-
natio, comprimat, omnes cerebri functiones imminutæ, nec non omnino interdum abolitæ
nobis apparent, & hoc quia ablata imaginatrice functione, & communi ſenſu, quodammodo
clauditur oſtium, per quod obiecta omnia intelligibilia, & memorabilia ingrediūtur, quem-
admodum etiam in affectu illo, quem Carum nuncupamus, deprehendere licet. quod ſi poſte
riorem partem cerebri oſſis ſquamma potius premat, læſa potiſſimum memoria, reliquæ ce-
rebri functiones ſeruari poſſunt. quemadmodum in catoche contingit, in quo ſi materia,
quæ cauſa affectionis eſt, eam ſolum cerebri partem, quæ prope nucham eſt, obſideat, etiam
memoria præter reliquas tum cerebri, tū organorum ſentientium, quę prope cerebrum ſunt,
functiones, ſeruari poteſt. præterea in phrenitide memoria alia etiā de cauſa per ſe imminui
poteſt, hoc autē fit, dum præter calidam materiam quæ tumoris præſertimq; membranarum
continens cauſa eſt, reperitur etiam frigida materia, à qua cerebri corpus occupatur, quemad
modum in ſuperiori capite, dum loqueremur de phrenitide cum comate complicata, ex Gale
ni auctoritate, dictum eſt: & ex hoc obiter colligimus, quod etiam imaginatio ipſa, licet ſem
per in hoc vitio deprauetur, tamen eodem tempore imminui poteſt, deprauari quidem à ma
teriæ caliditate, imminui vero ab eiuſdem materiæ copia, vel ab alterius materiæ frigiditate
cum calida permixtæ. ex hac autem diuerſa memoriæ læſione in phrenitide, diuerſa quoque
rationis deprauatio, ſecundum magis & minus, exoritur. Si enim memoria ſolum lædatur
ex accidenti, non ita ratio deprauatur: quod cognoſcitur, quia phrenitide correpti obiecta,
& potiſſimum aſſidētes familiares cognoſcere ſolent, & quia eorum reminiſcuntur, proprijs
nominibus diſtinguere conſueuerunt. quod ſi memoria non ſolum per accidens, verum et
per ſe afficiatur, obiecta nullo pacto diſtinguunt, & penitus eorum non recordantur. vt qui-
dam, etiam ſi admoniti ſint ab aſſiſtentibus, etiam mingere obliuiſcantur. Si vero melancho
liam perpendamus, in hac quemadmodum memoria nunquam per ſe ſolet offendi (dummo-
do cerebrum à tumore melancholico temporis progreſſu omnino non refrigeretur) ita nul-
lam fere accidentalem læſionem pati conſueuit, vt nobis oſtendit experientia. idcirco cum
in melancholicis ratio non multum, ſed ſolum ad portionem læſionis imaginatricis deprauę-
tur, & ſicuti in capite de vertigine dicemus, ſenſus communis functio non ita peruertatur,
hinc fit, vt propter memoriæ incolumitatem, tum probe ratiocinari, tum eorum pleriq; ver-
ſuti admodum deprehendantur. imò quoſdam nouimus, qui melancholico delirio perpe-
tuo correpti, carmina non ineleganter compoſuere, & hoc quia imaginum retentio, & ipſa
memoria potiſſimum à ſiccitate cum moderata frigiditate fouetur, ſed præſertim à ſiccitate, „
*Gal. 1. de nat huma-na text 19.* ideo dicebat Galenus, quod animi acies à bilioſo humore, conſtantia, & firmitas à melan- „
cholico, ſimplicitas, & ſtoliditas à ſanguine prouenit, quia hic ſui humiditate facultatum or- „
gana potius obtundere, & hebetare valet. nam vt alibi ait Galenus humiditas dementiam, „
*Gal. l. quod animi mor. cap 4. & 5.* ſiccitas prudentiam parit, & Heraclitus, eodem referente, dicebat, ſplendor ſiccus anima ſa- „
pientiſſima. ſimiliter deſipientiæ, quæ ab humore bilioſo, & ſicco proueniunt cum ſtudio „
fieri conſueuerunt, dicebat Galenus. Tandem in mania ſeu furore, memoria non per ſe qui-
dem, ſed ſolum ex accidenti læſionem ſubit, quia ſicuti etiam diximus de phrenitide, cum
ratione igneæ caliditatis ab imaginatiua innumera ſere phantaſmata ei offerantur, procul
dubio ijs omnibus retinendis ſupplere non poteſt, ſed quoniam per ſe nullo modo imminui-
tur, hinc fit, vt maniaci poſteaquam à morbo euaſere, ſuarum operationum reminiſcantur.
namque in furore cum à materia calida nulla fiat tenſio, ſed ſolummodo ſpiritus calidiſſimi,
& proinde tenuiſſimi ab atra bile reddantur, & memoria per ſe non lædatur, hinc euenit, vt
diſcurrere quoquo pacto poſſint, & Ariſtoteles ad tantam ſpirituum acutiem, & tenuitatem
reſpiciens, eorum aciem vſque ad futura cognoſcenda protendi falſo exiſtimauerit, ſacraq;
vaticinia in atram bilem perperam retulerit. Huic noſtro diſcurſui maximæ fauet experien-
tia. & quamuis multos ægrotantes ad eius comprobationem in medium afferre poſſem; at-
tamen quia nunc auctoritas noſtra vel parua, vel nulla eſt, volo, vt in Galeni ægrotantibus
perſiſtamus. & primo nobis non obſtat Theophilus Medicus, qui dum falſo imaginaretur,
adeo probe oīum recordabatur, & cū familiaribus adeo recte diſcurrebat, vt dixerit Galenus
*Galen. l. de ſymp diffe-rentijs. c. 3.* memoriam in eo omnino illæſam remanſiſſe. quod quidem etiam nos fatemur, addimuſque
memoriam neque per ſe, neque per accidens in eo fuiſſe læſam. verum quamuis Theophilus
modernis practicantibus pro phrenitico accipiatur, attamen hoc falſiſſimum eſt. nam Ga-
lenus in libro de differ. ſymptomatum non dixit ipſum fuiſſe phreniticum, ſed ſimpliciter
deliraſſe, poſtea vero, dum meminit ibidem illius, qui vaſa per feneſtram proijciebat,
*Galen. 4. de loc. 2.* hunc eſſe phreniticum ſpecificauit. Quod magis comprobatur ex eodem Galeno. nam in
quarto de locis affectis, dum de ſolo phreniticorum delirio loquitur, quemadmodum
eius.

eius, qui vaſa per feneſtram proiecit,hiſtoriam in medium adduxit,ita de Theophilo ne verbum quidem fecit, ſed ſui ipſius hiſtoriam propoſuit, & hoc iure,quia Theophilus fuit non phreniticus, ſed melancholicus,ſicuti clariſſime colligimus ex Galeno octauo in ſextum epidemiorum com,tex.15. quo in loco Theophili caſum ad vnguē referens aperte ait ipſum melancholicum extitiſſe.Pariter noſtris aſſumptis non aduerſatur phreniticus à Galeno relatus, *Galo lib de*
qui tum vitrea vaſa,tum lanifici puerum præcipitauit. quamuis enim dixerit Galenus, in eo *diff ſy. c.3.*
læſam non fuiſſe imaginatiuam,ſed ſolam rationem,& hoc obiter in libro de ſymptomatum *& 4 de lo.2*
differentijs: attamen de eodem verba faciens in quarto de locis, quo in loco de phrenitidis *Cap.2. ante*
differentijs ſpeciatim loquitur,non inquit in eo fuiſſe ſeruatam imaginatricem, ſed ſenſitiuā *medium.*
notitiam,circa ea quę oculis offeruntur. ita non dixit rationem in eo aberraſſe,ſed cogitationem,quæ profecto cum exiſtimatione,aut imaginatione apud omnes ferè,vno excepto Auerroe,coincidit. Hoc autem pacto Diuinus vir maximo iure loquutus fuit,quia dum phreniticus ille ſingula vaſa proprijs,& rectis nominibus nuncupabat,non quidem ſe recte imaginari,ſed magis ſe recte memorari declarabat,& hoc quia memoratrix facultas in eo non per ſe, ſed ſolum ex accidenti imminuta erat, immo tunc praue imaginabatur, quando pueri præcipitium in phantaſia perperam ſibi proponens,prætereuntium perſuaſioni obtemperans, eorum prauum conſilium, optimum eſſe falſo exiſtimabat, & ita vna cum ratione imaginario quoque in ipſo erat deprauata. Quod ſi non eſſet,à pari ego dicerem,melancholici(vt etiam Theophilus faciebat)omnia obiecta,& familiares recte cognoſcunt,diſtinguuntque,ergo in eis imaginatio læſa non eſt,quod tamen tum Galeno,tum omnibus aduerſatur,quia in melācholia omnes aſſerunt,imaginatricem deprauatam eſſe. Cum igitur clarum ſit,in melancholia ſolam imaginatricem functionem per ſe deprauari,propterea vt huius ſolius læſionem potiſſimum innueremus,& inſimul rationis accidentalem læſionem nō excluderemus, diximus melancholiam eſſe non imaginationem,ſed principem functionem deprauatam. addidimus autem (cum timore,)non ſolum vt phreniticum,& maniacum delirium, quæ potius cum audacia fieri ſolent,excluderemus,verum etiam omnem aliam deſipientiam, ſiue ea ex ebrietate, ſiue ex nimia inanitione ducat originem,ſiue etiam non cum timore, & mœrore, ſed potius,vti dicebat Galenus,cum lætitia ſine aperta cauſa contingat,à melancholico delirio ſepa *Gal.8. in 6.*
raremus, nam timor inanis,& ſine occaſione,vt inferius dicetur, cū à ſola materia nigra me- *epid.15.*
lancholicave proueniat,eſt proprium inſeparabileque melancholici affectus. Quamuis autē vnà cum timore etiam mæſtitia complicetur, hanc nihilominus in definitione non poſuimus,
quia hæc ex ipſo timore ſubintelligi poteſt, cum timorem mœſtitia comitetur, vt declarauit *Galo 3.in 1.*
Galenus dum inquit, timoribus vero, qui in melancholicis videlicet, & omnibus etiam alijs *epid. 25.*
contingunt, iam cognatæ ſunt mœſtitiæ. non diximus autem timorem hunc eſſe ſine cauſa externa,quia dum poſtea in definitione cauſam internam ſubiungimus, ex conſequenti cauſa externa omnino excluditur. Inſuper pro vitij melancholici vocari efficiente cauſa,& principali, poſita fuit materia opaca, vt in hac non ſolum materiam melancholicam proprie dictam,quæ ſui natura nigra eſt,verum etiam ex mente Auicennæ nigram pituitam,quæ interdum talis præter naturam euadit,& omnem vaporem, aut halitum, ſeu ſpiritum, obſcurum tamen,comprehenderemus. Tandem,vt appareret, quo nam pacto ab hac materia opaca affectus hic producatur,diximus eam ſpiritum animalem vitiare, vt pleraſque læſiones, & vitia,quæ ſpiritus ab ea patiuntur,innueremus. quæ quidem læſiones tunc nobis apertæ fient, vbi naturales,& optimas ſpirituum animalium conditiones prius cognouerimus. Sciendum igitur,quòd in eis tria potiſſimum requiruntur,nempe vt ſint copioſi,tenuiſſimi, & ſplēdidi, ſiue luminoſi. hinc natura vt eſſent copioſi cerebrum ampliſſimum, innumeriſque poroſitatibus, & cauitatibus donatum effecit, & ad illud innumeras pene arterias deduxit. quod ſi caſu aliquo ij, præter naturam, diminuti reddantur, omnes animales functiones languent,
imò ex cerebri inanitione, qualem dixit Hippocrates ab immoderato ſanguinis effluuio fie- *Hip.7. aph.*
ri,aut ab immoderatis vigilijs,cogitationibusq; ſpiritus diſſipantibus,contingit, princeps fa- *9.*
cultas nedum imbecillis, verum etiam deprauata euadere ſolet. ideo dicebat Galenus, deſi- *Gal.in com.*
pientiam aliquando fieri ex defectu eo modo quo artuum tremores fiunt. nam ſicuti pondus immoderatum,virtuti motiuæ imbecilli ſi offeratur,tremoris, prauique motus cauſa eſt: ita obiecta ſenſibilia,dum ad principem facultatem imbecillam delata,quodammodo vehemētiora ſunt,quam debili facultati conueniat,ſunt in cauſa vt imaginatio, & ratio in eorum cōprehenſione vacillent. vt autem animales ſpiritus tenuiſſimi euaderent, ſummus ille artifex innumeros arteriarum plexus in cerebri baſi,iuxta eius ventriculos & rete illud mirabile excogitauit,vt per minutiſſimarum arteriarū inſenſibilia ora ſpiritus, qui alioquin vniuerſus, vt in capite de virtutibus cordis dictum eſt à nobis,in corde gignitur, in cerebri vētres exacte tenuiſſimus percolaretur. nam huius merito ſpiritus ab arterioſo ſanguine perfectè ſeparatus, & tenuiſſimus effectus, ſplendidus quoque & fulgidus euadit, & in cerebri corpus, quod eadem de cauſa nitidiſſimum,& nullo penitus colore infectum,conditum eſt,facillime recipitur,vt illud in animalis ſpiritus ab arterioſo ſanguine ſegregatione prorſus contingat, quod in materiæ ignitæ minutiſſimis ſcintillis fieri cernimus. dum enim ignis ab earum rubra materia,quæ craſſa eſt,incipit ſeparari, quia tenuiſſimus euadit, ſplendidiſſimus quoque in vltima ſeparatione cernitur. Ex hoc autem apertum ſit,cur,dum ſpirituum animalium tenuitas propter alieni vaporis permixtionem perturbatur,ſtatim animales functiones diuerſimode lædantur. Si enim vapor frigidus & humidus fuerit, imminuitur, & quodammodo iners, & pigra redditur: vt paulo poſt cibum propter vaporum in cerebrum aſcenſum fieri cernimus. quod ſi vapor potius obſcurus ſit,qualis etiam ab externo ambiente tetris, & prauis vaporibus referto,prodire ſolet,potius deprauatur: vt homines ſine cauſa, ſe quodāmo-

do melan-

do melancholicos eſſe fateantur. quod ſi calidus ſit, qualis ab ebrietate, & largo, immoderatoq; eſſe potu ſolet, ſimiliter deprauatur, nunquã tñ (vt nos docet experiẽtia) cũ timore, propter vaporum, & vini caliditatem, ſed cum diuerſis delirij ſpeciebus, pro diuerſa potatoris, tum humoris, tum capitis diſpoſitione. Quas quidem ad quinque ſpecies reduxit Horatius, dum amphoram vino refertam ſic alloquitur. O nata mecum, conſule Manlio, ſiue tu querelas, ſiue geris iocos, ſeu rixam, & inſanos amores, ſeu facilem pia teſta ſomnum. Si enim vini vapor cum ſanguinis redundantis vapore miſceatur, iocos, ſi caput humidum ſit, propenſionem in ſomnum, ſi vaſa ſeminalia ſemine ſint referta, amorem inſanum producit. Si pituitæ vapori permiſcetur, ſomnum, ſi bilis, rixam, ſi melãcholiæ, querelas mouere ſolet, non tamẽ timorem, quia à vaporis caliditate, & vino procul arcetur. ideo vt audaciam, quam vinum præbet declararet, dum citra ebrietatem exhauritur, idem Poeta dicebat. Quis poſt vina grauem militiam increpet? nec quis arbitretur hæc fruſtra à nobis inculcari, quia ad melancholiæ naturam, & curationem exacte percipiendam ſummopere conducunt. Poſtremo, ſi materia, quæ ſpiritus craſſos, & exinde ſuo naturali ſplendore quadantenus deſtitutos reddit, ſui quoque nigredine, & opacitate eoſdem inficiat, vt à materia melãcholica cerebri corpus inuadente potiſſimum fieri contingit: tunc animales ſpiritus atri, omninoque obſcuri euadunt, metuſque, & mœſtitia, ſine cauſa externa, & ſubinde affectus exquiſite melancholicus illico *Galen 2. de ſympt. cau ſis c. vlt. & 3 de lo. affe. c. 7. G 2.* suboritur. Quoniam, vti dicebat Galenus, etiam eorum, quæ extra corpus ſunt, nihil videmus, quod nos perinde terreat, ac tenebræ: ergo, cum tenebræ rationalis animæ parti ſunt circumfuſæ, neceſſe eſt hominem timere, vt qui ſemper vna cũ corpore ſuo timoris cauſam circumferat. Quare potiſſima huius falſi timoris cauſa materiæ color ater exiſtit. nos tamen in definitione non diximus eam animales ſpiritus obtenebrare, ſeu denigrare, vt omnem ſpirituum læſionem ab hac nigra materia prodeuntem complecteremur. ſiquidem à materia melancholica multis nominibus ſpiritus vitiantur. nam præter id quod materia hæc ſui tenebroſitate ſpiritus opacos reddit, frigiditate, & ſiccitate eoſdem incraſſat, adſtringit, exprimit, & abſumit, & ſubinde craſſos, & paucos, inter cætera, noſtri corporis humores, & vapores quam maxime reddit. inſuper cum animales ſpiritus ſui natura aerei, & proinde calidi, & humidi ſint (in iis enim fundatur puriſſimus ille calor innatus, qui perfectiſſimæ omnium functionis cauſa eſt inſtrumentaria) innatus autem calor, quicunque ſit, ex omnium ſententia humidum depaſcit, hinc fit, vt materia melancholica, quæ ſui natura frigida eſt, & ſicca, per hãc *Auic. c. proprio.* terreſtrem complexionem ſpiritibus omnium ſummopere, & è diametro aduerſetur, quemadmodum vinum calidum, & humidum ſpiritibus amiciſſimum eſt, & cor, quod ſpirituum radix eſt, lætificat. Denique, cum ad contrarias complexiones, vt plurimum contrariæ inſequantur proprietates, rationabile eſt, vt materiæ melancholicæ occulta quoque proprietas, talem eius ſubſtantiam, & temperamentum inſequẽs, ſpirituum animalium proprietati, proportionique, contrarietur. Cum igitur materia melancholica tot medijs in ſpiritus animales agat, mirum non eſt ſi melancholici abſque vlla cauſa externa timidi, & mœſti ſint, quia *Auer. 3. col lig. iuxta ſi nem.* præter manifeſtas qualitates, vt optime ſentit in hoc Auerroes, de natura huius materiæ, & humoris eſt, vt ipſum hæc accidentia conſequantur, ſicuti de natura ſanguinis eſt, vt ipſum lætitia, & gaudium ſubſequatur. Cum igitur ex dictis conſtet huius vitij perpetuam, præcipuam, & principalem cauſam eſſe materiam opacam, propterea vt eius curationem exacte *Cauſæ.* calleamus, oportet vt huius materiæ differentias, cauſas, & locum, ſeu baſim in quo reſidet perfecte cognoſcamus. Si differentias ipſius perpendamus, imprimis poteſt eſſe vel humoroſa, vel vaporoſa, ſeu halituoſa. *Materiæ differẽtia.* Si ſit humoroſa, vel eſt vere melancholica, frigida videlicet, ſicca, & atra, vel ſolum colorem materiæ melancholicæ, id eſt nigredinem, ſeu opacitatẽ tantum habet. Quoniam ex Auicenna, tum ſanguis clarus, tum plegma (licet raro) ratione cauſæ exprimentis, vt frigiditatis, & ſiccitatis, opacitatem acquirere poſſunt. & quamuis garruli *Gal. 2. in 6. epi. com. tex. 37.* quidam recentiores præclarum Auicennam male carpant: attamen ipſe ſententiam ſuam ab eo, qui in hac arte omnia nouit, Galeno inquam, vt ſemper ſui moris eſt, deſumpſit. ipſe enim de ſanguine ichoroide verba faciens, prout ſanguis non pro quarto ſucco à reliquis tribus diſtincto ſumitur, ſed pro aggregato ex omnibus ſuccis in venis contentis ab omnibus medicis (vt ipſe inquit) accipi conſueuit, dicebat, omnino autem pauidos, hoc eſt cum metu perturbatos, itemque vigiles ichoroides ſangnis reddet. Quod ſi non modo ſanguinis (ſupple vt dictum eſt accepti) ſed vitioſi etiam alicuius ſucci ſerum in vaſculis ſanguinis contineatur, & deliria, & inſanias, & furores concitabit. & poſtea ſubdit. fuerit quidem conſentaneum pituitæ ſerum timiditatem afferre, vigiliam vero, aut perturbationem, aut animi motum cum pauore non item: cum in eo torpor, frigusque ſolum, non mordacitas malitiaq; inſit. niſi forte corruptum ſit, & acidum, ſalſumque redditum. quis igitur ibit inficias phlegma à frigiditate, & ſiccitate acidum, & opacum redditum, corruptumque, pauorem cum animi motu, & ſubinde melancholicum affectum ciere poſſe? *Materiæ cauſæ.* Si vero huius materiæ cauſas conſideremus, ſi de ea, quæ ſolum melãcholiæ colorem habet, hoc eſt opacitatem, ſermo fiat, hæc, vt dictum eſt, à cauſa exprimente, refrigerante videlicet, & ſiccante, ducit originem. dum enim pars tenuior, & magis lucida exprimitur, quod remanet nigrum euadit. *Cauſæ materiæ vere melancholicæ.* Si vero loquamur de materia vere & exacte melancholica, huius cauſæ eam multiplicantes, vel generãtes ſunt, vel colligentes. Generantes vel ſunt internæ, vel externæ: *Generãtes internæ.* internæ ſunt ſemper cauſæ calefacientes, vt hepatis, cordis, totius corporis, ventriculi, capitisque caliditas. ideo dicebat *Gal. 3. in 3. epi. com. 70.* Galenus: in quibus multus, calidusque ſanguis generatur, hi prompte in vitium melancholicorum humorum deueniunt. & idem dicebat. temperaturæ calidæ, & ſiccæ, morbique calidi, & ſicci, vt febres ardentes, ſanguinem craſſum, & nigrum efficiunt. *Gal. l. de atra bile, c. 4.* idem de caliditate exurente, quæ ratione concentrationis caloris propter obſtructiones hypochondriorũ exoritur,

**Externæ.** ritur, dicendum eſt. externæ vero in viuendi ratione a Galeno propoſita, quæ melancholica eſt, conſiſtunt. ideo dicebat: ſunt autem cibi melancholici, caprina, bubula, & magis hircina caro, adhuc magis leporina, ita limaciarum frequens vſus, omnes terrenorum animaliũ carnes ſalitæ, aquatilium etiam, vt cetaceorum omnium carnes: braſſica præcipue, lens vero inter legumina præcipuum locum tenet, præſertim cum ſalſis carnibus eſitata, vt idem ait 1. de alim. facult. cap. 18. mox panis furfuraceus, & ex vitiatis ſeminibus, ex typha, ita vina craſſa, nigraque, & auſtera aptiſſime in melancholiam vertuntur, præcipue ſi quis eis abunde vtens oblata occaſione in multo corpus calore contineat. vetus denique caſeus, ſi forte in corpore fuerit ſupercalſactus, idem præſtat, ita acetum nigram bilem parit, dicebat Hippocrates, ideo melancholicis aduerſiſſimum eſt, dicebat Galenus. idem dicendum de calidis, & ſiccis anni temporibus, regionibus, conſtitutionibus, inſtitutis, cum curis, vigilijs, laſſitudinibus, vehementi ſtudio, forti exercitio exiccatiuo, & prauis animi accidentibus. Similiter colligentes, ſeu detinentes cauſæ, vel internæ ſunt, vel externæ, inter internas cum Galeno licet recenſere malam diſpoſitionem lienis, aut propter inflammationem, aut ſcirrhum, aut imbecillitatem, vt eius frigiditatem, quæ lædit attractionem, vel eius obſtructionem, quæ melãcholiæ expulſionem impedit. idem de menſium ſuppreſſione in fœminis, & hæmorrhoidum, & varicum in maribus, præſertim dicendum eſt. Quantum attinet ad cauſas externas, materia melancholica poteſt detineri à viuendi ratione refrigerante, craſſefaciente, adſtringente potiſſimum poſt ciborum melancholicorum vſum.

*Gal 3 de loc. 7. & lib. de atra bili c. 4. Galen. 1 de alim. facul. cap 18. Hip & Gal. 3. de ratione vic. tex & com 38. Gale. lib. de atra bili c. 4. Gale lib. de atra bili c. 6*

**Materiæ locus.** Denique, ſi locum, in quo materia hæc opaca reſidet, conſideremus, curationis gratia, imprimis ſciendum eſt, eam vel in capite, vel extra caput ſpiritus animales inficere. Si materia hæc opaca in capite, & in cerebro animales ſpiritus vitiet, & obſcuros reddat, rurſus animaduertendum hanc materiam, vel caput tantummodo occupare, vel alibi reſidere, & in caput aliunde transmitti. Si ſit ſolum in capite, occupat non cerebri ventres, ſed eius ſubſtantiam, & poroſitates, vnde melancholia, dicebat Galenus, neque affatim fit, neque ſtatim ſoluitur, & tunc fit melancholia per eſſentiam nuncupata. hæcque dupliciter fieri poteſt, quia interdum ſine cerebri intemperie gignitur, interdum vna cum materia intemperies cerebri frigida, & ſicca coniungitur. & hoc præſertim fit, dum malum progreditur, quoniam melancholia ſui frigiditate, & ſiccitate tractu temporis cerebrum refrigerat, & ſiccat. vnde ſciendum, quod materia melancholica generatur in capite à calida capitis diſpoſitione. Ideo dicebat Galenus, Generatur autem in capite, cum magna interni caloris copia flauam bilem, aut craſſiorem, nigrioremque ſanguinem aſſauit. vt, verbi gratia, ex prægreſſa phrenitide contingit; ſed deliteſcente calido affectu, remanet materia, quæ cum frigida & ſicca ſit, cerebrum refrigerat, & ſiccat. Quod ſi materia aliunde in cerebrum transmittatur, tunc vel a toto aſcendit in caput, vel à parte: & ſi a toto, fit melancholia, quæ à Galeno per conſenſum à toto nuncupatur, in qua totum frigidum & ſiccum eſt de neceſſitate. Totius tamen intemperies non generat materiam, ſed è conuerſo materia melancholica totum frigidum, & ſiccum reddit. & interdum materia hæc adeo viget in toto, vt vniuerſus pene ſanguis in venis exiſtens, melancholicus euadat. vnde non eſt mirum ſi etiam caput & cerebrum lædatur; vnde de genere melancholiæ per conſenſum à toto illa eſt, quæ in quartanis fit, & etiam in fine morborum materialium acutorum, in quibus melancholia per additionem multiplicatur. ideo patientes (vt ait Auicenna) dum ſunt prope mortem, mortuorum reminiſcuntur. Aduertendum autem gratia curationis, quod ſi materia, quæ procedit à toto, & petit caput, ſit vaporoſa, nulla cura de capitis euacuatione habenda eſt, quia ſponte euaneſcit. Secus dicendum dum fuerit humoroſa, quia tunc etiã materia, quæ eſt in capite euacuationem exigit; imò tunc adeſt melancholia, quæ & per conſenſum à toto, & per eſſentiam appellari poteſt. Quod ſi materia hæc non à toto, ſed à parte aliqua in ventre inferiori, ſeu in hypochondrijs exiſtente, deriuetur, ſeu communicetur in caput, tunc poteſt prodire & eleuari à ventriculo, præſertimque ab eius fundo, nec nõ etiam ab eius ore, vt ait Galenus lib. de plenit. c. ij; qui ait, quòd ſi atra bilis in eo colligatur, moroſi, triſtes, & timidi fiunt, & ſine ſiti, ac ſaliua plurimum abundant; à meſaraï venis, à iecore, à liene, & ab vtero. & quomodocunque oritur melancholia, quæ hypochondriaca nominatur, ſeu etiam flatuoſa, quia ſemper à materia humoroſa in dictis partibus reſidẽte, eleuatur materia, quæ ſemper ſub forma vaporis caput & cerebrum conſcendit. Et in hac melancholiæ ſpecie, ex Galeno, neceſſario læditur os ventriculi ſupernum à vaporibus ab illis partibus prodeuntibus, deinde ab ore ventriculi vapores illi melancholici in caput ſurſum feruntur, & dum ſpiritibus animalibus miſcentur, melancholicus affectus exoritur. Eleuantur autem vapores ab hypochondrijs, vel quia in his partibus adeſt excremẽtum, præter naturam craſſum redditum, & melancholicum, vel quia harum partium nutrimentum ob earum caliditatem aduritur, vel quia nutrimenti ſuperfluitatem non expellunt; quæ quidem, dum retinetur, partibus ſubtilibus reſolutis, in melancholiam vertitur. Quomodo autem id fiat, fuſe declarat Galenus 3. de loc. cap. 7. Quod ſi extra caput animales ſpiritus ab opaca materia vitientur, hoc vitium ſolum in ipſo corde contrahere poſſunt, quia vt in primo capite de virtu. & vit. cordis à nobis demonſtratum fuit, & etiam in hoc capite oſtendemus, omnes ſpiritus in corde generantur, & in cerebro animales vocati euadunt, non per vlteriorem cõcoctionem, nullum enim viſcus corde calidius, ſed quia in eo, vt ſupra dictum eſt, exacte ſegregantur, purificantur, & contemperantur. Vitiantur igitur in corde tum ratione materiæ, ex qua generantur, quæ potiſſimum tenuiſſimus ſanguis eſt, tum ratione agentis nempe cordis, dum videlicet frigiditate, & ſiccitate morboſa fuerit correptum. Si enim cor frigidum, & ſiccum intra latitudinem ſanitatis ſpiritus gignit, quorum merito homines timidi fiunt: rationabile eſt, vt dum huius intẽperiei lapſus intra terminos ægritudinis continetur, tales ſpiritus creentur, ra-

*Galen. 3. de loc. c. 5. & 7. Gal. 1 de humor tex 1. p. 3 & 3 de loc affec c 7. Galen. 1. de humor com. tex 1 pag 3 D & 3. de loc 7. Galen. 3. de loc. 7.*

tur, ra-

tur,ratione quorum patientes abſque cauſa externa,& adhuc magis timidi fiant. Hoc autem euenit,quia merito materiæ ex qua gignuntur opaci euadunt. Ratione autem efficientis & p ſius cordis,frigidi & ſicci redduntur. Dum enim cor frigidum & ſiccum pro ſpirituũ productione in ſanguinem puriorem,& tenuiorem agit,ſubtiliores,& clariores ſanguinis partes condenſat,exprimit & abſumit,vt craſſioribus,obſcurioribusque partibus derelictis,opacus ſpiritus,necnon etiam frigidior & ſiccior de neceſſitate generetur. Hæc autem cordis frigida,ſiccaque intemperantia poteſt eſſe vel cum materia,& potiſſimum melancholica, à qua originem ducere conſueuit,vel ſine materia,& tunc cor à cauſa potius externa refrigerari & exiccari ſolet. Quod quidem,vt ex Auicenna licet colligere, per medium cerebrũ fieri conſueuit. Nam ſæpe contingit,vt cerebrum ab aere frigido & ſicco,vt aquilonari,refrigeretur, & exiccetur,quæ quidem intemperies, propter maximum inter præcipua viſcera cõſenſum, cordi deinceps communicetur. ſicuti è conuerſo,dum cor prius refrigeratur & ſiccatur,breui tempore per medios ſpiritus frigidos & ſiccos cerebrum ipſum in eandem intemperiẽ impellit. Iam vero huius vitij differentiæ,vel à delirij ſpecie,vel à cauſis hauriũtur. Si de prioribus loquamur,hæ propemodum infinitæ ſunt, ſed pro diuerſitate tum diſpoſitionis capitis, tum ipſius materiæ,tum conditionis vitæ,& cogitationum variari ſolent. Ideo dicebat Galenus,mirabile autem eſt,quàm variæ imagines rerum obuerſentur animis eorum, quos hic humor vexat:quidam enim ſe in teſtam eſſe commutatum exiſtimabat, proinde neminem ſibi propinquare volebat, veritus nimirum ne ſe confringeret. alius nullum ſe habere caput arbitrabatur. itaque neceſſe fuit grauiſſimam è plumbo galeam eius capiti imponere, vt ſe tandem habere caput perſentiſceret. alius putabat ſibi adeſſe tibicines perpetuo,& ſæpe illos expellendos eſſe clamitabat. quidam, quia ſanitatis tempore Rolandi Furioſi librum familiarem habebat,cum ex immodico cuiuſdam mulieris amore in melancholiam incidiſſet,Rinaldum ſe eſſe putabat. Alius eum Romanæ curiæ operam nauaſſet,exiſtimãs ſe breui prælatutam acquiſiturum,propria ſpe fruſtratus, & à curialibus de ſua impudentia iactatus, & deluſus, melancholicus domum rediјt, ſeque Summum eſſe Pontificem exiſtimabat, & ſe venenatum iri opinabatur. Sed vt plurimum mortem ipſam,magiſtratus,lictores, & emiſſarios pertimeſcunt. Quod ſi hoc vitio detenti noctu errabundi ſint,hanc ſpeciem vocant Arabes cutubut, quæ forte fit ex melancholia aliquo modo calefacta (eſt enim in continuo motu)vel aduſta,in qua tamen feruor delituit,non enim eſt cum rixa. Iliſci vero, ſeu amor heros tãquam ex cauſa primitiua ex immoderato rei alicuius amore prouenit, quamuis deinde melancholici euadunt,quia in eis melancholica materia multiplicatur. A cauſis vero tot ſpecies ſeu differentiæ elici poſſunt,quot materiæ & earum cauſæ fuere propoſitæ. Sed tres à Galeno huius vitij potiſſimæ differentiæ à loco materiæ capiuntur, videlicet per eſſentiam, per conſenſum à toto,& hypochondriaca: Eius autem differentiæ, quæ per cõſenſum à corde fit,nõ meminit Galenus,tum quia ad eas ſolum reſpexit, quæ ſpiritus animales in proprio principum functionum organo vitiare ſolent, tum inſuper, quia per conſenſum à corde non legitimum melancholiæ genus inducit:quia non adeo timent, vt imaginatio adeo deprauetur,vt in melancholia legitima contingit. Tum demum,quia ſpecies hæc ſub ea, quæ eſt per conſenſum à toto,cum cor ſit radix totius,poteſt comprehendi:nam corde refrigerato,& ſiccato,præter id,quòd ſanguis totus,niſi cito auferatur, frigidus & craſſus euadit, ita breui totum corpus frigidum & ſiccum,& proinde melancholicum redditur. Porrò vitium in genere cognoſcitur ex metu,& mœſtitia ſine cauſa externa,vnde ex Hippocrate metus, & mœſtitia cum cauſa,ſi diu durent,ſunt indicia melancholiæ, quia licet ſint cum cauſa, tamen melancholici fiunt. Et in principio quidem abiecto,demiſſo,& hebetiore ſunt animo. ita moroſi ſunt. eſt autem moroſus, dicebat Galenus, qui paruis de rebus, & de magnis plus, diutiјſque cæteris mortalibus triſtatur. Similiter odio habent homines ſe, ſuaque negligunt, vitam ſibi acerbam putant,etiam ſi ex ea migrare pertimeſcant. quidam hominum conſortia effugiunt:& rurſus ſuam ſententiam reclamantes vitæ ſolatio delectantur. Verum quoniam timor hic ſine occaſione veluti proprium & inſeparabile melancholici affectus ſignũ, non modo melancholicam inſaniam detegere, verumetiam arcana quædam ad animę ſedem attinentia à nemine hucuſque (quod ego ſciam)conſiderata, nobis aperire ſufficiẽs eſt:operæpretium duxi circa ipſum,necnon circa cæteros animæ,quos vocant,affectus, aliquatenus immorari. Quod ſi quis huius contemplationis tædio afficiatur,huic conſulo,ne melancholicus fiat,vt in harum pulcherrimarum rerum ignoratione permanens, ad ſigna differentiarum,quæ quidem in margine ei obuiam fient,quamprimum ſe conferat. Galenus non ſemel aut bis,ſed, vt ſic loquar,infinities,ſed potiſſimum primo de loc.affec.cap.a. hac vtitur regula. Dum læditur aliqua actio,neceſſe eſt,vt organum,in quo actio hęc abſoluitur,ſemper lędatur,ſiue per ſe,ſiue per accidens,ſiue dicamus aut per eſſentiam,aut per conſenſum, vel cũ eodem Galeno dicamus vel læſa facultate in eo organo reſidente, vel ob externum aliquem errorem,vt exempli gratia, læſa viſione læditur oculus,læſa chylificatione ventriculus, ſanguificatione,iecur offenditur,vel aliquo,vel omnibus modis propoſitis. Qua regula,ceu omni exceptione carente,ſuſcepta,poſtmodum contra Chryſippum,Aſclepiadem, Ariſtotelem, & alios,qui cognoſcentem animam in corde locarunt, inuehitur, inquiens, ò boni viri ſi cognitio,& principes functiones,ſenſationeſque fiunt in corde, & eæ, à qua prodeunt facultates in eo reſident,cur læſa memoria,aut imaginatiua,aut ſenſu communi, non cor, ſed caput perfunditis,& irrigatis? cur in phrenitide, & lethargo non cor, ſed caput & cerebrum euacuare aggredimur? Modo ſi regula vera eſt,quemadmodum eſt veriſſima, dicam & ego:in ſoporiferis capitis vitiјs vnà cum animalibus functionibus omnes animæ affectus, & paſſiones auferri,vel imminui ſolent. In phrenitide, & in mania vnà cum iјſdem deprauantur. ne

dum

Differẽtiæ.

Galen 3. de lo. cap 7.

Gal 8. in 6. epid. cõ. 45.

Signa.

Hip 6. aph. 21.

Gal 3. in 3. epid. cõ. tex 82.

Galen. 3. de loc. cap. 7.

Dubitationes pulcherrimæ ſoluuntur.

Digitized by Google

dum enim ad ſummam temeritatem, ſed etiam ad iram, & eximiam excandeſcentiam perducuntur. Pari modo in melancholia ijdem animæ affectus deprauantur, ſi quidem citra occaſionem timent, & mœſti ſunt, vt quid igitur, o Galene, omni remedio cor deſtituis, & cūcta præſidia capiti admouenda eſſe iubes? an dices forſitan, quia cum læſæ principes functiones ſint, cum ſint maioris momenti, quàm animæ affectus, propterea cerebri, in quo harum principum functionum facultates ex te reſident, curationi ſolum incumbis? verum hæc reſponſio omnino inanis eſt, quia iam ſæpe dixiſti, quod quamuis in complicatis affectibus ei quod magis vrget incumbere debeamus, reliqua tamen omnino ſpernere non debemus. Inſuper & ſi reſponſio hæc in phreoitide, in lethargo, & ſimilibus malis aliquod pondus habere videatur, attamen in affectu melancholico nulla protſus eſt, quia in eo timor inanis præualet: niſi enim falſo timerent, & mœſti eſſent, proculdubio neque delirarent, neque melancholici poſſent appellati. Quare melius eſt, vt Galenus verum fateatur, & dicat ſe cordi nullum in his malis auxilium applicare, quia cor neque in phrenitide, neque in ſoporiſeris capitis vitijs, neque in melancholiæ ſpeciebus, de quibus ipſe verba facit, vllo pacto læditur, neque per ſe, neque ex accidenti, neque læſa aliqua eius facultate, neque ob externum errorem, neque per eſſentiam, neque per conſenſum. Neque licet ſubterfugere dicendo læſionem per cōſenſum duplicem eſſe, videlicet vel poſitiuam, vel priuatiuam, vti dum inciſis vel neruis recurrentibus, aut muſculis intercoſtalibus dicimus organum vocis non lædi, ſed ſolum vel efficiente, vel conſueta materia vocis, nempe aere deſtitui; quia in phrenitide, in melancholia cor nulla materia priuatur. Quod ſi quis diceret in phrenitide audaciam, & excandeſcentiam oriri, quia ratione inflammationis membranarum oritur calor, & febris, & ita cor per conſensū calefit, hoc nihil eſt, quia in ardentibus, & acutiſſimis febribus, dum cerebrum per conſenſum non læditur, & mens conſtat, animi affectus nullo modo deprauantur, & febricitantes, neque temeritate, neque excandeſcentia corripiuntur. Præterea quid de melaocholico delirio dicemus? qui febre, & extraneo calore protſus caret? iure igitur Galenus de ſolo capite ſolicitus eſt, quia in ipſo nedum cognitio, & principes ſuoctioões, verumetiam omnes animę affectus abſoluuntur, & perficiuntur. quod ſi Galenus experientia, quæ in morbis depellendis obſeruatur, & regula veriſſima ab eo propoſita nun eſt contentus, audiat rationem, quę, vt opinor, demonſtrat omnes animi affectus, iram videlicet, timorem, & concopiſcentiam, omnemque animalem appetitum in capite, & in cerebro, non autem in corde fieri, & abſolui. cognitio, ex Galeni decreto, in cerebro locatur: ergo etiam appetitus in cerebro locari debet, nam appetitus ſine cognitione fieri non poteſt: non enim fieri poteſt timor, vel ira, odium, vel amor, niſi præcedat cognitio rei triſtabilis, vel delectabilis, nec quis opinetur ſe poſſe Galenum tueri, ſi dicat animi affectus vt iram, vel timorem fieri quidem in cerebro, ſed per quandam concomitantiam, & per conſenſum, non tamen quia in cerebro reſideant, ſed quia poſt cognitionem hæ perturbationes, & animi affectus in corde per conſenſum excitantur, quia cor eſt earum inſtrumentum, hoc inquam pacto non ſeruatur Galenus, quia cum tres ex Philoſopho, & omnibus ſint appetitus, concupiſcentia, ira, & voluntas, quemadmodū intellectus, & voluntas non re, ſed ſola ratione diſtinguuntur; ita ſenſus, & appetitus ſenſitiuus realiter vnum ſunt. *Ariſt. 3. de anima.* Simili modo appetitus iraſcibilis, & concupiſcibilis re idem ſunt, ſola ratione diſtincta. Nunquam enim operatur appetitus iraſcibilis, quin ſimul adſit cupiditas. Vt enim recte docet Ariſt. ad omnem perturbationem ſequitur voluptas, & dolor; ſed *Ariſt 2. eth.* hæc ex omnium conſenſu ad appetitum concupiſcibilem pertinere dicuntur. Ergo re vnum ſunt. Quare tum experientia, tum ratione docemur, omnes animales operationes ſiue principes ſint, ſiue ſentientes, ſiue appetitiuæ in cerebro obiri, & abſolui de neceſſitate. & hoc maximo iure, quia ſolū in cerebro ſpiritus puri, tenues, lucidi, & in ſumma ab omni obſcuræ, craſſæ, & coloratæ materiæ labe quodammodu ſeparati, euaduot. Verum ex altera parte, quamuis omnes functiones, quæ ad eius partem cognoſcitiuam pertinent, in capite celebrentur, & expromantur; oon tamen debemus facultates, à quibus emanāt, in cerebro veluti in propria earum radice collocare, quia hoc eſſet non ſolum omnium perilluſtrium virorum auctoritati, ſed etiam experientiæ, & rationi refragari. Quod enim Ariſtoteles, & Auicennas omnes animæ facultates in corde poſuerint, clarum eſt: ideo Ariſtoteles ipſam etiam vim intellectiuam in corde locare non eſt veritus, ſic inquiens: Calor humani cordis eſt purus, & maxime temperatus, quia debet eſſe temperamentum intellectus. *Ariſt. 2 de gen. an c 4. & 3 proble. probl 1.* ita Plato in Timæo, & cum eo Galenus, ſi non omnes, iraſcibilem ſaltem facultatem in corde repoſuerunt. Similiter experientia comprobamus, vt optime docuit Galenus in lib. artis medicinalis, pro cordis temperamenti varietate, animæ quoque affectus, & perturbationes variari: *Gal lib art. med à c 28. vſq. ad 36.* ideo dicebat, quod ſi cordis caliditas multum exceſſerit, & iræ præcipitatio, & furibunda temeritas adſunt. imò non ſolum animæ affectus alterantur pro temperamenti cordis diuerſitate, verum etiam cæteræ animales actiones. ideo dicebat, calidi cordis ſignum eſſe ad actiones naturá promptá. *Cap 29.* contra, qui cor frigidum habent, timidi natura ſunt, & ſine audacia, & ſegnes. *Cap. 30.* Tandem ſi rationem ſpectare velimus, neceſſe eſt fateri, omnes animæ facultates in corde veluti in peculiari radice, & fundamento collocari, oc dum quia cor innati caloris principium & radix eſt, ex omnium ſententia, verum etiam quia ſpiritus omnis, non niſi in corde, vt in loco ſupra citato demonſtrauimus, generatur. calor autem & ſpiritus ſunt præcipua & principalia ipſius animæ inſtrumeota, non autem venæ, aut arteriæ, vel nerui. Cum igitur ſpiritus vniuerſus in corde gignatur, mirum non eſt, ſi, vbi à corde calido calidus producitur, & ira calidus deinde in cerebro recipitur, tum audacia, tum ad actiones promptitudo perpetuo ſubſequantur: *1 de vire et vit. cord. ca. 2.* quemadmodum ſi frigidi à frigido corde producuntur, & tales à cerebro ſuſcipiuntur, timiditas, & ſegnitia exoriuntur. Hæc autem indicia perpetuo vera ſunt, quia cum cerebri

munus

muneris ſit ſpiritus à corde ſibi demandatos, non vlterius concoquere, ſed tales quales ſunt ſuſcipere, illuſtrare, & aliquatenus attemperare, non ita poteſt eorum temperamentum refrangere & immutare, dummodo in eo aliqua morboſa diſpoſitio non adſit, vt etiam animi affectus, & animales actiones imminuentur; verbi gratia, ſi ſpiritus à corde calidi cerebro frigido ſubminiſtrentur, cerebri frigiditas non poteſt eorum caliditatem adeo refrangere, vt audacia tollatur, quia, vt ait Galenus, cerebrum temperatura frigidiſſimum eſt magis calidum, quàm aer ambiens æſtiuo tempore. quod ſi cerebri frigiditas adeo limites ſanitatis egrediatur, vt omnes animæ functiones imminuantur, hoc nobis non imponit, quia Galeni ſigna in ſanis veritatem habent. ita ſi ſpiritus frigidi cerebrum calidum petant, ſi caliditas intra ſanitatis terminos conſtituta ſit, frigiditatem ſpirituum non poteſt adeo remouere, vt timiditas auferatur: quia cerebrum calidiſſimum, frigidiſſimo corde minus calidum eſt. ideo Galenus dum proponit ſigna primarum qualitatum in toto exuperantium, nunquam dixit niſi cerebrum ſui frigiditate, aut alia qualitate obſtiterit, quemadmodum de hepate enunciauit. nam à cerebro nulla materia cordi ſicuti ab hepate ſanguis pro ſpirituum, & caloris productione magis, & minus calidus ſubminiſtratur. Quòd autem ſpiritus in cerebro ſolummodo prout in corde talis quo ad qualitates primas creatus eſt, recipiatur, exinde quoque apertũ fit, quia

*Gal. lib. art. med. c. 12.*

principes operationes in cerebro non variantur, niſi penes facilem, aut difficilem ſuſceptionẽ, aut retentionem, ſeu conſeruationem formarum intelligibilium, & hoc propter diuerſam cerebri ſubſtantiam, & conſiſtentiam. ideo dicebat Galenus, ingenium ſubtilem cerebri ſubſtantiam indicat; tarditas intellectus, craſſam. diſcendi facilitas, formarum facile ſuſceptiuã; memoria ſtabilem, & firmam; diſcendi difficultas formarum non facile ſuſceptiuam; obliuio fluidam. pariter dum loquitur de qualitatibus actiuis, non ait cerebri caliditatem ex actionum promptitudine cognoſci, vt de corde dixit, ſed ex mobilitate in opinionibus, quæ quidem arguit difficilem formarum conſeruationem: ita non inquit frigiditatem cerebri ex ſegnitie, ſed ex ſtabilitate cognoſci, quia merito frigiditatis formæ ſuſceptæ melius conſeruãtur. ex his igitur luce clarius apparet omnes animales facultates in corde, vt in præcipua ſede, locari, ſed omnes operationes, quæ cognitionem includunt, in cerebro perfici, & celebrari. neque hoc inconueniens, ſed rationi maxime conſonum eſt, vt ſicuti in magno mundo à Deo optimo, omnia in diuerſis, & congruis locis perficiuntur, ita in paruo mundo ab vnica anima opera omnia in congruis locis, per idonea inſtrumenta, & in debita diſtantia perficiãtur. Quòd etiam Gal. fateri debet, qui quamuis vegetatricem virtutem in hepate poſuerit, inconueniens tamen eſſe non duxit, vt generatio in teſtibus abſoluatur. ſed ad melancholiã reuertamur, cuius cauſæ (quæ materia opaca eſt) differentias, ex dictis in dolore capitis facile cognoſcimus. Verbi gratia ſi materia non formam, ſed ſolum melancholiæ colorem habeat: Si ſit phlegma, malum eſt cum pigritie, vix enim ægri dimouentur, & ad fatuitatem accedunt, quia ſolum in eis memoria aliquo pacto lædi ſolet. Si ſit ſanguis craſſus redditus, vitium eſt cum riſu, & interdum cum lætitia. Quæ quidem non erunt, ſed ſemper mœſti, & flentes erunt, vbi materia fuerit vere melancholica, cauſæ autem huius materiæ ex proprijs ſignis cognoſcuntur, vt caliditas iecoris ex proprijs indicijs. Quo ad materiæ locum. De hoc loquitur Gal. accuratiſſime 3. de loc. cap. 7. Si enim ſit in capite, vt malum ſit per eſſentiã, præter id, quòd ſymptomata ſunt perpetua, & vt plurimum vehementiora, ſymptomata vero, quæ circa præcordia conſiſtunt, vel nulla, vel exigua ſunt, hanc etiam ſignificant aſſiduus ad rem vnam aſpectus, vt verbi gratia ad terram: color niger capitis, faciei, oculorum, & pilorum capitis craſſities, & nigredo, & anteceſſio vigiliarum, & cogitationum, & calorificæ diſpoſitionis capitis, vt longæ moræ in ſole, phrenitidis, & vitia cerebri antecedentia, vt epilepſia. Nam melancholici, ait Gal. 3. de loc. 7. magna ex parte comitiali morbo afficiuntur, & cõtra comitiali laborantes efficiuntur melancholici. & ſi cum materia coniungatur intemperies frigida, & ſicca cerebri, cognoſcitur ex dictis in dolore capitis, & ex eo, quòd malum eſt potius antiquum. Quod ſi materia aliunde deriuetur, & fluat in caput, erunt ſigna partem, & locum illum affectum indicantia. Vnde ſi deriuetur à toto, quia melancholia ſit per cõſenſum à toto, præter id, quod nihil apparet circa hypochondria, & perpetua, intenſaq; ſunt ſympto-

*Galen. 2. de temp. vlt.*

mata, aderunt indicia melancholiæ in toto redundantis, quæ vel penes præſentia, vel præterita, vel ſubſequentia ſpectari debent. quo ad præſentia, aderit totius temperatura frigida, & ſicca. circa quam ne decipiamur, ita ſcriptum reliquit Gal. ſi quis ab initio ſicciore, frigidioreq; temperamento ſtatim fuit, is non melancholicus eſt, ſed vtique pituitoſus ab excrementis, quod ſi ex habitus mutatione frigidus, ſiccusq; eſt redditus, neceſſario etiam melancholicus eſt. Verbi gratia, ſi quis antea calidus, & ſiccus ex ſanguine vrendo plurimam generauit atram bilem, eſt enim is, præterquam quod ſiccus eſt, & frigidus, protinus etiam melancholicus: ſin à principio frigidus, & ſiccus fuit habitus eius corporis, albus quidem, & mollis, depilis, gracilis, frigidus tangenti, timens, triſtis, non tamen excrementa ei melancholica ſunt.

*Galen. 1. de humor. com. 1. & 8.*

Quod autem totius temperatura frigida, & ſicca non natiua, ſed adſcititia, & ex materia melancholica talis effecta ſit, hoc etiam cognoſcitur ex ſignis temperaturæ calidæ, & ſiccæ iam prægreſſæ, quæ quidem ad humorem melancholicum generandum aptiſſima eſt. ideo dicebat Gal. imprimis corporis habitum intuebere, ac memento molles, candidos, glabros, pingues, delicatosq; melancholicum humorem minime continere. graciles, nigriores, hirſutos, præſertim cum pilis craſſis, & nigris, quiq; latas venas habent, eos eſſe ad gignendum aptiſſimos, & ſi virium hoc ſit potius natiuum, vt huiuſmodi patientes ex tota natura melancholici ſint, præter id, quod ex talibus ſunt parentibus orti, (melancholia enim inter morbos hære-

*Galen. 2. de temp. vlt.*

ditarios enumeratur) eorum corpora erunt nigra, macra, arefacta, cum pilis multis, craſſis, & nigris, vt dictũ eſt. circa quos pilos nos monet Galenus, quod ſi quem piloſum admodum videamus,

*Signa differentiarum.*

Digitized by Google

deamus, ſi floret adhuc ætas, non eſt melancholicus iudicandus, ſi iam declinat melācho.. us
temperatura indicandus eſt. Si vero malum ſit potius acquiſititium, per ſolicitudines, exerci-
tationes, mœſtitiam, vigilias, hęmorrhoidum ſuppreſſiones, aut menſtruorum, aut prauorum *Galen 1 de*
ciborum eſum, tales effecti ſunt. ideo dicebat Gal. vſu etiam venit, vt prærubro colore ho- *humo. tex.*
mines in melancholicam temperaturam affatim cadant. itemq; flaui. præſertim ſi in vigilijs, *1.*
& laboribus prius vitam duxerint. Vnde ſi de præteritis ſermo fiat, cognoſcitur melancholia „
per conſenſum à toto, quia præceſſere cauſæ materiam melancholicam multiplicantes, de- „
quibus ſupra. ſiue generantes ſint, ſiue colligentes, dictum eſt. ideo ſpectandum an iecur cali- *Galen. 2. ad*
dum an lien obſtructus, an vlla venarum ora cohibita, aut aliqua conſueta ſanguinis euacua *Glauc. c. 10*
tio, aut menſtrua retenta purgatio, ant melancholiæ vomitus, ſed potiſſimum hæmorrhoides *Galen 1 de*
ſuppreſſæ. Idem de pręgreſſa victus ratione per cibaria melancholica, & prauos animi motus, *hum. lo. cit.*
& accidentia dicendum eſt. circa quæ notat Galen. mœrorem vnam eſſe ex cauſis antegreſſis „
melancholiæ potiſſimis. mœſti antem ſunt (dicebat ipſe) quibus filii, aut propinqui, aut amici „
mortui ſunt. alij quod expectent ſe ſolos male affectum iri, aut patriam omnem euerti debe- *Gal. 1 præ-*
re: mœſti etiam ſunt auari, cum pecunia priuantur, & ambitioſi priuati gloria, & in hoc gene- *ſag. com. te-*
re ſunt, qui propter amorem męrent. quos cognouit Gal. ex pulſus mutatione propter præſen *xt. 4.*
tiam, vel commemorationem rei amatæ, & reditu ipſius ad naturalem ſtatum in eius abſen- „
tia. inſuper tum præteritum anni tempus, aeris conſtitutio, & regio, tum ætas recte perpen- „
déda ſunt; ſimiliter quidam per febriles diſpoſitiones, & morbos, præcipueq; per febres chro „
nicas melancholiam contraxerunt, & vt tandem certior cognitio habeatur, vena communis *Gal 1. præ-*
ſecanda eſt, & ſi ſanguis melancholicus appareat, melancholiam in toto redūdare iudicandū *ſag. 8.*
eſt, & venæ ſectione vtendum. Si vero non appareat melancholicus, non redūdat in toto, ideo „
ſtatim ſupprimendus. Quod ſi materia à fomite in parte, & in hypochondrijs exiſtente in ca- *Gal. 3. de lo.*
put eleuetur, vt ſit hypochondriaca, quæ vt plurimū è ſiniſtri hypochondrij ſympathia conci- *7.*
tatur; huiuſce affectionis ſigna traduntur à Gal. ex ipſius etiam Dioclis ſententia 3. de loc. aff.
c. 7. Et ſigna conſpicua erunt ſubter præcordia; nam in pleriſq; lienis, aut meſenterij tenitens
tumor, & dolens, aliæq; horū affectuum notæ inſunt: in alijs quum præſertim ab exuſta bile
flaua tales euaſerunt, nec ſola fęx melancholica, ſed atra bilis moleſta eſt, nō manifeſta humo
rū congeſtio deprehenditur. in præcordijs arteriæ vehementer, & moleſte pulſant, ex humo-
ris ardore æſtus præcordijs ineſt (quę ſurſum ēt conuelluntur) ſed ſine ſiti: nam lęſa ventriculi
coctione, ſaliua copioſa reijcitur, hinc ēt ructus acidus, cruditas, flatus, rugitus, & fluctuatio,
ſæpe ventriculi dolor, & cordis palpitatio, interdū etiam ſuffocatio. Sumpto cibo calidiore, cō
coctuq; difficili, calidus vapor ſurſum expiratur, è quo tum hæc, tum omnia melācholica de-
liria inualeſcunt; miteſcunt vero refrigerante cibo, proba concoctione, alui deiectione, vomi
tione, & ructibus. tandem hypochondriacis accidit (dicebat Gal.) vt continenter corporis mi *Gal 3. in 6.*
ſcendi libidine teneantur, quia cum coitu vtuntur inflari magis ventrem contingit. adducit *epid comm.*
autem Gal. ibi problema ab Ariſt. propoſitum, qui quærit, cur melancholici libidinoſi? & re- *tex. 12.*
ſpondet, an quod flatus in eis redundat? ſemen enim eſt flatus excretio, quare cum is copioſus „
ſit, cupido illius excernendi ſæpe excitetur neceſſe eſt. Quòd ſi malum fiat vitio lienis, multitu „
do rugitus, & ſymptomata erunt in parte ſiniſtra, & aderit appetitus multus cum imminuta
concoctione, malus color, & ſcreatus multus. Si malum ſit in iecore, ſymptomata erūt in par-
te dextera, erunt ſigna iecoris calidioris. ſi ſit in ventriculo, ſi materia ſit in eius ore, Gal. li. de
plenit. c. 2. inquit hos moroſos, ac triſtes, & timidos eſſe, & ſine ſiti, ac ſaliua plurimū abunda-
re; cæterum non omnes cibum auerſari, ſed eorum quoſdam fame conflictari; nimirum eos,
in quibus atra bilis qualitatem acidam ſuperantem obtinet. ſi vero materia ſit in venis, quæ
ſunt in eius fundo, & ſit ſanguis craſſus, melancholicus, percipiunt dolorem, feruorem, graui
tatem in fundo ipſius. ita ex Gal. prima ſymptomata circa ventriculum incipiunt, & ipſis ad-
auctis melancholici affectus ſequuntur, & alui deiectionibus, vomitibus, proba concoctione, *Galen 2 de*
ructibusq; leuabitur. Si ſit in meſeraicis, deiectiones chyloſæ, liquidæ erunt, aderit nauſea, ru *humo com.*
ctus acidus, exitus ventoſitatis, inflatio, & grauitas, & rugitus erunt in eo loco, & inuehitur *tex 10.*
dolor inter vtraq; ſpatulas, vſquequo cibus digeratur, & euomunt phlegma choleræ, aut me- „
lancholiæ permixtum. Si vero ſpiritus in corde ab opaca materia, & corde frigido, & ſicco in- „
ficiantur, pręter carentiam dictorum ſignorum, aderunt frigidi, & ſicci cordis indicia; de qui-
bus in proprio capite dicetur. Similiter cerebrum frigidum, & ſiccum apparebit, ſine ſignis
materiæ redundantis, & cordialia, & calida, & humida maxime proderūt, ſiue intus, ſiue ex-
tra fuerint adminiſtrata. Huic autem vitio ex Gal. & Auic. ij ſunt obnoxij, qui iecur calidum,
Prognoſtica. cor calidum, & caput humidum habent. Vt enim ait Hip. 6. in 6. epid. vlt. tex. corpus biliosum, *Gal li 3. de*
ſanguineumq; ſi effluxus, id eſt euacuationes nō habeat, melancholicum redditur, quoniam, *loc ca. 7 &*
vt Gal. habet, niſi melancholicus humor paulatim euacuetur, ex eo morbi pleriq; fiunt. corpo *Aui c. prop.*
ra etiam ruſa ſunt magis obnoxia, quam flaua, ideo pręrubri affatim in temperiem melancho *Gal 6. aph.*
„ licam decidunt, & poſt hos flaui, & in principio declinantis ætatis corripi conſueuerunt. nam *17.*
„ dicebat Gal. melancholiam ab anno quadrageſimo, vſque ad ſexageſimum abundare. præſer
„ tim quando vigilijs, laboribus, ſolicitudinibus, & victu tenui ſunt educati. Ob id etiam, qui
demiſſa ſupercilia, oculos qui nullo motu cieantur, & colorē pallidiorem habent, & hæc ſine
vlla ſolicitudine, ac moleſtia, eus commonſtrat eos, ſi in quem aliam morbum, potiſſimum in
melancholicum eſſe caſuros, vt ait Gal. 7. in 6. epid. a 5. Mares autem ſunt magis obnoxij quam
fœminæ, quæ dum afficiuntur malum ſæuius eſt. Senes vero nō ſunt ita procliues. pariter mol-
les, candidi, & obeſi nequaquam humorem melancholicum habent. dicebat autem Hippo- *Hip 6. aph.*
crates, ſi timor, & mœſtitia longo tempore perſeuerent, melancholicum tale eſt. Melancholia *23.*
autem (cum afficiatur pars nobiliſſima) eſt vitium magni momenti. Sed ſi ſit cum riſu, facilius

V. F. D tollitur,

tollitur,quia materia non eſt ita craſſa,ſed potius ſanguinea;difficilius,ſi ſit cum fletu;difficil
*Hip 6.aph. 53.* lime ſi fuerit cum ſtudio.oportet autem,vt ſtatim inter initia curetur,quia inueterata ex Ale-
xandro fere incurabilis fit,& tunc eget remedijs extremis.& Raſis cum cogitationes malę,&
triſtitia,& tribulatio accidunt,antequam præualeant ſuccurrendum,quia ſi præualuerint cu-
ra eſt difficilis,quia melancholia confirmatur.Vnde ſicuti melancholia periodica debito regi
mine curatur,ita indebito fit continua,& incurabilis. Varices vero,vel hæmorrhoides ſuper-
uenientes ſoluunt melancholiam; pariter pani , & lentigines in cute apparentes bonũ, quia
*Gal. in com. Hip. & Gal. 6 apho. 11. & 12.* ſignificatur materia mobilis non ita pertinax;idem,ſi aperiantur menſes, qui prius erant ſup-
preſſi,dicendum eſt. dicebat autem Gale. quod ſi fucens melancholicus prius non euacuetur
paulo poſt ſuperaſſatus in atram bilem vertitur,& in maniam deſinit . Minatur autẽ hoc ma-
lum ex Hipp.apoplexiam,fatuitatem,conuulſionem,cæcitatem,& interim epipleſiam . Cum
*Gal. 6 aph. com 53.* autem dicat Hipp.8.in 6.epid.40. quod melancholici ſæpe in morbum comitialem cadunt, &
*Hip 6 aph. 56. & 6 de vulg morb.* contra comitiali affecti in melancholiam,prout infirmitas in corpus,vel in mentẽ vergit:Gal.
3.de loc.cap.7.inquit,quod cum epilepſia,ne dum ab humore melancholico, ſed etiam pitui-
toſo fieri poſſit,ſolum illa,quæ fit à ſucco melancholico,in melancholiam tranſit . Per cerebri
autem corpus læſum Hipp.intellexit,dum afficitur à ſucco melancholico,vt pars inſtrumẽta-
lis,vt puta ventriculorum obſtructione corripitur.Ad mentem vero repere infirmitatem vo-
luit,dum lęditur cerebrum ; vt pars ſimularis , & cerebri ſubinde corpus intemperatum red- *Indicationes.*
ditur: Nam anima,inquit,aut eſt tẽperamentum actiuarum,aut ab ipſarum temperamẽto al-
teratur.Oportet autem,dum malum eſt per eſſentiam,caput euacuare,&,ſi oportuerit,calefa
cere,& humectare,& materiam præparare,& per contrarium alterare.& ſi fuerit viſcida,de-
tergere,de toto habita prouidentia.Si vitium ſit per conſenſum à toto , materia tum in capi-
te,tũ in toto exiſtens euacuanda,& prius præparanda, & ſi generetur ratione iecoris calidio-
ris,iecur refrigerandum . Si colligatur vitio lienis, ſi ſit frigidus,calefaciẽdus,ſi obſtructus,
materia obſtruens eradicanda. Si melancholia ſit hypochondriaca, oportet materiam in hy-
pochondrijs exiſtentem craſſam,viſcidam,& pertinaciſſime impactam,eradicare,& proinde
attenuare,detergere,& calefacere,quamuis ratione huius materiæ fiat affectus, veluti inflã-
matorius. Si enim refrigerantibus vtamur,materia magis pertinax redditur,& hoc eſt intelli
gendum dum ſit ratione lienis,meſaraicarum,vel ventriculi,quia tunc ſine dubio oportet ca-
lefacere,& vſq; ad ſinapiſmata aſcendere. Sed ſi fiat,quod raro accidit,ex iecoris caliditate,
oritur indicatio euacuandi,& refrigerandi.In quacunq;autem hypochondriaca oportet cum
Galeno,ne vapor in caput eleuetur,os ventriculi roborare, & ad priſtinam temperiem reuo-
*Galen. 3. de loc. 7.* care . Si tandem vitium fiat,quia materia,& ſpiritus in corde frigido, & ſicco vitientur tũ ce-
rebrum,tum potiſſimum,& principaliter cor calefaciendum,humectandum, & corroboran-
dum. Dum autem melancholicus ſanguis redundat,ſiuè malum ſit per eſſentiã,ſiue per con-
ſenſum dum adeſt virtus,& ætas,ſecanda vena.Inquit enim Gal.3.de loc.affect.7.quod vbi to *Curatio*
tum corpus ſanguinem melancholicum continet,curationem à venæ ſectione incipere opor- *Chirurgia.*
tet. Vbi vero ſolum cerebrum,æget (quod ad hãc diſpoſitionem attinet) ſanguinis detractio- *Venæ ſectio.*
ne non eget, quamuis ob aliam quampiam cauſam ſanguis mitti poſſit:ſiue illa ſit iecoris ca-
liditas,ſiue reuulſio à capite,& totius plethora, vt poſſimus capiti euacuando tutius ſuccurre
re,ſiue alia,aut totius,aut ptis alicuius præſtantis diſpoſitio phlebotomiam requirens. Sed ne
in ſanguinis miſſione contingat error,ſubdit, quod vtrum melancholicus ſanguis totum cor
pus,vel cerebrum occupet;ita diſcernendum eſt. In primis enim totius corporis habitum cõ-
ſiderare oportet.Nam molles,candidi,& obeſi ſuccum melancholicum non habent.Macri,ni
gri,& hirſuti,& quibus latæ ſunt venæ,aptiſſimi ſunt ad ipſum cumulandum:nec non inter-
dum qui prærubro ſunt colore, affatim in melancholicam temperiem decidunt.Poſt hos fla
ui,præcipue dũ vigilijs,multis laboribus,& ſolicitudine,& tenui victu fuerint educati . De-
inde conſiderandum an hæmorrhois aliqua reſtricta ſit, aut alia cõſueta euacuatio, aut mu-
lierum menſtrua.Inſuper an cibis,qui ſuccum melancholicum pariunt,fuerit vſus : quos oẽs
Gal.ſigillatim commemorat.An exercitationes,mœſtitiæ,vigiliæ,ſolicitudines præceſſerint,
vel etiam febriles diſpoſitiones. Et ad efficaciorem notitiam non parum confert anni tẽpus,
præterita,præſensq;conſtitutio,regio,& laborantis ætas. His pręmeditatis,pro certiori noti-
tia,cubiti vena media præſertim ſecanda,& ſi ſanguis nõ videatur melancholicus,ſtatim ſup
primẽdus;ſi talis appareat, vacuandus quantitate laborantis corporis habitui cõueniẽte. In
hypochõdriaca vero malẽcholia,ẽt ſi melancholicus ſanguis in vniuerſo corpore nõ affluat;
nihilominus,virtute,& ætate fauente,ſanguis p venam ſectã,educẽdus,vt ad topica,quæ ca
lida,& exobſtruentia ſunt,tutius deſcendamus.Quantũ attinet ad mittendi ſanguinis copiã,
*Aui. c.prop.* euacuandus ſanguis pro eius redundantia,& pro viriũ rõne.Vnde Auic.in cutubut copioſam *Quãtitas.*
molitur euacuationem,tũ quia materia calidior,tũ quia ſolet fieri tpe veris,in quo ſanguis a- *Tempus.*
*Galen. 3. de loc. 7.* bundat.oportet aũt,vt euacuetur in principio,anteq̃ malum confirmetur;& foramẽ fiat am- *Modus.*
plũ,quia,ſi ſanguis ſit tenuis,illico ſiſtendus;ſi craſſus,permittendus.oportet tñ ex Auic.per-
mittere,vt egrediantur ſaltẽ ij.vnc.quia interdũ poſt ſubtilẽ,craſſus, & niger egredit᷑. Iubet
*Gal 5 in 6. epid 29.* aũt Gal.ex Hip.vt ij,in quib.ſanguis eſt craſſus,ante venę ſectionẽ lauẽtur, imo ter mihi cõti
git,vt aperta vena nulla ferè ſanguinis portio fuerit egreſſa, q̃uis ampliſſimũ foramen fuerit
effectũ,q͂a ſanguis adeo erat incraſſatus,vt cineris portiones in aqua ſubrubra madidę egre-
di viderentur,& hi omnes detinebãtur cotubut . Sed poſt totius,& brachij in balneo morã, *Locus.*
*Aui & Raſ. proprijs c. Tral. lo. cit.* & attenuãtia intus exhibita ſanguis commode fuit extractus.poteſt autem euacuari per plu-
res venas pro affectus,& plenitudinis diſcrimine. Verbi gratia,ſi ſit per conſenſum à toto vi-
tio lienis colligentis,ſiniſtra baſilica ſecetur,vel ſaluatella,ſi virtus debilis ſit. & tunc ſæpius,
& paulatim quantum licet ſanguis educendus eſt . Si colligatur vitio menſium ſuppreſſorum
aperiatur ſaphena . ſi fiat cauſa iecoris , ſecetur baſilica dextera . ſi detineatur vitio hæmor-

rhoidum

rhoidum, eis hirudines applicandæ. oportet enim ſemper ad locum, in quo materia impacta eſt, oculos dirigere. Si malum ſit per eſſentiam, & ſanguis in capite redundet, & ſanguinem euacuare expediat; licet cephalicam, venam frontis, narium aperire, qua cauſa coniuncta euacuatur. verum circa hæmorrhoidum apertionem, dicebat Galen. cæterum conferre hæmorrhoidas ei, quem atra bilis occuper, omnes norunt, qui in libris Hippocra. ſunt legitime verſati. ideo hæmorrhoides, & varices aliquando adiuuandæ, & paulo infra dicebat, quocirca ſeruandæ hæmorrhoides apertæ ſunt, vt pote, quæ melancholicos affectus curent. enimuero melancholiæ, quæ iam conſtiterit maximum eſt in hæmorrhoidibus remedium, futuram vero eædem prohibent. ideo fuit Hippocratis ſententia melancholicis hæmorrhoides ſuperuenientes bonæ ſunt. item inſanis ſi varices, aut hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio. & idem Galenus dicebat: Re vera enim factæ iam melancholiæ maximum eſt remedium ſanguinis ex his venis profluuium, quam, etiam ſi futura ſit, prohibet. Ita probantur cucurbitulæ ſcarificatæ, ſed cum foraminibus amplis, & profundis, loco ſectionis venæ. Laudetur etiam cauteria, ſi ſit per conſenſum à toto, vel ex liene, vel alijs partibus, ita ſi ſit mirachialis, cruribus affigantur. Si ſit per eſſentiam, nec habeat coniunctum fomentum ex alia parte, & in futurum ſit caput euacuare, licet brachio cauterium affigere, vel capiti inter primam, & ſecundam vertebram, imo etiam coronali ſuturæ, vel ſagittali, prout magis ratio, vel imaginatio deprauatur, quia horum merito caput quoque roboratur, vt ab alijs partibus non recipiat. Medicamenta pro melancholiæ varietate varia eſſe debent.

*Galen. 3 de humor com. 26.*

*Gale 4 aph. com 25. & lib de atra bile ca 4. & 6 an 6 epid com 8.*

Pharmacia.

Ad melancholiã per eſſentiam in capite.

Si igitur melancholia ſit ſolum per eſſentiam in capite, in reliquo autem corpore vitium talis materiæ non adſit; Si ſit recens, ſola victus ratione, dicebat Galenus, & balneis frequentibus curatur, quia in capite frigida, & ſicca intemperies non adeſt, & materia admodum impacta non eſt. ideo balneum ſit frequens aquæ dulcis eo pacto calidæ, vt ſudor in toto, & in capite prouocetur, non tamen exurat. nam frequens balneum materiam euacuat. corpore autem expurgato ad illud confugiendum, quo auxilio in quacunque melancholia non prægreſſa oportet vti. diſtinguendum autem, quia ratione capitis, quandoque vtendum calefacientibus, quandoque refrigerantibus. ideo ſi materia generetur in capite, à calida capitis diſpoſitione, quæ adhuc perſeueret refrigerantibus vtendum, vt violis, roſis, acido citri, pomis, & alijs quorum merito fiunt odores refrigerantes. licet etiam decocto ex violis, maluis, & potiſſimum hordeo caput ablnere. contra ſi non erit hæc caliditas, calidis, de quibus ſuo loco, occurrendum eſt. Si vero affectio hæc ob ægrotantium, aut medicorum negligentiam in longum producatur, non ſufficit balneum, ſed ad valentiora confugiendum. nam imminet fatuitas, & præter materiæ præſentiam, caput frigidum, & ſiccum eſt. ideo pro materiæ in capite exiſtentis euacuatione, tum ſenſibiliter, tum inſenſibiliter euacuantibus vti licet. ſenſibiliter per os, & per nares. & per has licet vti albo veratro ad grana iij, vel iiij. cum lacte intra nares immittendo. ſternutatoria ex albi veratri decocto conficiantur. ita laudatur elaterium, verattum nigrum, nigella de quibus in dolore capitis dictum eſt. Sed in hac melancholia caput per os, & per nares euacuetur. Inſenſibiliter autem euacuatur inunctionibus, & fomentis, quorum vi, & materia euacuatur, & frigida intemperies tollitur. perpetuo tamen humectantia permiſceantur. Ideo licet vti medicamento parato ex ſtœchade, calamento montano, ariſtolochia, hyſſopo, thymo, pulegio, accipiendo manipulum vnum iſtorum; & ſemper addendo maluas, radices althææ, fœnugræcũ, & fiat decoctio in vino ſubdulci, & ſpongia in hoc decocto madeſacta caput abluatur. ita ſpongia poteſt madefieri in oleis calidis, & humectantibus, vt in oleo chamæmelino, anethino, de ſpica, liliorum alborum cum aromatibus, ſemper addendo aliquid olei amygdalini, vt ſubdupla aliorum portione miſceatur. Denique ſi materia in capite exiſtens ſit maxime pertinax, aceto mulſo maxime vti expedit. in quo ſit coctum mel, necnon etiam thymum, pulegium, hyſſopum, & vt maxime agat in caput, acetum ita paratum, dum eunt cubitum, cochlearii menſura exhibeatur; fit enim euaporatio materiam in capite attenuans, & abſumens.

*Paul & Aetius ſu i cit.*

Ad melancholiam per cõſenſum à toto.

Quod ſi melancholia ſit per conſenſum à toto, in hac, præſertim dum progreditur, adeſt materia in capite; quæ quomodo euacuanda ſit, dictum fuit. Ideo nunc de his, quæ totum reſpiciunt, loquendum eſt, lenientibus videlicet, præparantibus, & purgantibus.

Lenientia & Præparantia.

Pro leniente igitur poſſumus lenitiuo vti ad vnc. i. s. deinde vtendum ſyrupis, ſed in principio moderatioribus. (nam ſecus magis læduntur) vt ſunt ſyrupus de pomis ſimplex, de capillis veneris, de boragine, de bugloſſa, cum decoctis, vel aquis meliſſæ, lupulorum, boraginis, bugloſſæ. ita maxime probatur horum decoctio in ſero lactis, miſcendo capitalia, vt violas, aliquid hyſſopi, ſtœchadis. ita probatur ſyrupus de fumaria, de lupulis, violatus, & in progreſſu de corticibus citri, bizantinus. &, dum his vtimur, aluus per clyſteres lubrica ſeruetur; qui fiant ex decocto foliorum maluarum, violarum, betæ, mercurialis, boraginis, fumariæ, lupulorum, ſurfurum, pauco ſale addito, & interdum addendo ſenæ, polypodij, vel epithymi vnc. ſem. cum vnc. ij. olei violati communis, vel amygdalini vnc. ij. mellis roſati, & vnc. j. pulpæ caſſiæ fiſtulæ, & drachmas ſex diacatholici, vel loco eius drachmas tres diaſenæ, vel hamech.

Purgãtia.

Poſt primos ſyrupos, qui poſſunt ſex, vel ſeptem exhiberi, licet euacuare ſena, epithymo, vel polypodio. vt recipiendo corticum radicis ellebori nigri drachmam vnam, epithymi drachmam vnam, & ſemis, ſeminum aniſorum, fœniculi, dauci, cinnamomi añ ſcropulum ſemis, decocti boraginis, & meliſſæ quantum ſufficit, fiat infuſio ſecundum artem, & facta expreſſione, addendo mellis roſati ſolutiui vncias duas, mannæ electæ vnciam vnam, miſce fiat potio breuis, & ſi iecur ſit calidius, aromata relinquantur, & loco decocti meliſſæ ſoluentia in ſero lactis infundantur. quo exhibito medicamento, rurſus præparantibus vtendum, & rurſus euacuantibus, non enim vnica, & laborioſa euacuatio molienda, ſed per interualla, & para

pro vice educere oportet, & ſemper cum ſoluentibus humectantia, & lenientia permiſcenda ſunt; necnon etiam corroborantia membra principalia, & ea quæ ſpiritus fouent; & magis laudantur medicamenta in forma liquida. & prout melācholia erit per conſenſum a toto vitio iecoris generantis, vel lienis, aut vteri colligentis, in ſyrupis miſcenda reſpicientia modo iecur calidum, modo lienem, modo vterum. & dum ſecundi ſyrupi exhibentur, alternis diebus, vel de quarta in quartam, aliquod moderate euacuans primas vias, & aliquid melancholiæ, exhibeatur. Vt ſi offeramus paſſulas cum infuſione ſenæ, & epithymi, & ſeminibus maluarum præparatas (nam Paulus, & Aetius aloem cum epithymo frequenter exhibebant) intermedijs diebus dentur ſyrupi ex ſyrupo de pomis compoſito, de fumaria compoſito, præparati. & ſi corpus non ferat, dentur mitiores, vel etiam ius pulli cum boragine, meliſſa, & bugloſſa alteratum. Quibus per decem, vel duodecim, aut plures dies peractis, ad pharmacum valēs aſcendendum eſt, vt recipiendo florum violarum, boraginis, fumariæ, lupulorum, hordei añ drachm. ij. ſenæ, epithymi añ drachm. ij. ſem. myrobalanorum indorum drachm. j. ſ. paſſulatum vnc. ſ. prunorum numero iij. fiat decoctum, & coletur, in quo diſſoluantur mannæ vnc. ij. vel ſyrupi roſati ſolutiui vnc. iij. diacatholici drach. vij. cum drachm. iij. vel iiij. confectionis hamech. Præſtantius erit ſi dentur drachm. ij. vel ij. ſ. pillularum cochiarum cum elleboro nigro præparatarum: ſed poſt aliquid ſeri lactis præbendum erit. Pariter in hoc malo pro purgante vti licet pilulis de lapide lazuli, vel de lapide armeno ad drach. j. cum vino, aut ouo. ita pilulæ arabicæ a ℈ ſcrop. iij. præberi poſſunt, poſt quas manna diſſoluta in prædictorum decocto exhibeatur. Quibus peractis, diureticis vtendum eſt, &, ſi vigeat iecoris caliditas, licet exhibere libr. ij. ſeri lactis caprini, vel vaccini, & prima die in primo cyatho vnc. ij. mannæ, vel mellis roſati, vel violati ſolutiui ſunt permiſcendæ. Sequentibus diebus miſcendæ drachm. ij. emulſ. ſem. melonum. nam modo diuretica, modo ſoluentia ſunt permiſcēda. poſt euacuationem per aluum, & vrinam, per ſudorem euacuare oportet. ideo probatur balneum, diſcutit enim, corpuſq; contemperat, & ſic aquæ calidæ, quia ciendus ſudor, corpus oleo fricandum, & nitro, valida iungenda exercitia, quæ magis, quam balnea, euacuant. ideo balnea ſint ex aqua dulci calida, quæ erunt efficaciora, ſi aliquid boraginis, bugloſſæ, præſertimq; meliſſæ miſceatur, &, dum vtimur balneo, caput irrigari poteſt cum decocto foliorum maluarum, violarum, altheæ, boraginis, lupulorum añ pug. j. florum chamæmeli pug. ij. ſ. florum ſtœchadis pugil. ij. capite abraſo; deinde oleo amygdalarum dulcium, violato, chamæmelino, vel anethino inūgatur. Poſt balneum non erit ab re corpus iniungere, & fricare cum oleo amygdalino, ſed addito anethino, vel etiam nitro. Verbi gratia pro ſingula vnc. olei accipiendo drach. j. nitri. Corpore euacuato, quia habitus frigidus eſt, & ſiccus, non oportet progredi in balneo euacuante, ſed humectante. Quidam autem vtuntur hoc balneo aquæ temperatæ ſimilis calori noſtro, etiam ſi adſit in toto materia euacuanda, quia melancholiam ad benignum reducit, & eam ad expulſionem præparat. vnde ratione huius balnei multi à quartana febre fuere liberati, in melancholia vero aqua balnei etiam ſuper caput proijcienda eſt. Aetius autem poſt omnem purgationem, vt corpus contemperaret drac. ij. pulueris tenuiſſimi ſeminum maluarum cum aquæ cyathis tribus exhibebat. licet etiam vti hoc lætificante, quod recipit ſacchari ex bugloſſa, fumaria, lupulo, & violacei añ vnc. j. ſacchari roſ. vnc. ij. ſyr. de pomis, roſ. de corticibus citri añ vnc. j. ſ. dianthos drac. iij. diambræ drac. ij. vel diamargariton frigidi drac. iij. cum quatuor folijs auri fiat conditū. Quod ſi hæc non ſufficiant ad valentius ad diſcutientia, quod remanet materiæ, vt ſunt magnæ antidoti, & ſi malum adhuc non cedat, ad antimoniū præſertim optime præparatum aſcendendum eſt, quod interdum ad gran. xij. (& eſt maxima doſis) ſine detrimento datum fuit. Tandem cæteris non conferentibus omnes fere ad album veratrum confugiunt. Circa cuius exhibitionem rectè prius perpendenda ſunt, quæ ab ipſo Galeno, hunc in modum de hoc remedio ſcripta fuere. Album veratrum materiam in ventriculum auocat, priuſquam ad inteſtinorum ſinus deducatur: ſtrāgulare autem interdum ſolet vbi redundat glutinoſus ſuccus, aut craſſus, ideo prius victu attenuante diſſipari debet. nam fallaciſſimum eſt veratrum dare antequam corpus victu præparetur, quum ſæpius non facile ſit, vt quales corpori ſuperſint ſucci dignoſcantur. Hippocratis ſæculo tuto ſumebatur, quia homines non ocioſum vitæ genus ſequebantur, aut intemperans, ſed laborioſum, paucisq; alimentis erant contenti, ſic vt craſſos ſuccos nulla ratione contraherent, qui ocio, & abundantia generantur. Quod ſi vim æſtimaueris corporum eius ſæculi, quam ex tali victu comparabant, magis adhuc veratrum dari permiſeris, quum quæ vomitus affert incommoda, ferre homines illi facile potuerint. & paulo infra dicebat: Nos vero neque integro homine dare veratrum audemus. Altera autem ex parte idem Galenus ſcribebat; Nemo enim in Græcia educatus, ita ignarus eſt, quin legerit, aut audierit, Prœti filias furore percitas albi veratri purgatione à Melampode fuiſſe curatas, vt nō iam ab hinc ducentos, trecentosve annos, ſed multo plures hæc purgatio celebris fuerit, omneſque interim eo vſi ſint. Nemo igitur eſt, qui non videat, quanta, & quali animaduerſione ad album veratrum confugiendum ſit. Quia tamen eo cogimur vti, (nam mente capti in defunctorum numero veluti recenſeri poſſunt) & quia, vt docet experimentum, corpus quodammodo iuuenile reddit, & quamuis non ſuccedat euacuatio, mirifice tamen iuuantur, quia materiam diſſipat, & conuenit non ſolum in hac per conſenſum à toto melancholia, verum etiam hypochōdriaca: idcirco imprimis animaduertendum, quod huius exhibitionem prohibet corpus febre correptum, vel difficultate reſpirandi; vel ſi male habeat ſecundum oculos, vel ſi ſanguinis expuitioni ſit obnoxiū. ita dicebat Gal. qui anguſtum thoracem habent, ſunt ad mouēdum ineptiſſimi, præcipue elleboro albo, quia vaſa reſpirationis rūpuntur. ita ſi ſit mulier, quæ facile incidat in vteri præfocationem, prorſus ab eo abſtinendum eſt. Hæc igitur vbi nō adſint, poteſt exhiberi non ſolū in melancholia,

Left margin notes: *Aui. l. cit.* / *Aet. loc. cit.* / *Galen 2. de frac. cō. tex. 27.* / *Galen 2. de frac. tex. cō. 29.* / *Galē. lib. de atra bili ca. 9.* / *Gal. li. quos purg. conuē. c. 1.*

Right margin notes: Diuretica / Euacuantia per ſudorem. / Alterātia, & Roborantia. / Valentiora præſidia. / Antimonium. / Albū veratrum, & exhibēdi modus. / Albū veratrū periculoſū. / Prohibentia veratrum album.

„ lancholia,ſed in pluribus vitijs. Monet tamen Galenus, quòd oportet primo experiri cum *Gal.lib quos*
„ his,quæ mediocriter vomitum prouocant, & ſi non facile purgentur, non erit ad elleborum *purg. conu.*
„ veniendum,niſi prius præparentur: præparãtur autem vomitu ſæpius excitato,& corpus hu *cap. 1.*
Præparatio corporis. mectandum cibo, & quiete. Humectat autem ille cibus, qui vehementis qualitatis expers
ſit. quare corpus prius cum raphano, & alijs, vt facile vomat, eo modo quem docet Oriba- *Oribaſ li 8.*
ſius præparetur:& ſi facile vomat,ſat erit per quatuor,aut quinque dies præparare; ſi difficul *medi. collec.*
ter,per viginti. quo quidem præparato,per diem ante exhibitionem vtẽdum clyſtere, & die *cap. 1.*
in qua exhibetur,totum corpus oleo amygdalino inungendum eſt, ſed melius eſt vt balneo
aquæ dulcis vtamur,quia optimum erit. ideo dicebat Galenus, maxime autem expedit laua- *Gal 5. in 6.*
„ ri neque multo antequam ſumpſerint, neque multo poſt. quia ſi purgatione incipiente, aut *epid. cõ.sex.*
„ non multo poſt inceptura hominem laues,motum humorum ad interiora à medicamẽto tra- *29.*
„ ctorum reuelles. & paulo infra dicebat,ſi autem quiete,& alimento humectandum eſſe cor-
„ pus iubet Hippocrates,certe vt etiam lauationibus pluribus in aquis potabilibus vtamur no-
„ bis conſuluit. ſuperior autem victus ratio,ante exhibitionem videlicet,debet humores atte-
„ nuare,per plures dies videlicet,& vias humoribus, qui in ventrem deferuntur,expeditas face
re. His igitur præmiſſis nil aliud remanet,niſi vt de huius remedij recta adminiſtratione lo-
quamur. imprimis itaque optimum veratrum eligendum, quod quidem ex Archigene (ita *Oribaſ. lib*
Optimi ellebori notæ. Oribaſio referente) & Herodoto nõ debet eſſe liuidũ,aut alia macula reſperſum,ſed extrin- *medicin.col-*
ſecus debet eſſe purũ, & fractũ, rectũ, rugoſumque; intrinſecus vero mirum in modũ can- *lect. c. 2. 3.*
didũ cum tenui medulla, quæ quidem,vt quidam perperam faciunt,abijcienda nõ eſt. idem *& 4.*
vero naribus admotum non multo poſt ſternutationes ciet, & comãſum feruido guſtu os im-
Tempus. plet,& etiam dulceſcit,ac magnã ſaliuæ copiã attrahit: & quo ad tempus, debet potiſſimum
dari tẽpore veris,vel autumni.Quod ſi furor immineat,poteſt etiã æſtate ſenibus,& mulieri-
bus,hyeme vero natura calidioribus propinari, & hoc dum malum alijs remedijs non cedit.
non tñ elleborum adeo differendũ,vt malũ altas figat radices:& potius poſt cęnã,ne ita læda
Modus. tur ventriculus,exhibendũ.In robuſtioribus autẽ.& melancholia pertinaciori,in ſubſtantia:
debilioribus vero in virtute tribuere debemus. Quo ad ſubſtantiã quanto tenuius fuerit re-
dactũ,tanto efficacius,ſed cũ maiori perturbatione,& difficultate operabitur,& intẽtius mo
uebit. & ideo,vt purgationis inæqualitatem euitemus,potius incidendũ veratrum eſt,quam *Orib. lib. ci.*
in ramenta adigendũ; quia ita difficile eſt æqualitatẽ coniectari, & dum in ramẽta redigitur, *cap. 2.*
puluis,qui in vibrationibus efficitur, ibidem inſidet, & inæqualem, & ſuffocantẽ purgationẽ
facit. craſſa autẽ virga per rectum ſecetur ſemel aut bis pro craſſitudinis ratione,& ad latera
ſpectandum eſt,vt partes æquales ſint. Quod ſi puluerẽ dare velimus,oportet ipſum per cri-
brum demittere,& æqualem ſecernere, & craſſum, vel tenuem,prout conueniens eſt, propi-
nare. dum igitur in ſubſtantia exhibetur,poteſt pluribus modis præberi, videlicet cũ melle
cocto,& deſpumato,cum ſaccharo,vnde poſſunt fieri pilulæ, vel morſelli, vel etiam cũ mo-
Quãtitas dũ in ſubſtantia datur. dico hordei cremore. Sed quia nobis cum dementibus res eſt, ideo,vt facilius in eius aſſum-
ptione decipiantur,oportet potiſſimum illud exhibere cũ aliqua portione placentæ mellitæ,
aut in pulte aliqua,quia cũ aſtutioribus inſidijs opus eſt,pulti inuolutus facilius cælabitur. &
dũ virgæ exhibentur,menſura eſt,vt,cũ copioſiſſimẽ datur,duæ drachmæ ſint, cũ parciſſime
oboli octo,ſeu ſcropuli quatuor,cũ mediocriter,decẽ oboli:ac minor copia maiorẽ turbatio-
nẽ ciet,maior vero copioſiorẽ iuanitionẽ; & minorẽ turbationẽ inducet, media vero mode-
rate agit. minima aũt doſis pulueris eſt ſcropulus ſemis;maxima,drachma vna,& duæ, præ-
ſertim ſi de tenuiſſimo ſermo fiat. cauendũ aũt maxime eſt ne citra minimã doſim exhibea-
In virtute quomodo ſit exhibẽdum. tur,quia fit perturbatio ſine vtilitate,& periculũ imminet ne vas aliquod diſrũpatur.Quod ſi *Oribaſ. lib.*
albũ veratrũ in virtute,qui modus eſt magis ſecurus,dare velimus,pręſertim quia modis pro *cit c. 3.*
poſitis eos decipere non potuerimus, oportet accipere ellebori albi in ramenta redacti librã
vnã,aquæ præſertim pluuialis libras tres,aut tres cũ dimidia,ſi velimus, vt valentius euadat,
& fiat decoctio puto,& lento igne ad conſumptionẽ duarũ librarũ, vel duarũ cum dimidia,
vt videlicet remaneat libra vna. poſtea diligenter expreſſas virgulas abijcere oportet. dein-
de huic decocto addendæ mellis deſpumati libras duas, & fiat decoctio quouſq; medicamẽ-
tũ ad eclegmatis conſiſtentiã redigatur,& in vaſe vitreo aut argenteo reponatur, & aſſerue-
tur adhibita cura,ne perſpiretur. & poterit dari ab vnc.s.vſq; ad duas, vel ſincerũ, vel cum
bulbo,vel cũ placẽta mellita,vel diſſoluere cũ hordei cremore,aut decocto maluarũ,vel iure
pulli;vel eclegma vlterius decoquatur,vt adeo craſſeſcat,vt poſſit in pilulis, aut bolo præbe-
ri;vel modico mellis,& aquæ addito diſſoluatur,& in potu detur,vt facilius decipiantur. Qd
ſi inſidijs non detur locus,purgentur clyſteri,in quo duplex eclegmatis menſura inſit, & mo-
dica aqua infuſa; tũ virgultorũ particulæ ptiſanæ cremore tẽperatæ, & affuſæ cũ inſamunt. *Oribaſ lib.*
Aqua. Aqua vero,in qua veratrũ maduerit,datur ſenibus,pueris,iis qui laxiorẽ habitũ habent; qui- *cit. c. 5.*
bus mẽs exoluta eſt,quiq; facile ſtrangulantur, aut eorũ morbos hñt, aut vt prius periculũ
faciamus vtrũ elleborus poſtea dandus ſit. oportet aũt drachmas quinq; ramentorũ,ſeu vir-
gularũ ellebori albi in aquæ pluuiæ,& puriſſimæ ſemilibra per tres dies macerare,deinde co
lo traijcere,atq; in vaſe duplici calefacere,& totã propinare. Similiter cũ Gal. poſſumus præ- *Gal li quos*
bere virtutẽ ellebori cũ raphano,vt recipiẽdo feſtucarũ ellebori albi drachmas ſex, & perfo *purg. conuen.*
Alii exhibendi modi. rando raphanũ arundines in illa foramina immittere, & dimittere per naturalẽ diẽ,vel ſaltẽ *c 1 & 3 de*
per noctem,deinde extrahere,vt nil ſubſtantiæ veratri relinquatur,poſtea immittatur rapha *frac. cõ.48.*
nus in oxymelite,& in fruſta conciſus exhibeatur,vel contundatur,& ſuccus ex eo extractus
propinetur.Similiter licet infundere paſſulas in decocto ſuprascripto albi veratri,ex quo fie-
bat eclegma,& accipiãtur paſſulæ in ea quãtitate,vt ſat ſint pro vna vncia decocti abſorben-
da.Quidã etiã vtuntur oliuis eodẽ modo.quo etiã aqua,quæ imbecillioribus exhibetur,poſ-

ſumus vti. Sumpto elleboro, ne citius, quam par ſit, medicamentum euomatur, vult Oriba- *Sumpto elleboro quẽnam ſequendum.*
*Orib lib. six cap 6.* ſius, vt aquam frigidam ori colluendo demus, & odoramenta per interualla offeramus, &
mens aliqua lepida fabella abducatur, & extremæ partes confricentur, & vinciantur. idem
autem diligentiſſime docet, quidnam ab aſſumpto elleboro, faciendum ſit. Si enim nimia
ſuccedat purgatio, aqua calidiſſima præbenda, & extrema liganda, & vehementer fricanda,
& validæ cucurbitulæ tum hypochondrio, tum dorſo admouendæ, & vi auellendæ. Summè
etiam vomitus cohibet abſynthij decoctum, & ſi vomitus perduret, tandem ſoporiferis opia-
tiſque vtendum, inter quæ nullum præſtantius recenti theriaca excogitari poteſt. Si vero ſu-
dores immodici conſequantur, ſiſtemus eos ventulum cómouendo, corpuſq; ſpongijs aqua
frigida, aut roſata, aut poſca imbutis, & expreſſis abſtergendo, vtemurque linimentis, & ſti-
pantibus, & emplaſticis. caſum autem virium alimento, & vino recuperabimus. Si vero ſin-
gultus intolerabilis inuadat, melicratum, in quo parum rutæ ſimul decoquatur, calidiſſimum
propinetur, vel etiam rutæ ſuccus aqua calida abſorbeatur, & cucurbitulæ nõ ſcarificatæ vẽ-
tri inferiori, & dorſo applicentur, & ſternutaméta, quæ ſunt efficaciſſima, prouocétur. Quod
ſi vomitus non ſuccedat, nam quidam difficulter vomunt, & ideo ſtrangulantur, & ſuffocan-
tur, melicrati cum ruta, vt dictum eſt, confecti ſorbitione vtendum eſt paulatim, & continen-
ter, & ſtomachũ penna in oleo amygdalino intincta, & vehementius immiſſa prouocare opor-
tet. Si verò valde admodum perturbentur, diluti ellebori vncias quinque, de quo diximus,
offerre debemus, nam reliqua vomitoria reprobanda eò quia ellebori dilutũ, ſeu aqua eiuſ-
dem qualitatis cum elleboro eſt, & purgationem adiuuat. &, ſi ſuffocationis non tollatur pe
riculum, acerrimo clyſteri res tranſigenda erit, quia intermiſſionem periculi præbet, & tẽpus
ſuppeditat, vt alijs vti poſſimus. ita poſſumus vti, clyſteri ex eclegmate confecto, vt ſupra
dictum eſt. ita confert ſternutatorium: dabimus quoque galbani obolos tres, quos deglu-
tiant, & ſi ne ita quidem ſequatur leuatio, duos vetuſtiſſimæ vrinæ cyathos vt ſorbeant, coge
mus: nam ſuffocationem ſubleuat. Herodotus autem in quodam, qui fere ſuffocatus erat,
ore ipſius cuneolis aperto, & dentibus obfirmatis ne eos clauderet manum iniecit, & contra-
ctis in orbem neruis, qui ad deglutitionẽ ſunt, manui adhæreſcentem pituitam extraxit. Ex
quibus clarum eſt, quòd in ellebori exhibitione oportet vt multa in promptu, & prius para-
ta ſint, vt pro neceſſitate eis illico vti liceat. Si autem melancholia ſit hypochondriaca opor *Ad melancholiã hypochõdriacam.*
tet ſemper os ventriculi, & cerebrum, ne vapores recipiant, corroborare. quod eſt obſeruan-
dum in omni melancholia per conſenſum, vt videlicet cerebrum roboretur. Aluus igitur ſpe
ciebus hieræ leniatur. Syrupi ſint attenuantes, & aperientes, vt de cortic. citri, de abſynthio,
de fumaria, de pomis, de boragine cum ſuis decoctis, & in hoc potiſſimum malo euacuanti-
bus vtendum. à leuioribus tamen inchoandum, de quibus dictum eſt. Verbi gratia licet re-
cipere ſpecierum hieræ ſimp. drach. j. pulueris ſenæ, epithymi añ. drach. j. ſ. cum vnc. j. floris
caſſiæ fiant boli. deinde ſyrupi, & medicamentum purgans repetantur, & poſtea, niſi iecoris
caliditas prohibeat, vtendum diureticis, vt dauco, aniſo, petroſelino, fœniculo, chamæpity,
chamædry. poſtea aſcendendum ad materiam obſtruentem euacuantia. licet etiam, facta
quadam purgatione, hoc ſyrupo, qui omnia præſtat, vti. ℞. hyſſopi, ſampſuchi, ſerpilli, meliſ-
ſæ, betonicæ añ. man. ſ. boraginis, lupulorum, ſcolopendrij, fumariæ, capillorum veneris ana *Syr. admirabilis.*
pug. ſ. Radicum cichorei, boraginis, fęniculi, capparorum ana vnc. iij. abſynthij, corticum ci-
tri ana man. j. ſenæ, epithymi ana drac. iij. pulegij, florum chamæmeli, centaureæ minoris añ.
drac. ij. chamædryos, chamæpityos ana vnc. ij. ſ. iunci odorati, aniſi, ſpicæ, dauci, ſeminum fœ-
niculi, aſſari, ana drac. j. paſſularum detractis vinaceis vnc. j. fiat decoctum ſecundum artem,
cuius ℞. libras iiij. ſucci pomorum dulcium, & acidorum, ſucci roſarum, & malorum punico-
rum acidorum ana lib. ſ. ſucci depurati boraginis, & fumarię ana lib. j. ſacchari quantum ſuf-
ficit pro faciendo ſyrupo, cuius dentur ſingula vice vnc. ij. & ſuperbibant parum aquæ bora
ginis, & detur quibuſdam interuallis, pręcipuè hyeme. Vnum autem aduertendum, quoniam
ſæpe accidit in hypochondriaca, vt iecur calidius ſit. ideo, ſi oriatur ex calidiore iecore, licet
vti refrigerantibus, ſed inſimul abſtergentibus, vt eſt ſerum lactis. in quo hoc eſt obſeruan
dum, quòd in alijs malis non eſt neceſſarium, vt poſt corporis expurgationem, cum vtimur
ſero gratia refrigerandi iecur, vt non ſolum emulſionem ſem. melonum miſceamus, verum
etiam pulueres valide attenuantes, & exobſtruentes adhibeantur. vnde, dum propinamus
ſerum ad ij. ad iiij. ad v. libras (ſupponitur enim ventriculus non adeo debilis) per quatuor-
decim, aut quindecim dies, antequam detur primus cyathus, exhibeantur pilulæ ita paratæ,
℞. pulueris radicis filicis maris, quinquefolij, pulueris abſynthij, ſeminum agrimonij, & ſi nõ
poſſit haberi ſemen, quod eſt admirabile, foliorum, ana drac. j. cum ſyrupo de acetoſ. citri fiãt
pilulæ xvj. & ante ſerum ſemper dentur quatuor vſque ad ſex ex his pilulis. nam iecur pro-
pter ſerum non læditur, ſed potiſſimum ratione materiæ obſtruentis in calefacientibus inſi-
ſtendum eſt. Nam frigida licet iuuare videantur, attamen malum non eradicant, ſed potius
augent. ideo intrinſecus ex omnium ſententia maxime probatur abſynthium per triginta,
& quadraginta dies exhibitum cũ vino Cyprio generoſo, antiquo, ſi malum fiat ex ventricu
*Pau & Aet. cap. cit.* lo, ex liene, vt præcipiunt Paulus & Aetius, poſt totius euacuationem. vnde in lib. iij. vini præ
dicti oportet mittere duos manip. abſynthij, vt maceretur per duodecim, per quindecim dies
ſub radijs ſolaribus, & ſingula die ad vnum vel duo cochlearia exhibeatur, prout pars erit
magis vel minus diſtans. Ita probantur magnæ antidoti, quarum tamen non ſit ita fre-
quens vſus, vt abſynthij & aliorum. ita licet exhibere aquas apouenſes: ſed ante primũ cya-
thum detur quatuor ex his pilulis. ℞. pulueris triſſaginis, iuæ, ſpij, dictamni cretici ana drac. j.
cum ſyrupo de fumaria fiant pilulæ xvi. quarum etiam licet tres ante cœnam exhibere, vt ali-
menta attenuantia, & detergentia euadant. Laudatur quoque ius galli decrepiti, quia di-

ſcutit

ſcutit flatus, exobſtruit, & euacuat materiam melancholicam, & præparetur cum ſena, epithymo, & deobſtruentibus, & diſcutientibus flatum, vt facit Meſues, & detur ad vnc. x. vel xij. & cum pilulis propoſitis cum ſero. & cum debeat præberi per quatuordecim, & quindecim dies, per quatuor, & quinque dies exhibeatur in ſumma doſi ad libras duas, & ſi non tollatur affectus, ad album ipſum veratrum recurrendum, de quo dictum eſt. Quod quidem tanto magis conuenit, quanto hypochondriaca pertinacior eſt, dummodo ventriculus admodum labefactatus non ſit. nam materia eſt fixa, & veluti lapidea. Sed ante ellebori adminiſtrationem aliud efficaciſſimum præſidium experiri debet, quod ſecuriſſimum eſt. Eſt autem medicamentum ex chalybe. Ideo licet accipere libras duas limaturæ tenuiſſimæ chalybis, & in aceto acerrimo, & vinoſo, ſub radijs ſolaribus macerare, & pluribus vicibus conterere, & leuigare, & præſertim æſtiuo tempore, vel ſaltem chalybs infundatur in aceto calente, & in fundo vaſis ſint cineres calentes, & ſic pluribus vicibus hæc attritio fiat. deinde oportet addere pro ſingula libra chalybis drachm. xij. pulueris confecti ex iua, ex triſſagine; & ſi adſint flatus, ex apio, ex cymino; ſi malum ſit in liene, ex corticibus capparorum, ex citrach, & alijs ſpleneticis. Sed quarta pars huius pulueris, ideſt drachm. iij. ſit pulueris ſeminum maluarũ, ne materia reddatur lapidea, qui puluis cum chalybe miſceatur. deinde accipiatur vas confectũ ex craſſo vitro, in quo oportet imponere ſexdecim libras vini, hoc eſt octo libras pro ſingula chalybis libra, quod vas chalybe, & vino repletum tempore æſtiuo ſub radijs ſolaribus exponatur, & permaneat per quindecim dies, & frequenter agitetur. Si non ſit æſtas, in hypocauſtis præparetur. detur autem poſt corporis expurgationem; & tempore, quo exhibetur, aluus ſponte, vel arte lubrica debet eſſe, vel ſingulis tribus diebus miſceatur aliquid ſenæ, vel epithymi, vel polypodij, vel nigri veratri, & detur incipiendo ab vncijs tribus, & ſenſim aſcendendo vſque ad decem, imo optimum eſt, vt ante vinum exhibeatur puluis, & chalybis ſubſtantia ad drachmam vnam, vel circa, cum ſemiuncia conſeruæ boraginatæ, vel de floribus cichoreæ permixta. & poſt horam ab aſſumpto medicamento ægri per ſtadiũ vnum, vel alterum feſtinanter ambulent. Extrinſecus vero applicanda attrahentia à centro ad circumferentiam, & niſi ſit inſignis feruor, non eſt vtendum cichoreo, ſonco, vel hepatica cum oleo roſaceo, quia augetur aff. ctio, & ſint in parua copia. Quare applicandæ hypochõdrijs, & dorſo cucurbitulæ cum magna flamma; & etiam ad valentiſſima aſcendendum, vt medicamentum ex ſinapi, ideo inter initia vtendũ mitioribus, vt oleo chamæmelino, anethino, & adipibus pro emollitione miſcendo aliquid cymini, aniſorum. deinde aſcendendum ad oleũ de ſpica, rutaceum, irinum; vel foueantur hypocondria ex oleo, in quo decocta fuerint ruta, anetum, abſynthium, polegium, aniſum, ſerpillum, cuminum, agni caſti ſemen, folia, & baccæ lauri, ſemen fœniculi, quia flatus diſcutit, & dolorem mitigat. Ex quibus poſſint etiam fieri cataplaſmata, ſacculi, qui vino albo calidi applicantur, ſupra ventriculum, & ſæpe immutantur: deinde aſcendendum ad olea deſtillata, & præſtantiſſimum eſt ex guaiaco deſtillatum, & ſiue ſit ex guaiaco, ſiue ex aromatis, adhuc præſtantius erit, ſi inſimul maceretur aliquid dictamni cretici, thapſiæ, iberidis: denique ad ſinapin aſcendendum; & ſi hæc adminiſtrabimus, malum eradicabitur: & hoc efficiendum tempore veris, æſtate quieſcendo, & autumno repetendo. Tandem ſi vitium fiat ratione cordis frigidi, & ſicci, & in cerebro ſit intemperies ſine materia, vtendum calefacientibus, & humectantibus cerebrum ſuperius propoſitis, videlicet ex malua, fœnugræco, & aqua dulci moderate calente. Sed præſertim oportet, reſpicere ad cor, non ſolum extrinſecus epithematibus cordialibus calefacientibus, & humectantibus, ſed etiam extrinſecus exhibenda cor lætificantia, vt lætificans Raſis. ita laudatur Theriaca, quæ quidem, vt ait Galenus, animum etiam male affectum ſanat, ſed eã in parua quantitate cum aliqua portione conſeruæ ex floribus maluarum, aut boraginatæ permixtam exhiberi conueniet, ſed de calefacientibus, & humectantibus cor in ſermone de eius vitijs loquemur. & ſi in primis vijs redundent ſuperfluitates, vel in iecore, totum expurgantibus ſuperius propoſitis vtendum eſt. Victus autem ratio ad calidum, & humidum vergat, & cibi ſint probi ſucci, pauci omnino excrementi, mediocriter humidi, concoctu faciles, & flatus expertes. vnde laudatur caro pullorum, phaſianorum, auicularum montanarum, hædorum, ſed tanquam omnium præſtantiſſima probantur perdices, francolini, & maiores coturnices, quas alij ruſticas perdices vocant. Similiter laudantur oua recentia, piſces ſaxatiles, truttæ, timalus, aurata, vel conſimiles, dummodo ventriculus valde frigidus, & humidus non exiſtat. cum carnibus autem iam dictis expedit boraginem, & bugloſſum decoquere. poteſt etiam aliquando concedi lactuca, intybus, malua. Sed potiſſimum laudatur ptiſſana cum iure dictarum carnium parata. inter fructus, tum vuis, tum malis dulcibus, & paſſulis vti licet. vinum autem in hoc malo præſtantiſſimum eſt; nam vini potus (vt inquit Galenus) omnes ſolicitudines, ac moleſtias aperte lenit, ac Zeno dicere ſolebat, vt lupini amari, aqua macerati dulceſcunt, ſic ſe à vino affici. ac reuera, ſi moderate bibatur, concoctionem, diſtributionem. ſanguinis ortum, & alimentum adiuuabit. Sed & animus noſter ab eo. & mitior, & audientior euadit: ſit autem album, tenue, non admodum vetus, optime dilutum. ſomnus denique omnino concilietur. Pro præſeruatione autem à Melancholia, ex Galeni decreto, ſingulis annis verno tempore, &, ſi opus eſt, etiam autumno, euacuandi ſunt: vacuatio autem fit, aut venæ ſectione, aut medicamento, aut hæmorrhoidibus reſeratis, id quod etiam tutius eſt. & dum aliud non prohibet, vſus lactis humori melancholico aduerſiſſimi probatur. ideo dicebat Gal. Scythas, lactis potatores, nunquam Elephantiaſi laborare. Quod autẽ mœſtitiæ, ſolicitudines, vigiliæ, & alimenta, ac reliqua omnia ſuccum melencholicum multiplicantia, ſint fugienda, ex dictis claret.

Mes. cap de tur gallorũ.

Medicamẽ cum ex chalybe.

Extrinſec' applicãda.

Ad melancholiã ex corde frigido, & ſicco.

Gale. lib. de Ther. ad Piſon. c. 13.

Victus ratio.

Vide Gal. 3. de loc. 7. H. 2.

Gal. l. quod animi mor. c. 3.

Galen 3. de humor com. 26 et l. quos purg. conue. c. 1.

Præſeruatio.

Galen. 2 ad Glauc. c. 10.

De

Digitized by Google

## *De Mania.* Cap. IIII.

Nomen.

MANIA, inſaniave, ſeu furor, in quem melancholia, dum progreditur, frequẽter ſolet abire, eſt illud vitium, in quo ægrotantes audaces adeo, & temerarij ſunt, vt formidandum ſit, ne quid mali, vt dicebat Galenus, etiam nobis affricent: nam affectum hunc tum rixa, tum agitatio, necnon etiam ſaltus conſequuntur, & vt ex dictis in ſuperiori capite apertum eſt, ſimiliter princeps functio deprauata eſt, ſed propter feruidã cerebri ſine tumore caliditatem. Hæc autem feruens caliditas, cum ad differentiam eius, quæ phrenitidem comitatur, in ſola intemperie, & nullo modo cum mala compoſitione, conſiſtat: proinde poteſt eſſe vel ſine materia, dum videlicet cerebrum intẽperie calida (& hoc ſæpe fit) potiſſimumque calida & ſicca ſine materia laborat, quæ præſertim ex cauſis externis calefacientib. oritur, vt ſi quis ſub radijs ſolaribus diutius immoretur, aut capiti calidiora applicentur: vel caliditas hæc feruens eſt cum materia feruenti cerebrum ipſum occupante. Quæ quidem materia vel eſt ſanguis feruens, vel flaua bilis non aſſata, vel eadem aſſata, vel melancholia ſupra modum exuſta, vel melancholia putrefacta. Quæ materia, vt in ſuperiori capite dictum fuit, vel in capite ſolo, vel in toto, vel in præcordijs congeritur. & à cauſis calefacientibus, & putrefacientibus producitur. Vnde malum hoc ſæpe incaleſcenti melancholiæ ſuccedit, & quemadmodum dicebat Galenus, plures viſi ſunt furore correpti, qui ab excandeſcentia, ira, vel mœſtitia principium habuere: idem poſſunt ſtudium immodicum, ſolicitudines, vigiliæ immoderatæ, præcedens phrenitis, aliave inflammatio, & æſtuatio, aut calida capitis diſpoſitio. Hæc enim vel cerebrum tantum, vel vnà totum corpus, ac redundantes humores calefacere, & exurere valent. Pro diuerſis autem delirii ſpeciebus variæ ſtatuuntur ab auctoribus differentiæ. Vnde lycantropiam, ſeu lupinam maniam vocitant, dum patientes noctu domos egrediuntur, & præſertim menſe Februarii, & more luporum vlulant, & ſepulcra ingrediuntur, & à bile, vel melancholia præaſſata originem ducit: Appellant autẽ maniam caninam, dum eſt cum rixa, & ira, ſed tripudio permixta, & ſocietate, & amicitia cum obedientia, & hæc fit per aduſtionem ſanguinis, cui aliquid aduſtæ bilis, vel melancholiæ ex ea genitæ permixtum ſit. dicebat enim Galenus, quòd fęx ſanguinis nunquam adeò acris ſit, vt ad atræ bilis acrimoniam perueniat: quod quidem immediate intelligendum eſt. Maniam autem ſcintillarem nominant, in qua oculi tanquam ignis ſcintillæ lucidi euadunt, & imaginantur ſcintillas, & ignes, & prouenit à vaporibus aduſtis melancholicis ex melancholia per aduſtionem ſanguinis, & bilis genita eleuatis. Hydrophobia vero, ſeu timor aquę ad tractatum de de venenis potius ſpectat, ſed quia, ex quorundam ſententia, fit ab atra bile, in qua tamen exceſſus quidam & venenoſitas adeſt, & in ea, vt inquit Galenus, princeps functio & mens deprauatur, & animus delirat, & in principio ſolitudinem deligentes hominum conſortia deuitant, propterea quidam vitium hoc in maniæ contemplatione collocarunt: vt plurimum autem fit tanquam ex cauſa primitiua ex rabioſorum animalium morſu. Sed poſt morſum à cane inflictum, dicebat Galenus, venenum poſſe nedum per quatuor, & ſex menſes, ſed etiam per annum occultari, & deinde aquæ timorem inducere (nam ſenſim generatur, inquit ipſe) & tunc in ſolidis partibus ſumma ſiccitas, & ignea caliditas obſeruatur quam affectionem caninum virus longo tempore parit, & ob id immedicabilior exiſtit, quod ſolidorum partium ſubſtantia in aliam tranſeat conditionem, vt in vitiliginibus leucis appellatis fieri conſueuit. Cognoſcimus autem furorem iam inchoate, dum mores amittunt, audaces fieri videntur, & ſunt verboſiores, quàm antea, non tamen adhuc delirant, & plus iuſto, & ſine ratione ridere ſolent, & oculos cauatos, & præter conſuetudinem mobiliores habent, & firmos detinere non poſſunt. Si vero affectus præſens & iam perfectus ſit, ſine febre delirantes ſunt, & admodum loquaces, temerarii, iracundi, vt percutiant, vel ſaltem periculum ſit, ne circunſtantes lædant, quod tamen non eſt perpetuum, vigiliæ ſunt pertinaciſſimę; multis acceſſionis tempore oculi ſanguinolenti fiunt, atque attenti, venarum adeſt extenſio, genarum rubor, corporis durities, aliena fortitudo, quia ratione corrupta, ſolus appetitus voluntarius dominatur: quæ ſigna maiorem adhuc certitudinem exhibent, ſi prius cerebrum calidis diſpoſitionibus fuerit affectum, aut ſolicitudo, mœſtitia, ac vigiliæ immodicæ, vel his ſimilia præceſſerint. Diſtinguitur autem à phrenitide, tum ex pulſu, qui in hoc affectu non eſt ita durus, & tenſus, tum quia non adſunt alia ſigna inflammationis cerebri; neque febricitant neceſſario; ſed hoc fit potius ex accidenti, & febris furori ſubſequitur, veluti in duobus obſeruauimus, quorum vnus cum in flumẽ principio Ianuarii ſe ſe proieciſſet propter conſtipationem, & calidorum effluxuum detentionem, febricitauit. alter vero cum eodem tempore per feneſtram ſe præcipitaſſet, propter internorum viſcerum contuſionem ſimiliter in febrem incidit, amboque primo à febre, deinde à furore curati fuere. Diſtinguitur autem Mania à dęmone obſeſſis, quia iſti, vt multa alia ſigna prætercam, quamuis idiotę ſint, tamen Græce, Latine, & alia à vulgo remota loqui ſolent, & ſacerdotum digitum pollicem, aut indicem nullo pacto in ore admittunt. Quod ſi fiat ab intemperie ſine materia, furor eſt ſimilis delirio ebriorum, & ſatis remiſſus. Prægreſſæ fuere cauſæ caput calefacientes, & aderunt ſigna calidi capitis ſine ſignis materiæ redundantis; ſi vero intemperies fit cum

Definitio.
Cauſæ.
Cauſæ materiales.
Cauſæ remotiores.
Differentię.
Hydrophobia.
Signa differentiarum.

Gal. 1. de ſympt. cau. c vlt. Aet. l. 6 cap. 8.
Galen. 2. de ſympt. 7.
Galen 2. de ſympt c vlt.
3. de loc. 7.
3 aphe. 40. & 6. aphe. 56.
Gal. 6. aph. com. 23.
Gal. lib de Theriac. ad Piſ.
Gal. 2 præd. com. 17.
Gal. 1. in 3. epid. 75.

materia,

materia,ſi ſit ſanguis feruens,ſolēt etiam ridere,quamuis furibundi ſint, facies tamen eſt hilaris, aſſidue canunt, & erit furor mitis,cum ſignis ſanguinis, de quibus in dolore capitis, ſi ſit flaua bilis non aſſata,homines nondum percutiunt, erunt tamen valde iracundi,& erit furor cum ſtudio, ſi ſit flaua bilis præaſſata, deterrimus erit furor, cum ſumma iracundia, & temeritate,vnde ſi permittantur, & non ligentur,aſſidentes, ſi poſſunt,interficiunt, & adeo maligna eſt affectio, vt etiam ſe ipſus mordeant; & neque riſus,neque fletus vnquam apparet.Si vero materia ſit melancholica, quæcunque ſit, cum furore aderit fletus, & timor, verum ſi erit præaſſata,vt facta ſit atra bilis (nam melancholiam, quæ fęx ſanguinis eſt, non tamen aſſata,dum atram bilem vocamus,nominibus abutimur,dicebat Galenus) ferina aderunt deliramenta,& percutere tentabunt. Si vero melancholia ſit tantum putrefacta, percutere non tentabunt, ſed diutius taciturni fiunt, ac loqui auerſantur, interim etſi diu loquuti fuerint, ſilere tamen nequeunt.

Prognuſtica.

Generatur autem frequentius mania in iuuenibus, ætatibuſq́ medijs, difficile in ſenibus, adhuc autem difficilius in pueris, & fœminis. Præ-

Gal 6. aph. com. 13.

nunciant autem maniam facilis ira, capitis imbecillitas, aurium ſonitus, ſplendor oculis obuerſatus, curæ, vigiliæ multæ, capitis grauitas, atque vibratio: vnde antequam malum progrediatur quàm citiſſime occurrendum eſt; nam vitium ſui natura eſt magni momenti, præſertimque ſi à bile præaſſata, vel à melancholia præaſſata ortum ducat. A furore autem ex Hipp. difficultas inteſtinorum, aut aqua intercus, vel mentis alienatio bonum; & per mentis alienationem, cum Galeno delirij intenſionem audire oportet: eſt enim bonum, quia indicat hoc ſymptoma naturam contra cauſam morboſam aggredi pugnam: ideo, ſi prægrediantur concoctionis ſigna, cum virium robore, licet intendatur delirium, non eſt deſperandum, dicebat autem Galen. Qui ex atra bile mente aberrantem,ſuperueniente tremore, certo moriturum affirmat, non fallitur, quia neruos vehementer ſiccaros oſtendit.Ex hydrophobia vero laborantibus neminem ſeruari poſſe, dicebat Dioſcor. inquit tamen Auicenna, quòd ſi quis à cane rabido demorſus aquam timens in ſpeculo reſpiciens ſe ipſum cognouerit,huic ſalutis ſpem non deeſſe.Sed vt pluriinū mortem proximam, vt ait Gal. hydrophobia nobis indicat, & quoſdam vidimus, qui paucarum horarum ſpatio cum aſſiduo vomitu piruitoſorum, biliosorum, & atribilarium humorum, & tandem ſpumoſi ſanguinis violenta admodum reiectione, periere.

Hip 7 apho. 5.

Gal in com. 55

Gal 1 prad. com 14.

Dioſc l 6. cap 36

Gal 3 in 3. epid. 75.

Indicationes.

Oportet autem vt hoc vitium depellatur, caput refrigerare, & humectare dum eſt intemperies abſque materia, & ſi ſit cum materia, ipſam, quæcunque ſit, euacuare, attemperare, refrigerare, & ſi craſſa, attenuare, ſi ſicca, humectare, ſi venenoſa,bezoarticis alexiteriiſque profligare, non tamen poſthabita totius prouidentia.

Materia medicina lis chyrurgia.

Oportet aūt cum Aetio,& aliis quamprimum venam aperire; præſertim dum furor à feruenti ſanguine ortum ducit, & euacuandus ſanguis in magna quantitate pro neceſſitate, & ſi vires non fuerint ita validæ bis,& ter aperienda.Secabat autem Aetius venas brachii, & expedit communem, vel cephalicam aperire, quia materia in toto & in capite reſidet. Si hæ non appareant,aperiebat venas tali potiſſimum in fœminis, & dum malum ex menſtrua ſuppreſſione oritur;quæ ſi non appareant,ſecanda ſaluatellas & hæc ſanguinis euacuatio pro totius euacuatione, facienda eſt. Sed quia interdum accidit, vt caput ſit repletum, ideo ex eodem auctore licet aperire venam frontis,narium,licet admouere hirudines naribus, venis temporum,venis poſt aures,quibus tamen non ſunt ægrotantes affligendi, niſi materia adeo ſit impacta, vt non poſſit per venas brachii, vel inferiores educi.

Aet.l.6.c.4.

Pharmacia.

Pro leniente vero oportet præbere dra.x.floris caſſiæ cū dra.ʒ.pulpæ thamarind.ſyrupi ſint refringerantes,vt nō modo opus ſit cichoraceis vti,ſed ēt de lactuca,de nenuphare,& pręcipue expedit hęc in ſero lactis decoqueretnā ſerū lactis eſt legitimū,& præſtantiſſimū atræ bilis remediū.Materia præparata purgantibus cū ſero lactis, vel cum caſſia exhibitis purgāda eſt, Rōne bilis detur rhabarbarum,ratione melancholiæ ſena, polypodium, epithymum enim nimis calefacit. ſed quandoque ad valentiſſima confugiendum: vnde,pro flaua bili, licet ſcammonium exhibere, vt ℞. dyagridii ſcrop. s. & cum ſyr. violato fiat pilula, poſt quam duæ vel tres libræ ſeri lactis caprini propinētur. Pro melancholia poſſumus exhibere veratrum,ita probatur confectio hamech diſtēperata cum ſero caprino, in quo bullierit ſena,polypodium, ſal indum, gingiber, & flores bugloſſæ,& tandem ex curatione phrenitidis maniæ curatio conſpicua eſt.Vnde ratione vigiliarum vtendum lotionibus, fomentis, & inunctionibus capitis ibi propoſitis, & intrinſecus ſyrupo de papauere, & diacodio cum ptiſſana hordeacea,quæ maxime vtilis eſt diſſoluto. & ſyr.de papauere debet præberi hora ſomni,cum lacte ſeminis papaueris, & vrgente neceſſitate requies Nicolai,aut recens theriaca,aut philonium, vel ſimile ſoporiferum exhibeatur.

Ad hydrophobiam.

Ad hydrophobiam vero, & rabiem arcendam poſt canis rabidi morſum,laudat Gal. ex propria,& aliorum mente aquam lycii indici optimi ad obolos tres per vndecim dies in crepuſculo propinatam,vel lycium ſolum cum ouo ſorbili, & item drachmam vnam caſtorei cum cyatho vini albi roſacei in potu bis in die. & item herbam alyſſon ad cochleare, ex tribus aquæ,& mulſæ cyathis;vas autem habeat foramen anguſtum, vel cooperiatur, paruo relicto foramine, vt dum aquam exhibemus ipſam non formident. & idem Galenus ad aquæ metum vtitur hoc medicamento ℞. lathyridia vnc.vnam, caſtorei drah.tres,contere & denarium ex roſacei vini hemina potui præbe,vel fiat catapotium ſic,℞.caſtorei drach. vnā, & ſemis, lathyridis grana nouem, miſce & porrige, vel ℞. caſtorei drach.octo, lycii indici drach.quatuor,gentianæ drach.duas,cancrorum combuſtorum (non gammarorum,vt quidam perperam faciunt) drach. vnam, & ſem. ex melle commixta exhibeantur. ita maxime probatur Theriaca, ſed reliquis omnibus antidotis pręſtat,& canini veneni bezoarticum eſt, puluis cancrorum fluuiatilium ſecundum artem combuſtorum per plures dies exhibitus vti docet Galenus in lib. 2. de ſimplici med. de quo in quinto de morbis occultis libro fuſius egemus.

Gal 2 de antidotis c.11.

Gal l. cit.s. vls.

Gal. l de Ther ad Piſo c.14.

mus. Ea autem, quæ extrinſecus applicantur, tum eodem loco, tum in ſermone de vulneribus, & potiſſimum à cane rabido, ſiue ſint cucurbitulæ, ſiue medicamenta attrahentia, & veſicantia, diligentiſſime proponentur. hoc vnum nullo modo prætereundum eſt, quod in rabidi canis morſu nullum remedium præſtantius, & ſecurius, vt longa experientia probauimus, adinueniri poteſt, quam panis exorcizatus, & deuota quadam benedictione inſignitus, quem præparare ſolent Monachi ordinis Diui Benedicti, & præſertim qui in Abbatia, quã vocant Folinæ Taruiſini diſtrictus, commorantur, &, quod maiorem adhuc noſtræ religionis vim arguit, reticere nullo pacto poſſum, quod dum praxim in patria Forouilienſi publice profiteremur, tres iuuenes eadem die, & hora ab eodem cane rabido fuere demorſi, & præter medica auxilia, quæ ipſis tum intus, tum extra eorum nempe vulneribus eadem prorſus fuere adminiſtrata, iuſſimus vt panem conſuetum, de quo meminimus, deuorarent. contigit autem vt ex his vnus, qui Germanus erat, & natione Carinthius (quæ tota penè hæretica labe infecta eſt) panem quidem comederet, ſed cum ſpretu, & ludribrio, quo fit vt elapſo menſe hydrophobia correptus, quamcitiſſime cum rabie fuerit extinctus. reliqui vero neq; tunc temporis, neque ſequentibus annis, aliquid mali paſſi ſunt, quod non mihi quidem, ſed quibuſdam alijs maximam attulit admirationem.

## *De Lethargo.* *Cap. V.*

*Continuatio.*

CVM de qualibet principum functionũ deprauatione abunde dictum ſit, tempus eſt, vt earundem imminutionẽ aggrediamur. De Lethargo vero primo loco pertractabimus, primo vt à calidis exquiſite cerebri affectibus, ad exacte frigidos per medium illud vitium, quod partim frigidum, partim calidum eſt, tranſeamus: ſecundo vt, quemadmodum in ipſarum principum functionum corruptione rimanda ab eo vitio, quod erat cum febre, auſpicati ſumus, ita dum earum imminutionem contemplamur, ab eo pariter malo, quod ex Galeni ſententia perpetuo febrem haber annexam, ſumamus initium. & hoc eo magis, quod in lethargo idem prorſus afficitur locus, qui in melãcholia, & mania affici ſolet. At vero per lethargum, vnà cum reliquis, inertem illam obliuionem, vt eius nomen ſonat, cum inexpugnabili dormiendi neceſſitate, quam latini veternum quoque nuncupa e ſolent, intelligimus.

*Nomen.*

*Definitio.*

Iſque nil aliud eſt, quàm principum functionum ingens imminutio propter pituitã in cerebri corpore putreſcẽtem. dum autem diximus eſſe imminutionẽ principum functionum. lethargum ab apoplexia, epilepſia, caro, ſtultitia, & affectibus, in quibus auferuntur hæ functiones, diſtinximus. dum ſubiunximus hanc imminutionem ingentem eſſe, per hanc particulam ipſum à læſa memoria, & ratione, dum vndequaque non auferuntur, ſed ſecundum partem labefactantur, ſeparauimus. & quia in pluralitatis numero functiones accepimus, eundem à ſola memoria læſa ſegregauimus. nam in lethargo nedum memoria, vt inquit Galenus, verum etiam imaginatio infirma, & veluti deficiens redditur. Quod ſi imaginatio ex Galeni ſententia omnino non aboletur, ſed valde, vt dictum fuit, & in extremo imminuitur, cogimur fateri memoriam quoque, quæ vnà cum imaginatione ab eadem cauſa per ſe læditur, in eadem menſura noxam ſubire; dummodo cauſa huius vitii anteriorem & poſteriorem cerebri partem æqualiter occupet. His autẽ functionibus per ſe læſis, neceſſe eſt, vt etiam ratio ex accidẽti, vt in capite de phrenitide, & melancholia demonſtratum fuit, ad earum portionem lædatur.

*Galen. 3. de loc. c. 5 et li. de diff. ſym. cap. 3.*

*Gal. 3. apho. com 30.*

*Gal. 7. aph. 76.*

*Galen. 4 de cau. pulſ. c. 13.*

*Cauſa proxima & cõtentiua.*

Huius autem ſymptomatis cauſam principalem, & contentiuam diximus eſſe pituitam, quia, vt inquit Galenus, febres quidem lethargicæ fiunt ex humore pituitoſo in cerebro aceruato. & alibi dicebat lethargum in cerebro conſiſtere, & fieri ex humida, frigidaque materia, & proinde pituitoſa. & idem ita ſcribebat, lethargum quoque ex humore pituitoſo gigni, in commentarijs, quos ſcripſimus de morbis, oſtenſum eſt. & alio in loco ſic inquit: Fit enim lethargus cùm locum, in quo princeps animæ pars reſidet, humectarit, diluerit q; pituita. & alibi aſſerit ex forti cerebri refrigeratione humiditati miſta lethargicas paſſiones fieri. hæc autem non niſi à materia pituitoſa poteſt oriri. Idem teſtatur Philotheus, vt Aetium, & Paulum omittam, dum ait. Lethargus paſſio eſt in cerebro conſiſtens ex humida, frigidaque materia generationem habens.

*Gal. 1. præd. 1.*

*Gal. 2. aph 3 Philotheus 7. aphor. vlt.*

*Gal. l. de cõpendio pulſ. capit. 3.*

Quod autem lethargus producatur à pituita non modo in poroſitatibus cerebri collecta, verum etiam eodem in loco putrefacta, & ſubinde inflammata, ſeu calefacta, ex eodem Galeno, vt cæteros prætercam, apertiſſime colligitur. is enim ita ſcribit: Si vero malum ex pituita, quæ computreſcat in cerebro, excitetur, ſic quoque lethargus erit. & paulo ſupra dicebat: humidæ cerebri intemperantiæ pulſus molles, progreſſu temporis, & hominẽ comatoſum reddunt. Si vero etiam febris calor eis adiunctus ſit (qui quidem ex pituitæ videlicet oritur putredine) tum morbus lethargus nominatur, & itẽ alibi ait, quod ſi aliquando humor putreſcat, vtique cum febre incidunt ſoporiferorũ affectuum genera, vocaturq; morbus lethargus. & loco ſupra citato Philotheus dicebat lethargum quidem fieri ex pituitoſa materia in cerebro conſiſtente, ſed cum febre debili, quia videlicet pituita hæc computreſcit. idem apertiſſime nobis oſtendit Galenus, dum inquit: Febres quidem lethargicæ fiunt ex humore pituitoſo in cerebro aceruato, prioribus autem ætatibus humor hic deficit magis, quam ſuperabundet. in ſenili autem ætate plurimus quidem eſt, verum propter ætatis frigiditatem febres non accendit, in ijs autem, qui ab ætatis vigore declinant, & hic humor ſuperabun-

*Galen. 13. meth 21 & 3. del 5 Philotheus 7. aphor vlt.*

*Gal. 3 aph. tex. com. 30*

dat, &

Digitized by Google

dat, & nondum corpus frigidum eſt; ideo facile eſt, vt in hac pituita putredinalis calor ac-
cendatur. idem colligimus ex eodem Galeno dum lethargum cum peripneumonia confer-
re non dubitauit, quæ quidem & ipſa ex pituita hac putreſcente, & inflammata in ipſo pul-
mone generatur. Dictum autem fuit pituitam hanc non in ventriculis, ſed in cerebri cor-
pore computreſcere, quia, vt infra patebit, cum oculos aperiant, audiantque dum vocantur,
& reſpondeant, ſignum eſt ventriculos ductusq; ſpirituũ ad ſenſoria organa pertinentes ab
hac materia immunes eſſe, quod etiam teſtatus eſt Galenus, dum ait in lethargo cerebrum ip- *Galen. 3. de loc. c. 5.*
ſum, quatenus pars ſimilaris eſt, affici. & locum in quo princeps animæ pars reſidet à pituita
dilui, & humectari, ex quibus verbis, nec non etiam ex tot alijs Galeni auctoritatib. ſuperius *Gal. 1. prod. 1.*
deſcriptis apertũ eſt, nullo pacto ab hac materia pituitoſa tenſionem, & tumorem in cerebro
procreari, ſed aliquando. Auicẽna vero ipſum apoſtema pituitoſum eſſe enunciauit, quoniam *Auice. 1. 3. tra. 3. c. 7.*
Galenum ipſum lethargũ ita deſcribentem vidit: ait enim. Lethargus eſt abſceſſus in princi- *Gal. 7. aph. vlt.*
pe parte cerebri ex materia pituitoſa genitus. quod tamen, ut ex alijs auctoritatib. liquet, nõ
eſt ita interpretandum, vt per abſceſſum tumorem intelligamus, ſed per abſceſſum intelligit
ſimplicem materiæ pituitoſæ in cerebri poroſitatibus collectionem, & putredinem, vt ſolet
etiam alias materiæ in loco præter naturam collectiones abſceſſus appellare, præſertim vbi
collectionem putredo ſubſequatur. Quod autem nõ omnis abſceſſus ſit apoſtema, ex empye
mate, in quo nullo modo magnitudo aucta coniungitur, manifeſtum eſt. Auicenna vero ex
praua traductione fuit deceptus, nam primus interpres loco abſceſſus tranſtulit apoſtema. &
ideo alibi dicebat idem Galenus, lethargum eſſe vitium contrarium quodammodo ſecundũ *Gal. 13. meth. 21.*
ſpeciem phrenitidi. inquit, quodammodo, quia phrenitis eſt tumor vel apoſtema à calida ma-
teria tum per ſe, tum ex accidenti: lethargus vero fit quidem à materia per ſe frigida, ſed ca-
lida ex accidenti, & ratione putredinis; ſed præterea in lethargo à pituita tenſio, & tumor
non producitur, & propterea lethargus non eſt affectus exquiſite contrarius phrenitidi, quia
non amplius ſunt ſub eodem genere exquiſite conſtituti. ſimiliter potuit Galenus ita loqui,
quia licet phrenitis ſit inflammatio calida, lethargus autem quodammodo frigida, attamen
non ſunt vitia exacte contraria, quia non ſunt nata circa idem ſubiectum fieri, nam materia
pituitoſa ſolum in cerebro, materia autem calida potiſſimum in membranis cerebri putreſce
re, & inflammari nata eſt. vere autem contraria ſunt illa, quæ cum ſub eodẽ genere maxime
diſtent, circa idẽ ſubiectũ fieri ſunt apta. Quod autem in lethargo tumor, & tenſio nullo mõ
producatur, præter auctoritates Gal. & omniũ Græcorum, qui nũquam ipſum tumorẽ, vel in-
flammationem eſſe dixerunt, ratione quoq; demonſtrari poteſt. Si enim à nimia ſanguinis co
pia in cerebri venis contenta, cerebri poroſitates, & eius ventres ex compreſſione adeo angu
ſtantur, vt ex omnium conſenſu ſanguinea apoplexia ſuboriatur; quanto magis à materia fri
gida, & non in venis, ſed in cerebri corpore concluſa, & adeo copioſa, vt ab ea tumor,
& tenſio in cerebri corpore producatur, eadem apoplexia ratione compreſſionis illico pro-
moueretur? vel ſi non apoplexia, cur ſaltem caros nõ producitur propter eandem compreſſio-
nem, vt in vulneribus capitis ab oſſis fruſtulo comprimente contingere cernimus? Inſuper ſi
in apoplexia, in qua tanta reperitur materiæ copia, vt ex Galeni, & omnium ſententia integra
anguſtia in cerebri ventriculis, & poroſitatibus promoueatur, non tamen tumor aut tenſio re
peritur, quia apoplexia non in magnitudine aucta, ſed in via à Galeno morbus ſtatuitur, quã-
to minus idem tumor, ſeu apoſtema in lethargo, in quo vident, loquũtur, & aliquo pacto ima
ginãtur, producetur? quod eo minus opinandum eſt, quo cerebrum ad inſtar ſpongiæ mul-
tis meatibus, & cauitatibus, & ductibus per quos aſſiduo pituitoſa materia percolatur, prædi
tum eſt, vt ſi forte tanta in eo materia colligatur, vt hi pro eius expurgatione non ſufficiant,
apoplexiam procreari neceſſe ſit. Hinc fit vt Galenus inter altos ſopores, apoplexiam videli- *Ga. 13. met. 21.*
cet, carum, & catochem ex vna, & lethargum ex altera nullam aliam differentiam poſuerit,
niſi ſolam putredinem, nam in his frigida materia non putreſcit, in hoc autem putrefit. de
tenſione autem & tumore ne verbum vnquam fecit: Patet igitur quænam ſit lethargi tum na

*Lethargũ nõ eſſe tumorẽ cerebri ratione probatur.*

*Cauſæ remotæ.*

tura, tum proxima & principalis cauſa. Nam ſi de cauſis remotioribus ſermo fiat: cum à mate
ria frigida, ſed ab extraneo calore inflammata, & putreſcente, producatur, cauſas tum refri-
gerantes, tum caleſacientes ſibi vendicat. hinc fit vt ex Hip. ſententia poſt conſiſtentem æta- *Hip. 3. aph. 30.*
tem, & potius in principio declinantis ætatis homines corripiat. & ſi de primitiuis cauſis ſer-
mo fiat, ab aeris frigiditate, à vino vinoſo copioſe ſumpto, & ab vſu cæparum, & ad caput eua
porantium præſertim viſcidos vapores, ſoleat promoueri. idem efficit ſomnus multus præci-
pue poſt repletionem, & ventre ſupino, & potiſſimum diurnus, repletio nauſeatiua, vſus co-
pioſus fructuum, & cuiuslibet, in quo euaporatio & putrefactio reperitur. Lethargici autem

*Signa.*

facile cognoſcuntur, quia veluti amentes omnium fere obliuiſcuntur, &, vt inquit Galenus, ij *Gal. li. de comate c. 3.*
" neque priuatim, neque ſapienter quid dicunt, ſed difficulter ſentiunt, neque puncti facile ex-
" citantur, immobiles, & veluti muti perpetuu iacent, ijs, qui profundo ſomno immerſi ſunt, fa- *Lib. de com cap. 2 & 1. prad. 1.*
" ne conſimiles. nam vt idem ait propenſio ſomnolenta eſt lethargicorum propria, & cum illis
" ſemper iuncta eſt. ideo palpebris ſemper conniuere volunt, & quieſcere, & vix interpellati re *Philotheus. 7. apho. vlt.*
" ſpondent, & oſcitant crebro, & hianti ore aliquandiu perſiſtunt dum violenter excitantur,
" & rurſus dormiunt. Reſpiratio rara eſt, & imbecillis, quia, vt ait Philotheus, vitium hoc vnà
cum ſpiritus animalis imbecillitate prouenit. Pulſus ex Galeno ſunt magni, molles, languidi. *Gal. li. de cõpend. pulſ. c. 16 & 32 & 4 decau. pul. 13.*
Si enim arteriam digitis compreſſetis, pro maximo minimus pulſus apparebit. ita tardi ſunt,
rari, vndoſi, ac turbulenti, potius intermittentes, quàm intercurrentes propter materiæ frigi-
ditatem. ita ſolet coniungi ſingultus, vrinæ retentio, albedo linguę. & deijciunt, vt plurimum
liquidiora: quibus exigua valde ſalutis ſpes eſt. & vrinam reddunt iumentis ſimilem. diſtin- *Lib. de com pend. pul. 41*
guitur autem ab alijs vitijs ſoporiferis, quia licet ſomno inexpugnabili fere teneantur, at-

*Signa lethargũ à reliquis ſoporiferis vitijs diſtinguẽtia.*

tamen

tamen dum vocantur tunc temporis reſpondent,in caro licet pungantnr,commouentur quidem, ſed non loquuntur. vnde dantur hi gradus; in apoplexia, quia materia peccat in nimia quantitate, ratione cuius in ventriculis, & poroſitatibus cerebri integra fit anguſtia,neque commouentur,neq; ſentiunt.in caro,quia materia peccat qualitate,& nõ in tanta quantitate, vt integra fiat anguſtia, & qualitas hæc tum in frigiditate, tum humiditate conſiſtit, ſentiunt quidem & commouentur puncti,non tamen loquuntur. in lethargo, quia materia ad animalem facultatem imminuendam ſola humiditate concurrit, ſentiunt, & loquuntur, nam ſemper interrogati reſpondent.nam animalis facultas quanto ab humiditate materiæ labefactatur, tanto ab extraneo ipſius calore excitatur. in phrenitide autem cum comate permixta, quia à calidiori materia in cerebri membranis, quæ ſunt eximio ſenſu præditæ,fit tumor,& tenſio doloroſa producitur,ideo quamuis comate ſen propenſione in ſomnum ſemper teneantur, hæc tamen propenſio ſomnolenta non eſt, & ideo quamuis oculos clauſos detineant,non tamen dormiunt,imò vt in capite de phrenitide dictum fuit,ſtrepitus facillime ſentiunt, & ſtatim uculos apetientes loquendo delirantes ſe detegunt. & ratione tenſionis membranarum in eis pulſus contrarius potius deprehenditnr: eſt enim tenſus durus, & paruus. tandem in phrenitide ſyncera, quia nulla penitus frigida materia permixta eſt,fere perpetua vigilia exercentur, & nulla in ſomnum propenſione, niſi propter animalem facultatem omnino defeſſam id accidat, detinentur. Inſnper lethargus à caro diſtinguitur ratione febtis.nam in caro non eſt iuncta febtis, vel ſi iuncta ſit, præcedit, & eſt febris ptincipalis, quæ ex purreſcente materia in venis potius, & citra inflammationem partis determinatæ originem ducit. in lethargo vero potius ſubſequitnr; non enim eſt principalis, ſed putredinem, & inflammationem pituitæ comitatur.Diſtinguitut antem ab inflammatione pituitoſa ſepti tranſuerſi,quæ tamen raro admodum fit propter materiæ craſſitiem, & ſepti denſitatem, quia in hac ſymptomata, quæ in principio apparuere ſepti regionem affligebant, aderat tenſio in præcordijs, & dolor in illis partibus, non in capite. quod ſi præceſſit granitas capitis,& dolor in capite, ſignum erit lethargi.

Prognoſtica.

Hoc antè malum prænunciare ſolent tremor capitis, eiuſdem grauitas præcipue partis poſterioris, & dolor paruus, ſed continuus, extenſiuus, & granatiuus. eſt autem vitium hoc acutiſſimum: cum ſit membri nobiliſſimi affectus inflammatorius quodammodo. vnde & in qnarta, & in ſe-

*Hip. 2. de mor*

ptima, vt ait Hippocrates, interficere ſolet, quod ſi ſeptimam pertranſeat, poſſunt reſtitui. tationem reddit Galenus, dicens, indicium eſſe morbum declinare ſecundum

*Gal 7. aph. 10.*

vigotem, & non eſſe ita potentem, ſed mitiorem tedditum, & natnram eſſe robuſtam, vt quemadmodum in quatuor, & ſeptem diebus morbi vehementiæ reſiſtere potnit, ita poſſe morbum mitiorem redditum ſuperare. In lethargo autem ſi reſpiratio facilior fiat, & fortis, & coma imminuatur, & ſenſuum hebetudo,& membrorum tremor, præcipueque ſi appareat aliqua bona ctiſis, vt apoſtema poſt aures, vel in capitis cnte, & pnlſus languidior non euadat,aliqua ſpes curationis adeſt. contra, ſi tremor membrornm multiplicetur,& ſudor frigidus præcipue in fronte, & pulſus languidus, & reſpiratio parua fiat, ſed frequens

*Hip. 7. aph. 76.*

cum anguſtia malum eſt lethale.Ait autem Hippocrates in lethargo tremor malum. quia, vt inquit Galenus, fit materia propter incontinentiam ſui ad neruos mototios deneniente, qui

*Gal. in com.*

à parte poſteriori ſunt magis, ex cuius infuſione nerui ſunt remolliti, ſpititu non omnino,
» ſed quadam ex parte deficiente,vel in eo fit tremor, quia materia flatuoſa reſoluta cerebri
» membranas, & neruos ab eis ortos,mouet & concutit.

*Philotheus. 7. aph. cit.*

Philotheus vero ait, tremorem in lethargo malum eſſe,quia ſignificat tantam eſſe ftigidam materiam,vt & dorſalis medulla particeps ipſius fiat, indeque neruoſum genus ob repletionem conuulſione corripiatur.

Indicationes.

& cum lethargus ſit affectus quodammodo inflammatorius, nil enim abeſt niſi tenſio, ideo ſcopi curatiui debent ijdem ſere in eius curatione contemplari, qui in capite de phrenitide fuere propoſiti. diffetentia ſolum eſt ratione materiæ, quia in phrenitide erat ſeruens, in lethargo vero cum ſit pitnitoſa, & ſolum ex accidenti calida, ſatis remiſſam caliditatem habet.

*Galen. 13. met. 21. Pau. lib 3. c 9. Aet li. 6. c 3 Alex. l. 1. c. 24.*

Curatio. Chirurgia.

Græci vero pro vitij huius curatione quamprimum venam ſecant.ideo præmiſſo clyſtere ſtatim euacuandus ſanguis, ſed in parua admodum quantitate,non enim licet quatuor, aut quinque, vel quod plurimum eſt ſex vncias tranſcendere, dummodo adſint requiſita in hoc remedio, non enim ſanguis, ſed pituita potius redundat,& prædominatur, licet etiam vti cucurbitulis,licet aperire venas narium frontis,& ea omnia ſunt agẽda, quę in phrenitide pro euacuatione ſanguinis in capite exiſtentis, propoſita fuere. pariter vbi ſomno admodum profundo detinentur vbi corpus maiori ex patte fuerit enacuatum, admirabile præſidium eſt veſicatoria poſt aures applicare. Recipiendo ventris cantharidum drach. j. ſem. ſinapis ſctop. j. caſtorei ſcrop. j. fermenti drach. ij. cum aceto ſcillitico, vel aqua vitæ fiat paſta. idem dicendum de cucurbitula cum magna flamma inter primam, & ſecundam vettebram applicata. Admirabile etiam eſt in lethargo caro, & alijs ſoporiferis affectibus ſetaceum in eodem loco. nam illico renellit, deriuat, & deinde ſenſim euacuat. ita proſunt ligaturæ, frictiones ſatis violentæ manibus inunctis in oleo calidiore, vt ex caſtoreo, paratæ, & efficiendæ per tres, per quatuor horas poſt cibnm, quando fit euaporatio ad caput. ita à cibo ob eandem cauſam partes extremæ vinciendæ.

Medicamenta cõmunia.

Si loquamur de medicamentis reſpicientibus totum, lenientia, & alia ſuperfluitates pituitoſas reſpicere debent. Vnde materia poteſt præparari cum decocto thymi, hyſſopi, pulegij, betonicæ, ſampſuci, boraginis præcipue ſi in hydromelite decoquantur, & ſui ſyrupi addantur. circa purgantia animaduertendum ſi aliquis rigor apparear, quia indicat materiam pituitoſam in

*Auic 1. 3. tra 3. c. 7.*

caput ferri, quod fit quia vehitur à bile: ideo poteſt dari ſcammoneum citra minimam doſim ad Grana iij, nam pituita non bilis dominatur. Pro qua Auicenna turbit,& colocynthide

vte-

vtebatur. vnde licet exhibere pilulas cochias, & ſi non poſſint deglutire, diſſoluantur &
intra os immittantur, & nares obturentur. ita licet exhibere ſcrop. ſemis, vel ſcrop. vnum
trochiſc. allanda. pariter intrinſecus maxime prodeſt vſus caſtorei, vt ex Alexandro deplo- *Alex. lec.*
ratos reſtituat. Et poteſt dari cum oxymelite, vel vino, non tamen adſtringente, vt reci- *cit.*
piendo caſtorei drach. j. oxymelitis, vel etiam hydromelitis vnius, vel alterius vnciam vnam,
**Topica.** & detur vnica vice. quidam vero exhibent ad grana iij. cum ſemuncia oxymelitis, ſed non
**Euacuantia caput.** vnica vice. exhibetur autem per horam ante acceſſionem. Topicis autem ratione capitis vti-
mur, vel intus, vel extra, & euacuant ſenſibiliter, vel inſenſibiliter. ideo Galenus probat eua-
cuationem per os, per inunctiones palati, & per nares, per ſternutaroria. dicebat enim Gale-
nus, cerebri affectus, vt eſt veternus, & altus ſopor, non parum medicamentis ſternutamen- *Gal. 13. met. cap. 21.*
,, ta cientibus curantur, detrahunt enim cõfertim ſternutamenta craſſos glutinoſoſque mucos
,, ex cerebro, quos vnà cum ſpiritu extrinſecus delato excutiunt. Ideo licet inungere pala- *Gal. li. de in ſtr. odor. c. 6.*
,, tum cum magis antidotis, cum ſinapi melli miſto, cum diambra, diamoſco. Sternutatoria ve-
ro fiant ex nigella, ſtrutio, elaterio, ſed potiſſimum ex turbit, ex colocynthide ſemper miſcen
do aliquid caſtorei, vt ℞. colocynthidis grana x. caſtorei ſcrop. vnum, melanthij grana xv.
decocti calamẽti montani vnciam ſemis. miſce. & tingatur goſſypium in hoc medicamẽto, &
intra nares immittatur. licet etiam vti pulueribus ſine decocto, ex his confectis. quia his ca-
put expurgatur, calefit, materiaque attenuatur. & quidam eques deſperatus in virtute vali-
diſſimi ſternutatorij, facta per nares copioſiſſima euacuatione, à morte fuit vindicatus. Idem
obſeruandum in euacuantibus inſenſibiliter, vt videlicet his, quæ à proprietate occulta le-
thargo aduerſantur, ſemper vtamur. vnde intrinſecus probatur vſus caſtorei, vt dictum eſt,
**Reprimẽtia.** & magnæ confectiones. Extrinſecus, quia vitium magni momenti eſt, capilli tondendi, & ap-
plicanda medicamenta, quæ potiſſimum caſtoreum excipiant, & capillos hominis combu-
ſtos. inter initia autem poſt venam ſectam ſufficit pro reprimente applicare oleum roſatum,
**Reſoluentia.** ſeu completum, & tepidum cum aceto. In declinatione vero licet ſit eadem curatio, vt ait
Galenus, phrenitidis, & lethargi; tamen in hoc valentioribus vtendum, quia materia eſt
copioſior, craſſior, viſcidior, profundior. ne tamen amentes fiant, caute progrediendum, *Gal. 13. met. 25.*
vt quamuis valide diſcutientibus egeamus, tamen à mitioribus ne tenue diſſipetur, & quod
craſſum eſt, remaneat, inchoemus. ideo licet vti columbis viuis diſciſſis, & mitioribus in
phrenitide propoſitis. Expedit vti ſtillicidio accipiendo ſerpillum, hyſſopum, thymum, ſa-
tureiam cum pauco caſtoreo, & in aceto, & oleo decoquere, &, ſi oleum ſit irinum, melius
erit. Tandem ad valentiſſima licet aſcendere, videlicet ſinapim recipientia, non ſine caſto- *Meſues cap. propr.*
reo. ſinapiſmata vero fiunt, cum caricis & ſinapi in portione, vel æquali vel dupla vnius, vel
alterius, prout volumus medicamentum efficacius conficere. Sed potiſſimum licet hoc vti
medicamento, ſed in fine: ℞. ſinapis drach. iij. caſtorei ſcrop. ij. pilorum humanorum vſto-
rum puluerizatorum drach. 1. calamenti montani, ſtœchados an. manip. ij. ammoniaci, bdel-
lij, an. ſcrop. ij. reſinæ terebinthinæ vncias iij. miſce, & capiti applicetur. Eodem tempore
licet conficere odoramenta decoquendo in aceto thymum, pulegium, origanum, vel ſimile,
miſcendo caſtoreum, & naribus vapor recipiatur, ſicuti 13. meth. 21. Galenus docet vt ſcili-
cet vapor ad cerebrum ſublatus craſſitudinem humoris diſſecet. Qui etiam mox palatum va-
lentibus & acribus medicaminibus vngebat, & ab his etiam ſternutatorijs vtebatur: & tum
capiti ſimiles præſidiorũ facultates imponebat, adaucta ſemper eorũ, vſq; ad ipſum, ſinapi,
vehementia, ſi vitium diu protrahebatur. Pariter, vt aiunt quidam, cornua capræ leui flam-
**Victus ratio.** ma torrefacta, ſi naribus fumus excipiatur, grauem ſomnum depellit. Denique Græci ma-
lo declinante laudant balneum, in quo tamen caput nullo modo madefaciendum eſt. ipſius
autem modus & vſus ab Alexandro docetur. Qui etiam iubet vt in hoc malo, cum ſit peracu- *Alexã. loc. cit. 14.*
tum, victus ſit admodum tenuis, & extenuans. ideo pro cibo laudatur ptiſſanæ cremor, vel
ptiſſana ipſa ſola interdum cum oxymelite mixta, aut in qua hyſſopi coma, vel thymi fuerit
incocta. idem exhibet ſuccum amygdalaceum cum melle. nam mel eſt cibus medicinalis,
quia pituitam attenuat & diſſipat. miſcet autem ſuccum amygdalarum non pro cibo, ſed
pro vehiculo. Sed ſi vires non ſubſiſterent præcipue tranſacta ſeptima, licet vti carne pulli
gallinacei, perdicis, auicularum montanarum, cinnamomo, vel caryophyllis conditarum,
pro potu laudatur hydromel, oportet enim vinum cauere præterquam in declinatione, vn-
de quandiu perſiſtit affectus inflammatorius abſtinendum à vino, vbi incipit febris remitti,
tunc poſſimus vinum præbere. Aer cubiculi alteretur odoramentis ex caſtoreo, galbano, ſa-
gapeno, ſulphure, pice liquida, vel Thymo, pulegio, hyſſopo, origano in aceto decoctis addi-
to caſtoreo. Aluus lubrica ſeruetur. ideo clyſteria in hoc malo principatum obtinent, quibus
vtendum bis in die, & parentur ex decocto herbarum calidarum iam dictarũ ad lib. j. adden
do oleum commune, uel roſatum, hieram, agaricum ſi opotuerit, & electuarium indum, ex
quibus etiam cum melle ſuppoſitoria fieri poſſunt. Vrina, dum ſupprimitur, non tantum
cum animalibus ſolitis, in capite virgæ immiſſis, verum etiam cum irrigatione pubis cum
oleo rutæ, aut irino, addito pauco caſtoreo, prouocetur.

## *De memoratiua, imaginatiua, & ratiocinatiua functione imminuta, & ablata.* *Cap. VI.*

*Galen. 3. de loc. 1.*

QVandoquidem memoria, & ratio, vt teſtatum reliquit Galenus, ab eadem cauſa læduntur, ut differentia ſolummodo circa locum affectum ſpectanda ſit. dum enim memoria læditur, cerebrum potiſſimum ſecundum poſteriorem partem, dum ratio noxam incurrit, ſecundum anteriorem magis afficitur, (quo fit vt dum memoria labefactatur, temporis tractu ratio quoque ſimilem noxam ſuſcipiat, & è conuerſo) non alienum erit ſi cum cæteris praxim pertractantibus de harum functionum defectu eodem ſermone tractauerimus. Inſuper cum ſuperius non ſemel, ſed pluries dictum ſit, rationem, ceu non organicam, non per ſe, ſed ſolum ex accidenti, & potiſſimum ex imaginatiuæ functionis læſione noxam ſubire, ad hoc enim vt propria munia obeat, imaginatiua, quæ quidem organica eſt, & in corpore exiſtit, perpetuo indiget, hinc fit, vt eodem pariter ſermone de ſimili imaginationis læſione nobis agendum ſit. de memoriæ quidem & imaginationis læſione veluti de functionibus, quæ à facultatibus organicis prodeuntes, per ſe offendi poſſunt: de ratiocinatricis autem offenſa prout de illa, quæ vnà cum cæteris, & præſertim cum imaginatrice ex accidenti ad portionem ſemper oblæditur. & hinc factum eſt, vt Diuinus Galenus de principum functionum defectu loquens, quemadmodum læſionis tum in memoria, tum in ratione, tum in vtraque conſiſtentis mentionem egit, vnde dum ratio imminuitur moroſim, dum auſertur amentiam vocant, & ſi vnà cum ratione memoria lædatur, Galenus ſtultitiam, ſeu fatuitatem, quæ quidem, vt alibi ait, citra delirium ſymptoma eſt, appellabat; ita de imaginatricis nocumento ne verbum quidem vnquam fecit, quia læſio rationis ex eius læſione potiſſimum depender, quoniam læſa imaginatiua, vt toties diximus, ratio per accidens ſimul offenditur, vt rationis noxa pro imaginatricis læſionis ſigno nobis deſeruiat. quod ſi non eſſet, non ſolum tres principum functionum imminutiones, vt Galenus, & cæteri fecerunt, ſex enumerare cogeremur, tres videlicet ſimplices, pro trium differentium cerebri partium, vt quidam perperam arbitrantur, affectione; & tres compoſitas, quia interdum poſterior cum priore, nonnunquam cum media, aliquando media cum priori cerebri parte diſpoſitionem aliquam præter naturam perpeti poſſet. Inſuper ex hac triplici principum functionum noxa clariſſime patet, quod ſicuti imaginatricis munus eſt phantaſmata, ſeu imagines parere, & intellectiuæ potentiæ eaſdem offerre, ratiocinatricis autem circa ipſas operari, diſcurrere, & iudicium depromere; ita memoriæ, quæ ob id poſteriori cerebri parti, ceu minus molli, fuit à natura deſtinata, munus eſt imagines, & ratiocinia ſuſcipere, atque potiſſimum conſeruare, non autem iudicare, vt quidam omnes animales operationes penitus confundentes, animaleſque potentias fruſtra multiplicantes, ne dum memoratrici facultati, verum etiam, quod deterius eſt, ſingulis externis ſenſitiuis virtutibus iudicium perperam condonarunt. Quod quidem falſiſſimum eſſe in ſermone de læſione organorum ſenſitiuorum, & potiſſimum communis ſenſus, in capite de vertigine, & ratione, & experientia, & Hippocratis auctoritate comprobabimus. pro nunc nobis ſufficiat id, quod de memoria enunciauimus, Galeni teſtimonio corroborare. Is enim hæc eadem verba de memoria litteris mandauit. Nos autem in libris, qui de communi ratione

*Moroſis. Amentia. Stultitia.*

*Galen. 3. de loc. 1. & 2 de ſy ca. 7. & 1 prād. com. 60.*

*Gal. 1. de eſſe mod. cō. tex. 4.*

» ſunt, tres hominibus in vniuerſum ineſſe potentias demonſtrauimus, quibus ad artes con-
» ſtituendas, libroſque conficiendos vtuntur, ſenſum, mentem, memoriam: atque in memo-
» ria quidem hærere, ſeruarique quicquid ſenſu, ac mente conciperetur, quum ſingularum
» rerum naturam non inueniat, ſed eorum, quæ inuenta ſunt, receptaculum quoddam ſit: ad
» ea vero, quæ inquiruntur, inuenienda, iudicandaque naturam nobis mentem dediſſe, ac ſen-
» ſum. Quare, vt ad rem propoſitam reuertamur, de tribus rectricibus functionibus labefa-
» ctatis eodem tempore agendum eſt, quia ab eadem cauſa, vt dictum fuit, oblæduntur. &

præterea cum interdum imminui, nonnunquam auferri poſſint, eodem ſimiliter tempore, & ſermone de vtraque læſionis differentia pertractabimus, quoniam cauſæ eædem prorſus ſunt pro minori, vel maiori vehementia differentes, ut etiam ex Galeni auctoritate inferius apparebit. Verum ne nobis, ad huius vitij naturam exacte dignoſcendam, via aliquo pacto præcludatur, animaduertendum, nos per memoriam labefactatam (& quod dicimus de memoria, idem de ratione, & imaginatione audiendum eſt) non accipere memoriam quomodocunque diminutam, vel ablatam, ſed eam ſolummodo, quæ ſine aliorum vitiorum, & præſertim eorum quæ comatoſa, ſoporiferaque ſunt, permixtione læſa eſt. nam ſæpè contingit vt vnà cum memoria, & alijs rectricibus functionibus ſenſibiles quoque, & motiuæ facultates imminuantur, & auferantur: immo euenit aliquando vt ſimul cum memoria imminuta, & ablata, reliquæ principes functiones ſint deprauatæ. ſed in præſentia eam memoriæ, rationiſve, aut phantaſiæ læſionem contemplari debemus, quæ

citra

citra noxam, vel cum parua admodum læſione cæterarum animalium functionum oriri ſolet. nam hunc in modum eius læſio, & læſionis cauſa (quæ ſemper nihilominus ſiue ſola, ſiue cum alijs functionibus lædatur, eadem eſt) magis clara, & conſpicua fiet. **Definitio.** Memoria itaque hunc in modum læſa, eſt princeps functio labefactata propter defectum innati caloris in ſolo cerebri corpore reſidentis. diximus principem functionem, quia non ſemper omnes ſimul læduntur, ſed interdum ſola ratio, aot imagioatio, interdum ſola memoria offendi poteſt. diximus eſſe labefactatam, quia cum in hoc vitio cerebrum potius, vt pars ſimilaris lædatur, & id perpetuo ob intemperiem, quemadmodum organorum facultates propter vitium in mala compoſitione potius impediuntur, ita ob intemperiem potiſſimum labefactari ſolent, quoniam à temperatura cerebri proficiſcuntur: quæ quidem labefactatio cum magis & minus ſuſcipiat, non ſolum de diminuta, verum etiam de ablata functione enunciari poteſt. Pro cauſa autem perpetua & immediata, innati caloris defectum, & imminutionem ſuſcepimus, quia, vt paulo poſt apparebit, omnes cauſæ memoriam lædentes calorem innatum imminuunt, & demoliuntur. Diximus in cerebri corpore reſidentis, vt vitium, de quo agimus, ab omnibus vitijs ſoporiferis ſeiungeremus, in quibus innatus calor, & ſpiritus, qui potiſſimum in cerebri ventriculis conſiſtunt, obruuntur, extinguuntur, & **Cauſæ.** quoquo pacto imminuuntur. Quod autem puriſſimus ille calor innatus, qui in cerebri ſubſtantia conſiſtens, rectricium, nobiliſſimarumque functionum, ſi non principalis (hæc enim anima eſt) ſaltem inſtrumentaria, & ea immediata cauſa eſt, imminuatur, nobis diuinus manifeſtauit Galenus, *[Galen. 2. de ſym. ca. 7.]* qui ſemper ſtatuit memoriam à frigiditate, quæ è diametro natiuo aduerſatur calori, labefactari. ideo dicebat ipſe. Ex hoc autem manifeſtum fit, & fatuitatem, & obliuionem ex refrigeratione creari, ſed mediocres earum noxæ ex minore refrigeratione incidunt, vt ex medicamento refrigerante in corpus aſſumpto, aut capiti *[3 de loc. 5.]* impoſito, aut frigido ſucco in cerebro collecto. & alibi tradidit has functiones propter frigidam intemperiem lædi; hæc enim, ait, animales functiones torpidas efficit. & paulo infra dicebat. Si vero frigus cum humiditate vehementi coniungatur, ſoporem, ſtuporemque conſtituit: Sine hac vero, memoriæ nocet, ſtultitiamque inducit. & item infra ſic ait. Cum igitur vel perijt, vel grauiter læſa eſt memoria, frigida omnino intemperies eſt, quo circa calefacere ipſam oportet, exiccare autem, aut humectare non neceſſarium eſt. & alibi teſtatus eſt, frigiditatem omnes animæ actiones aperte lædere. Quare cauſa perpetoa, & principalis læſionis memorię refrigeratio eſt. Verū ne circa cauſas rectrices facultates lædentes, earum quæ oumerum decipiamur, animaduertendum eſt, quòd hæc frigiditas poteſt eſſe duplex, nempe vel poſitiua, vel priuatiua. Si ſit poſitiua, ratione ipſius calot innatus poteſt deficere tum in quantitate, tū in qualitate, ſiue dicamus tum extenſiue, tum intenſiue. & poteſt eſſe intemperies vel ſimplex, ideſt frigida tantum, vel compoſita, vt frigida & humida, aut frigida & ſicca: & inſuper hæc intemperies poteſt eſſe vel ſine materia, vel cum materia, quæ poteſt eſſe vel pituitoſa, vel melancholica, ideo melancholici ſunt ſæpe obliuioſi. Aduertendum tamen, quod ſi cum hac frigida intemperie ſit annexa materia pituitoſa, & frigida, ſiue etiam humiditas vehemens, vnà cum memoria læſa ſomnus, ſopor, cathaphorave coniungitur. Quod ſi frigiditas hæc ſit priuatiua, hæc nil *[Gal li quod animi mores, cap 5.]* aliud eſt, niſi natiuæ caliditatis defectus, qui quidem poteſt eſſe vel natiuus, vel adſcititius, ſiue poſt ortum contractus. Si ſit natiuus, tunc calor hic poteſt deficere vel in quantitate, vel in qualitate. In quantitate, vt dum caput aliqua ex parte depreſſum inconcinnam obtinet figuram, aut valde paruum exiſtens, paucam cerebri ſubſtantiam obtinet. in qualitate vero dum caput nimis vaſtum eſt, & immoderatæ magnitndinis, quo ſit vt quanto magis calor præter naturam expanditur, diffunditurque, tanto magis imbecillior reddatur. Similiter in pueris, quamuis innatus calor, quo ad molem copioſiſſimus ſit, attamen quo ad qualitatem eſt valde remiſſus, & imbecillus, quo ſit vr hi omnes animales actiones imbecillimas habeant. obtunditur autem calor ratione ſuperfluæ humiditatis, qua quidem abſumpta, vt nobis innuit Plato, & teſtatus eſt Galenus, in iuuentute calor acu- *[Pl. in Timæo.]* tus euadit, & animales functiones validiſſime fiunt. propterea dicebat Galenus, ſiccitas ad prudentiam, humiditas ad dementiam animam perducit, quare vt omne mortale cor- *[Gal. 1. aph. com. tex 14.]* pus humiditatis, ſic etiam dementiæ particeps eſt. Si autem natiuus calor deficiat poſt *[Gal li quod animi mores cap 4]* ortum, tuoc vel propter res naturales, vel non naturales, vel præter naturam defectum hunc contrahere poteſt. Si propter res naturales id fiat, hoc ratione ætatis vltimæ contingere ſolet. ideo ioquit Galenus, quod multi decrepiti amentes fiunt, quamuis ſint ſic- *[Gal li quod animi mores. cap 5.]* ciſſimi, quia tunc innatus calor ad humidi radicalis, & proprij ſubiecti conſumptionem ferè extinctus eſt. ideo frigidiſſimi ſunt non ſolum frigiditate priuatiua, ſed etiam poſitiua propter innumerum excrementorum frigidorum redundantiam. Si vero id accidat propter res non naturales, hoc præter cibos craſſos, & humidos, potiſſimum etiam ratione aeris contingere ſolet. ideo, inqoit Galeoos, aer tenuis acuta reddit ingenia, craſſus *[Gal. 8. in 6. epi. com 6.]* vero, quia calorem obruit, tarda, & craſſa. ideo Athenienſes acuti ingenij dicebat eſſe propter tenue cœlum, Thebanos craſſi, quia Thebis, vt in tota Beotia, craſſum eſt. differt autem ætas ſenilis ab aere craſſo, quia ab hoc in qualitate, ab illa vero in quantitate potiſſimum calor deficere conſueuit. Si vero propter res præter naturam deficiat, hæ poſſunt eſſe vel morbi, vel cauſæ morbificæ. Si ſint morbi, ſæpe læditur memoria propter capitis ictus, & vulnera, dum cerebrum, & præſertim tempora vehementer concutiuntur, vnde cerebri ſubſtantia deficiens aut contuſa, vel aliqua materia repleta denſior redditur, calorque, & ſpiritus euaneſcit, & ſuffocatur. Simili mudo calor innatus deficere poteſt

*Ga. 2. de ſy. cau. c. 7.* in quantitate, & memoria lædi: in quibuſdam morbis, vt ait Galenus, in abſceſſum aliquem terminantibus. vidimus enim (inquit) non raro morbos, vbi in abſceſſum aliquem abierunt, ſtultitiam, obliuionemque intuliſſe, & quoſdam qui & litteras, & artem omnino fuerant obliti, imò nec propria nomina meminerant, cuiuſmodi aliquid Athenis in peſte accidiſſe memorat Thucydides. Quod quidem prouenit, quia dum fit iudicatio per abſceſſum tunc temporis innatus calor relicta animali facultate, quæ ſolum ad meliorem vitam neceſſaria eſt, naturali virtuti, ceu ad vitam abſolute ſummopere neceſſariæ ex naturæ curſu, opitulari ſtudet. dum enim morbi materia in aliquem abſceſſum depellitur, facultas expultrix concoctrixque maximè laborat, & præſertim ſi dolor ingens conoectatur, quia ſpiritus, & calor ad partem dolentem (inquit Galenus) vt expultrici opem ferant, ſtatim confluunt; vt etiam in capitis ictibus, dum inciduntur membranæ, ſæpe contingit. in quibus partis oppoſitæ paralyſis propter caloris & ſpirituum indigentiam ſuboriri ſolet. Si vero calor natiuus deficiat propter cauſas morboſas, hæ vel ſunt internæ, vel externæ. internæ ſunt materiæ non frigiditate, ſed ſola quantitate & copia peccantes, & ſpiritus obruentes, & cerebri meatus obſtruentes, aut comprimentes, ut ſpiritus & calor in quantitate neceſſario deficiunt, vt etiam poſt phrenitidem, vel melancholiam, aut ſimilem affectum praue curatum, fieri conſueuit, dum vehementer calorificis tenuiori materiæ parte diſcuſſa, craſſior irreſolubilis relinquitur. Inter externas autem Galenus potiſſimum ſtudium immodicum, vigi-
*Ga. 3. de loc. 3. poſt med.* lias, immoderatos labores, & inediam enumerauit quorum omnium ratione calor innatus in quantitate imminui poteſt. quamuis enim hæc omnia ſui natura potius calefaciant; attamen quia exiccant & ſpiritus inaniunt, ex accidenti calorem abſumunt. ideo Galenus hos omnes calefacientibus, non tamen ſiccantibus, ſed humectantibus, & optima victus ratione, tanquam his, quæ calorem innatum diſſipatum reſarcire poſſunt, ſanitati reſtituit. Huius autem vitij differentiæ ſiá forma capiantur, dicimus, modo memoriam, modo rationem & imaginationem, modo omnes has functiones offendi poſſe. ita modo imminui, modo auferri poſſunt, & interdum à frigiditate poſitiua, de qua præſertim loquimur, quia tunc caput ſemper læditur per eſſentiam, interdum à priuatiua, ratione cuius nonnunquam læditur per conſenſum, ut Galenus de morbis in abſeſſum abeuntibus notauit, qui quidem conſenſus priuatiuus dici debet, vt etiam propter labores, vigilias, ſtudium, inediam- **Differentiæ.**
*Ga 3 de loc. c 5 & 2. de ſymp. cau. 7* que, idem fieri contingit. Et, dum frigiditas eſt priuatiua, defectus natiui caloris, quicunque ſit, ſiue in quanto, ſiue in quali, ex capitis, ætatis, aeris, & morborum cauſarumque iam prægreſſarum contemplatione, facile cognoſcitur. Si vero frigiditas ſit poſitiua, ſigna indicaoria intemperiem frigidam, frigidam & ſiccam, & materiam, ex dictis in dolore capitis apertiſſima ſunt. Vnde ſi vehementer ſomnolenti ſint frigida, & humida eſt intemperies cerebri. Si omnino non ſomnolenti, frigida, & ſicca; ſi modice ſomnolenti, frigida tantum. ita ſi multa excernuntur à capite per os, per nares, frigida & humida eſt, ſi aridiores hæ partes ſint, frigida & ſicca, ſi ſecundum naturam ſe habent, frigida taotum. & ſi frigiditas introducta ſit a cauſa externa, ſiue ſint medicamenta refrigerantia aſſumpta, vel capiti applicita, **Signa.**
*Gal loc cit. præſertim 3. de loc. 5. ſtatim poſt medium.* vel cibaria, vel potiones frigidæ ex ægrotantibus, vel aſſidentibus cognoſcitur. Vnde dum ego regionem quandam in Tiroli comitatu, ſub Epiſcopi Gurgenſis ditione, peragrarem, amentium, ſtultorum, fatuorumque frequentiſſimum numerum admirabar; ſed, vbi aeris frigiditatem & humiditatem contemplatus ſum, necnon aquarum cruditatem ex maximo bociorum gutturis prouentu deprehendi, ab incoliſque audiui regionem maxima vini penuria laborare, & homines illos pane cum ſeminibus papaueris confecto aſſiduo veſci, omnis prorſus ceſſauit admiratio. Si nero a cauſa interna ortum ducat, ſi fuerit pituita, non tantum e ſomno, & cerebri excrementis id percipitur, verum etiam ex ægrotantis natura, ætate & communibus illis toties propoſitis, & ex præcedenti uictus ratione, omnibus aut pluribus ad frigidum, & humidum vergentibus. Si fuerit melancholia, omnia ad frigidum & ſiccum inclinabunt. Dum autem huiuſmodi vitijs cerebrum afficitur per eſſentia, propria ipſorum **Prognoſtica.**
accidentia perpetua ſunt, inquit Galenus 3. de loc. affec. cap. 5. neque alijs præcedentibus ſuperuenere: quum vero proprijs accidentibus diſcerni non poſſunt, neque perpetuo permaneant, & ad alias affectiones conſequuntur; per conſenſum ipſum affici dicimus. Sciendum autem quod, dum malum ſit ab intemperie, dummodo non ſit admodum progreſſa, curari poteſt; maiori autem cum difficultate, prout malum fuerit magis diuturnum. vnde tunc eſt deſperandum fere, vbi primum memoria, deinde ratio quoque aboletur, vel è conuerſo, quia certum eſt facultates eſſe valde labefactatas, & vitium habituatum eſſe. Si uero malum fiat à materia, & tunc ſolet fieri repente, curatio non eſt impoſſibilis; quam citiſſime tamen occurrendum eſt. Quid autem de frigiditate priuatiua, & innati caloris defectu prædicendum ſit, non eſt hic dicendi locus: nam ſicuti memoria deperdita ratione laboris,
*Hip 3. in 3. epid. 37.* vigiliæ, aut ſtudij facile recuperari poteſt: ita dum vitium eſt natiuum, vulgatiſſimo dicitur prouerbio, quod ſtulti à natiuitate nunquam curantur. Ex Hippocrate uero obliuio ſub acceſſiones pernicioſa. Ex Auicenna vero, & Aetio dum repente læditur memoria, imminet paralyſis, vel epilepſia, vel apoplexia. & ex hoc colligimus memoriam nedum ab intemperie, verumetiam à materia, quod quidam inficiantur, offendi poſſe. Et cuilibet quoque patere poteſt ob frigidam intemperiem calefaciendum eſſe. Et, vt ait, Galenus 3. de loc. 5. Exiccare, aut humectare non eſt neceſſarium: Sed ſi humiditati copuletur, areſacere; ſi ariditati, madefacere. Sed ſi inter has medium obtineat, ipſum conſeruare oportet. Qui n. ſtudijs, ob laborem in ſtudijs & vigilias memoriam pene amiſerat, læſa etiam ratione; & agricola, qui ob labores & tenuem victum ſimili modo affectus eſt, ſi- **Indicationes.**

cantibus

Digitized by Google

cantibus calorificis lædebantur: madefacientia vero, quæ ſimul calefaciebant, non mediocris eis erant præſidio. Idcirco clarum eſt, ob intemperiem ſiccam humectandum, & calorem innatum alimentis potiſſimum reſtaurandum eſſe; & materiam ſi ad ſit euacuandā & præparandam eſſe. **Materiæ præſidiorum.** Nemo autem venæ ſectionem, vel phlebotomiam in medium adduxit, quia malum ex ſe non ſanguinis manitionem, ſed potius calorifica ſibi vendicat. ad quæ tamen, ut iuto deueniamus, ſi ſanguis in toto redundet (ſecus non) vena ſecanda, vt in cap. de melancholia dictum fuit. **Chirurgia.** Expedit autem in læſa memoria præſertim ſi ratione materiæ lędatur, vt à capite reuulſio fiat, cauterijs vti: vnde dum occurrit læſio memoriæ, quæ paralyſim, epilepſiam, vel apoplexiam minatur, vt patientes præſeruemus, & memoria reuocetur, cauteria admodū proficua ſunt. Et modo brachijs, modo cruribus, vt alias diximus, applicari poſſunt: differentia autem eſt inter dolorem capitis, & læſam memoriam, aut rationem & imaginationē, dum ab intemperie oriūtur, quia in dolore capitis intemperies occupat membranas, in læſa memoria cerebri ſubſtantiam. ideo iiſdem præſidijs occurrendum eſt. **Pharmaca.** Euacuantia autem medicamenta, vel totum, vel caput, ſæpe fuere propoſita. id peculiare eſſe debet, vt in hoc malo ad valentiora confugiamus: nam materia partem inſenſibilem, & valde debilem in expulſione occupat. ideo Paulus acribus clyſteribus vtitur cum agarico, cum hiera compoſita, cum hiera logodion. idem de alijs lenientibus, & purgantibus dicendum. *Pau l 3 ca. 11.* Aetius pręcipue probat hieram Ruſi. aduertendum autem tum in hoc, tum in alijs malis, vtendum eſſe hiera Ruſi non ſemel, ſed pluries, & non ſolum pro purgatione, verum etiam pro corroboratione. *Aet l. 6 ca. 23.* ideo pro purgatione datur ad ij. vſque ad iiij. drachmas, pro corroboratione à ſcrop. 1. vſque ad ij. ſcrop. nam in affectibus ventriculi maxime probatur. & hoc modo tributa magis prodeſt, quā aquarum Thermalium potus, præſertim in dolore ventriculi, & eius intēperie. **Roborantia.** Quo ad roborantia in intemperie frigida licet vti magnis antidotis, præſertim ſi intemperies frigida & humida ſitata maxime extollitur confectio anacardina ad drach. vnam. **Entrinſecus applicita.** admirabile etiam, eſt hoc medicamentum, quod pro ſecreto habetur, ℞. cyperi, croci, myrrhæ, thuris, piperis albi ana ſcropu. 1. fiat puluis, & detur ad doſim ſcropuli ſemidrachmæ, vſque ad drach. 1. idem dicendum de caſtoreo, & alijs alibi dictis. Vnde Aetius poſt purgationem laudat ramentum eboris, vel cornu cerui, vel caſtoreum, vnum, vel aliud, ad drach. 1. cum aqua mulſa. *Cap cit.* ita probatur ameos, vel ſuccus rutæ ad drach. 1. cum prædicta aqua mulſa, vel tantundem confectionis diambræ, vel aureæ Alexandrinæ. Sed iſtis vtendum, dum adeſt intemperies frigida, & humida, aut adeſt materia diſcutienda, nequaquam in frigida, & ſicca intemperie, quia in hac vtendum humectantibus, & calefacientibus in ſermone de melancholia propoſitis, & præſertim tali victus ratione. Idem de roborantibus extrinſecis dicendum, ſiue ſint fomēta, & inunctiones, ſiue ſtillicidia in coronali ſutura. vnde in intemperie frigida, & humida, in materia diſcutienda, poſſunt fieri ex decocto hyſſopi, ſerpilli, thymi, ana pug. ſem. betonicæ, ſampſuci, florum chamameli an. pug. 1. florum ſtœchadis vnc. iij. fiat decoctum: cui adde caſtorei drac. 1. aceti vnc. 1. Ita occiput, dum memoria læditur, vt faciebat Aetius, poteſt inungi oleo nardino, nucis muſcatæ, de caſtoreo, coſtino, de piperibus, & tandem, ſi malum non cedat, ſinapiſinis vtē-dum. *Cap cit.* Si autem intemperies fuerit frigida, & ſicca, topica, & inunctiones ad humidum magis, quam ad ſiccum vergant, ideò iam dictis addatur oleum chamæmelinum, anethinum, amygdalarum dulcium, aut ſimile. **Victus rō.** Idem de victus ratione ſtatuendum eſt, vt in diuturno morbo victus ſit mediocriter calefaciens, ſed modo ſiccans, modo humectans, pro mali differētia. id autem obſeruandum, ut vinum quidem detur, quia maxime confert, ſed in parua quantitate vt poſſit regi. & ſit album tenue, non admodum vetus, præſertim dum ſpiritus reſarcire volumus. nam vinum quo vetuſtius ſit, eo magis ſpiritibus deſtituitur. Illud inſuper addendum ex Galeni monitis in lib. de conſuetudine c. 4 quod memoriæ principumque facultatum ea eſt natura, vt exercitatione augeantur, vireſque nāciſcantur; otio vero contabeſcant. Quod etiā in Timæo reſtatus eſt Plato. Qui quidem eſt Hippocratem imitatus; qui vniuerſim protulit, quod vſus robur addit, ocium diſſoluit, & eneruat. Vſus tamen debet eſſe moderatus: quia exuperantiæ vires diſſoluunt, defectiones tantum de vtilitate detrahunt, quantum a recto modo ipſæ abſunt. Quare per frequentem memoriā, meditationes, rerum inueſtigationes, ac ratiocinationes, ſi in moderatis & congruis exercitationibus verſentur, principibus facultatibus robur comparatur.

## De Catoche. Cap. VII.

**Nomen.** A MEMORIA, & alijs principalibus operationibus labefactatis ad illud vitium, quod Græci catochem, ſeu catalepſim, (etiam ſi Gal. 3. de loc. 4. videtur per Catochem coma vigil intelligere,) Latini detentionem, occupationemve, aut deprehenſionem: Arabes vero tum Sochos, tum congelationem vocitarunt, tranſire debemus, nanque cum læſa memoria, & ratione maximam affinitatem habere videtur. *Gal 2 prædic. 49. Auic. 3. 3. ar. 4 c 1. ad Almanſ ca. proprio.* **Continuatio.** Primo, quia in hoc vitio memoria, & reliquæ principes functiones ſimili modo interdum imminui, nonnunquam auferri poſſunt. Secūdo, quia in hoc malo, ſicuti perpetuo cerebrum ſecundum corpus, ita non ſemper ſecundum ventres afficitur. Tertio, quia plures ſenſationes in ipſo, vt in memoria, & ratione læſa, ſeruari poſſunt, veluti viſus & auditus, vt in Gal. condiſcipulo, qui quorūdam recordabatur,

& etiam videbar. Quarto, quia quemadmodum catochus ſemper cerebro refrigeraro & ſiccato generatur, ita principes functiones perpetuo propter cerebri refrigerarionem, & nonnunquam propter exiccationem labefactari conſueuerunt. Quinro, quia in hoc malo, ſicuti in læſa memoria peculiariter contingit, cerebrnm ſecundum partem poſteriorem ſemper affligitur. Diſcrepat autem carochus à memoria, & alijs principalibus operationibus labefactatis: primo quia in ipſo voluntarius motus, & ſenſus tactus perpetuo deſtruuntur. vnde ſi de motu voluntario ſermo fiat, adeo rigidi, & immobiles euadunt, vt omnia eorum membra inflexibilia fiant, & marmoream ſtatuam expreſſe præſeferant. reſpirationis autem motus ſeruatur, quia hic coactus quodammodo cũ ſit, non exquiſite voluntarius & animalis, ſed partim quoque naturalis, vt in capite de virtu. cordis demonſtrauimus, cenſeri debet. quod hoc ſit verum, & nunc de ractu loquemur, in hoc malo, quia pars cerebri poſterior, & cerebellũ, quod Græci parancephalida vocant, potiſſimum afficirur, à quo nerui omnes per vniuerſam corporis cutem diſſeminati oriuntur, ſenſus tactus omnino deſtruitur. quod quidem non ſolum Auicennas rationibus demonſtrauit, verum etiam doctiſſimus Fernelius experientia cõprobauit: Is enim cuiuſdam hoc vitio detenti hiſtoriam referens, ait, quod neque compunctus quicquam ſentiebat, in quo tamen facilis erat reſpiratio: modò, ſi tactus, qui in quodam pati conſiſtit, tamen deſtruitur; quanto magis thoracis motus, qui in quodam agere habet eſſe, ſi penitus voluntarius & animalis eſſet, deſtrui deberet? Præſertim cum omnes thoracis motorij nerui, ut artificioſis anatomicis adminiſtrationibus demonſtrabat Galenus, poſt tertiam ſpinæ vertebram ex ſpinali medulla originem ducant. Verum aliquis poſſet reſpondere, quod ſenſus tactus in catocho deſtructus apparet, quia, & ſi punganrur, attamen non poſſunt loqui, neque partem compunctam contrahere, & alicuius ſenſationis nobis indicium exhibere. Sed quid hoc aliud eſt, niſi Auicennæ, & Fern. qui cum diligentiſſimus fuerit, potuit poſt paroxiſmum patientem percontari, omnem fidem abrogare? Sed melius aliquis dicere poſſet, ſenſum ractus aboleri, quia etiam principes functiones interdum in catocho auferuntur. vnde Gal. ſi condiſcipulum pupugiſſet, & poſtea ipſum in quo memoria, & imaginatio ſeruabantur, interrogaſſet, de tactu quæſtionem facile potuiſſet dirimere. Sed & huic obiectioni reſponſio non deeſt. quia dicam ego, ſi ut tangendi functio fiat, requiritur obiecti receptio, quæ ab organo tactorio fit; & iudicatio, quæ à ratione proficiſcitur; à pari, motum exquiſite voluntarium de neceſſitate præcedit cognitio & appetitus, imò facultas motiua atque cognoſcens, & appetens nullo pacto realiter, vt alibi oſtenſum eſt, diſtinguuntur. ſi igitur princeps functio & cognitio omnino deſtruitur, qua de cauſa reſpiratio, ſi omnino animalis eſt, & voluntaria, pariter omnino non abolетur? Secundo differt catochus à læſa memoria, quia ſemper ab intemperie cum materia proficiſcitur, vt paulo poſt apparebit. Tertio & vltimo, licet memoria ab intemperie frigida cum materia offendi poſſit; attameo ab hac materia in cerebri ſubſtantia nulla fit extenſio: in catocho vero materia hæc poſteriorem cerebri partem potiſſimum ſemper aliquo pacto tendit. Extenſio autem facile ſuccedit, quia cum prius cerebrum ſit quadam ex parte denſatum ratione intenſæ frigiditatis (intenſa autem fit propter annexam ſiccitatem, hæc enim ſui natura actiuas qualitates ſemper exacuit, ſicuti humiditas eaſdem obtundit) & cum idem cerebrum ſit etiam exiccatum, quotieſcunque materia aliqua frigida, & multò magis vbi etiam fuerit ſui natura ſicca, in poſteriorem cerebri partem quæ pariter ex naturæ lege denſior, & ſiccior, & membranis duplicatis obuolura eſt, defluxerit, facillimum eſt, vt eius partis & potiſſimum cerebelli extenſio ſubſequatur. Nam cerebellum inter reliquas cerebri partes denſiſſimum & duriſſimum eſt, & hæc cauſa eſt cur in catocho materia cerebri poſteriora ſemper obſideat, ſicuti oppoſitum prorſus in caro contingit: in quo cum anteriores & proinde molliores cerebri partes, quæ ad inſtar ſpongiæ in ſe facile ſubſident, corripiantur, & à materia non ſicca, ſed ſemper humida, diſſolutio potius & mollificatio tenſioni contraria ſuboritur. Et hoc apertiſſime declarauit

*Gal. 2. prædic. 16.* Gal. dum dixit. Nam quod catochi proprie appellati tenſos apertosq; habeant oculos, norunt tum Archigenes, tum Philippus, non vt comatoſi, & cataphorici clauſos: in his ſiquidem hu-
» miditas affectionis cauſa eſt, neruorum diſſoluens firmitatem, roburq; in illis uero propter
» ſiccitatem tenſio oritur. quidam enim ex noſtris condiſcipulis cum aſſiduo diſciplinarum ſtu-
» dio ſe fatigaret, malo hoc correptus eſt. vnde ex hoc colligimus congelationem quam vocant, ſeu, vt rectius loquamur, inflexibilitatem in toto corpore non produci propter ſimplicẽ principij neruorum frigiditatem, ratione cuius reliqui nerui totius corporis, & ſpiritus animales congelentur, vt iſti dicunt, cum enim hoc malum quàm citiſſime excitetur, frigida hęc cerebri intemperies, non poſſet tam cito ad extremas vſque partes communicari ſine alicuius materiæ communicatione, ut ratione huius totum corpus congelatum euaderet. potiſſimum cum in vteri præfocatione materia frigidiſſima toti corpori ſub halitus ſpecie cõmunicetur, ab eaq; tum pulſus tum reſpiratio auferatur, & nulla tamen rigiditas & congelatio excitetur. Sed inflexibilitas potiſſimum ratione tenſionis exoritur, quia in continuis ſolidiſque corporibus quamprimum vna eorum extremitas tenditur, illico extenſio ad aliam vſque extremitatem protenditur, & tota rigida, & extenſa fiunt. ita refrigerato, exiccato, & tenſo neruorum principio neceſſe eſt, vt non ſolum nerui omnes, uerum etiam omnes muſculi, quia ex neruea portione conflati ſunt, ſimul afficiãtur, & tenſi fiant. Quod ſi quis iſ dictis non acquie-

*Gal. 7. aph. 14.* ſcat, audiat Gal. Hip. aphor. interpretaorem, dum ait, à capitis ictu ſtupor malum. nam ait: cognoſcitur autem ſtupor quando neque aliquid dicunt, neque agunt, ſed apertis oculis quieti
» manent, ſimiles ijs, qui ex timore ſunt attoniti. vnde cum de catocho loquatur, non eſt dicen-
» dum in eo neruos congelari, ſed propter illius partis compreſſionem, & humorum confluxũ ſola extenſio citra congelationem exoritur. & ita nerui omnes & muſculi tenduntur & pal-

*Motus voluntarius i catoche deſtruitur, necnõ etiam tactus.*

*Auic. l. cit. Fern. lib 5. cap 2.*

pebræ

pebræ ob id apertæ conſpiciuntur, vt ideo ad hoc vitium promouendū ſola cerebri frigiditas & ſiccitas nō ſufficiat, ſed frigidæ & potiſſimum frigidæ & ſiccæ materiæ ad cerebri poſteriora trāſmiſſio requiratur. vnde cū tot conditiones ſint neceſſariæ nō mirū ſi hoc vitiū rarò admodū cōtingat. membrorum autem diſpoſitio, figuratioue in eodē prorſus ſtatu permanet, in quo dum paroxiſmo prehenditur æger, permanebat, ſed potiſſimum in media figura, tum quia patientes ſiue vigilent, ſiue dormiant, hanc vt minus laborioſam, & quietiorem perpetuo deligunt, tum quia muſculi oppoſiti ex vtraque parte tenſi eandem mediam figuram inducunt. nos enim mulierem quandam victum ſibi quæritantem, ætatis ferè conſiſtentis, & ſuperiori ætate comitiali morbo per interualla correptam, tandem hoc malo deprehenſam inuiſimus, eamque in media exacte figura decumbentem, in qua etiam tandem obijt, contemplati ſumus. & ideo mirum eſſe non debet ſi Gal. bis ſcriptum reliquerit in catochis oculos ſemper apertos ſeruari, & eos ne conniuere quidem, quia cum ratione ariditatis cerebri, vt plurimum vigilent, vt plurimum quoque, dum acceſſione corripiuntur, oculos apertos habent. & inſuper cum oppoſiti muſculi pariter tendantur, & præſertim oculorum, quia prope cerebrum ſunt, neceſſe eſt, vt palpebræ ſaltem mediocriter elatæ ſint. hinc etiam manifeſtum eſt cur ſeruato auditu, cui ex quinto neruorum pari ſpiritus animalis influit, oculorū motus, qui ſpiritus motorios à ſecundo pari, & à cerebello magis diſtante, recipit, deſtruatur. Quamuis enim in omnibus his neruis tenſio fiat, attamen tenſio non eſt ſufficiens vt auditum, qui in quodam pati, & receptione conſiſtit, deſtruere omnino poſſit, quēadmodum oculorum motum, qui actio quædam eſt, facillime impedire valet. Quod ſi ſpiritus, vt aſſerunt quidam, congelarentur, præter oculorum motum, auditus veluti poſteriori cerebri parti propinquior multo magis periret. Hæc prolixiora forſitan quam par ſit ſcribere voluimus, quia neque in hoc, neque in vllo ex reliquis cerebri vitijs declarandis, aliquem hucuſque videre, aut audire potuimus, qui nobis ſatisfaciat. Ex quibus modo facillimum eſt huius vitij naturā, quæ nonnullis inexplicabilis videbatur, aperire, cum nil aliud eſſe poſſit, quàm princeps functio labefactata, cum tactus, & voluntarij motus deſtructione, pp frigidā, & ſiccam intēperiē cū materia cerebri poſteriora tendente. Huius aūt definitionis cauſa formalis ex dictis, & præſertim ex Galeni condiſcipuli hiſtoria, qui quorundam recordabatur, videbat, manifeſtiſſima eſt. porrò effectricem cauſam inſinuauit Galenus, dum hæc de catoche litteris mādauit. Fit aūt ſomnus longus (inquit) citra difficilem expergefactionē, refrigerato cerebro, quæ cerebri refrigeratio cū fortis fuerit miſta humiditati, facit lethargicas paſſiones, cū ſiccitate vero eas, quæ græco vocabulo catalepſes, ideſt deprehenſiones nominantur. ideo Galeni condiſcipulus cum ex aſſiduo diſciplinarum ſtudio fatigatus in valde ſiccam, & ſubinde frigidam cerebri intemperiem incidiſſet, hoc malo correptus eſt. & Fernelius pariter vnum, dum litteris, & chartis ſedulo inuigilaret, repēte hoc vitio perculſum vidit. Quod autem frigida, & ſicca intemperies cerebri non ſufficiat, ſed materiæ præſentia, & concurſus requiratur, hoc ex repentina huius mali procreatione clarum fit, materiam vero tenſionem aliquam efficere ſuperius, vt opinor, tum rationibus, tum Galeni teſtimonio demonſtratum fuit. porro materiam, & huius mali cauſam poſteriorem potiſſimum cerebri partem obſidere, declarat Galenus, dum ait. in caro anterior pars magis, in apoplexia, & morbo comitiali vtraque afficitur. in catalepſi vero, & catoche dicta, poſteriora cerebri potius afficiuntur. Hæc autem materia quemadmodum ſemper frigida eſt, ita vt plurimum frigida eſt, & ſicca, & proinde melancholica. hæc enim eſt illa, quæ ſui craſſitie, & ſiccitate tenſionem facile promouere poteſt, & rationabile admodum eſt, hanc potiſſimum in Galeni condiſcipulo, & in eo qui chartis, & litteris ſedulo inuigilabat a Fernelio relato, redundaſſe. non eſt tamen omnino negandum, quin pituitoſa etiam materia, vt quibuſdam placuit, ſed craſſa, & vitrea, & per congelationem quodammodo melancholica reddita, eſſe poſſit. Similiter dum eſt melancholica nedum humoroſa, verum etiam vaporoſa materia: ſed admodum craſſa, quæ cum in cerebrum valde frigidum fuerit delata, adhuc magis incraſſatur, iſtud vitium producere poteſt. materia vero quęcunque ſit, ſi generetur in capite, malum per eſſentiam producit; ſi generetur extra caput, per conſenſum. & tunc poteſt procedere vel a toto, vt dum ab eo in quartanis febribus, in lipyrijs, epialisve, aut in melancholia per conſenſum à toto, materia præſertim vaporoſa, ſeu etiā humoroſa in caput eleuatur; vel à parte, & tunc potiſſimum ab hypochondrijs in cerebrū efferri ſolet. cauſæ autem intemperiei frigidæ, & ſiccæ cerebri ex ſuperius traditis conſpicuæ ſunt. vnde huius mali cauſæ remotiores ſunt frigiditas veris intenſa, & pluuia frigida dum capiti, & præſertim occipiti obuia fit: potus aquæ frigidiſſimæ craſſæq; in profundis puteis exiſtentis, præcipuè corpore ieiuno, & poſt coitum: cibi melancholici, vt lentes, fungi, & alij de quibus in proprio capite abunde dictum fuit. Huius vitij differentiæ tum ex cauſis propoſitis deſumuntur, tum potiſſimum ex maiori, uel minori principum functionū, & cæterarum animalium actionum læſione, quia interdū plures, interdum oēs læduntur, & nonnunquam imminuuntur, nonnunquā auferuntur, prout in exemplis propoſitis patet, & hoc quia materia interdum cerebri ventriculos, & præſertim poſteriorem obſtruit, interdum cerebri corpus, & potiſſimum cerebellum ſine ventriculorum obſtructione occupat. Vitium autē facile cognoſcitur, quia motu omnino deſtituti ſtatuam quodammodo lapideam præſeferunt: & ſi verbi gratia brachium cōmouere velimus, totum corpus mouetur, vel ſi vi aliquod eorum mēbrū moueatur ſeorſum, in eodē loco, in quo fuerit ſituatum, immotū ſeruant. oculos ex Galeno, & Raſi apertos tenent. Reſpiratio autē ſeruatur, ſed vt plurimum per interualla magnum ſpiritum ducunt. cum.n. maxima ex parte lædatur memoria, quia viget in parte cerebri poſteriore, ſolum, vbi ſuffocationis metus imminet, reſpirant. pulſus quodammodo lethargicis ſimilis eſt, non tamen ita languidus, nec mollis: præterea æqualis eſt, lethargicorum inæqualis.

Simili-

*Marginal notes (left):* Definitio. — Cauſæ. — Cauſæ remotiores. — Differentiæ. — Signa.

*Marginal notes (right):* Gal. 2 prorr. 56 & 4 de loc. aff. c. 2 verſus finem. — Gal. 2. aph. com. 3. — Galen 4. de loc. a. 2. — Raſ 9. ad Almanſ. c. 8 — Galen 4. de loc. 2.

Digitized by Google

„ Similiter,ait Galenus,quod lethargicis laxatur,& intumeſcit vniuerſum corpus;contra ſtipa-
„ tur,& cogitur catochis, aluus & vrina ſupprimuntur , tum expultrice,propter ſenſum mem-
*Gal lib de* brorum ablatum,conſopita;tum muſculis,qui ceruici veſicæ,& recti inteſtini extremitati prę
*pulſ ad Ty-* ſunt,contractis,& rigidis . Eorum facies ad pallorem cum nigredine propter materiam me-
*rones. & li.* lancholicam,& calidi extinctionem tendit. Differentiarum ſigna ex dictis in capite de melan
*4. de cauſ.* cholia facile cognoſcuntur. Sunt autem ad hoc vitium prochioes exangues,frigidi, & potiſſi-
*pulſ c.16.* mum melancholici. & vitium ſit vehemens,curatio eſt impoſſibilis ; ſi non ſit ita vehemens, Prognoſti
poteſt curari,dummodo diligentia adhibeatur:& quamuis poſſint à paroxiſmo vindicari,at- ca.
tamen difficile eſt ipſos,ne in eum rurſus labantur,præſeruare,quia ardnum eſt cerebrum fri
gidum,& ſiccum ad temperiem perducere,& vitium melancholicum eradicare. Dicebat au-
*7. aphor. 6.* tem Hippocrates: à capitis ictu ſtupor malum. Quapropter,vt malum remoueatur,oportet ca Indicatio
put calefacere,& humectare,& primo materiã melancholicam,aut frigidam,& craſſam eua- nes.
cuare,& diſcutere,& cauſam generantem, vt verbi gratia iecoris caliditatem, eradicare . Et
pro curatione imprimis omni genere diuerſionum vtendum eſt , de quibus in apoplexia ſer-
mo fiet,& præcipuè clyſteribus acutis,verbi gratia ita confectis, ℞. polypodij, epithymi ana Curatio.
vnc.j.ellebori nigri vnc.ſem.ſtœchados vnc.ij.ſenæ vnc.ſem.ſalis tantundem: bulliant in iiij.
libris aquæ ad conſumptionem medietatis: deinde ℞. huius decoctionis lib.j.cui, ſi opus eſt,
adde hieræ logodij, aut diacolocynthidos vnc.ſem. miſce pro clyſtere. Deinde vtendum his,
quæ materiam diſcutiunt. ideo Raſis vtebatur oleo ſambacino,ſeu ieuſemino : eſt enim cali-
dum,& ſiccum in ſecundo,& accipit duodecim partes huius olei,& addit duodecimam par-
tem euphorbij . Vtendum enim calidioribus,& magis ſiccantibus,quàm in caro, aut lethar-
go;quia non ſolum cerebrum vehemẽti frigiditate, ſed etiam materia melancholica ſui craſ
ſitie vehementer reſiſtit . Vnde expedit etiam addere caſtoreum . licet decoquere ſtœchadẽ,
ſenam,aſſarum,bugloſſum vſque ad euphorbium,& ſinapim in aqua,& ſpongia in hac made
facta,& expreſſa ſæpe capiti applicetur,aut decoctum cadat ab alto ſuper lambdoidem ſutu-
ram. quibus medicinis ſemper addantur folia,& flores ieuſemini.ita laudatur irrigatio capi-
tis ex oleo dulci,chamæmelino,aut anethino,in quibus ſerpillum,hyſſopus,vel thymus prius
incoquatur. Repercuſſiua vero fugienda,quia materia eſt nimis craſſa, & eget valide calefa-
cientibus,& durante malo ſternutatorijs vtendum,quæ memoriæ gratia poterunt fieri ex el-
leboro nigro,ex caſtoreo, potiſſimum ex elaterio, aut albo veratro , & præſertim dum perti-
nax videtur acceſſio , quia ventriculus cerebri ſit obſtructus . Præſeruatoria autem præſidia Præſerua
ex ſermone de melancholia cum intemperie frigida , & ſicca capitis petenda ſunt . ideo poſt tio.
acceſſionem deinde calefacientibus, humectantibus , & melancholiam euacuantibus vten-
dum eſt.

## *De Caro. Cap. VIII.*

VITIIS cerebri,quæ corporis,ſeu ſubſtantiæ ipſius peculiaria ſunt, Continua
abſolutis tempus eſt,vt ad illos affectus explicãdos deſcendamus, tio.
in quibus nedum cerebri corpus, verum etiam eius ventres de ne-
ceſſitate læduntur. hi autem,vt ex Galeni decretis colligimus,tres
potiſſimum ſunt,nempe carus,epilepſia,& apoplexia . Quod autẽ
*Galen 4 de* in his omnibus cerebri tum corpus, tum ventriculi perpetuo affi-
*loc c 2 poſt* ciantur,nobis apertiſſime teſtatus eſt Galenus his verbis . Verum
*medium.* & in ſopore(& per ſoporem,vt ſe ipſum paulo infra declarat,carũ
intelligit ) & morbo comitiali ventres magis , cerebri corpus mi-
nus , in apoplexia vero corpus magis affici ſolet : ex quibus verbis
colligimus eos aberraſſe, qui in caro ſolos ventriculos affici volue
re , quod quidem ratione quoque falſum eſſe comprobare licet . ſi enim ex compreſſione, &
ictu, medictus,aut anteriores ventres comprimantur,qui fieri poteſt,vt cerebri quoque ſub-
ſtantia ſuperpoſita non comprimatur ? Similiter ſi ventriculi à pituita obſtruantur , & hæc
adeo exigua ſit,vt ventres ſolummodo,qui tam parui ſunt,ab eo obturentur, & corpus cere-
bri nullo pacto afficiatur , quomodo facultas expultrix tam paruæ materiæ copiæ reſiſtere
non potuit,vt potius ad cerebri meatus,& emunctoria,quàm ad ventricolos non propellere-
tur? pari modo ſi ventres ſpiritu animali à vehementi cauſa inaniantur,quomodo ab eadem
cauſa cerebri poroſitates eodem ſpiritu, qui tenuiſſimus eſt,aliqua ex parte non priuabũtur?
At vero cari pertractationem epilepſiæ, & apoplexiæ præponendam eſſe duximus, tum quia
carus ſimplicior quodammodo affectus eſt,non enim omnes cerebri partes æqualiter, ſed vt
*Galen 4 de* ait Galenus,anteriorem magis partem exercet,& quemadmodum interdum penitus immate
*loc.aff. c.2.* rialis eſt,ita dum à materia producitur,ea ferè benigna,vt in ſequẽti capite apparebit,& per-
petuo eiuſdem generis exiſtit: tum quia,cum oppoſita ad eandem diſciplinam pertinere dicã
tur,catochus,& carus adeo inter ſe oppoſita ſunt,vt Galenus de vno eorum verba faciens,fe-
re ſemper de reliquo neceſſitate quadam coactus loquutus ſit. nam catochus à cauſa ſicca, &
perpetuo tendente generatur ; carus ſemper ab humida . in hoc cerebrum in parte anterio-
re;in illo vero poſteriore potiſſimum afficitur. in catocho nerui omnes tenduntur;in caro re-
*Gal loc cit.* ſoluuntur;quo fit,vt in illo aperti oculi, in hoc clauſi perpetuo conſpiciantur. in illo cerebri
ventres non anguſtantur de neceſſitate,in hoc autem neceſſario anguſtia corripiuntur . Ve- Nomen.
rum ne circa vocem decipiamur animaduertendum carum ex Galeni ſententia multipliciter
accipi

accipi poſſe. nam primo, vel non morboſus eſt, vel morboſus. non morboſus autem de ſomno longiore, & ſimpliciter profundo, & de eo qui interdum difficile excitatur, vt immodico vini hauſtu, aut immodica prægreſſa vigilia excitatur, dici poteſt. Morboſus vero duplex eſt, nam vel eſt non exquiſitus, & tunc cum comate, ſeu cataphora coincidit, & de ſomno morboſo difficiliq; excitatu conſtitutione enunciari poteſt; vel eſt exquiſitus, in quo tum motus, tum ſenſus adeo abolentur, vt etiam ſi patientes, vt dicebat Galenus, vel ſtimules, vel ferias, vel inclamites, non ſentiant. De quo morboſo, & exquiſito ſopore ſeu caro in præſentia agere intendimus. *Gal. 2. pradic. 29.* in quo videlicet non ſolum ſomnus longus, & profundus, vt à vini immodica copia prouenit, aut etiam difficulter diſſolubilis, vt euenit in comate, obſeruatur, ſed etiam quamuis ſtimulentur, & feriantur, vt ait Galenus, non tamen expergiſcuntur, aut aliquo pacto ſentiunt, vel loquuntur.

**Definitio.** Ipſum igitur definientes dicimus eſſe functionem animalem ablatam propter anteriores cerebri partis anguſtiam. Quod autem in eo vniuerſa animalis functio auferatur, ne dum ex Galeni auctoritate ſtatim ſupra propoſita, verum etiam ex alijs eiuſdem ſtatutis clarum eſt. *2. pradi. 29.* is enim alibi ſic habet. Non enim ſolet, vbi cerebrũ inexpugnabili dormiendi neceſſitate prematur, eius vitio ſenſus duntaxat lædi, & motus, ſed ratiocinatio, memoria, ſenſus, & motus voluntarius corrumpi, & de ſopore alto morboſoq; caro, & exquiſito verba facit. *Gal 2. de articulis com. tex. 20.* cur autem id eueniat ex dictis in phrenitide colligi facile poteſt: nã læſa anteriore cerebri parte, in qua facultas imaginatrix viget, neceſſe eſt, vt imaginatio lædatur. vnde ſi anterior pars cerebri ſecundum ventriculos integre, ſecũdum corpus vero aliqua ex parte (vt in caro contingit) anguſtetur, neceſſe eſt, vt imaginatio omnino auferatur, quia etiam ſenſus communis, qui prope anteriores ventriculos potiſſimum reſidet, omnino aboletur. Ablata autem imaginatiua functione tollitur de neceſſitate ratiocinatio, vt in capite de melancholia demonſtrauimus, his autem principalibus functionibus deperditis, neceſſe eſt, vt memorandi quoque actio, tollatur; phantaſmatibus ſiquidem, & rationibus ſublatis, memoria quid recipiat amplius non habet. Similiter omni pereunte cognitione, atque iudicio animalis, & voluntarius motus, qui quidem cognitionem præſupponit, omnino perit. quod quidem eo magis euenit, quo poſterior ventriculus & ſpinalis medulla ab anterioribus potiſſimum ventriculis animales ſpiritus mutuantur. Verum ne decipiamur notandum eſt, quod dum diximus carum eſſe animalem functionem ablatam, per animalem functionem illam intelligi volumus, quæ voluntaria, & exquiſite talis eſt; non autem partim animalis, partim naturalis, ſeu partim voluntaria partim neceſſaria, quod dictum ſit, quia in hoc malo reſpiratio integra, illæſaque ſeruari poteſt, ſed reſpiratio, vt dictum fuit non eſt motus exquiſite voluntarius, & animalis. Inſuper Aetij auctoritas, & experientia definitionem aſſignatam nullo pacto labefactare valent. nam etſi caro laborantes, dum punguntur, partem laceſſitam aliquatenus contrahant, & moueant, & ſubinde motus hic indicium ſit ſenſum tactus non aboleri: attamen hic motus nullo pacto animalis cenſendus eſt, ſed eſt à prædominio naturalis, vt in capite de virtutibus cord. oſtenſum eſt. is enim nullatenus à voluntate, ſed ſolummodo ab irritata partis expultrice dependet, vt etiam in ſingultu, & conuulſione, ſeu ſpaſmo non exquiſito ratione prauæ materiei ventriculus, & reliquæ partes contrahi, & moueri ſolent. quare nec Aetius neque experientia Galeni auctoritati aduerſantur, qui ſemper aſſeruit in hoc vitio, & ſenſum, & motum omnino auferri. Sed vt innueret ſe per motum exquiſite animalem intelligere, ipſe prudentiſſimus motum hunc ſpecificauit, dum in ſupra citata auctoritate dicebat in hoc malo motum non ſimpliciter animalem, ſed voluntarium corrumpi. idem de ſenſu tactus dicere debemus, quia Galenus dicebat hunc adeo aboleri, vt etiam ſi vel ſtimules, vel ferias, vel inclamites, non ſentiant. *Gal 2. de articulis com. tex. 20.* namq; et ſi ſenſatio hæc ab animali prodeat facultate, nihilo ſecius tactus hic non eſt perfectus, diſtinctusque, quia cognitione, & iudicio, qui, vt dictum eſt, omnino perijt, deſtitutus eſt. *2. pradic. 29.* Nãq; ſi ex Hippocrate dum mens non conſtat, quia deprauata ſit, dolor & punctio nõ ſentitur, multo minus eadem mente penitus ablata percipietur; tactiua n. functio, vt ſecundum naturã, & perfecta fiat, non ſolum obiecti tangibilis receptionem, ſed ẽt iudiciũ requirit. Quare ſenſus hic imperfectus, & indiſtinctus exiſtit, vt tactus nomen nullo modo mereatur. *Gal 4. de l. a.* Sed ſenſationi illi, qua ventriculus, inteſtina, & reliqua viſcera in contriſtantis, & ſuperuacanei expulſione, funguntur, examuſſim comparandus ſit. Quod autem huius ſoporis cauſa ſit anguſtia & præſertim ventriculorum cerebri, qui ſemper anguſtiam integram pariuntur, tum ex Galeni auctoritate, tum ex eo quod animalis facultas vniuerſa deperditur, manifeſtum eſt. Similiter anguſtiam hanc anteriorem cerebri partem detinere, tum ex Galeno colligitur, vt in ſermone de catocho oſtenſum eſt, *Gale. 4. de loc. c. 2.* tum etiam ratione corroborari poteſt. Si enim tum anterior, tum poſterior cerebri pars anguſtaretur & præſertim ſecũdum omnes ipſius ventriculos, proculdubio, neq; capiti ſubiectis partib. ſenſus aliquis influeret, vt de catocho Auicennas & Fernelius teſtantur, in quo etiam ſi pungantur omnino non ſentiunt, neq; reſpiratio integra, & incolumis omnino remaneret. Sed in caro ſenſus aliquis, & reſpiratio integra manet, ergo cerebri poſteriora non anguſtantur. quod ſi concedamus poſteriores quoq; partes anguſtia affici, & hoc quia nonnunquam in caro reſpiratio læditur, tunc nulla remanet conditio cuius merito carus ab apoplexia diſtinguatur, ſed cogimur fateri carum materialem, & vehementem à debili apoplexia, vel parum admodum, vel omnino non differre. & ſi differentiam circa ſenſum aliquem in partibus corporis remanentem, & circa reſpirationem, non ita læſam, aſſignare velimus, cogimur fateri non omnem poſteriorem cerebri partem anguſtari. Hoc autem in caro immateriali adhuc magis conſpicuum eſt. nanque ſi cerebri ventriculi anteriores, vel medius, ab ictu comprimantur, fit quidem carus & ſopor, ſed ſi poſterior atteratur, non carus, ſed, vt ait Galenus, & experientia docet, ſtupor, ſeu *Gal 7. aph. 14.*

detentio

## *De Epilepſia.* *Cap.* *IX.*

**Continuatio.** EPIPLEPSIAM poſt Carum explicare conueniens eſt. quia, ſicuti dicebat Galenus, inter ſoporem, & apoplexiam, morbus comitialis medius eſt. *Galen. 4 de loc. c. 2.* eſt autem medius non penes materiæ hos affectus producentis quantitatem, aut acceſſionis pertinaciam, durationemve, quia, vt plurimum, materia carum producens, eſt copioſior, quàm ea, quæ morbum comitialem inducit: ſimiliter carus, non ſolum per vnum, aut duos, ſed, vt plurimum, per plures dies perdurare ſolet. comitialis vero, vt plurimum, neque per horam affligere conſueuit, & citra Medici auxilium faciliime diſcuti ſolet. Sed Galenus, dum dixit medium eſſe comitialẽ inter carum, & apoplexiam, tum ad præſeruationem, & ad cerebri patiẽtis diſpoſitionem, agentiſq; vehementiam oculos direxit, tum potiſſimum ad illud reſpexit, quod in ſuperiori capite fuit declaratum, quando ex Galeni ſententia dicebamus, quòd ſicuti apoplexia tum ventres, tum maxime porroſitates cerebri detinet: carus autem, & epilepſia magis ventres, & minus cerebri corpus occupant: ita epilepſia omnes cerebri ventriculos, *Gal. loc. cit.* carus vero ſolam anteriorem cerebri partem, & anteriores ventriculos appræhendere conſueuit. quemadmodum his verbis aperte inſinuauit Galenus: *Gal. loc cit.* Quod ſi aliquando ſola (inquit enim ſola) anterior cerebri pars afficitur, ſupremum ipſius ventrem ei conſentire neceſſe eſt, atque cogitandi quoque actiones vitiari, & qui ita affectus eſt, neque ſenſus, neque motionis munere fungitur: ſpirandi tamen facultas haudquaquam læditur, vocaturq́ue hic affectus caros, ideſt ſopor. Eãdem veritatem declarauit Galenus, dum dicebat, comitialis proximus quodammodo eſt apoplexiæ, cum idem locus in vtroque patiatur, & idem humor in cauſa ſit, licet ratione quantitatis materiæ differant: per loci autem identitatem, nil aliud, *Gal. 2 aph. 45.*

**Nomen.** niſi omnes cerebri ventriculos poſſumus intelligere: ſecus Galenus ſibi contradiceret. Epilepſia autem dicitur ceu ſupernas partes, ideſt caput, comprehendens, & alijs quoque nominibus ab auctoribus inſignitur. *Hip. l. de aere loc. & aquis; & 3. aph. 29* nam ab Hippocrate vocatur morbus puerilis, quia pueris familiaris eſt, & morbus magnus, & Herculeus, propter ipſius vehementiam, & morbus ſacer propter falſam opinionem, vt ait Galenus, & vt Hippocrates docuit in libro de ſacro morbo, ſeu, vt alij dicunt, quia ſacrum, & honoratum eſt cerebrum; & comitialis, quia in comitijs *Gal. 6 in 6. epid 7.*

**Definitio** manifeſtari ſolet. Quocunque autem vocetur modo, affectus hic eſt functio animalis cum prauo motu totius ablata, propter prauam materiam cerebrum irritantem, & in eius ventriculis anguſtiam promouentem. *Alex. lib. 1. c. 15.* Quam quidem definitionem, & ſubinde tum locum affectum, tum cauſam effectricem, & præſertim cur in epilepſia motus ſit cõuulſiuus, aperuit Galenus 3. de loc. affect. cap. 7. Quod autem vniuerſa animalis functio in hoc vitio ablata ſit, nedum ex pluribus Galeni auctoritatibus, *Galen 3. de loc. 7 [illegible] & 4 de loc, 2. & lib de differ ſy c. 3.* verum etiam ex ipſa ratione manifeſtum fieri poteſt. Si enim caro, vt in ſuperiori capite demonſtrauimus, aufertur, quanto magis in epilepſia, in qua maior ſit anguſtia, & omnes cerebri ventriculi anguſtantur, auferri debet? Quod ſi epileptici interdum aliquam vocem (licet obſcuram) quæ quidem animalis eſt, edere videantur, hæc tamen traditæ definitioni non aduerſatur. primo, quia vocem hanc ſolum in acceſſionis principio, dum videlicet anguſtia adhuc eſt in fieri, non autem, vbi iam integra facta eſt, emittere poſſunt. Secundo, cum vox hæc, tanquam ab effectiua cauſa ex laryngis muſculorum, & reſpirationis motu producatur, hic muſculorum motus non ex voluntatis præſcriptione, ſed ab expultricis facultatis irritatione, vt ſuperiori capite dictum fuit, & paulo poſt magis adhuc aperiemus, procreatur. Hinc ſit, vt cum motus hic non ſit perpetua, & continua muſculorum tenſio, ſed potius interpolata, quia tenſio, & relaxatio ipſorum ſeſe mutuo, & ſucceſſiue conſequuntur, proinde vox quædam, ſed omnino inarticulata, & obſcura, produci queat. Diximus autem animalem functionem cum prauo motu auferri, vt ordinem ſymptomatum, hoc vitium comitantium, innueremus. nanque primo prauus inſurgit motus, & cum eo facultas incipit auferri, deinde motu prauo deliteſcente, functio animalis integre abolita remanet. *Gal. lib de differ ſy. c. 3. 6 in 6 epide com 7. & [illegible] de loc. 7 & alibi. Gal. loc cit.* Quamuis autem Galenus pluribus in locis motum hunc conuulſionem appellauerit, quatenus videlicet eſt motus quidam depravatus muſculorum ad ſuum principium: attamen, quia, vt apparebit, non exquiſita conuulſio, ſed ſpuria, quæ nil aliud eſt, niſi coactæ expultricis motus, ſemper in hoc vitio producitur, clarioris doctrinæ gratia ipſum prauum motum ſimpliciter, non autem conuulſionem, appellauimus: dictum fuit (totius) quia, vt ait Galenus, hic prauus motus in omnibus corporis muſculis ferè ſit: nam omnibus his commune principium afficitur. Porrò huius vitij cauſam perpetuam & principalem ſtatuimus eſſe materiam, quod ex eo deprehendere licet, quia epilepſia, quemadmodum quamcitiſſime ſit, vt inquit Galenus, & teſtatur experientia, ita vt plurimum quamcitiſſime, vel breui admodum tempore deliteſcit. *Galen 3 de loc. cap 7.* quod quidem non niſi ex alicuius materię fluxu contingere poteſt. Diximus autem materiam hanc prauam eſſe, quoniam epileptica acceſſio, & potiſſimum prauus ille motus, ſeu epileptica conuulſio producitur à materia, non quidem vt ſui quantitate, ſed vt praua qualitate infenſa, & moleſta eſt. imo praua hæc materiæ qualitas eſt in cauſa, dum cerebri expultricem irritat, vt in hoc vitio in exigua admodum quantitate colligi, & aggregari poſſit. & hoc ad differentiam cari, & apoplexiæ, in quibus cum materia ſit omnis mordacitatis, & ſtimulantis qualitatis expers, poteſt in tan-

ta co-

Digitized by Google

ta copia multiplicari , vt in cetebto detenta , & aggregata , acceſſiones vel longiores , vel
difficile ſolubiles , vel omnino inſolubiles , producere poſſit . hinc fit , vt quemadmodum
cari,& potiſſimum apoplexiæ,ſenibus,& decrepitis familiares cum ſint . & iuuenes raro, vel
nunquam , & multo minus adoloſcentes corripere conſueuerunt,quia in ſenili ætate humo-
res calore , & omni mordacitate priuantur : ita comitialis maxime poeros propter lactis cor-
ruptelam,propter vermium frequentiam , ciborum ingluuiem , & capitis imbecillitatem ex
nimia ipſius humiditate productam, deinde adoleſcentes, & iuuenes; minime vero ſenes, &
*Paul. l. 3. ca. 13.* decrepitos, ut inquit Paulus , & experientia atteſtatur , occupare ſolitus ſit. ob eandem cau-
ſam, ex Celſi auctoritate , malũ iſtud ſæpius viros, quàm fœminas exercere ſolet. & ob id ẽt,
*Celſ. l. 3. ca. 23.* vt Hipp.ſcriptum reliquit,huic morbo obnoxij aliquando liberantur,maximè accidente hye
me, quia eo potiſſimum tempore frigor,& acredo in humoribus miteſcere ſolet.Hinc etiam
*Hip. l. de flatibus.* fit,ut dum comitialis ad ſenectutem vſque producitur,tandem in apoplexiam abire ſæpe cõ-
ſueuerit. neque huic noſtro decreto Hip.& Gal.aduerſantur,dum inquiunt,quod adoleſcen-
*Hip. & Gal. 2. aph. 45. et* tium ætas,quia calidam & ſiccam temperaturam habet, maximum epilepticis auxiliũ affert,
*Gal. 3. aph. 25.* vt epilepſiam,quæ ante pubertatem fit,iuuentus ſuperueniens,ob ætatem ad ſicciorem natu-
ram traſmutatam,perſanet;quoniam hoc,vti nos ratio, & eorum verba docent , non alia de
*Hip. & Gal. 5. aphor. 7.* cauſa prouenit, niſi quia in iuuenili ætate tum pituitæ, quæ non citra prauam qualitatem,hu
ius vitij cauſa eſt,prouentus tollitur , tum quia ( & hæc potiſſima cauſa eſt ) diſpoſitio paſſi,
*Gal. 3. aph. 29.* nempe capitis ingens humiditas corrigitur. Imò ſi de comitialibus non ante pubertatem ex-
ortis loquamur , Galenus vt oſtenderet ætatem iuuenilem huic affectui obnoxiam quoque
eſſe,dicebat: Fiunt igitur & in iuuenibus morbi comitiales, qui prius non erant ( vt videlicet „
ait Hippocrates in aphoriſmo) propter victus errorem in ijs,quæ aſſumuntur,& alijs,quę ab „
ipſis aguntur operibus, & quia humi cubant, & ſoli ſe exponunt, & imbribus,& alijs simili- „
bus, vt ex enumeratis cauſis tum pituitoſi,& frigidi, craſſique humoris productionem , tum
etiam alicuius qualitatis calidæ prauæque & irritantis procreationem colligere poſſimus.
Diximus autem imprimis hanc prauam materiam cerebrum irritare, quoniam ad hoc,vt co-
mitialis promoueatur,neceſſe eſt,vt materia aliqua praua qualitate infecta,vel in caput aliun
de tranſmiſſa, vel in eo genita, primo cerebri expultricem irritet, quia ipſa ſtimulata,quem-
*Gal. 3 de lo. 7. & 1. de hum. com. pag. 5.* admodum dicebat Galenus,neruorum principio,hoc eſt cerebro,ſe ipſum quatiente,vt,quæ
noxia ſunt excutiat,neceſſe eſt, vt etiam nerui, qui ab hoc principio oriuntur, conuellantur,
& prauo motu moueantur,ad quorum motum,muſculi quoque,qui ex neruea portione con-
flati ſunt,mouentur. Verum hoc in loco perpulchra oritur dubitatio,quo nam modo cerebri Dubitatio.
expultrix poſſit adeo ſtimulari,vt cerebrum ſe ipſum concutiat,& moueatur:non enim quẽ-
admodum ventriculus, dum à praua materia irritatur in ſingultu , & aliæ quoque neruoſæ
partes ratione ſtimuli,vt noxium expellant,contrahuntur,ita videtur cerebrum contrahi,&
moueri poſſe: nam ventriculus,vterus,veſica, inteſtina ſtimulum facillime ſentiunt, cum hæ
partes neruoſiſſimæ ſint,& iiſdem de cauſis facillime, irritata expultrice, contrahuntur , ſed
*Galen. 1. de ſympt. cau. c. vlt. in princ.* cerebrum ipſum cum ſenſu tactus,vt ait,Galenus,ſit deſtitutum, & molliſſimum eſt,& ſine
fibris,non videtur rationi conſonum,vt ſe ipſum,propter irritatam expultricem, concutiat ,
neque credendum eſt,ad motum hunc producendum, eius vim expulſiuam ſimpliciter natu
ralem,& nulla tactiua ſenſatione concurrente,ſufficientem eſſe, quoniam expultrix penitus
naturalis,ut in ſermone de virt.cordis oſtenſum à nobis eſt,ſine partis expellentis cõtractio-
ne,& aperto motu ſit. Quod autem cerebri ſubſtantia penitus non ſentiat,ne dum in magnis
capitis vulneribus,ſæpius experientia comprobauimus,verum etiam validis rationibus pro-
bari poteſt. Namque , vt dictum eſt , cerebrum eſt molliſſimum ſine fibris , & omnino exan-
*Ale. Aphro. in ſ. primo ſui lib. de anima.* gue,quæ autem omnino exanguia ſunt,vt docet experientia,tactiua functione carent, quia,
vt rectè inquit Aphrodiſęus, ſine tenui ſanguine, in quo ſpiritus, & calor reſidet,tactos fieri
non poteſt . Cui difficultati ſatisfacientes dicimus cerebrum ſecundum expultricem irritari , Solutiò.
vt fiat ille motus ſeu concuſſio,non quidem in virtute propriæ ſubſtantiæ cerebri,ſed merito
membranarum,quæ quidem eximio,& exquiſitiſſimo ſenſu præditæ ſunt,& præſertim tenu-
ioris,quæ per cerebri ſubſtantiam pluribus in locis diſſeminatur. imò ex quorundam ſenten-
tia anteriores ſaltem cerebri ventriculi tenui meninge inueſtiuntur. qood ſi maiorem fidem
Veſalio, qui fuit diligentiſſimus partium humani corporis inquiſitor , adhibere velimus ( is
enim hoc negat) non tamen inficias ibimus, plures cerebri partes in eius corpore contentas,
& potiſſimum partem illam,quæ ſpeculum vocatur, & ex duplicata tenui meninge conflata,
anteriores cerebri ventriculos diuidit,tenui membrana inuolutas,& ſubſtratas eſſe.vnde fa-
cile eſt,vt harũ membranarum merito,quia ſunt eximio ſenſo præditæ,duræ,fibroſæ, & ſan-
guine tenui perfuſæ,ut earum rubedo nobis oſtendit, expultrix cerebri facultas irritetur , &
*Gal. 7. aph. com. vlt.* motus ille ſubſequatur,& hoc nobis diuinus ſignificauit Galenus, dum reddens cauſam cur
in lethargo tremor,malum,dicebat,vel in lethargo fit tremor, quia materia flatuoſa reſolo-
ta cerebri membranas , & neruos ab eis ortos mouet,& concutit , ad membranarum autem „
motum tum principij neruorum,tum neruorum,& muſculorum prauus motus ſubſequitur. „
Et idem Galenus lib. de plenitud. cap. 4. clare teſtatur cerebrum grauitatis ſenſum manife- „
ſte percipere:quia accipit cerebrum pro aggregato ex ipſius ſubſtantia, & tenui membrana.
Ariſtot. vero 2. de part. anim. ipſum tactu orbatum affirmat , quia de ſola celebri ſubſtantia
loquitur. imò ſæpius experientia comprobamus in principio ſomni propter vapores prauos
(qui tunc temporis eleuari incipiunt ) cerebri membranas ferientes interdum totius corpo-
ris vibrationem , concuſſionemque promoueri . In carocho vero non ſequitur motus con-
uulſiuus per interualla factus , vt in epilepſia , quoniam in ipſo materia frigida in cerebri
partem poſteriorem ſimiliter frigidam agens,& ſimili intemperie affectam expultricem non
irritat,

irritat, & hoc eo minus contingere poteſt, quo materia poſteriorem cerebri partem ſemel diſtendens eſt in cauſa, vt nerui, & muſculi ſemel pariter extenſi, ita contracti aſſiduo permaneant, quouſque materia diſtendens fuerit diſcuſſa. In caro autem non ſequitur motus ille prauus, quia materia, vt etiam in apoplexia ex pituita, eſt omnis mordacitatis expers non autem, vt quidam moderni imaginati ſunt, qui dicunt, in caro non ſuccedere motum conuulſiuum, quia materia non adhæret, neque figitur parietibus ventriculorum cerebri. Quod quidem à ratione prorſus abhorret: ſi enim pituita, quæ viſcida eſt, & carum producit, non adhæret ſubſtantiæ ventriculorum, multo minus figi credendum eſt melancholiam, quæ epilepſiã generat, & viſcida non eſt, præterea materia pituitoſa, dum in caro à cerebri corpore ad ventriculos protruditur, ſaltem eo tempore, quo expulſio illa fit, quia tunc hæret parietibus ventriculorum, motus conuulſiuus ſubſequi deberet. In apoplexia vero ex materia melancholica non poteſt ille motus ſuboriri, quamuis aliqua ex parte ſui ſiccitate poſſet membranas irritare, & exaſperare: quia omnibus ferè cerebri poroſitatibus obſtructis, tollitur tranſitus ſpirituum, & facultatis ſenſitiuæ ad ipſas membranas, quo fit, vt ſtimulum penitus ſentire non poſſint. In phreniti de vero, quamuis acris, & acuta materia ſit: attamen non partes membranæ profundiores, ſed magis ſuperficiales ſtimulat: ſtimulatio autem non ſentitur, quia mens ægrotat, quod ſi interdum dormiant, tunc phrenitis a materia ſanguinea, quæ benigna eſt, producitur, & ita prauus non ſequitur motus: in biliosa uero phrenitide vigilia perperna eſt, & ſtimulum pcoirus non ſentiunt, quia mens ab innumeris phantaſmatibus diſtrahitur. Quẽadmodum etiam experientia comprobamus ex forti imaginatione ſingultum auferri. Sed hectica phrenitide aduentante, quamuis animalis facultas penitus proſtrata ſit, & membranarum intemperies, cerebrique vniformis, & habituata ſit, nihilominus, quia comatoſo affectu vexari incipiunt, & mens à tot imaginibus non exercetur, ſemper in pulſu, & in brachio conuulſiuus percipitur motus, & brachia iactant, & inordinare mouent. Quare ſolum in epilepticæ acceſſionis principio prauus gignitur motus propter expultricis, quæ in membranis viget, irritationem. Sed poſteaquam membranę ſui valida expultrice materiam ſtimulantem in cerebri ventriculos, & procul à ſeipſis expulerint, tunc ceſſat ille motus conuulſiuus, & tota materia in cerebri ſinubus collecta, & ſubinde ſpiritus vijs occluſis, ſine motu omnino

Cauſę proximæ, & immediatæ.

proſtrati iacent, donec materia noxia extra cerebrum propulſa fuerit, & ſpiritus animales aliqua ex parte regenerati. Taodem dictum fuit materiam hanc in cerebri ventriculis anguſtiam promouere, quia interdum ipſos obſtruere poteſt, interdum in eis ſubſidentiam excitare: obſtructio autem locum habet potiſſimum in epilepſia per eſſentiam, & interdum etiam in epilepſia per conſenſum, & tunc praua materiæ qualitas eſt potius manifeſta. In epilepſia autem per conſenſum fit potius ſubſidentia, & potiſſimum vbi praua materiæ qualitas fuerit recõdita, atque veoefica.

*Gal 3. de lo. 7.*
*Aui c prop.*

Obſtructionis cauſæ,

Obſtructio autem, ut ex innumeris Galeni locis colligimus, fit à materia frigida, & craſſa. ideo dicebat Galenus, frigidus & craſſus humor apoplexiæ, & epilepſiæ cauſa eſt. & alibi dicebat, craſſus humor cum vias ſpiritus in cerebri vẽtriculis obſtruit, comitialem morbum affert. ideo poteſt eſſe pituita, vel melancholia, vnde non eſt mirum ſi epileptici melancholici fiant, & è conuerſo fieri etiam poteſt ex craſſiore ſanguine, qui melancholicus eſt. quod ſi fiat ex bile, ex vitellina, quæ copioſam pituitam permixtam habet, procreari poteſt. imò, vt dictum eſt, pituita quoque dum hoc vitium producit, aliquam bilis portionem aſſociatam habere debet, quemadmodum cum melancholia humoris aduſti, vel atribilaris portio permiſceri poteſt. ab hac autem corpulenta materia, quæcunque ſit, integra anguſtia in cerebri ventriculis gignitur, non tamen in poroſitatibus propter cauſas ſuperius allatas, & hoc ad differentiam apoplexiæ, in qua præter ventriculos cerebri poroſitates inſigniter anguſtantur, & opprimuntur. & ideo dicebat Galenus, in epilepſia cerebrum magis ſecundum ventres afficitur, quàm ſecundum corpus: in apoplexia vero magis læditur ſecundum corpus, quam ventres. Hæ autem materiæ modo in capite generantur, & malum fit per eſſentiam in capite: modo extra caput, & ſuboritur vitium per conſenſum. dum autem fit per conſenſum etiam materia vaporoſa locum habet, vt quando verbi gratia vapor potiſſimum à ventriculo, pituita, cruditatibus, & prauis humoribus, & materiebus refertо, in cerebrum eleuatur. & ſi vapor hic qualitate manifeſta potius, & non admodum praua moleſtus ſit, poteſt etiam peccare ratione quantitatis, & tunc in cerebri ventriculis obſtructionem producit, & benigna admodum excitatur epilepſia.

*Gal 2. aph. 45 et 3. aph. 29.*
*Galen. 1 de bum com. pag. 5.*
*Gal. 5. aph. 7. & 1, in 6. epid 4. et 6. in 6 epid 7. & 3 de loc. 7 & 2. de ſymp c. 1 & Paul. lib. 3. c. 13.*
*Galen 4. de loc. 2.*

Subſidentiæ cauſæ

Si autem hic vapor qualitate valde praua, vel etiam venenoſa ſit infenſus, tunc non ſolet peccare ratione quantitatis, & ſubinde non obſtructioem in cerebri ventriculis, ſed ſubſidentiam potiſſimum promouere conſueuit. dum enim expultrix valde ſtimulatur, cerebrum concutitur, & eius ventriculi de neceſſitate ſubſideot, & animales ſpiritus obruuntur, & à praua materia diſſipantur, & ſuffocantur, & ſimul cũ praua materia extra ventriculos protruduntur, & ita patiẽtes conſq; proſtrati, & veluti mortui iacent, donec ſpiritus rurſus in decenti copia regenerentur. Huius autem vaporis praua qualitas põt eſſe vel manifeſta, vel occulta, & venefica. Manifeſta eſt, qñ vapores ſunt calidiores, valde acres, feruentes, & mordentes, quales ex biliosa prodeunt materia, ſiue ex toto vt in febribus, ſiue ex aliqua parte, vt ab hepate, liene, inteſtinis, renibus, & vt plurimum, & fere ſemper prodeunt à ventriculo, & ab vtero. vnde quædã dũ vtero gerũt crebro epilepſia corruunt, expeditæ vero nunq̃. dum.n. fœtus geſtatur, multa putria conſeruantur, pariter à matrice (& hoc eſt notandũ) frequenter diſpoſitio mixta ex ſincope, & epilepſia gignitur, vaporibus nunc magis cordi, nunc cerebro, & q̃nque æqualiter communicatis. Venefica vero in vapore qualitas eſt, quæ prodit ex vermibus, ex ſanguine menſtruo, aut ſemine retento. necnon etiam, ut ex Galeno, & alijs, & experientia colligimus, põt fieri epilepſia ex quodam vapore virulento ab aliqua corporis parte, vt verbi gratia ex digito manus,

*Ga. 3. de l. 7.*
*A man.*

vel pedis prodeunte. Et hæc materia in ea parte, à qua procedit, generatur. Denique, vt quidam experientia comprobarunt, poteſt fieri epilepſia per eſſentiam, & ratione ſubſidentiæ, vti euenit dum ex cerebri abſceſſu, vel ex corrupta meningis portione caluę adhætente ſummo dolore teter vapor in cerebri ventriculos penetrat. Cauſæ autem remotæ, & procatarcticæ ſunt nimia repletio, ebrietas, nimia inedia, nimius coitus, & ſomnus immodicus, & aliæ de quibus in vertigine loquemur. Comeſtio autem apij, myrrha, & ſuffumigium ex cornu caprino, vt aiunt quidã, epilepſiam detegunt quemadmodum declarat Galenus 11. de ſimpl. med. ſermone de iecore caprino. Huius vitij differentiæ tum ex cauſis propoſitis deſumuntur, tum potiſſimum ex varia huius affectus generatione; interdum enim per eſſentiam, nonnunquam per conſenſum generari ſolet, etſi per conſenſum hoc potiſſimum à ventriculo contingere ſolet, & interdum etiam ab aura venenata ab aliqua corporis parte prodeunte. Et malum facillime ex iam dictis cognoſcitur, quia omnis animalis functio perit, & in terram collabuntur, & motus ille depratiatus obſeruatur, obſcuraq; vox eliditur. interdum vel vrina, vel fęces inuoluntarie exeunt, quia muſculi qui collo veſicæ & recto inteſtino præſunt, partim rõne obſtructionis in cerebri vẽtriculis relaxãtur, partim rõne praui motus cerebri conuelluntur. & ſi epilepſia ſit vehemens, pp motũ vehementẽ, ſpuma in ore rõne motus, vt ait Gal. generatur. reuocati aũt ab acceſſione, ſe nil prorſus aut caſus, aut aliorum ſymptomatum recordari dicunt. & interdum venæ ſub lingua virides conſpiciuntur, quod etiam ſignum prognoſticum eſt. & hæ abſolutæ epilepſiæ ſunt notæ. nam ſæpe leuior exiſtit, cuius non tam expreſſa ſunt ſymptomata, & inter vertiginem, & epilepſiam quaſi media eſt. Diſtinguitur autem ab emproſtotono, opiſtotono, & tetano, quia in iſtis princeps functio illæſa manet, & conuulſio perpetua eſt: in epilepſia vero ex temporum interuallis fit. Diſtinguitur autem fortis epilepſia, cum obſcuriſſimis, vel ſine motibus ſpaſmoſis, quæ in paralyſim terminatur, & vt ſępius cõtingit in oris torturam, quæ per tres & plures dies interdum perdurat, ab apoplexia debili, quæ etiam in paralyſim migrat, tantummodo ratione ætatis, quia ab eadem fere cauſa proueniunt. Si vero fuerit per eſſentiam motus ille deprauatus, erit admodum vehemens. noxæ erunt ſecundum memoriam, aderit ſenſuum, mentiſque læſio, ſtupor, aut tarditas: Et nocumentum ſecundum facultates capitis principes, & non principes, & ante, & poſt acceſſionem. Quæ quidem noxæ non aderunt poſt acceſſionem, vbi vitium fuerit per conſenſum, & motus deprauatus erit obſcurus, & ſpaſmus nõ ſenſatus, vt ait Auic. quia cauſa ita efficax non eſt. Denique cognoſcitur vitium per eſſentiam ex ſignis intemperati cerebri, capitis grauitate, aut etiam dolore atroci, faciei pallore, inſomnijs turbulentis, oculorum caligine; & quia acceſſio repente adoritur, nulla ſymptomatum præſenſione, & vehemens eſt. Vtrum vero ſit per conſenſum à ventriculo, vel inteſtinis vermibus repletis, vel à matrice, vel alijs partibus, ex proprijs indicijs deprehendimus, verbi gratia ſi ſit per conſenſum ab ore ventriculi, eo modo quo oculorũ ſuffuſio oritur, præcedunt ventriculi dolor, diſtentio, compunctio, difficilis inediæ tollerantia, & cum acceſſio proxima eſt, nauſea, cordis dolor, aut animi adeſt deliquiũ: cum vero deſierit, vomitio alias pituitoſa, alias blioſa. Si ſit p conſenſum à vapore venenoſo, euidenter ſentiunt moleſtiã v.g. in digito manus, & aurã quandam frigidiorem in caput aſcendentem euidenter perſentiunt. Ex quibus necnon etiam ex traditis in dolore capitis, facillimũ eſt cognoſcere vtrum adſit obſtructio, vel ſubſidentia: & an materia ſit vel vaporoſa, vel humoroſa, vel pituitoſa, vel melancholica. Capitis autem grauitas, incubus, vertigo, in ſene apoplexiam, in pueris epileſiam, in medijs ætatib. modo vnũ, modo aliud pro capitis diſpoſitione, & multo magis pro materiæ diuerſitate minãtur: melancholia vero magis epilepſiam accerſire ſolet. Dicebat aũt Hipp. quibuſcunq; comitiales fiunt ante pubertatem mutationem accipiunt (& per mutationẽ ſolutionem in com. interpretatur Galenus, quæ fit ob ætatem ad ſicciorem naturã transmutatam) quibuſcunque aũt vigeſimo quinto, ferè ad mortem vſque comitãtur. Galenus vero aphoriſmũ ſupplet hoc modo. morbi comitiales, qui ante pubertatem fiunt, in eius ætatis tempore ſoluuntur, qui vltra pubertatẽ procedunt, commoriuntur, tempus autem pubertatis eſt poſt quattũdecimum annum, vſque ad vigeſimũquintum. dicebat autem idem Galenus, quod comitialis, qui eſt à cerebro valde humido, morbus puerorum dicitur, & ſtatim poſt infantis ortum exoritur, & in ætatis mutatione, nobis nullam curam adhibentibus, ceſſat; is autem affectus oritur, etiam ob errores in victu, & tũc nõ prima ſtatim ætate, cũ adhuc infantuli ſunt, oritur, ſed cũ ætate proceſſerunt, idq; fit aut ex praua ratione victus, aut aliqua alia externa cauſa, & tũc non expectanda ætatis mutatio, ſed affectio morboſa diſcutienda. morbum itaq; comitialem ſæpe in pueris veneris, in puellis menſtruorum initium tollit, & ideo dicebat Hipp. quicunque pueri comitiali laborant, mutatione maxime ætatis, temporum, & locorum, & victuum quoque liberantur. irruit aũt comitialis magis verno tempore, quo etiam periculoſior eſt, nam æſtate frigida materia abſumitur, hieme eius mordacitas refrangitur. & ex eodem Hipp. ſacer morbus inueteratus, eſt incurabilis. & dum in acceſſione exit vrina, aut ſperma, vel egeſtio, paſſio grauior eſt, maiori aũt cũ difficultate remouetur malum per eſſentiam, non ita difficulter dum eſt per cõſenſum, dũmodo à ventriculo intemperie in habitu laborante non proueniat. Hipp. aũt dicebat, qui quartana laborant, magno morbo non corripiuntur: ſi vero prius corripiuntur, & quartana ſuperueniat, liberantur. & idem Hipp. & Gal. aiunt, quod melancholia ſæpe in comitialem, vt dictũ eſt, commutatur, & comitialis in melancholiam. Si tamen à pituita comitialis fiat, non tam in melancholiam tranſit. Similiter comitialis, vt Galenus 4. de rat. vic. com. 27. ſcriptum reliquit, in paraplexiam interdum migrat. Oportet autem pro huius mali eradicatione, dum eſt per eſſentiam, caput expurgare & proinde materiam prius attenuare, calefacere, & per cõtrariũ alterare, & ſimiliter caput alterare, & præcipue exiccare, & cale-

Marginal notes (right): Cauſæ remotæ. — Differentię. — Signa. — Signa epilepſiã ab alijs vitijs diſtinguentia. — Signa epilepſiæ per eſſẽtiam. — Signa epilepſiæ per cõſenſum à uentriculo. — Prognoſtica. — Indicationes.

Marginal notes (left): Gal 2. aph. com. 43. — Galen 5. de loc. 6. — Gal 3. de loc. 7. — Hip. 5. aph. 7. — Gal 1. in 6. epid. 4 loc. cit. — Hip. 3. aph. 28. — Hip. 2. aph. 45 — Hip l de ſacro morbo. — Gal. 5. de l. 6. — Hip 6 in 6. epidem 7. — Hip. & Gal. 8. in 6. epid. 40.

Materiæ præſidiorum.

Chirurgia.

& calefacere, non tamen poſthabtta totius prouidentia. ſi ſit per conſenſum ab aliqua parte, illa pars euacuanda, & ſi in ea adſit intemperies, alteranda. Et dum acceſſio pertinax eſt, vt verba in eorum auribus prolata, vt quidam boni practicantes iubent, non ſufficiant, quomodo ab ea reuocandi ſint, in ſequenti cap. trademus. Vt autem præſeruetur, ne in eam rurſus labantur; imprimis, ſi epilepſia ſit per eſſentiā, & ex materia melancholica originem ducat, curatio in proprio cap. de melancholia petenda eſt. Si uero ex pituita fiat (& erit exemplum pro aliarum materierum eradicatione) dum epilepſia eſt ſanguinea, ideſt cum ſanguinis redundantia, & virtus & ætas conſentiunt, Celſus ſanguinis euacuationem molitur. quod ob id etiam faciendum, vt poſſimus ad remedia, quæ capiti applicantur, aſcendere. in parua tamen quantitate educendus eſt. Galen. autem per venas crurum, pro maiori à parte affecta reuulſione, ſanguinem mittebat. Præterea in hoc vitio pertinaciſſimo maxime proſunt cauteria cruribus, brachijsq; affixa, & tandem coronali ſuturæ, & vlcus per duos, vel plures menſes apertum detineatur, ſed hoc poſt totius & capitis exactam expurgationem fiat. In puerulis autem nullum præſtantius remedium reperitur, quam ferro ignito in occipitio inter primam & ſecundam vertebram aliquam paruam vſtionem, & eſcaram moliri. Si de pharmacis loquamur; primo pro leniente drach. v. ſpecierum hieræ cum melle roſ. ſol. in bolo exhibeantur. deinde ſyrupi ita poterunt præſcribi ℞. ſyr. de betonica, mellis roſati ana vnc. i. de cocti rad. pęoniæ, betonicæ vnc. iii. miſce pro ſyrupo. & dum hi accipiuntur, mediocribus clyſteriis vti licet. & poſt ſex vel octo ſyr. hoc ſoluens exhibeatur, ℞. pilularum cochiarum, aut aurearum, vel ſine quibus, aut de agarico, drach. i. s. maſticinatum drach. s. pulueris hyſſopi ſcrop. s. cum dec. hyſſopi, vel pęoniæ fiant pilulæ v. vel vii. poſt quas dentur valentiores ſyr. ita ordinati. ℞. ſyr. de ſtæchade, de hyſſopo, de cichorea (nam iecur calidum eſſe ſolet, & cum pituitabilis permixta) ana drach. v. dec. hyſſopi, ſtæcados, ſalniæ vnc. iiii. miſce pro ſyr. imo etiā in decocto propter cauſas dictas miſceatur cichoreum. Sed dum præbentur hi ſyr. de quarta in quartam detur ſyr. hic pituitam euacuans: recipe turbit ſcrop. i. ſeminum cartami drac. ii. agarici troc. ſcrop. ii. cinnamomi ſcrop. s. decocti conſueti q. s. fiat infuſio ſecundum artem, & facta expreſſione adde ſyrupi de ſtœchade cōpoſiti, mellis roſ. ſol. an. vnc. i. fiat potio breuis, & præbeatur bis, ter, vel quater prout erit neceſſitas. deinde cochiæ repetendæ, ſed poſt ſyrupum alterantem. deinde caput diligenter euacuandum per os, & nares, vt in capitis dolore. & maxime etiam laudatur puluis ſubtiliſſimus ſpicæ nardi in aures immiſſus Sed cū caput euacuantib. ſemper miſceatur hyſſopus, ſtœchas, radixq; pęoniæ. & caput per octo, vel decē dies expurgandum, & deinde tertia vice cochiæ, vel aliæ ex dictis pilulis exhibendæ. deinde vti licet extrinſecus digerentibus capiti applicitis vſque ad rubificantia, & ſinapiſmata aſcendendo. Sed poſt ſupraſcriptam expurgationem intrinſecus ea ſunt exhibenda, quæ huius mali radicem euellere poſſunt. ideo præter caſtoreum ex aqua mulſa maxime probatur medicamentum ex ſcilla adeo a Galeno in libello pro puero epileptico celebratū. ideo probatur oxymel ſcillinum; dummodo patiens neruoſum genus debile non habeat. nam tunc melle ſcillino potius vtendum. & ſi corpus ſit puerile vel delicatum, ſaccharum ſcillinum exhibeatur. ſed ſi neruorum infirmitas non inhibeat, maxime probatur oxymel ſcilliticum per quadraginta dies ſingulo mane, intermiſſis diebus purgantis, quod ſingulis octo, vel decem diebus propinandum eſt. & detur hoc oxymel ad drac. ii. ad iiii. vſque ad vnc. ii. per quatuor, vel quinque horas ante prandium. & ſi corpus ſit robuſtum, detur etiam ante cœnam per tres horas ad ſemiunciam. & poſt primos decem dies tribuendum cum decocto ex hyſſopo, pæonia, ſtęchade, betonica ad vnc. iii. & exhibito per quadraginta dies hoc medicamento, tandem detur eleuarium quod mali radices adimat. & poteſt ita præſcribi, ℞. hyſſopi pulueriżati (nam ex Alexandro, ſolos hoc malum curare ſolet) ſtœchados, ſeminum nigrorum pęoniæ an. drac. ii. pulueris cranei humani, vel aſinini, recentis tamen, vel cerebri muſtellæ ſiccati drac. i. ſem. mithridati antiqui drac. iii. cōſeruæ dianthos, & ex folijs betonicæ ana vnc. v. oxymellis ſcillitici q. s. fiat electuarium, & detur a duobus ſcropulis vſque ad drach. iii. per plures dies. & vt valentius fiat, detineatur ſaltem per menſem ſub radijs ſolaribus vaſis operculo obturato. Similiter probantur magnæ confectiones ad eaſdem intentiones. Præter medicamentum ex ſcilla compoſitum, laudatur quoque guaiacum ſeruando ea, quæ dicta ſunt in ſcillitico medicamento, & ita ordinatum vt in dolore capitis dictum eſt, ſed in decoctione oportet addere radicem pęoniæ ad vnciam, & hyſſopum, & ſtęchadem ad Manip. i. pro ſingulo. addendo etiam cichoreum, vel aliud caliditatem horum attemperans, quia in materia adeſt etiam qualitas ſtimulās, & portio materiæ calidæ. & ante prandium exhibendū guaiaci ſyrupus ad vnc. viii. vel viiii. & vi. ante cænam. in decoctione, quæ fiet pro potu, ſi ventriculus ſit frigidior, licet in fine duas vini libras permiſcere, vt etiam in ſermone de lue gallica dicetur. ſed ante ſurupum guaiaci expedit has pilulas exhibere, imò etiam ante prandium, & cænā, ℞. hyſſopi, ſtœchados, pœoniæ ana drach. i. cranei humani, vel cerebri exiccati muſtelę drach. ſem. cum oxymelle ſcillino fiant pilulæ xv. quarum tres ante ſyrupum matutinum, duæ ante prandium, duæ ante cænam, & duæ ante ſyrupum veſpertinum tribuantur. Quidam etiam veluti valentiſſimum remedium oleum ex craneo humano deſtillatum offerre conſueuerunt in rotulis hoc modo, ℞. olei deſtillati ex craneo humano Grana iiii. ſacchari optimi vnc. ii. cum aqua maioranæ, vel hyſſopi fiat confectio in rotulis, & detur à drac. ii. vſque ad iiii. ante ſyrupū guaiaci, ſed magis laudatur medicamentum cōfectū ex ligni cortice, hyſſopo, & alijs propoſitis, quæ dēnt macerari per quatuor dies in aqua, & pro ſingula libra medicamenti accipiendæ duæ libræ aquę, & facta infuſione p iiii. dies, deinde deſtilletur, & ſingulo mane offeratur ad dra. ii. vſque ad vnc. ii. prout vitium erit pertinax, & corpus robuſtum. erit enim efficaciſſimum, & optimum erit eo tempore, quo dabitur hoc decoctum guaiaci, vt pro potu deſtilletur aqua

Cel. l. 3. ca. 29.

Galen. l. de vat cur. per uen. ſec. c. 19

Pharmacia. Purgātia, & Præparantia.

Euacuantia.

Materiā cōiuncti extrinſecus euacuantia. Intrinſecus eandē eradicantia.

Pau. e. cit. Gal lib. pro puero epil.

Medicamentum ex ſcilla.

Electuarij forma.

Guaiacū.

impoſita in fœce decocti. maxime etiam probatur ſaxaphras, dummodum articulari morbo patiens non ſit obnoxius, præſertim ſi cum eo etiam chinæ radix permiſceatur, vt ſi accipien do vtriuſque vnciã j. fiat infuſio in decem libris aquæ, & deinde decoctio vſque ad conſumptionem dimidii, ſed in fine addendo aliquam pœoniæ, & hyſſopi portiunculam; & poteſt dari & in ſyrupis, & in potu, quia materia eradicatur, & caput exiccatur, & omnia viſcera roborantur. Deniq; laudantur aquæ aponenſes. caleſaciunt .n. & ſiccant, & materiæ reſiduum abſumunt, per xiiii. dies, ſed ſingula vice immittatur in ſolita aquæ quantitate ſemiuncia limaturæ guaiaci, & corticis ipſius, hyſſopi, ſtœchados, pęoniæ an, drach. 1. & poſt harũ aquarum exhibitionem, ſicuti etiam poſt guaiaci adminiſtrationem, maxime probatur ſupraſcriptum electuatium. & vnico anno expedit ſupraſcriptis omnibus vti, potiſſimum vere, & autũno. Sed Galenus 11. ſimp. inquit oſſa combuſta admodum digerentem, & exiccantem vim obtinere, & ſe nouiſſe quoſdam, qui cum in potu ea combuſta exhibuiſſent; multorum tum epilepſiam, tum arthritim curarũt. Inter ea autem quæ agunt à proprietate (multa enim ab auctoribus proponũtur) in pueris 11. ſimp. valde laudatur à Gal. pęonia cullo alligata, probatur coagulum leporinum erui magnitudine in aqua diſſulutum quotidie epotum, pariter dicebat Galenus, quod cameli cerebrum exiccatum, & ex aceto potui datũ comitialem curat, quod etiam muſtelæ cerebrum facit. Inter cõpoſita probantur magnæ antidoti, quæ diligentiſſime adminiſtrandæ, vt docet Galenus, & in pueris cauendæ ſunt. Si autẽ vitium fuerit per conſenſum à ventriculo, ad curam vitiorum ipſius recurrendum eſt. vnde ſingulo anno bis, aut ter laudatur hiera picra, pręſertim ſi flaua bilis in ipſum decumbat: ſi vero pituita, laudatur agaricum ſolum, vel cum hiera mixtum (vnde maxime probantur maſticinæ pilulæ) nam agaricum etiam dum malum eſt per eſſentiam, maxime ab auctoribus extollitur. Si fiat à matrice, primo maretia peccans euacuanda, & deinde materia, & vapores diuertendi frictionibus, ligaturis, & cucurbitulis in coxis, & tibiis deſcendendo adminiſtratis. deinde materia ex vtero eradicanda cum ſectione Saphenæ, cum peſſariis pręcipue ex farina githcum mercuriali. Si materia ſit ſpermatica, vel coitu, ſi liceat, educatur, vel medicamentis extinguatur, poſtea viæ claudantur cum ſtipticis adhibitis circa regionem renum, & vmbilici, & debita ſtrictura et caput, ne ſuſcipiat, corroboretur. Si fiat per conſenſum à vapores venefico Galenus huius curationem docet 3. de luc. 7. Vnde, poſt totius expurgationem, materia topicis euacuanda, & quia venena maxime reſiſtunt expultrici, ideo vtendum valide attrahentibus calidioribus. ideo Galenus vtitur ſinapi, thapſia ea ratione, vt exulcerent. Sed primo ad acceſſionem inhibendam, dum ſentiunt aurem dimoueri, licet vti ligatura ſupra partem affectam. Poſteà ad eradicandam materiam cum Raſi expedit vti cucurbitula ſcarificata. licet et vti attrahente à qualitate manifeſta, & occulra, ideſt venefica, & amica illi virulentiæ, vt recipiendo cantharidũ præparatarum drac. iii. ſinapis puluerizati ſcrop. ii. fermenti drach. ii. s. aquæ ardentis parum, vt fiat paſta pro veſicatorio, quod applicetur tum parti affectæ, tum loco proximo, ideſt in eius circumſerentia. & diu locus detineatur apertus, ideo poſt dies tres, ne conſolidetur, ceratum ſacrum applicetur. Et ſi non poſſit adhuc conſolidatio prohiberi, proijciatur puluis cantharidum in partem affectam, & ſacrum ceratum ſuperponatur. & ita ſingulis tribus, vel quatuor diebus puluerem imponendo locus apertus per plures dies detinebitur. Et ſi corpus propter ſenſum exquiſitum, vel nimiam mollitiem non ferat, mitigantia, quæ tamen non conſolident, vt eſt butyrum, vel lac cum pane trito admoueantur. Victus autem attenuans præſtantiſſimus eſt, ideo dicebat Galenus de hoc victu loquẽs, epilepſias paruas quidem, & etiamnum incipientes penitus ſanat: inueteratas vero, ac conſumatas iuuat non mediocriter. & alibi, exercitationem, & victum exiccantem probat. Ideo ſumnus ſit moderatus, non diurnus, exercitationibus, & frictionibus vtantur; aluus ſponte, vel arte deijciat; vitent ſorbitiones, alioſque molles, & faciles cibos. &, ſi fieri poteſt, etiam carnem ſuillam. vitent legumina, præcipue lentes. Inter carnes tamen poſſunt vti volatilibus, hiſque minus pinguibus, & cum extenuantibus decoctis, vt hyſſopo, pulegio, ſampſuco, ſerpillo, anetho. Præcipue vero capparorum eſus laudatur. vitent erucam, cœpas, fructus, nuces, piſtachia, palmulaſque: coriandrum vero laudatur, quia prohibet aſcenſum vaporum, & humorum, præſertim ſi eius ſemen præparatum ſit. Quo ad potum, cum conſtet in affectibus capitis à vino abſtinendum eſſe, in hoc malo præcipue vitandum vinum vetuſtum, meracum, & copioſum. Sed quia interdum adeo iuuat ratione ventriculi, vt proſit etiam ratione capitis, quia ob ventriculi imbecillitatem pituitoſa materia generatur, & præterea præſeruatio diuturna eſt, vt vix poſſint à vino coerceri, ideo concedendum vinum medicatum, quod vtiliſſimum erit. Poteſt autem vindemiarum tempore parari, recipiendo guaiaci libras quinque, corticis libras duas, & ſem. radicum peoniæ tantundem, hyſſopi, & ſtœchados pro ſingulo maſtello vini ana manip. vnum, aquæ libr. quinquaginta, fiat decoctio ad conſumptionem dimidij, & miſceatur aqua ita decocta cum muſto cũ vinaceis in vaſe, quod capiat decem maſtellos vini. & permittatur, vt fiat ebullitio pro natura vini. nam quædam celeriter aceſcunt. quo vino per plures menſes, & annos vti licet, vt viſcera exactè corroborentur. Si æger ſit infans, victus ratio, potiſſimum ex libro pro puero epileptico, deſumenda eſt, quemadmodum etiam ſi fuerit puer. Sed, ſi infans ſit, procuretur vt nutricis lac ſit benignum, & recrementis liberum. ideo nutrix iam præſcripta victus ratione vtatur, hoc tamen ſeruato ne valide extenuantibus vtatur, ne meſtruo protinus lac minuatur. ideo vtantur fęniculo, anetho, & aniſo viridibus non aridis, vt quæ magis acria ſunt. Quoad ambientẽ, dicebat Gal. quod mutatio aeris ad loca calida, & ſicca, & ad victum talem qui calidiorem, & ſicciorem corporis habitum efficit, comitialem ſoluit. idem efficit mutatio vitæ deprauatæ ad regularam. & idem Galenus dicebat, illos qui ob ſolam ſtomachi

Saxaſras, cum chinæ radice.

Aquę aponenſes.

A proprietate agentia.

Ad epilepſiã per cõſenſum.

Victus ratio.

Vinũ medicatum.

*Gal. 2 ſimp*

*Gale. 10. de ſimpl. medi.*

*ca de cong.*

*Gale. lib de ther. ad Piſon. cap. 7.*

*Gale. lib de ther. ad Piſo. & de v. ſu ther. ad Pamphiliũ*

*Dioſcor lib. 3. capite 1*

*Galen 6. de ſimpl medi cap de aga. & Pau. lib. 3. cap. 13.*

*Gale. lib de atten. vic cap 3.*

*Gal. 2. aph. 7.*

*Celſ. & Alex cap. cit.*

*Paul. c. cit.*

*Plin. lib. 5. cap. 7.*

*Alex. c. cit.*

*Gal. 2 aph. 45.*

*Gale. lib de vena ſectio. aduer Eraſiſtrat. c. 9.*

machi

„ machi læſam actionem epilepſijs corripiuntur, ex inedia vehementer lædi. vt Diodoro Grā-
„ matico vſu venit. is enim ſi in ludo literario exiſtens famem diutius ſuſtinebat, illicò conuel-
„ lebatur„ cui ſuccurrebat iubens, vt circa tertiam, vel quartam diei horam panem ex vino tē-
„ perato aſſumeret. & ita permultis annis ſanus degit, quippe qui huius ſolius rei curam ge-
rebat, vt cibos in cœna aſſumptos, quam optime concoqueret.

## *De Apoplexia. Cap. X.*

Cōtinuatio.

CVR poſt epilepſiam tandem de apoplexia, ceu omnium vehementiſſimo cerebri corporis, eiuſque ventriculorum affectu agendum ſit, ex his, quæ ſuperius tradita ſunt, apertum eſt. maxima ſi quidem inter epilepſiam, & apoplexiam intercedit ſimilitudo, quam Galenus his verbis declarauit: „ Morbus comitialis proximus quodammodo eſt morbo, quem apoplexiam appellant, cum idem locus in vtroque patiatur, & idem humor in cauſa ſit. Dixit autem (quodammodo) quia ratione vehementiæ maxime differunt. (*Gal. 2. aph. com. 45.*)

Nomen. Definitio.

Apoplexia igitur, quæ vocatur à Celſo attonitus affectus, & quam Gal. attonitam concidentiam, ſeu cataptoſim appellabat (quamuis, vt ait Gal. concidentia hæc non morbus, ſed ſymptoma ſit) nil aliud eſt, ex Gal. toties repetita ſententia, quàm omnimoda carētia functionis animalis propter exquiſitam in cerebri ventriculis, & poroſitatibus anguſtiam. Dixit autem Gal. apoplexiam fieri ob omnimodam carentiam illius potentiæ, quæ ad neruos defluit, quia ſicuti in caro, & alijs ſoporiferis affectibus aliqua vis animalis per neruos influit, ratione cuius ſenſus aliquis obſcurus, & indiſtinctus per corporis partes diſſeminatur, ita in apoplexia facultas hæc omnino cohibetur, & ſubinde tota animalis functio omnino deſtruitur. ideo, inquit Gal. alibi, omnes apoplexiæ fiunt vi animali non potente defluere ad partes intra caput exiſtentes. Vnde, cum Gal. toties pronunciauerit in apoplexia ſenſum, & motum aboleri, & in hoc tum Arab. tum Græci omnes concordes ſint, vt in ea tum ſenſus, tum motus auferatur, neceſſe eſt fateri eum motum, qui in reſpiratione ſeruatur, & remanet non extinctus, motū animalem non eſſe, de quo auctores iam dicti intelligendi ſunt. ſecus ſibi manifeſte, & veritati aduerſarentur, cum in apoplexia tam vehemens in cerebro ſit coarctatio, & anguſtia, & nihilominus reſpiratio aliqua ex parte ſeruetur. quod mirum non eſt, quia licet reſpiratio à muſculis thoracis, qui prope caloris, & totius ſpiritus principium, & radicem locati ſunt, edatur; nihilominus cum vigente apoplexia nullus penitus animalis appetitus, aut voluntas concurrat; & cum inſuper motus thoracis ad internum finem, quemadmodum animalis appetitus ad extrarium perpetuo dirigatur, illa reſpiratio, quæ in apoplexia relinquitur, naturalis magis, quàm animalis motus nomen promeretur. Quod ſi quis quærat, qua de cauſa in hoc tam graui affectu reſpiratio remaneat, huic reſpondeo non alia de cauſa ſeruari, niſi quia cerebri poroſitates, meatuſque non ſunt adeo exacte anguſtati, & ſpiritus animales per cerebri ſubſtantiam præſertim magis extimam diſſeminati, non ſunt adeo perfecte extincti, vt ab his aliqua irradiatio, vt Galenus vocat, ad thoracis neruos promanare non poſſit, & hoc eò magis, quò nerui thoracis motorij, non vt illi, qui artus mouent remotiores, ſed cum paulo poſt ſpinalis medullæ principium exoriantur, cerebro propinquiores ſunt. huic autem irradiationi, ita vt dictum eſt, ad thoracis neruos delatæ, maximam opē ferre valet calor & ſpiritus, qui in thorace vberrimus exiſtit, & in apoplexia adhuc magis exuberat, quia cū per arterias carotidas in cerebrum coarctatum non amplius influat vt prius, neceſſe eſt, vt retrocedat, & in thorace potiſſimum colligatur, & hinc pulſus in apoplexię principio maiores, & vehementiores euadūt: cū aūt ſpiritus hic, vt in ſermone de virt. cord. dictum eſt, ſit einſdē generis cū ſpiritu animali vocato, nā omnis ſpiritus in corde gignitur: hinc fit vt per arterias ad oēs thoracis muſculos, & neruos delatus (nā hi muſculi oēs, & potiſſimū intercoſtales, arterias ſuſcipiūt) nec non ēt per alios cęcos meatus, cū ex Hipp. corpus vndiq; ſit trāſpirabile, eorū motū poſſit aliqua ex parte augere, & roborare, potiſſimū vbi muſculi, quib. ex longo, & perpetuo vſu reſpirationis motus ferè cōnaturalis factus eſt, ratione illius irradiationis, aliqđ duxeriat ſui motus initium. muſculi aūt in capite conſiſtentes vt linguam, oculos, & palpebras mouentes, oī prorſus motu deſtituuntur, tū quia à corde & ſpiritalib. membris remotiores ſunt, & tāta non inſtat neceſſitas, tū potiſſimū, quia eorū nerui ex cerebri baſi originem ducunt, quæ quidē baſis in apoplexia magis q̄ reliquæ cerebri partes à materia deſuper cōprimente coarctaf. Iā vero ꝓ huius ſymptomatis cauſa effectrice cerebri anguſtiā exquiſitā aſſignauimus, quia, vt ēt pluties ſuperius repetitū fuit, dicebat Galenus in caro & comitiali ventres magis, cerebri corpus minus, in apoplexia vero corpus magis affici ſolet. vnde facillimū eſt cognoſcere quō, ratione eſſentiæ propriæ à nobis traditæ, apoplexia à cæteris cerebri vitijs ſoporiferis diſtinguatur. Hæc aūt exquiſita vētriculorū, & meatuū cerebri anguſtia vel ex obſtructione, vel cōpreſſione promoueri pōt. hanc. n. duplicē anguſtiæ cauſam his verbis inſinuauit Galenus. oēs apoplexiæ fiūt vi animali non potente defluere ad partes infra caput exiſtentes, aut pp aliquā diſpoſitionē, q̄ inflammationis ſenſum referat, q̄ in ipſo cerebro ſit conſtituta, aut ventriculis ipſis oppletis humore pituitoſo. Vnde ſicuti cōpreſſio fit à diſpoſitione quadā „ veluti inflāmatoria, q̄ fit ex copioſo sāguine in caput decūbēte, & adeo copioſo vt cerebri ve „ nę nō mō magnę, ſed ēt paruę vſq; adeo repleātur, vt cerebri meat⁹ & vētriculi cōprimāf, & aīalis facultas cohibeatur. nā hoc pacto, dicebat Gal. apoplexiæ proueniunt, multo nimirum

*Gal. lib. de totius morbi tēp. c. 4. Gal. 2. aph. com. 45. & eodē lib. c8. 42. & li. de diffe. ſymp. 3. & 2. de ſym. cau. vlt. & 3. de loc. 10. Aet. li. 6. ca. 26. Paul. li. 3. ca. 18. Alex. lib. 1. c. 16. Gal. 2. aph. 42.*

*Galen. 4. de loc. aff. c. 2.*

Cauſæ.

*Gal. 2. aph. com. 42.*

Compreſſio.

*Gal. lib. de rat. cu. mor. per vē. c. 3.*

ſanguine in principium animantis conſertim incumbente: (vnde immodicus vini potus, & immoderata ingeſtio ciborum optimi ſucci, & plurimũ nutrientium apoplexiæ cauſæ temotiores ſunt) & paulo poſt ait, quod plenitudo quoad vaſa ſæpe in partes decumbit, & tumores creat, & apoplexias inuehit. ita obſtructio fit à materia frigida, craſſaque, & potiſſimum pituitoſa, vt ait Galenus, nec non etiam melancholica, vt idem Galenus teſtatus eſt. raro autem ab hac, vt plurimum autem à pituita craſſiori procreatur. Ait autem Auicennas apoplexiam, tum poſt phrenitidem, tum poſt lethargum fieri poſſe, quia phrenitide immodice aucta, & cerebri quoque corpore inflammato, & ſanguine ſyncero, aut billoſo repleto, oritur compreſſio: poſt lethargum vero dum eius cauſa immoderatum ſuſceperit incrementum ne dum compreſſio, verum etiam obſtructio propter materiam in ventriculos defluxam ſuboriri poteſt. cauſæ vero obſtructionis remotiores, & procatarcticæ ſunt vehementes cruditates, longus rerum frigidarum vſus, & caput replentium, ſomnus multus, aeris frigidiſſimi occurſus, crapula multa, & omnia vel per ſe, vel ex accidenti refrigerantia, vnde ex ſanguinis vſque ad animi deliquium euacuatione apoplexia fuit excitata, dicebat Galenus, quia corpus refrigeratum ſuccos frigidos deinde producit. & idem Galen. dicebat: Sic & vinum vbi plus bibitur, quàm vi vinci poſſit, tantum abeſt, vt animal calefaciat, vt etiam frigidiora vitia gignat. quippe apoplexiæ, paraplexiæ, cari, comatave, & neruorum reſolutio, & comitiales, „ & conuulſiones, & tetani immodicum vini potum comitantur, quorum vnumquodque fri- „ gidum eſt vitium. nam quæ vt nutrimentum aſſumpta calfaciunt, interim refrigerare depre- „ hendas, æque vt flamam ab eadem materia non augeri modo, verum etiam aliquando ex- „ tingui. Huius autem mali differentiæ tum ex ſupraſcriptarum cauſarum diuerſitate, tum e- „ tiam ex earundem cauſarum & magnitudine, & vehementia capiendæ ſunt. nam cauſæ magnitudinem, dicebat Galenus, etiam paſſionis magnitudo conſequitur. vnde poteſt eſſe vehementiſſima, vehemens, & magis, & minus vehemens, vel debilis.

*Obſtructio.*

*Cauſę remotiores.*

*Galen. 3. de temp. c. 2.*

*Differentiæ.*

*Gal. 2 aph. com. 42.*

*Signa.*

Cognoſcitur autem apoplexia, quia nullis indicijs præcurrentibus, cum ſubobſcuro quodam clamore præcedente, repente concidunt. & ita ſenſus, & motus auferuntur, vt quamuis pungantur nulla tamẽ ex parte moueantur. nam oculis clauſis, veluti mortui iacent. huius autem repentini caſus in cauſa eſt materia affatim, & vniuerſe omnes ventriculos implẽs, aut dum minimum quiddam retis mirabilis arterias repente obſtruit, vel comprimit. nam ventres ſpiritu priuati, & nouo ſpiritu in eos non amplius illabente, neceſſe eſt vt mox animal collabatur, veluti ſi eius carotides arteriæ, vt à Galeno in cane quodam factum fuit, vinculo interciperentur. Reſpiratio vero maxime læditur, & interdum ſaltem quo ad ſenſum non apparet. dum enim malum eſt acerbum, reſpiratio admodum difficilis mox euadit, & cum ſtertore grauiſſimo. prætetea apparet ſpuma, præſertim dum ſatis vehemens eſt apoplexia, quæ ſpuma, ratione cauſę, ab ea, quæ fit in comitiali vitio, diuerſa eſt, nam ſicuti in comitiali ratione motus gignitur, ita in apoplexia, & in ſtrangulatis fit, vt ait Galenus, quia fuliginoſa ſubſtantia, & ſuperfluitas tota violenter impellitur, & ideo pars propriæ humiditatis pulmonis, & cordis vna „ expellitur. „ Diſtat autem à caro, & vteri præfocatione, quia in his ferè reſpiratio facilis, & libera ſeruatur. præterea ſolutum carum ferè excipit bona valetudo, apoplexiam paralyſis. Vteri autem ſuffocatio minus caro reſpirationem inuadit, niſi fauces præcludat. quæ etiam diſtat ab apoplexia, eo quia præfocata audit, & ſentit: à ſyncope vero diſtinguitur apoplexia, quod nullus, aut imprimis obſcurus, ac languidus in ſyncope arteriarum pulſus exiſtat: in apoplexia vero plenus, ac validus, niſi dum mors eſt propinqua, & hoc propter cauſam ſuperius aſſignatam, ſpirituum videlicet copiam, ita magnus eſt propter vſus, qui in reſpiratione diminutus eſt, ſupplementum.

*Gal. 2. aph. com. 43.*

*Signa apoplexiam à cæteris vitijs diſtinguentia.*

Quod ſi mitior adeo ſit apoplexia, vt ſit in confinio epilepſiæ validæ, vel cari vehementis, ſenſus quidem, aut motus ineſt, ſed admodum ſtupidus, & incertus, ac tum ferè pars altera corporis reſoluta ingraueſcit. Quod ſi fiat ex compreſſione, aderunt euidentia ſanguinis redundantis indicia, oculi qui aperiendi ſunt, rubicundi ſunt, quia eorum venæ ſanguine ſunt refertæ. ita, vt inquit Raſis, oportet obſeruare, an facies multum rubere, aut denigrari, aut virideſcere videatur, quod fit cum ſanguis in aliquo membro ex coarctatione detinetur. nam propter prohibitam euentationem fit niger, vel viridis: præcipue vero compreſſionis indicium erit ſi caſus, vel percuſſio præceſſerit; vnde ſi affectus ſit inflammatorius, erit coniuncta febris: abſunt denique indicia pituitæ, melancholiæ. Quibus præſentibus facile eſt colligere apoplexiam ex obſtructione à craſſa, à viſcida materia promoueri, quæ vt plurimum pituitoſa eſt, quemadmodum tum ſpumæ color, tum oregmon, quod pituitæ ſignum eſt, oſtendit. Signa autem materiæ copiam & vitij vehementiam indicantia, iam iam patebunt.

*Signa differẽtiarũ.*

*Prognoſtica.*

Quibus vero caput graue, frequenti ſopore tentatur, & corpus omne pigreſcit, & inertius euadit, & oculi tenebris offunduntur, & memoria labefactatur, hi apoplexiæ opportuni ſunt: maxime vero ſenes pituitoſi, veneri, & crapulæ addicti, quique breui, & anguſta ſunt ceruice. Quemadmodum autem omnes Hip. viderunt dicentem, ſoluere apoplexiam fortem impoſſibile: debilem vero non facile, ita huius impoſſibilitatis, & difficultatis cauſam explicare recuſarunt, & hoc forſitan, quia cognitu faciliima eſt. cum enim cerebrum ſit materia, & ea quidem pertinaciſſima repletum (nam Hipp. de apoplexia ex obſtructione potiſſimum intelligendus) & cerebrum, vt teſtatur Galenus, inter omnia membra expultricem imbecillimam habeat, & eius vis expultrix præſertim in eius membranis vigeat, & virtus expulſiua potiſſimum ratione ſtimuli, qui ratione tactiuę virtutis percipitur, excitetur, & omnis facultas animalis penè obruta, & conſopita ſit, & proinde tum cerebri membranæ, tum reliquæ corporis partes omni tactiua virtute ſint orbatæ, & medicamenta à proprietate determinatos ſuccos potiſſimum alliciant in virtute expultricis membrorũ à tergo materiæ attrahendę, propellentis, & malũ non det inducias, quia propter impeditã

*Hip. 2. aph. 42.*

reſpira-

Digitized by Google

reſpirationem, vt inquit Galen. pereunt, & ſuffocantur, & materia ad hoc vt attenuetur, & di-
ſcutiatur tempus requirat: hinc fit, vt in apoplexia forti, in qua fortiter reſpiratio offendi-
tur, neceſſarium ſit vt pereant, in debili vero propter cauſas aſſignatas materia cum difficul-
tate propellatur, & diſcutiatur. Quod tamen, vt dictum fuit, de apoplexia ex obſtructione
intelligendum eſt: namque ſi fiat ex compreſſione, & ex affectu veluti inflammatorio, quia
maior materiæ pars in venis reſidet, & per venæ ſectionem, quæ non proprietate, vt pharma-
ca, ſed vi vacui, materiam exinanire & attrahere valet, non adeo difficulter curari poteſt.
Dum autem fit ex obſtructione, vt ſciamus ſalutem, vel mortem futuram præcognoſcere,
„ oportet reſpirationem diligenter contemplari. Si enim, vt ait Galenus, auferatur, acutiſſi- *Galenus 2. aph. 42.*
„ ma eſt apoplexia. vnde magis periculoſa eſt dempta reſpiratio in apoplexia, quàm in veri
„ præſocatione. quicunque vero reſpirant, ſed magna cum vi, fortis adeſt iſtis apoplexia. for-
„ tis autem adeſt & illis, ſed minus, qui neque intentum, neque violentum, inæqualem tamen,
„ & inordinatum ac præterea intermittentem habent anhelitum, ſicuti in quibus aliquem ſer-
„ uat ordinem, debilior exiſtit, & ſi omnia fiant, quæ ſunt neceſſaria, forte curantur. Ideo Raſis
dicebat, cum parum ſtertuerit, malum eſt leuius. nam quo magis aer per loca tranſit angu-
ſta, ſtertor maior fit, è contra minor; ſiue via propter imbecillitatem virtutis thoracem attol-
lentis, ſiue propter humidam materiam reſpirationis vias anguſtantem, anguſta ſit. fieri ta-
men pōt, vt cum paruo ſterrore anhelitus anguſtiſſimus ſit, quia minimus aer per ea loca per-
meare poſſit, ideo quanto magis apoplexia tendit ad mortem, tanto ſtertor remittendo pro-
cedit. Dicebat autem Hippocrates, qui ſtrangulantur, ac diſſoluuntur, nondum vero mor- *Hip. 2. aph. 43.*
tui ſunt, ad ſe non redeunt, quibus ſpuma circa os fuerit. quod tamen, vt plurimum ex Gale-
no in comento veritaté habet. ideo nō ſunt ob id patientes ſine præſidijs relinquendi, ſed cū *Gal. in cō.*
prædictione oīa temere tentanda ſunt: multo minus recedendū eſt, vt quidā iubent, dum va-
lidis ſternotatorijs applicitis non ſternutāt, quia cū ſternutatio fiat propter maximam, & ve-
hementiſſimam inſpirationem, & velocem admodum reſpirationem, in apoplexia talis re-
**Indicatio nes.** ſpiratio minime expectari debet. Apoplexia vero dum ſoluitur, in paralyſim ferè terminatur.
Et ſi apoplexia à compreſſione fiat, & ſit ſanguinea, oportet ſanguinem iam influxū & in ca-
pite exiſtentem euacuare, & etiam deriuare. Si conſideretur ſanguis, vt fluit, ſi ſit proximus
capiti reprimendus, ſi nondum occupet caput reuellendus. Si fiat ab obſtructione, materia *Raſis 9 ad Alm. in cura apople. ſang.*
**Materia mediciu., chirurgia.** frigida calefacienda, craſſa attenuanda, viſcida detergenda, de toto habita prouidentia.
Et ſi fiat ex compreſſione, & affectu quodammodo inflammatorio curationem per phlebo-
tomiam poſſumus colligere apud Galenum, & Hipp. 4. de rat. via. 23. 24. & 25. & 28. Proinde ſi
**Venæ ſectio.** aluus deiecerit, ſtatim vena aperienda. Sin minus, glande acri vtendum eſt, vt recipiendo dia-
gridij grana iiij. ſalis mineralis grana iij. colocynthidis grana v. cum melle fiat ſuppoſito-
rium, & deinde ſtatim ſecanda vena, quia, vt dictum eſt, in principio pulſus ſunt robuſti, & in
**Ad compreſſionem.** prima viſitatione humeralis, vel media dextri brachij vena reſerāda eſt: & ne vires exoluan-
tur, & calor extinguatur, cum Aetio ſanguinis detrahendi copia vicibus repetitis diuidenda,
& pro maiori reuulſione vena pedis incidenda, ſed per decem horas poſt primam phlebo-
tomiam; vltimo per ſex, vel octo horas poſt, pro capitis, & materiæ contentiuæ huius mali,
euacuatione, venæ narium hirudinibus, aut ſetis ſuillis aperiantur, & ſanguis ſemper extra-
hatur in ea quantitate, quæ à viribus, & corporis robore præſcribetur. imò ex Aetij, & Celſi
auctoritate, etiam ſi vitium fiat ex obſtructione, & in quacunque apoplexia, dummodo vir-
tus, & ætas non prohibeant, aliqua ſanguinis euacuatio per ſectam venam molienda eſt, cum
prædictione tamen imminentis periculi: & ſi nil mali conſequatur, quod deprehendere pote
rimus ex pulſus, faciei coloris, ac inſpirationis, dum ſanguis euacuatur, inſpectione, detra-
ctionem repetere expediens erit, quia, vt ait Celſus, aliud curationis genus vix vnquam ſani-
tatem reſtituit. & ratio eſt, quia ſicuti purgantia medicamenta propter rationem aſſigna-
tam, dum loqueremur de prognoſtico, parum admodum proficua ſunt; ita euacuatio per
ſectam venam, quia vacui vi attrahere, & reuellere poteſt, mirifice prodeſſe ſolet. & poſt
venæ ſectionem, omni reuulſionum genere vtendum eſt. vnde præter vociferationes, frictio-
nibus, ligaturis, cucurbitulis non ſcarificatis, & ſcarificatis occurrendum, potiſſimum vbi
malum ex compreſſione oritur. In quo caſu etiam ne caput facile ſuſcipiat, poſt euacuatio-
nem ſanguinis, oxyrhodino ex vncijs duabus olei roſati completi, & vncia vna aceti confe-
**Pharmacia.** cto, vti expedit. Deinde odoramenta excitatoria adhibeantur ex caſtorio, opopanace, galba-
no, vel ſagapeno, & ſubinde ad capitis irrigationes diſcutiētes, quod reliquum erit materiæ,
accedendum erit: & idem de clyſterijs, & ſuppoſitorijs intelligendum. Quod ſi apoplexia
**Ad obſtructionem.** ex obſtructione producta ſit, imprimis totum corpus euacuandum, & potiſſimum his, quæ
eodem tempore à capite maxime reuellunt, & ſi non poſſimus venæ ſectione vti, illico vten-
dum acri glande ex ſapone, aut hiera logodion, vel colocynthide, & ſale gemmæ cum mel-
le deſpumato confecta, & filo ſuſpendi debet, & quam primum per os exhibendæ pilulæ co-
chiæ, aut fœtidæ, vel arabicæ, vel cochiæ cum elleboro, ſi fortè materia eſſet melancholica.
vnde quia non poſſunt pilulas deglutire, licet recipere cochiarum, fœtidarum añ: drach. j. cū
pauco ſtœchadis decocto, fiat potio breuis, & vi ore aperto, & medicamento in ore immiſſo,
nares obturentur, vt medicamentum neceſſario deſcendat. Quod ſi harum merito ſpacio
quatuor, vel quinque horarum nulla ſuccedat euacuatio, vtendum acri clyſtere, (nam virtus
ſenſitiua conſopita eſt) & ſi corpus non ſit molle, licet cum Raſi recipere centaureæ mino-
ris, ariſtolochiæ rotundæ, arranitæ ſeu cyclaminis, colocynthidis, albi veratri añ. manip. j.
aquæ lib. iij. fiat decoctio ad conſumptionem duarum partium. ſed ne ſuccedat excoriatio, li-
cet accipere albi veratri, & colocynthidis añ. drac. j. s. deinde ℞. huius decoctionis lib. ſemis,
ne ob immodicam copiam egrediatur, & ſi velimus vti clyſtere ex Raſis deſcriptione, poſ-
ſimus

Digitized by Google

ſumus addere vncias duas olei mitigantis, præcipuè ſi corpus ſit debile, vt chamæmelini, vel anethini; & clyſteria tempore paroxyſmi bis aut ter in die repetenda ſunt, & tempus intermedium in reliquis diuerſionibus abſumendum. Quod ſi patiens ſit vomitui aſſuetus, & ventriculus ſuperfluitatibus, aut cruditatibus ſcateat, maxime probatur antimonium hiacinthinum, vel alio etiam modo præparatum. Quinimo Hip. & Galenus 4. de rat. uict. rex. & com. 29. probãt vomitorium ex albo veratro: morbus.n. extremus eſt. Ita granum tithymali, quod affertur ex Indijs, efficaciſſimum eſt, nam ſic caput caleſit, & materiæ diſcuſſio adiuuatur. Facta euacuatione per ſeceſſum, vel vomitum, diuertentibus, quæ inſenſibiliter caput euacuãt, vtendum eſt. Ideo probantur ligaturæ, frictiones vehemẽtes factæ manibus inunctis in oleo de caſtoreo, de euphorbio, cum aqua ardenti; & plures cucurbitulæ humeris affigendæ: & aſſiduò extremi artus fricandi. Eodem tempore palatum theriaca, vel mithridato inungendum; & intra nares elaterium cum lacte immittendum, vel album veratrum; & omni ingenio caput euacuandum, vel hoc naſale ordinetur, Recipe elaterij, albi veratri ana Gra. iiij. nigellæ ſcrop. ſem. caſtorei Gra. v. aquæ, vel ſucci maioranæ vnc. ij. miſce, & facta turunda, & hoc imbuta, imponatur intra nares. Deinde vtendum his, quæ caput inſenſibiliter euacuant, vt oleis calidis non ſolum nuchæ, ſed etiam toti capiti applicitis, capillis prius abraſis, ut recipiendo olei liliorum alborum cum aromaris, rutacei ana vnc. j. ſem. de euphorbio, de caſtoreo ana drach. ii. pulueris ſtœchados, ſinapis, caſtorij ana ſcrop. j. ceræ q. ſufficit, ut fiat linimẽtum: vel reſinæ terebinthinæ vnc. i. miſce. ita laudatur diadictamnum cum oleo de caſtoreo, de euphorbio, aut aqua ardenti diſſolutum. Raſis etiam probat ſartaginem ignitam prope caput admotam, vt etiam capilli adurantur; non tamen cutis vrenda eſt. Et reliquis non conferentibus, poſt totius, & capitis euacuationem, cum Galeno, licet vti vna, vel pluribus cucurbitulis ſcarificatis capiti affixis; & locus ſcarificatus aqua ardenti cum ſale fricandus eſt. & ſi fiat cutis inflammatio, adipe anatis, vel anſeris feruor mitigandus: qui ſi eſſet intenſior, adipe vitulino, vel gallinaceo, aut ſuillo vtendum. Quo ad victus rationem, vſque ad mali declinationem nil exhibendum eſt. & tunc poteſt dari oxymel, vel hydromel, ſi fiat ex obſtructione: acetoſus ſimplex, ſi fiat ex compreſſione, gradatimque ad craſſiorem diætam aſcendere oportet: Aduertendum autem, vt patientes non omnino extenſi decumbant, ſed aliqua ex parte ſedentes, & recta ceruice ſituentur; & tegumenta thoracem operientia nullo pacto grauia ſint, ne reſpiratio aliqua ex parte impediatur: nam thorax cum oſſeus, & grauis ſit, facilius ad latera, quàm ſurſum mouetur: patientes autem non ob aliud, niſi propter læſam reſpirationẽ, pereunt. Præſeruatio autem ex præcedenti capite potiſſimum petenda eſt.

Priuata, & Topica.

Victus ratio.

Præſeruatio.

## *De Somno præter naturam, & de Comate.*
## *Cap. XI.*

POSTEAQVAM de cerebri vitijs, in quibus rectrices functiones ſeorſum lædebantur, & interim vnà cum ipſis aliæ quoque animales actiones vel imminutæ, vel prorſus abolitæ remanebãt, ſatis abunde loquuti ſuimus; ratio ordinis expoſcere videtur, vt à rectricιõ magis proprijs, ad ſenſitiuarum functionum magis peculiares noxas deſcendamus. Et quoniã inter dictas functiones ea, quæ ab internis ſenſibus prodeunt, tum ratione loci, tum nobilitate, ſenſuum externorum operationibus præcellunt; ideo à Galeni doctrina nõ recedentes, qui imaginatricẽ uim ſub his, quæ rectrices uocantur, contineri uoluit, primo loco de læſione primi, ſeu cõis ſenſus, pertractabimus. Iã verò potiſſima communis ſenſus ſymptomata his verbis explicauit Galenus: Adhæc etiam duo egregia ſymptomata (ſopor, & peruigilium) circa primum ſenſorium, quod omnium ſenſuum eſt cõmune, conſiſtũt. cum enim nedum tactum, & guſtum, qui tactus quidam eſt; verum etiam cæteros omnes ſenſus in ſomno ociari videamus: ideo placuit etiam Ariſtoteli ſenſui communi ſomnum, & vigiliam attribuere. Quomodo autem inter Galenum, & Ariſtotelem diuerſitas de loco reſidentiæ ſenſus communis intelligenda ſit, ex capite de melancholia elicere debemus. Verum nedum ſopor & peruigilium, ſed etiam incubus, & vertigo, vt in proprio horum tractatu clarum fiet, circa communem ſenſum ſunt ſymptomata. Sed quoniam ſomnus, & vigilia præter naturam potiora, & egregia, vt ait Galenus, & frequentiora ſunt, & quoniam in his tum cerebri corpus, tum eius ventres, vt in vitijs proxime explicatis contingit, indifferenter afficiuntur; in incubo vero, & vertigine cerebrum ſolum ſecundum ventres patitur; ideo de quolibet ſomno, & ſopore, vigiliaque præter naturam primo loco loquemur. Iam vero vigilia ſomno nobilior, imò ſomni finis, & ſcopus eſt. dicebat enim Ariſtot. plantas nec dormire, nec vigilare, licet in eis quid ſomno proportione reſpondens reperiatur: animalia vero viciſſim vigilare, & dormire; ſed vigiliam eſſe animalium actionem, ſomnum vero quietem: vnde cum animalia in actionem ordinata ſint tanquam in finem, ergo in vigilias ordinata fuere: & ex hoc Ariſtoteles, & cum eo Auicenna deducunt ſomnum non niſi ex ſuppoſitione neceſſarium eſſe, vt ſcilicet ad actionem, & vigiliam, in quam animalia ordinata ſunt, ſufficere poſſint. Veruntamen ab ipſo ſomno præter naturam, quicunq; ſit, exordiemur, tum quia cum ſoporiferis affectibus proximè explicatis maiorem habet conuenientiam: tum potiſſimum, quia agere de ſomno longiori vel profundiori nil aliud erit, quam de vigilia diminuta verba facere, ſicuti de eadem ablata in apoplexia, & alijs ſimilibus affectibus

Continuatio.

Galen. li. de diff. ſympt. c. 3.

Philoſ. li. de ſomno. & vig. cap. 2.

Philoſ. li. de ſom. & vig. c. c. & 5. de gener. ani. 1.

Philoſ. l. de ſom. c. 1. & Auic. 1. 3. tra. 3. 1. 1.

bus

Digitized by Google

bus actum fuit. Cum enim ſomnus, & vigilia affectus ſint vndequaque oppoſiti, neceſſe eſt, vt (inſtar lancis cuiuſdam) quantum vnum ex his deprimitur, & imminuitur, tantum aliud extollatur, & augeatur. Vt autem ſomni præter naturam, cuiuſcunque ſit generis, eſſentiam exactè callere poſſimus primò neceſſarium eſt, vt naturalis ſomni naturam cognoſcamus. Is igitur nil aliud eſt, quàm quies facultatis ſenſitiuæ, propter ſpontaneam innati caloris ad interiora retractionem, vt humiditas in vigilijs abſumpta reſarciatur. Cum enim ſomnus vel magis quàm par ſit, vel minus profundus, vel omnino in profunditate moderatus eſſe poſſit, quamuis in arctiori, profundiorique ſomno, quia copioſo alimenti vapore, vi caloris, ex cibis, & potionibus in principem ſenſum elato cauſatur, non modo externi ſenſus, ſed & interiores facultates conſopitæ iaceant, vt neque diſcernere, neque imaginari quicquam poſſint, nullamque vim in has facultates habeat phantaſmatum repræſentatio, vnde tunc nullum inſomnium generatur, & hac ratione ſtatim à cibo propter vaporis alimenti copiam vel nunquam, vel raro ſomniant animalia; attamen, dum ex cauſarum mediocritate moderatus ſomnus obrepit, ſicuti diſcernendi vis offunditur, ita imaginatrix facultas libera eſt quadam ex parte, & ex rebus, quas vigilans geſſerit, ſenſerit, cogitaueritve, ſpectra plurima ſibi componit; quæ, ceu vera ſint, dormiens intuetur, & vi diſcretrice, ut dictum eſt, offuſa, & proinde non reluctante, eis fidem adhibet, neſciens ſe dormire, & proinde aliqua ex parte imaginatricem à proprio munere deturbatam eſſe. Ita ſomnia fiunt, quæ nil aliud ſunt quàm viſa, quæ in quiete occurrunt, tanquam vera ſint, exiſtimata. Vnde quamuis in ſomno tum primus, ſeu communis, tum reliqui ſenſus quieſcunt; non tamen ita ſemper reliquæ potentiæ interiores quiete detinentur, oriunturve. Verum altera ex parte in ſomno magis, quã par ſit, leuiore, licet quandoque phantaſia adeo ſoluta ſit, & adeo leuibus vinculis irretita, vt tum memoratrix, tum ratiocinatrix facultas proprias vires poſſint exercere (nam ratio pro memoriæ, & imaginatiuæ functionis modo ad portionem operatur) vt ob id plures imaginationes obuerſentur, & multæ circa eaſdem ratiocinationes fiant, quibus tamen tanquam veris libera diſcernẽdi vis fidem non adhibet, quia cognoſcit patiens ſe dormire, & proinde inſomnia hæc non dicuntur, ſicuti neque is verè ſomnus eſt, vt qui minimum à vigilia diſtet; nihilominus in hoc tam leui ſomno internæ facultates non adeo ſolutæ, & liberæ ſunt, & in actione poſitæ, ut communis, & exteriores ſenſus ab aliquo vapore perſtricti, & ligati nõ remaneant, & à proprijs actionibus penitus non ferientur. Vnde verò inſomnia oriantur abſurda, vel non, declarat etiam Galenus 2. de hum. com. 28. cum enim (ait) dormientibus pars animi rationis particeps ſopita langueat; illa vero, in qua feritas eſt, immoderato ſit obſtupefacta potu, atque paſtu, exultat in ſomno, & iacetur, quæritque, quomodo id, quod vult, conſequatur: Quo tempore nihil eſt, quod non audeat: quaſi omnem verecundiam, & prudentiam exuerit. At qui ſalubri & moderato cum victu quieti ſe tradiderit, ea parte animi, quæ mentis & cõſilij eſt, agitata, & bonarum cogitationum epulis ſaturata, vt reliquis duabus animæ partibus, concupiſcibili, ſ. & iraſcibili, tumultum aliquem præſtantiſſimæ parti afferentibus; Hæc animæ pars rationis particeps ſe acrem ad ſomniãdum præbet, & veritatem maxime attingit: neque ei viſa occurrunt abſurda. Porrò dictum fuit quieſcere, & otiari facultatem ſenſitiuam in ſomno propter retractionem caloris innati ad interiora, quia Hippocrates, Ariſtoteles, & Galenus conſenſerunt in hoc, quòd in ſomno corporis ſũmæ, & extimæ partes refrigeſcant, vt ob id tunc temporis pluribus tegumentis indigeamus; in uigilia vero calefiant. & ex eorundem ſententia (quemadmodum Gal. ex Hipp. mente ſcriptum reliquit) hoc non alia de cauſa prouenit, niſi ex diuerſis motibus innati caloris. cum enim calidum ingenitum ad interiora mouetur, principium, in quo ſenſus communis fit, refrigeratur, & ita fit ſomnus: cum autem expanditur, illud idem principium calefit, & vigilia ſubſequitur. Ideo dicebat Hip. vigilans calidior exterius, interius frigidior; dormiens econtra. vnde non eſt mirum ſi in ſomno, retracto calore à principio ſenſuum, refrigeretur principium, & ipſum non operetur; in vigilia oppoſitum contingat. Verum hæc caloris retractio, vel expanſio, non eſt præter naturam, & violenta, quemadmodum in timore, & in animi deliquio; vel altera ex parte in vehementi aut gaudio, aut excandeſcentia, aut violento motu contingere ſolet, in quibus neque ſomnus, neque vigilia ſubſequitur; ſed motus hi caloris ſpontanei ſunt: quia calidum ingenitum in ſomnum ſeipſum mouens ad interiora retrahitur pro nutritione ſui, vt reficiatur quod deperditum eſt humiditatis, non aliter atque flamma ad proprium alimentum naturaliter mouetur, vt conſeruetur. ideo dicebat Galenus, ſomnum fieri naturalem, quia calor retrahitur, vt nutrimento reſtituat humiditatem exiccatam. vnde ſomni cauſa impulſiua eſt exiccatio; finalis eſt humiditas reſarcienda; efficiens eſt caloris motus ad interiora, vnà cum alimenti vapore; materialis verò principium eſt ſenſus communis. At vero, cùm dicimus has paſſiones fieri propter innati caloris retractionem, & expanſionem (cùm calor hic, vt ait Galenus, membrorum ſolida ſubſtantia non ſit) per calorem potiſſimum intelligere oportet illum, qui in vaſis continetur, nempe ſpiritus ipſos influentes, quamuis ad horum ſpirituum retractionem, vel expanſionem, humores, quoque, & ſanguis ipſe, in quo ſpiritus reſident, ſimili motu moueantur. Spiritus autem, qui in affectibus his mouentur, principaliter ſunt animales vocati: nam hi ſunt, qui in vigilijs principaliter deperduntur, & ideo, ſicuti perpulchrè inquit Auerroes, veluti milites in bello confracti ad ſua ſigna, & ad ducẽ exercitus redeunt, vt inde fortiores effecti, acriores ad pugnam reuertantur: ita ſpiritus à ſuorum principiorũ, & potiſſimum cordis, in quo omnes gignuntur, facultatibus, & proprietatibus, & vi vacui, & innata propenſione attractis ad interiora, vt reſtaurentur, dilabuntur. Hinc animalia ſolum propriè, non autem ſtirpes, dormire, & otiari dicuntur: Quia, cùm ſtirpes ſola vegetatrice anima viuant, & hæc, dũ operatur, ſe ipſam reficiat, & caloris pabulum perpetuò reſtauret; ideo

ipſæ

Margin notes:

Sõnus naturalis q d

Inſomnia quid ſint.

*Gal. 3. aph. cõ. 1. Hip. 4. in 6. de vulgar. morb. tex. 14.*

*Ariſt. lib. de ſomno & vigi. c. 3. et Galen. lib. 1. de ſympt. c. vlt. & 3. de cau. pulſ. 5. & vlt.*

*Gal. 2. apho. 15.*

*Auer. 2 colli. c. de opere ſomni.*

*Auer. 2. de anima cõ. 37*

Digitized by Google

ipſæ otio & quiete non egent, ut rectè inquit Auerroes. Anima autem ſentiens, quia in actione abſumit proprium inſtrumentum, ſpiritus videlicet, & calorem; ideo in actu ſecundo perpetuò repetiri non poteſt, ſed, vt ſpiritus reficiantur, quiete & ſomno opus habet: & ideo ſomnus, & vigilia animali competit quatenus anima viuit ſentiente. Quamuis autem ſpiritus, qui retrahuntur in ſomno, principaliter ſint animales dicti, nihilominus vniuerſi ſpiritus, qui per corpus, & potiſſimum per arterias diſſeminantur, aliqua ex parte ad interiora retrahuntur: quoniam ſubſtantia ſpirituoſa vnius generis eſt, & vno in loco, nempe corde, genita, vt ſuprà dictum eſt; & ſpiritus animales nuncupati, qui in organis ſenſus, & motus in vigilia diſſipantur, ex alijs, qui remanſerunt, ſpiritibus reficiuntur. Ex quibus colligere debemus ſomnum exquiſitè naturalem eſſe, quando retrahitur calor vt humiditatem ſolum in vigilijs exiccatam reficiat. vnde, ſi retrahatur, vt reficiat humiditates à laboribus exiccatas, non eſt exquiſitè naturalis, quia quoddam violentum includit. Pari modo ex his, quæ dicta ſunt, facilimum eſt omnes cauſas ſomni non naturalis inueſtigare: vel enim ſunt impellentes calorē ad interiora vehementius, quàm pro naturæ modo conueniat; vel ſunt prohibentes, ne calor ad interiora retractus, rurſus ad exteriora reuocari poſſit: vnde priores ſunt exiccantes, poſteriores vero humectantes. Quantum attinet ad priores, hæ ſunt illæ, quæ ſpiritus nimium reſoluunt, vt ad propria principia deferri cogantur, vt roborentur, qualis eſt immodicus motus, laborq́; ſuperflua vigilia, fames, coitus immoderatus, nimia in balneo mora, morbus acutus, & diuturnus, aliaq́; huiuſce generis extenuantia: Poſteriores ex Ariſt. & Gal. ſunt humectantes. nam ſomnus non naturalis, ex horum ſententia, fit capite repleto, vel halituoſo quodam vapore, vt à balneis, vini cibiq́; copia, ab aluo ſuppreſſa; vel humore copioſo, nec caloris, nec frigoris modum vehementer excedente: tunc enim fit ſortis oppilatio, & copul in reti mirabili, in cerebri ventriculis, in arterijs apoplecticis. Verum quoniam de frigiditate ipſa oritur ardua dubitatio, quæ fuit in cauſa, vt plerique aberrauerint; ideo ſciendum imprimis, frigiditatem poſſe eſſe vel priuatiuam, vel poſitiuam. priuatiua verò in ſomno ſemper concurrit, vt ſuprà dictum eſt: quia, retracto calore ad interiora, cerebrum refrigeratur, ſed poſitiuè. poſitiua autem frigiditas, quemadmodum ex Galeno colligimus, neq; cum ſomno naturali, neque cum non naturali, qui longus, & profundus magis eſt, quàm pro naturæ lege conueniat, vnquam concurrit. ideo dicebat Galenus: ſomnifera medicamenta non

Cauſę ſōni non naturalis, ſeu profundioris, & longioris quam par ſit.

Galen. 1. de ſym. cau. ca. 8. poſt prin.

Ariſt lib. de ſomno & vig.

Galen 1. de ſym. cau. c 8

» ſomnum inferunt, ſed coma, & carum, & totius corporis torporem. Ac quæ quidem dun-
» taxat humectant, omnia merito ſomnifera vocantur: quæ vero perfrigerant, nec ſomnum,
» nec indolentiam afferre rectè dicuntur, ſed pro ſomno coma, & carum: pro indolentia vel
» prorſus inſenſibilitatem, vel ſenſum diminutum. & paulo ante ſcribebat. cerebrum vbi re-
» quieſcere à multa actione vult, naturalem ſomnum animali inducit: quod etiam magis facit,
» cùm nutrix in eo victus largum, quo fruatur, humorem habet: at cum à multo, vel frigido
» humore grauatur, eum, qui in comatis, & lethargis cernitur, ſomnum affert. Quare ſomnum
» non naturalem ſemper Galenus in humiditatem, tanquam in propriam eius cauſam efficientem, retulit; nunquam autem in frigiditatem. nam ſi frigiditas non ſit adeo intenſa, poteſt quidem eſſe cauſa ſomni recedentis in longitudine. ideo dicebat Galenus: fit autem ſomnus
» longus, refrigerata prima parte ſenſitiua, ideſt cerebro, non tamen forti refrigeratione, quia hæc aliquo modo caloris expanſionem prohibet, donec ab eodem ſuperetur, ſed non eſt vera ſomni efficiens cauſa. Si verò frigiditas ſit intenſa (& tunc ſolet eſſe cum materia, vel etiam
» à ſoporiferis medicamentis inducta) non amplius ſomni non naturalis, qui ſolum longus, &
» profundus eſt, non tamen difficilem habet expergefactionem; ſed ſoporis cauſa eſt, qui dif-
» ficilem excitatu conſtitutionem habet. & tunc ſopor, ſeu ſomnus morboſus dici debet. &
» ideo ſcribebat Galenus: Quippe quæ ad vigilias, ſoporeſque per morboſa attinet, calida fri-
» gidaque intemperies primam ſibi facultatem vendicat: altera vero ab hac quę ad humidita-
» tem, & ariditatem refertur. nam balneæ, eò quòd caput humectant, & madefaciunt, ſoporiferæ ſunt: non ſecus vini moderata potio, & omnes cibi humectantes, atq; ex ætatibus pueritia ob humiditatem ſomnolenta eſt: ſenes verò ob ariditatem vigilijs vexantur. ergo patet,
» ad animi ignauiam inducendam, humiditatem præter naturam ſecūdas partes obtinere; fri-
» giditatem verò priores. proinde humiditas ſola abundans longos, profundoſque ſomnos, ſi-
» cuti & ariditas ſola vigilias efficit. Ex quibus colligimus, quàm iuſtè reprehenderit Galenus
» illos, qui contra Hippocratem dicebant, nunquam fieri ſomnum modum excedentem: quia, quamprimùm modum excedit, coma eſt, non amplius ſomnus. contra quos ait Galenus, non prius coma nominari, quàm difficilem habeat expergefactionem. ideo ſomnus longus rectè
» nominatur quando ſolo tempore modum naturæ conuenientem exceſſerit, non tamen diffi-
» cilem habuerit expergefactionem. Et quod dixit Galenus de longitudine, idem de aliquo
» exceſſu in profunditate intelligendum eſt, dummodo citra difficilem expergefactionem fiat.
» profunditatem nihilominus ſubticuit Galenus, quia ſat ſibi fuit longitudinis exemplo, eorum, qui Hippocratis dictum calumniabantur, importunitatem tollere. dicebat autem idem Galenus: profundè quidem, & non profundè dormire (ſicut vulgo loquimur) ex quantitate influentis virtutis contingit: cum tanto minus eius influere ſit credibile, quanto ſomnus eſt profundior. Verum ſi profunditas ad hoc deueniat, vt difficilis expergefactio ſuboriatur, vt inquit idem Galenus, ſemper coma, & cataphora, non amplius ſomnus non naturalis nominari debet. Ex his autem quæ de naturali, & non naturali ſomno dicta ſunt, facilimum eſt comatis, ſeu cataphoræ tum naturam, tum cauſas cognoſcere: ſed imprimis, ne decipiamur in rerum eſſentia tradenda, ſciendum eſt, quòd coma, ſeu cataphora (ſunt enim ſynonyma) ex Hippocrate, & Galeno nil aliud ſignificant, quàm propenſionem, ſeu delationem, aut inclinationem in ſomnum; quæ quidem duplex eſt, videlicet, vel non ſomnolenta, & in hac non dor-

Galen 2. aphor. 3.

Galen. 3. de loc. c. 3.

Gal. 2. aph. com. 3.

Galen. 1. de ſym. ca. c 8.

Gal 2 prædic 29

Gal. li. de coma 2. & 3. & 1. proret. com. 1. & 3. proret. cō. 1. & 1. in 3. de vul. mor. c. 7. & 2 in 3. eiuſdē. ca 8.

De comate.

Nomen.

dormiunt, licet ſint in ſomnum propẽſi; vel ſomnolenta, dum ſcilicet etiam dormiunt, & pro- *Gal. 1. prad. 1*
fundè. Vnde coma, inquit Galenus, veluti commune eſt, quod de vtraque propenſione præ-
dicatur. Quod autem coma etiam de propenſione in qua non dormiunt, dicatur, alibi quo- *Hipp 3. in 3. epid. tex. 39.*
que his verbis manifeſtauit Galenus: Coma, inquit, eſt delatio in ſomnum nequeuntibus, *& Galen. in com.*
qui hoc ſymptomate occupantur, vigilantium munia obire, ſed tum palpebras claudere cu-
pientibus, tum dormire ſperantibus. cõtingit autem horum quibuſdam, vt clauſis palpebris *Gale. lib. de com. c. 3.*
dormire nequeant, ſed plurimum vigilent, quod Hippocrates coma non ſomniculoſum ap-
pellauit, idem ait Hipp. dum refert: detinebantur autem perpetuo ſopore non ſomnolento,
Hæc autem propenſio non ſomnolenta, vt teſtatur Galenus, ex Hipp. mente, duplex eſt ad-
huc, quia vel ſegnis eſt; vel non ſegnis; quæ quidem nomine generis appellatur. Altera au-
tem ex parte Coma, ſeu cataphora ſomnolenta, vt dictum eſt, ſignificat ſomnum actu pro-
fundum. Circa quam, ne contingat æquiuocatio, rurſus animaduertendum, ipſam, vt in ca-
pite de caro dictum fuit, interdum ſub nomine cati compręhẽdi, & id dum carus impropriè
accipitur: vnde Gal. 1. de alimen. fac. cap. 31. ait, ſoporem à Græcis cataphoram nominari,
Nam ſi carus, ſiue ſopor propriè accipiatur, à comate valde differt: in illo namque neceſſario
cerebri ventriculi anguſtiantur; in hac vero interdom cerebri ſubſtantia læditur, interdum
Coma nõ ſomnolentum quid. ventriculi, non tamen de neceſſitate. Duabus itaque comatis ſpeciebus in medium adductis,
& earum nominibus explicatis, de comate, quod ſomniculoſum non eſt, agere non intendi-
mus; quoniam cum vigilandi, & dormiendi eodem tempore impotentia quædam ſit, prop-
ter cauſas tum vigiliæ, tum ſomni præter naturam ſimul connexas, cauſæ hæ, præter id, quod
in capite de phrenitide magna ex parte enumeratæ fuere, ex his quoque, quæ de cataphora
ſomnolenta, & de vigilijs intenſis proponentur, conſpicuæ fient. Id ſolum ex Galeno lib. de
comate cap. 4. annotaſſe ſit ſatis, quòd, ſicuti ſæpe in ebrijs cernimus, cum caput crapula re-
pletum eſt, & ſimul ex grauitate in coma trahi, ſimulque à ſomno arceri; ita hoc ſanè modo,
cum humorum incoctorum copia caput occupet, vno eodemque tempore, & vigiles, & co-
matoſi ſunt. Dumque hoc per initia euenerit, interdum rectè multitudo concoquitur, ve-
lut ſi ex vino talis eis affectus contigiſſet: ſed ita neque lethargus, neque phrenitis conſequu-
ta eſt. quandoque autem humorum copia acris eſt reddita, & in phrenitidem terminauit. ac
multis pars eius tenuior, aut concocta, aut per halitum diſcuſſa, eſt euacuata; craſſior vero
remanſit: & ita lethargus eſt exortus. ſi vero ijs morbus progrediatur, talis affectus iam pro-
xime ad phrenitidem accedit: ſed, vt illi exiſtimant, qui affectom ex lethargo, & phreneſi
De comate ſomnolento. conflatum introducunt, magis affinis lethargo videbitur. Ad cataphoram igitur ſomnolen-
tam accedentes, dicimus hanc eſſe quietem præter naturam animalis facultatis, propter cau-
ſam non ſinentem ſpiritus ad ſenſus, & motus organa citra difficultatem deferri. Et cũ hæc
Definitio. definitio ex traditis apertiſſima ſit, cauſas ſpirituum, & caloris expanſionem impediẽtes ag-
Cauſæ. grediamur: Hæ autem vel calidum ingenitum ad interiora nimis violenter, & inſigniter im-
„ pellunt, vt vehemens excitatio præcedens. ideo dicebat Galenus: Vidimus etiam in quibuſ- *Gal. 2. prad. 29.*
„ dam ægris, qui tribus, vel quatuor diebus vigiles permanſerant, difficilem excitatu ſomnum
„ ſuperuenientem, qui prorſus nocte, dieque perſeuerans, magnum attulit auxilium. nam co-
gitur calor euſque retractus permanere, donec humiditas vehementer abſumpta fuerit e-
xacte reparata, & noui ſpiritus inſigniter deperditis ſuffecti. Sed cauſæ hæ potius ſomni nõ
naturalis, quàm comatis dicendæ ſunt, quia licet interdum ſomnum valde profundum, non
tamen adeo longum, vt in comate contingit, producere ſolent, quare propriæ comatis ſom-
nolenti cauſæ ſunt illæ, quæ ſpiritus, & calorem iam retractum, non quidem ſubinde intrin-
Itẽperies. ſecus impellunt, ſed potius, ne proſilire poſſint, impediunt. Et hæ, vel ad intemperiem, vel
„ materiam reducuntur. Quo ad intemperiem, hæc poteſt eſſe vel frigida, vel humida, vel fri-
„ gida ſimul, & humida. ideo dicebat Galenus: Sæpe enim cum multum humectata eſt pars, *Gal. 1. in 3. epid. com. 7.*
quæ ſenſus fons eſt, ſopor efficitur, vt in quibuſdam ebrijs vſu venit: ſæpe etiam ob ſolum
frigus: eſt, cùm his ambobus ſimul iunctis altus, ſoporoſuſque ſomnus ſuccedit. Per humi-
„ ditatem autem non debemus materiam intelligere, quia materia ab humiditate, de qua lo-
„ quitur Galenus, in eo differt, quia hæc alimentalis, illa vero excrementitia, & inutilis eſt. ideo *2 praedictor. 49.*
„ alibi dicebat. ſolam humiditatem innuens, cum ex humidi vtilis copia grauatur corpus: quo
„ modo ex crapula profundus ſomnus oritur. & alibi ſic inquit: Cataphora, ideſt in ſoporem *3. praedictor. 1.*
„ delatio, fit interdum grauato ob vtilis ſucci copiam cerebro, vt in ebrioſis: interdum prop-
„ ter pituitoſum humorem: vel etiam propter ægrè ſeparabilem abſque humore frigiditatem.
Cum autem vigilantiæ coma iunctum fuerit, ſucci mordentis permixtione fit. In his autem
intemperantijs frigiditas, ex Galeno. primas ſedes ſibi vendicat, quia humiditate potentior *Galen. 3. de loc. 5.*
eſt. nam humiditas ſola copia, & paſſiua qualitate expanſionem caloris impedit, & illum ali-
quatenus obtundit: frigiditas vero non ſolum ipſum hebetat, verum etiam extinguit, cùm
Materia. contraria ſit, intuſque repellit. Materia autem poteſt eſſe vel frigida, vel frigiditatis expers.
Si ſit frigida, vt pituita, de qua Galenus meminit, poteſt eſſe cauſa comatis, irrorando ſub-
ſtantiam cerebri, non tamen ventriculos anguſtando: quia, ſi materia frigida, & humida
concurrat, non tantum irrorando, ſed etiam anguſtando cerebri ventriculos, non fit coma,
ſed carus: in quo licet pungantur, non tamen loquuntur; in comate vero, etiam ſi ſola cutis
pungatur, ſentiunt, & loquuntur. Ideo ſi coma fiat à materia, ſi agit ratione frigiditatis, *Aet. l. 6. c. 7.*
non obſtruit: ſi obſtruat, in quali non peccat, ideo coma interdum fit in febribus, præſer-
tim frigidis humidis, dum caput petunt vapores benigni peccantes ſolum in quanto, ideſt ca-
lidi moderatè & humidi, vt ſunt vapores prodeuntes, vt ait Galenus, ex pituita dulci, vel ſan- *Gale. lib de plen. c. 11.*
guine, qui poſſunt obſtruere. Idem etiam Galenus 2. de loc. in fine dicebat: Atque eadem
ratione fieri ſolet, vt, quum febrium acceſſiones irruere incipiunt, ſopore, & comate ægri
grauen-

grauentur, hoc tempore cerebrum vehementer refrigeretur paruiſſimum enim eſt huic noxæ, cum intemperiem habeat frigidam; non tamen tantam, vt ſola horum ſymptomatum poſſit eſſe cauſa. Similiter vapores poſſunt prodire à parte, vt à ventriculo, uel inteſtinis. Verum, ne quis credat, in cauſis enumerandis nos diminutos fuiſſe, cùm in ſuprà

*Primo in 3. epid. com. 7.*

citata auctoritate Galenus dixerit, hanc affectionem, ideſt coma, etiam ob vitium infirmitatem fieri; quia virium infirmitas, & calor emoriens non eſt cauſa comatis ſomnolenti, ſed comatis non ſomniculoſi. ideo, inquit, in his palpebræ adapertæ teneri non poſſunt, & poſtquam oculis conniuerint, aut nihil prorſus, aut parum admodum dormiunt, ſed vigilant: ac ne tum quidem attollere palpebras queunt. Quam affectionem ab ea, quæ ex humiditate, frigiditateque oritur, pulſus potiſſimum diſtinguunt languidiſſimi, tardi, rari, & parui. Et alibi hæc habet: Cùm duo ſint propenſionis ad ſomnum genera, vtriuſque commune eſt, vt attollere oculos non poſſint, ſed grauentur, ac dormire velint: cæterum alterius proprium eſt, vt hi mox dormiant, & profundè quidem; ac diu illi vigiles, verſutique maneant, & variæ ſemper rerum imagines oculis eorum obuerſentur, quæ mentem moueant, ſomnumque interrumpant: ex quo vigiles quidem manent, de lecto tamen exurgere, & vigilantium munera obire non poſſint. Ex quibus facile eſt vnum comatis genus ab altero ſecernere, quia in ſomnolento cum difficultate excitantur, & loquuntur, & mox profundè dormiunt, & diu. vnde immobiles iacent, & ſine voce profundè dormientibus ſimiles. Et ſi clamore vocentur, aperiunt oculos, ad differentiam præfocatarum. Cauſæ verò ex dictis in capitis dolore, & læſa memoria cognoſcuntur. Si enim fiat ab intemperie frigida & humida profundior eſt ſomnus, & ſoporoſior; tenuior verò, ſi frigida tantum, vel humida tantum. Idem de materia dicẽdum eſt. Ideo dicebat Galenus, comatoſos omnes vel altis ſomnis, vel tenuioribus, vel vigilijs, & ſola inclinatione in ſomnum detineri, prout diuerſimodè cerebrum fuerit affectum. Præterea, ſi fiat à frigiditate ſine materia, erit color viridis ad nigrum vergens, pulſus durus, tardus: ſi ab humiditate ſine materia, erit mollities in toto & in pulſu. Si fiat a pituita, eius copia in egeſtione, vrina, ore, naribus, & oculis apparebit: ſatietas nauſeatiua plurima præceſſit: Pulſus mollis, humilis, latus, aliquatenus vndoſus: Coma maximè profundum erit: albedo faciei, oculorum, linguæ limoſitas, capitis grauitas, otioſitas, ponderoſitas, inflatio palpebrarum apparebunt. Quod ſi oculi ſint rubicundi, facieſque, & percipiatur caliditas circa caput, malum ex ſanguineis prodit vaporibus, tuncque aderit inflatio venarum colli, linguæ, faciei, oculorum, frontis, temporum, poſt aures; nec ſomnus ita fixus erit, nec tanti periculi. Vtrum malum fiat per eſſentiam, vel conſenſum, ex dictis in dolore capitis cognoſcitur: & quia, dum fit per conſenſum, plerumque ſubitò; ſi verò per eſſentiam, magis paulatim fit. Hoc autem malum poteſt curari, ſed interdum minori, interdum maiori cum difficultate, prout vitium magis habituatum, & intemperies magis confirmata fuit. Dicebat autem Hippocrates, In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale. quod ex Galeno, tum per viam cauſæ, tum per viam ſigni intelligendum eſt: per viam cauſæ poteſt contingere non ſolum priuatiuè, vt quidam interpretes dicebant, quia videlicet priuat patientem iuuamento illo, quod ex vigilijs percipere debebant: ſed etiam poſitiuè, vt Galenus ex Hippocratis mente comprobat, dum ait: Inter hos multi erant delirantes comatoſi, nonnullis verò deliria fiebant ex ſomno. Per viam ſigni verò eſt mortale; ſed non in principio acceſſionum, quia tunc temporis propter illius principij naturam calor & humores ad interiora retrahuntur: vnde, ſi ratione etiam ſomni retrahantur, mirum non eſt, ſi calor innatus non poteſt ſuperare tantam molem, & proinde perniciofum ſit: In alijs autem temporibus, & potiſſimum in ſtatu, præſertimq; in declinatione, ſi ratione ſomni calor retrahatur ad interiora, cum non ſit tanta humorum moles, humores præter naturam in viſceribus reſidentes ſuperabit: ergo praua concoquet, ſuperflua attenuabit, & expellet, & ita iuuamentum conſequetur. Quod ſi non poſſit ſuperare, ſignum malum eſt: ſi enim non vincit, quando fortis eſt; multo minus, quando erit imbecillis, ſuperabit. Quod ſi ſomnus delirium ſedet, bonum eſt. Somnus autem & vigilia vtraque ſi modum exceſſerint, malum. Quod per viam cum ſigni, tum cauſæ intelligendum eſt: nam arguunt prauas diſpoſitiones potiſſimum capitis. & quemadmodum ſomnus naturalis membrorum, ſenſuumque defatigationem tollit, naturales functiones, maximeque concoctionem & retentionẽ corroborat, & auget, licet attrahendi, expellendique facultates languidiores reddat; quia hæ cum motu, & ſenſu potiſſimum eduntur: & ſicuti idem naturalis ſomnus ſanguinis eruptionem, alui profluuium, vomitionem, immoderataſque vacuationes omnes, vno ſudore excepto, cohibet; ita ſomnus immoderatus ſpiritus offundit, & obſcurat, omnes ſenſuum, mentiſque vires torpore, ignauiaque debilitat: calorem obtundit: functiones naturales infringit: crudos & pituitoſos humores, & omnis generis excrementa aggregat: corpus refrigerans, & humectans ignauum, inerſque magis, quàm quies efficit: & deſtillationum, ac frigidorum, diuturnorumque morborum auctor euadit. Vt autem cataphora tollatur, ratione intemperiei, oportet per contrarium alterare. Quod ad materiam, vel eſt in capite, &, ſi hæreat, diſcutienda, ſi ſit fluxilis, cum Auic. & Raſi, qui applicant capiti refrigerantia, reprimenda; vel eſt extra caput, & tunc vel totum, vel membra, in quibus reſidet, euacuanda, materia reuellenda, & virtus, præſertim dum malum diuturnum eſt, alimento cuſtodienda. At vero huius mali curatio ex dictis in dolore capitis petenda eſt. Vnde, ſi venæ capitis ſint ſanguine refertæ & turgidæ, cum Auicenna ſecanda vena, quia imminet inflammatio lethargica. Idem de cauterijs dicendum, vt ibi dictum fuit: Et quando coma eſt cum febre coniunctum, & pertinax eſt, & lethargum, vel apoplexiam minatur, alijſque non cedit, quia febris fouet aſcenſum vaporum, expedit inter primam, & ſecundam vertebram ferro ignito vlcus moliri. Lenientia, & alia patent. Vnicum autem notandum, quòd, vbi aderit febris,

Marginal notes (left): *Gal. l. de comate c. 2.* — *Gal. 2. aph. com 3. libro de com. c. 3.* — *Raſ. c. proprio.* — *Gal 1. in 3. epid 7.* — *Hip. 2. aph. 1 Gal. in com.* — *Hip. 2 epi 3 Hi 2. aph. 2 apho. 3. Gal in com.*

Marginal notes (right): Signa. — Signa cauſarum. — Prognoſtica. — Indicationes. — Materiæ auxiliorum. Chirurgia. Medicamenta.

btis, & obdormire incipient, aut in ſomnum ſunt propenſi, & coma frictionibus & alijs non
cedit, imò ſimplex coma in ſomnolentum abire videtur, quia vapores magis & magis caput
petunt, quamuis non adſint concoctionis ſigna, tamen exhibendũ ſoluens, vt agaricum: quia
in pertinaci comate, iuncto cum febre, vel etiam ſine febre, dum materia ex toto prodit, ſi nõ
purgentur, fient lethargici, vel apoplectici. Aduertendum autem, quædam eſſe, quib. vtimur
in quocunque ſomno præter naturam, vt ſunt illa, quę facultatem ſopitam reuocare poſſunt,
vt ſunt frictiones, ligaturæ, ſed potiſſimum acriores clyſteres, & ſimilia ſuppoſitoria. Et quã-
uis febris intendatur, attamen magis poteſt facultas conſopita ad indicandum, quàm febris
ad inhibendum: imò, dum coma minatur apoplexiam, quàmcitiſſimè occurrendum eſt, & eo
tempore, quo clyſteres parantur, glande acriori ex ſapone aliquo oleo inuncto, & ſale perfri
cato vtendum eſt. Idem de caput euacuantibus dicendum: dicebat enim Galenus: Capitis [Galen. 3. de
grauitates, quæ ſine mordaci infeſtant dolore, ſomnum, ſoporemque afferunt, quibus apo- loc. 5.]
phlegmatiſmi magnificè opitulari videntur. Quantum ſpectat ad reliqua determinata præſi-
[Topica.] dia, potiſſimum animaduertendum, quomodo oxyrhodino occurrẽdum ſit, gratia repercuſ-
ſionis. adeo actu calidum adminiſtretur ſuturæ coronali, accipiendo vnc. 1. olei roſati comple
ti, & vnc. 3. aceti acerrimi, quia eodem præſidio repercuſſio fiet, & faculias ratione aceti ex-
citabitur: imo expedit eiuſdem medicamenti euaporationem per nares ſuſcipere. Idem de
alijs topicis, vt in dolore capitis, dicendum eſt. verbi gratia, in intemperie frigida vtendum
inunctionibus, embrochis ex oleo laurino, ſambucino, de lilio, de coſto, & fomentis ex maio
rana, ſtœchade, calamentho, folijs lauri. Intrinſecus vtẽdum magnis antidotis, diamoſco dul-
ci, confectione anacardina, aqua vitæ: necnon caſtoreo in huiuſcemodi affectibus à Gal. 11.
ſimp. med. in proprio ſermone celebrato. Intemperies humida ſiccis actu, & potentia corriga
tur: nam ab actuali medicamentorum humiditate magis læduntur, quàm iuuentur. ideo ſem
per magis probantur in comate actu & potentia ſicca, vt ſunt ſacculi ex calidis & ſiccis com-
poſiti. ita in hoc malo timenda oppilatio, quæ ſæpe ex oleagineis derelinquitur, niſi cum ace-
to mixta ſint: & propterea lauacra magis probantur; & poſt vſum oleorum detergentibus
vtendum eſt. Si malum pendeat à crapula, & ebrietate, vomitu exquiſito, longa inedia, ſom-
no, & corroborantibus curentur. Si à multa ſpirituum reſolutione coma non ſomniculoſum
[Victus rõ.] fiat, eorum reſtauratione curẽtur per ea, quorum parua moles multum nutrimentum affert,
„ & cum principalium viſcerum & vẽtriculi corroboratione. Victus igitur ratio his, quæ dicta [Gal. 1. in 6.
„ ſunt, proportione reſpondeat. & dum caput eſt natura frigidus, iracundia, vt monet Gal. exci epid. tex. 18.
„ tanda eſt. qui paulo poſt dicebat ex Hippocratis mente in ſecundo de vulg. morb. iracundias 9. & 11.]
„ ad bonos ſuccos creandos, & ad naturalem habitum recuperandum vtiles eſſe: & ibidem di-
„ cebat, in affectibus partem, in qua ratio, & memoria vigent, obſtupefacientibus, & graues, &
„ profundos ſomnos inducentibus, cogitationes, & virtutis ratiocinatricis exercitium commo-
da eſſe.

## *De Vigilijs præter naturam.* *Cap. XII.*

SOMNI nonnaturalis, & præter naturam, ſeu comatis ſomnicu-
culoſi eſſentia recte percepta, facilimum eſt eius oppoſitum, vigi-
liamve ſuperfluam, quæ Sahara ab Arabibus nuncupatur, exacte
[Nomen.] callere. Hæc enim nil aliud eſt, quàm actio immodica facultatis
ſentientis propter cauſam ſpirituum & calorem ad interiora ferri
[Definitio.] prohibentẽ. Vnde cũ ex Philoſopho contrariorum contrariæ ſint
cauſæ, ſuperflua vigilia fit, quia vel aı̃alis facultas diſſoluta, & ve- [Ariſt. 2 de
[Cauſæ.] luti effrenata plus iuſto ad extimas partes, & sẽſoria organa potiſſi generatione.]
mũ euocatur, ſpirituſq;, & ingeniti caloris immodica fit expanſio;
vel quia eius manſio in partib. intimis ſimpliciter deturbatur. Hęc
autem fiunt ꝑ cauſas vel in capite, vel extra caput conſiſtentes. Si
cauſa ſit in capite, in cerebro, poteſt eſſe prædita vi calefaciente, vel ſiccante, vel ſimul cale-
faciente, & ſiccante. Ideo Gal. ſcribebat, demõſtrauimus enim vigiliam fieri propter tum ſic- [Gal 2. præd.
citatem, tum caliditatem primæ ſentientis partis, ideſt cerebri. & alibi ait: ſi principium ſen- 19. 2. aph. 3]
tiendi humeſcat, & refrigeſcat, ſtatim coma ſuboritur: ſi ſicceſcat, atque incaleſcat, vigiliæ „
excitantur. Et 2. de loc. ca. 9. ait Vigilias & deliriũ cauſa poteſtate calida efficit. At, quotquot [Galen l. de
ſomnolenti & comatoſi ſunt affectus, omnes à frigida cauſa proueniunt. Et infra habet: Cauſa plen. ca. 11.]
calida motum excitat, & idcirco vigilias affert: frigus aũt otioſum, & ad motiones pigrum
reddit animal, ob idq; ſomnum comaq; inducit. Et 3. de loc. cap. 5. capitis ardor vigilias; re-
frigeratio ſoporem inducit. Item bilioſi, calidique morbi vigilias, deliria, phrenitidas; contra
pituitoſi, & frigidi, ignauiam, & ſoporem efficiunt. At verò in vigilia producenda primas
ſedes tenet caliditas, ſecũdas ſiccitas: caliditas ſiquidẽ ſui maiori actiuitate, propriæq; eſsẽtię
ſimilitudine calidũ ingenitũ maiori cũ impetu euocare valet, & vaporẽ alimẽti attenuare: Sic
citas aũt eſt in cã expãſionis caloris quatenus copulã, ſeu alimẽti humidũ diſſoluit: quo diſſi-
pato, & abſumpto, cũ calor, & ſpiritus nõ amplius ad inſtar flãmæ ad alimentũ, & fomitẽ, ex
quo reparatur, retrahi poſſit, ex propria natura expanditur, & ad ſenſoria organa, in quæ or-
dinatus eſt, ſui fluiditate diffunditur. At vero cauſa hæc calefaciens, & exiccans poteſt eſſe
vel intemperies, vel materia; & cũ Galeno, vel cerebri vẽtriculos, vel vniuerſa eius vaſa, vt in [Galen. 3. de
ardentib. febrib. cõtingit, vel humiditatem, q̃ per cerebri corpus diſperſa eſt, vel ipſummet loc. cap. 5.]

cerebri corpus, afficere poteſt, vt in phrenitide & ſimilibus affectibus fieri ſolet. Intemperies Intemperies.
autem vel calida, vel ſicca, vel calida ſimul & ſicca eſſe poteſt. materia ſimiliter ſiue corpulen
ta ſit, ſiue vaporoſa, neceſſario debet eſſe vel calida. vel ſicca, vel calida ſimul & ſicca. Ideo vi Materia.
giliæ excitantur à materia bilioſa, & vt ait Gal. ab humoribus mordacibus, à ſimilibus vapo-
ribus, a materia melancholica, a ſalſaque pituita. Similiter calor, & ſpiritus à dolore in capite
conſiſtente poteſt euocari. Idem dicendum de cauſis, quæ non in capite, ſed extra caput repe
riuntur, vt eſt immoderata partium caliditas, & potiſſimum dolor in quacunque corporis
parte reperiatur. cum enim dolor in ſenſum tactus vehementer agat, neceſſe eſt, vt commu-
nis quoque ſenſus excitetur: quo quidem commoto, neceſſe eſt, vt reliqui omnes ſenſus exci-
tentur, & ita vigilia ſuboriatur. Quæ quidem tum ratione cauſæ, tum loci affecti, tum pro
maiori, vel minori vehementia & prolixitate à ſe inuicem diſtat. Vt autem dignoſcatur, indi- Differentiæ.
Gal. 1. prog. com. 8. cijs non eget, quia ſeipſam manifeſtat. imo ex Galeno abſque ægrotantis ſermone cognoſci-
mus magnam vigiliam præceſſiſſe, quia oculi mirum in modum ſicci apparent, & palpebras
difficulter ſurſum tolli uidebimus, & inſtabiles eſſe, & pulſus chordæ extétæ ſpeciem refert.
Differentiæ præſertim ex alibi traditis abſque vllo negocio deprehenduntur: verbi gratia, ſi
quis in febre ardẽte vigilia detineatur, materia bilioſa (ſiue humoroſa, ſiue vaporoſa ſit) eius
Gal. 3. aph. com. 31. cauſa eſt. Vigilia verò ſenilis ætatis propria paſſio eſt, tum quia curarum pleni, tum quia cor-
pus habent ſiccum: ideo ſenes cum integra fruuntur ſanitate, magis vigilant, quia excremen-
» ta frigida à cerebro probe excernuntur. Vigilia autem magni momenti malum eſt. quia, vt
» ait Galenus, virtutem non minus exoluit, quàm ſenſibiles euacuationes: & ex eodem, ſpiritus Prognoſtica.
Gal. i. præd. 8. 52. met. 1. & 5. corrumpit, & cauſæ lædentis uires rationem habet. Ita ex Hippocrate vigilia vorax, quia dige
rit, vt Gal. inquit. cum enim calor ad exteriora mouetur, non modicas ſubſtantiæ corporeæ
particulas ſecum rapit. Si autem totam noctem in pernoctationibus inſomnem traducamus,
Hip. 4. in 6. epid. tex. 20 & Galen. in com. corpus quidem inanitur, ſed ſine inſigni virium noxa. at ſi ſtrati aliquam noctis partem dor-
miamus, reliquum ipſius vigiles tranſigamus, tum vires diſſoluuntur. Pro cauſæ vero ratione
vigiliæ tum magis & minus periculoſæ, tum magis vel minus pertinaces euadunt, & interdũ
» remoueri non poſſunt, veluti dum phrenitidem inſalubrem comitantur. facile autem ſedan-
» tur vbi a ſola intemperie excitantur. Quemadmodum autem ſomnus ſemper humectat, dice
Gal. 4. in 6. epi. com. 17. bat Galenus, ita vigilia ſemper exiccat. Sed moderata vigilia ſpiritus, & ſenſus excitat, prom-
ptos, & celeres, alacresq; reddit, & partium omnium vires omnes recreat, & erigit. calorem
in omne corpus æquabiliter diffundit, alimenti, humorumque diſtributionem, & excremen-
torum expulſionem accelerat. Immoderata verò ſpiritus exhaurit, corpus, præſertimque cere
brum, ſiccat, ſenſus obtundit, & mentem perturbat, bilim inflammat, & ſubinde phrenitim,
Hip et Gal. 7. aph 18. & deſipientiam, vt aiunt Hippocrates & Galenus, cõtinuas febres, acutosq; morbos accerſit,
Hip. & Gal. loc. cit. &, vbi valde exceſſerit, conuulſionem parit, quæ quidem malum eſt, vt inquit Hip. quia ex Ga
leno vigiliæ excitant conuulſionem ex inanitione: ná vigilia ex ijs eſt, quæ maxime euacuãt,
& exiccant. Et tandem, quia vigiliæ natiuum calorem, & humidum primigenium diſſipant, »
læſa concoctione, magni cruditatum prouentus cauſa ſunt. Indicationes ex alibi dictis claræ »
ſunt: ſciendum autem, quod cum vigiliæ habeant rationem cauſæ lædentis vires, interdum Indicationes.
adeo vrgent, vt opiatis, quamuis earum cauſam foueant, vti cogamur. nam quidam reperiun
tur, qui neque per mediam noctem abſque maximo detrimento vigilare queunt. Et dum vi- Auxiliorum materiæ.
gilia ex capitis intemperie ortum ducit, ſiue coniuncta fuerit febris, ſiue non, extrinſecus hac
inunctione vti licet, ℞. olei violati, nenupharini an. drac. ij. & tempora, & nares inungantur. Medicamenta.
ita laudatur populeon vnguentum, quo tum prædicta loca, tum pulſus licet inungere, & quã-
doque ad opiata aſcendere licet. Sed ſat eſt recipere opij, croci an. grana ij. vel iij. olei viola-
ti, vel nenupharini drac. ij. miſce. addimus autem crocum, vt opij frigiditas humanæ naturæ
inimica corrigatur. Ita laudatur inunctio, quæ applicatur ſuturæ coronali, præſertim dum ce
rebrum calidius, & ſiccius redditum eſt, & potiſſimum vbi ſiccitas viget: ſed quia applicatur
ſuturæ coronali, ab opio abſtinendum, & ita præſcribẽda eſt: ℞. olei amygdalarũ dulciũ vnc.
j. s. violati vnc. j. nenupharini, vrgente neceſſitate, vnc. s. ſucci citri drach. vj. & loco propoſito
admoueatur. Si præter intemperiẽ adſit materia, oportet eã per os, & nares educere, nec ab
re erit extrinſecis aliquid immiſcere, qđ materiã reſpiciat, vt (ſi ſalſa ſit pituita) iam propoſito
medicamento vnc. j. olei chamamælini addatur. Ideo Auicenna, & alij cum ſoporiferis calida
miſcent, non tm̃ rõne penetrationis, verum ẽt diſcuſſionis materiæ. Vtendum quoque fomen
tis, ſtillicidijs ex propoſitis paratis: vt recipiẽdo foliorũ lactucæ M. j. radicũ mandragoræ vnc.
ſem. florũ nympheæ pug. j. aquæ q. ſuff. vel li. iiij. fiat decoctio ad conſumptionem quartæ, &
in hoc decocto infundatur pannus lineus, & decoctum ſit tepidum, & applicetur ſuturæ coro
nali. Sed aduertendum, quandoque miſcenda eſſe validiora, quandoque calefacientia. ideo,
ſi vigilia pertinax ſit, licet addere propoſitis vi. vel viij. capita papaueris albi, vel etiam nigri:
ratione autem materiæ, licet quandoque addere aliquod attenuans, ſomnum tamen conci-
lians, vt eſt meliſſa, ſerpillum, anethum, præſertim ſi fiat à ſalſa pituita, & panno lineo, vel ſpõ
gia in hoc decocto madeſacta caput foueatur. Licet etiam euaporationem naribus admini-
ſtrare, & tunc medicamentorum portio in parua quantitate eſſe debet: ideo ſufficit habere
vnc. iii. vel iiii. decocti, & accipere duo capita papaueris albi, & manip. ſem. foliorum lactucæ:
imò licet ẽt vti ſucco lactucæ, qñ alia præſto non ſint, & ideo reddatur tepidior, & tũ euapo-
ratio, tum inunctio fiat. Expedit quoq; manus, & pedes abluere, quia cum fiat ablutio deco-
cto actu calido, & potentia frigido, tum vaporem in caput, tum frigiditatẽ condenſantẽ præ-
ſtat, & efficax præſidium eſt. Sed ad conficiendum hoc decoctum accipienda propoſita in ma
iori quantitate, quia egemus viij. vel decẽ libris decocti. ideo licet accipere xx. & xxx. capita
papaueris: quatuor, & quinq; manip. lactucę, & ſic de cæteris: iterdũ verò, ut dictũ eſt, licet p-
miſcere

miſcere vel meliſſam, vel aliud penetrationem tribuens. Licet etiam vti puluinaribus ex propoſitis, videlicet ex folijs lactucæ, florum nenupharis, violarum, pari portione, quia refrigerant, & ſuauis ſunt odoris, addendo, ſi opus ſit, aliquid meliſſæ gratia penetrationis. Galenus 4. de tuen. valet. cap. 4. ſummopere probat balneum ad ſomnum conciliandū.

Intrinſicus adminiſtrata.

Intrinſecus aūt præſertim moderatioribus occurrendum; vrgente vero neceſſitate, vehementioribus, vnde ſenſim, & ſenſim ad valentiora aſcendere oportet, primo vtendo cibis medicinalibus, de quibus poſt, & deinde etiam medicamentis. Dum igitur ad ea, quæ ſunt potius medicamenta confugere coacti ſumus, & ad valentiora, quàm ſint cibi medicinales, licet exhibere vnc. 1. vel 1. s. ſyrupi de papauere in iure, vel in tribus, vel quinque vncijs decocti lactucæ, & boraginis: & ſi timeamus eorum frigiditatem, aliquid meliſſæ addatur. Ita probatur hoc, vel ſimile electuarium, ℞. conſeruæ ex floribus nymphęæ vnc. 1. ſacchari violati vnc. ſem. ſyrupi de papauere drach. 3. miſce, & detur à drach. 1. vſque ad 4. & ſi hoc non conferat, adhuc magis aſcendendum non tantum ad diacodium, vel in forma ſolida, vel cum ſapa; verum etiam ad opiata; quia quandoque imminet mors, ideo licet exhibere opium, correctum tamen, vel cū alijs compoſitum vt facta ſit fermentatio; & caſtigatio eius per quatuor menſes. Sic conferēt Philonium Romanum, pilulæ de arnogloſſa, requies Nicolai, &c. quæ dentur à ſcropulo vno vſque ad drachmam ſemis: & tutius eſt dare in minori doſi; & cum Aetio primò mitioribus occurrendum; & primo extra applicitis: & poſt vſum opiatorum auferendum capitis detrimentum, ſi extra applicantur; ventriculi verò, ſi intus ſumuntur; ideo, vigilijs profligatis, calidis vti oportet.

Cibaria ſomnum concilian tia.

Quantum ſpectat ad cibos, Galenus pro ſomno conciliando potiſſimum lactuca cocta vtebatur, quia eſt ſatis boni ſucci inter olera, ideo dicebat: Aetate iuuenili cū mihi ventriculus bili aſſiduè infeſtaretur, lactuca, quò ipſum refrigerarem, vtebar. cùm verò ad ætatem declinantem perueni, hoc olus fuit mihi aduerſus vigilias remedio. itaque lactuca veſpere commanſa vnicum mihi inſomniæ erat alexipharmacū. Et 2. de loc. ca. 9. Quid opus eſt (inquit) fortia med. commemorare, cum quotidie videamus & lactucas & potabilium, calidarumq; aquarum balneas, & vinū modice dilutum ſomnum inducere; vti & alia refrigerantia, & humectantia; ijs vero contraria vigilias excitare? & potiſſimum vinum meracum & multò magis ſi ſui natura fuerit calidum, aut valde antiquum. Inſuper optimum eſt in ptiſana hordeacea, vel in panatella, vel in iure vnum, vel duo cochlearia emulſionis amygdalarum dulcium immiſcere. Licet etiam aſcendere ad decoctum foliorum lactucæ in iure, vel in alijs propoſitis, & addito amygdalino lacte ius propinare. Et ſi vigiliæ ſiot admodum intenſæ, ilicò vehementiorib. vtendum, præſertim dū mitiorib. ſedari non poſſunt, quæ prius experienda ſunt. tunc igitur ad valentiora confugiendum, & licet accipere ſeminis papaueris albi vnc. ſem. contundantur craſſo modo, nam ex his contuſis facile ſuccus extrahitur, qui quidem efficax admodum eſt. Quod ſi propoſitis cibis medicinalibus non profligentur, gradatim ad medicamenta ſuperius propoſita aſcēdendum eſt. Sed aliud Galeni remedium nullo pacto prætereundum eſt. ait enim: Quos autem volumus arctè dormire, eos eatenus vigiles ſeruare debemus, quatenus ſtare iam niſi conniuentes non poſſint: ego enim multis qui ſe celerius quieti dederunt, cum vigilare diutius coegiſſem, ſuauem ſomnum conciliaui. non enim intempeſtiue cogenda natura, ſed ei eſt in tempore miniſtrandum. alibi quoque idem remedium literarum monimentis conſignauit inquiens, ſe nunquam fruſtratorium id inueniſſe. vnde ait: eo tempore, quo ſe quieti, & ſomno tradere ſolebant, crura, & manus excipere vinculis oportet: tum iubemus, vt excitentur, eoſque palpebras aperire, & conniuere cogimus, donec ſint abunde fatigati, tunc repente vincula ſoluimus, lucernam auferimus, & multam quietem imperamus.

*Gal. 4. in 6. epid. cō. 17.*

*Galen. 3. de hum. cō. 29.*

## *De Incubo. Cap. XLII.*

EX cerebri vitijs ipſum, quatenus animalis facultatis organum eſt, affligentibus ea ſolummodo ſuperſunt explicanda, quæ non eius corpus, ſed ſolos meatus, ſeu ventriculos exercent, & ſubinde primi, communiſve ſenſus magis peculiares ſunt. Hæc autem duo ſunt, incubus videlicet, & vertigo: quorum hæc in vigilijs, ille vero in ſomno perpetuò oritur. Vnde, cùm primo loco de ſomno præter naturam, deinde verò de vigilia loquuti ſimus; ſimili modo imprimis de incubone, in quo ſomnus quodammodo deprauatur, & poſtea de vertigine pertractabimus.

Nomen.

At vero per incubum non quidem dęmonem, qui interdū ſuccubi, interdum incubi, vt humanum genus decipiat, ſpeciem aſſumit: ſed illud vitium audiri volumus, in quo homines tpe ſomni, & præſertim in eius initio, ſomniant aliquid eſſe, ꝙ præcordia cōprimat: vnde clamare, & ſurgere, atq; dimoueri fruſtra tentant, & quodā modo ſuffocari videtur, & aliqua cū difficultate expergiſcuntur. Qđ quidē nil aliud eſt, q̄ prauum inſomniū cū noxa reſpirationis, ꝓꝑ vaporē craſſum poſteriores cerebri meatus obſtruentē.

Definitio.

*Aet. lib. 6. cap. 12.*

Cū .n. inſomnia (vti nos docuit Gal. in libello de dignotione ex inſomnijs) ex varia cū humorū, ſpirituūq;, tū corporis diſpoſitione varia fiant; quib. quieta, & tranquilla ſunt oīa, nec fluctuāria, nec immoderate agitata, ſomnia ſecūdū naturā diſtincta, digeſtaq;, & ad veri ſimilitudinē expreſſa cōtingūt; Quòd ſi perturbatio aliqua, vel corpori, vel ſpiritib⁹, & humorib. obtigerit, inſomnia fiunt præter naturā, in quib. rerū effigies vehemētius agitatę apparēt, nō quales verè ſunt, ſed diſtortæ, monſtruoſæ, portentoſæq; qđ frequens eſſe ſolet in temulētis, & ijs, qui ſupra modum ſe repleuerunt, & præſertim in ijs, qui febre correpti ſunt. Cū igitur in ſomno thoracis motus, ceu maximè neceſſarius, reliquis membris quieſcentibus, ſolus ſu-



Digitized by Google

perſtes ſit; hinc fit, vt ſi dormiens incubo corripiatur, quãuis ab eo vniuerſa motiua functio lædatur, nihilominus ſolum thoracis motum tanquam neceſſarium, & aliqua ex parte ſuperſtitem ſibi læſum eſſe potiſſimum ſentiunt; & ſubinde aliquid eſſe, quod thoracem comprimat, & ſuffocet, ſemper falſu imaginantur. Quemadmodum etiam ſæpe ſæpius obtigiſſe vidimus, vt cum quis dormiens in aliqua corporis parte cauſam aliquam morboſam, vel doloriſicam habuit, uulnus aliquod in illa parte ſibi fuiſſe inflictũ ſomniauerit. Licet autẽ falſa hæc, vt diximus, oriatur imaginatio; non tamen vitium hoc in deprauatam, vt quidam fecere, imaginatricem facultatem retulimus. In dormientibus enim, licet falſas imagines concipiant, nõ tamen imaginatricem facultatem deprauatã eſſe rectè, & verè enunciamus. Sed ad differentiã cæterorum inſomniorũ, quæ præter naturam ſunt, incubum in ſolam reſpirationis læſionẽ referendũ eſſe duximus, tanquã in illam motiuã functionem, quæ ſola in dormientib. de neceſſitate ſeruatur, & in hoc vitio potiſſimũ labefactari videtur, vt ob id Temiſon illud ſuffocantẽ nominauerit. Huius autẽ vitij cauſam vaporem eſſe diximus, quia citò fit, & citò ſoluitur: Sed craſſum, quia non citra aliquam difficultatem expergiſcuntur, & ab acceſſione nõ ſine vi, conatuq; liberantur; qui vapor à cerebri frigiditate magna ex parte tum incraſſari, tum in aquoſam materiam abire poteſt. Porro vaporem hunc craſſum aqueumve poſteriorẽ cerebri ventrem, vel meatum illũ, qui ad principium ſpinalis medullæ peruenit, obſtruere, ex trib. potiſſimis rationib. aſtruere licet: primò quia in hoc vitio imaginationis actio ex toto ſeruatur, & proinde pars anterior cerebri incolumis, & eius anteriores ventres liberi, illæſiq; permanent. Secũdò quoniam in incubo ſola motiua functio, quæ à poſteriore cerebri parte initiũ, & proprias vires deſumit, vt dictũ eſt, valde læditur. Tertiò & vltimò, quia, vt teſtatur experientia, iſtud vitium corpore ſupino cubantes corripit, & ob id Auicenas dicebat, ſomnũ reſupinum incubi cauſam eſſe, materia ſcilicet in ventriculo poſteriori congregata. Decipiũtur igitur moderni, qui in hoc malo vẽtres potiſſimũ anteriores exerceri arbitrati ſunt. At vero vapor hic à diuerſa materia ſiue in capite, ſiue extra caput reſidente, eleuari poteſt; ſed potiſſimum ex craſſiori pituita, vel melãcholia circum præcordia inhærente, quæ per crapulam, & cruditatem turgeſcit, efferri ſolet. Inter cauſas verò magis remotas Auicenna frigidũ ambiens proponit, quia eius vi materia in cerebri ventres exprimitur: quæ ſi ſit vaporoſa, & craſſa, fit incubus: ſi corpulenta, ſubeth, vel caros potius generatur. Eſt autem incub. ſæuior affectus, & epilepſiæ magis proximus, quàm vertigo, quia à vapore craſſiore produci ſolet. vnde ex Pauli ſententia epilepſiam, vel inſaniam, vel apoplexiam minatur, quæ tamen in ætate prouectiorib. potiſſimum intelligenda ſunt, & dum malum non per conſenſum, ſicuti vt plurimum contingit, ſed per eſſentiam in capite originem ducit. Ea verò, quæ ad eius curationem pertinent, ex ſequenti capite conſpicua fient.

Cauſæ.

*Auic. 3. 1. 5. de ſomno, & vig.*

*Auic. c. ſſ.*

Prognoſtica.

*Pau. lib. 3. c. 15.*

## *De Vertigine.* *Cap. XIIII.*

A CEREBRI corpore omniũ maximè ſeparatus affectus, ex ijs, qui cerebrũ, quatenus primũ ſenſorium eſt, exercent, eſt ipſa vertigo, vt ob id eius cauſa externas ſenſationes, & potiſſimũ viſionẽ ipſam iam attingere, & deprauare videatur. Verum quoniã circa vertiginis naturã difficillimæ inſurgunt ambiguitates, ex quarum ſolutione, vnà cũ huius mali eſſentia recte percepta, multa quæ ad cognitionẽ animaliũ functionum attinẽt, & ea quidem nõ cõtemnenda, elici poſſunt, proinde de natura, & facultatib. ſentientis animę pauca quædã proponenda ſunt. præſertim cũ loci affecti opportunitas ad hoc nos hortari videatur. nunc. n. vino loci affectionem diſquirimus, qui inter intimas, extimasq; animales potentias, & interiora, exterioraque ſenſoria organa exacte medius eſt. cerebri ſiquidem ventriculi anteriores, qui in vertigine afficiuntur, ſunt illi, in quos ſpecies ſenſibiles, quæ ab externis ſenſibus recipiuntur, veluti lineæ ad proprium centrum deducuntur. illud igitur imprimis accipere conuenit, animam ſentientem, cognoſcentemque in ipſo cerebri corpore, tanquam in proprio organo, proprias vires expromere: quo fit, vt Galenus cerebrum proprium ſentiendi organum, necnon primarium, ſeu communem ſenſum appellauerit, quia reliqui externi ſenſus circa ipſum proxime locati ſunt, in quos neruorum, cerebrique propagines mittuntur, quibus ſentiens, & cognoſcens facultas per quoſdam veluti radios proprias vires externis ſenſorijs organis communicare valet. His autem virtutibus communicatis, externi ſenſus rerum ſenſibilium imagines ſuſcipere quidem valent, ſed eæ non prius iudicantur, quàm ad communem intimumque ſenſum, ceu ad commune principium, per canales iam dictos defluxerint: colores enim ſuſcipit viſorium organum, & ſonitus auditus inſtrumentum, ſed album à nigro colorem, grauemque ab acuto ſonum tantummodo communis ille ſenſus, & æſtimator diſtinguere poteſt. Et hac de cauſa communis ſenſus eſt illud animalis facultatis principium, per quod vniuerſum animantium genus conſtituitur, & in cuius virtute animalia cuncta, etiã ſi viliſſima ſint, virtute ſentiente prædita eſſe dicuntur. Quod autem ad ipſum ſenſibilium ſpecierũ iudicium ferre pertineat, paulo infra demonſtrabimus. Pro nunc illud omittendum non eſt, quòd quidam eruditiſſimi licet fateantur, ſicuti fatendũ eſt, ſenſum hunc communem illũ eſſe, qui rerum omnium imagines à nuntijs ſenſib. forinſecus allatas, & ante ſe poſitas contemplatur, & omnes ſenſuum actiones obſeruat, licet, inquam, fateantur, hunc eſſe illum ſenſum ſuperiorem, quo nos viſum videre, & auditum audire cognoſcamus.

De facultatib. animæ ſentientis, & eius organis.

Cerebrũ animę ſentientis organum.

Externi ſenſus nõ indicant, ſed ſolũ ſuo cipiunt obiecta ſenſibilia.

Digitized by Google

mus,quiq; prætere imaginum diſcrimina conſtituit,deq; illis iudicium promit: attamen inquiunt poſtea,ꝙ viſus poteſt album à nigro,& tactus calidum à frigido diſtinguere,quod tamẽ cum ratione,tũ experientiæ repugnare videtur. Si enim oculus, & viſus ſe videre nõ agnoſcit,multo minus poterit cognoſcere ſe nigrum ab albo colore diſtinctũ videre, atq; cognoſcere. ꝙ aũt aduerſetur experientiæ,paulo poſt apparebit. Sed ad cõmunem ſenſum reuertamur,cuius prima facultas eſt,vt vbi rerũ imagines ab externis ſenſibus exceptæ in ipſum permeauerint (ſenſus enim rei ſenſibilis ſpecie informatus ad communem ſenſum ſtatim recurrit,in eoq; reponit quicquid forinſecus hauſerit) tũ ille rerum externarũ diſcrimina cognoſcat,diſtinguat,& iudiciũ depromat.

Cõmunis ſenſus prima facultas.

Porro altera ipſius facultas eſt,quæ rerũ ſimulachra,quę ſenſus ipſi præbuerunt,recipit,atq; conſeruat;& hæc imaginum retentio,conſeruatiove, memoria dicitur,quæ in pueris,& ſenibus infirma eſt,tum propter rationẽ in capite de læſâ memoria propoſitã,tum etiam,quia pueri imaginũ impreſſiones conſeruare, ſenes vero eaſdem ſuſcipere difficile queunt. Si qua tamen imago in pueris detinetur,tum quia altius imprimitur,tum quia potiorẽ,prioremq; locum occupat,diutiſſimè,& vſq; ad ſenium conſeruari ſolet.

Secunda cõmunis ſenſus facultas.

Tandẽ vltima ipſius facultas inter intimas ordine tertia illa eſt, quæ circa imagines à memoria ſuſceptas,detentaſq; verſatur,& dum ſeparatim ipſas ſpectat,& ſine vllo externarũ rerum adminiculo pertractat,imaginari,& fingere dicitur:& hæc ſentiendi functio in effectione quadã cõſiſtit,quæ ab ipſa facultate imaginatrice,quæ alio nomine vocatur phantaſia,proficiſcitur:& hæc eſt illa vis,quæ cum ſolis nudis,& à memoria detentis ſpectris opus habeat, etiam animali dormiente operari poteſt; ad differentiã communis ſenſus, qui quamuis tres iam dictas facultates comprehendat;attamen de prima,quæ ſolum diſcernit,& iudicat,propriè dicitur. Nam ſenſus communis,prout facultas eſt à memoria, & phantaſia diſtincta,dum animal dormit,vt in capite de ſomno dictũ eſt,ad vnguẽ quieſcit. Hæ ſont omnes ſentientis animæ facultates internæ,quæ cum è materiæ gremio promanent,tum in proprijs functionibus corporeis organis opus habent, tum ad ipſorum læſionem detrimentum patiuntur. His autem ſuperior facultas nulla eſt,dicat quidquid velit Auerroes,niſi mens ipſa,& intellectus, qui,vt aliàs quoq; dictũ fuit,extrinſecus accedit,& nullo pacto,cũ minime organicus exiſtat, iacturã aliquam per ſe perpeti poteſt. Ipſum igitur relinquentes,ac medicas,vt ait Hippocrates,ſpeculationes ſolummodo pertractantes,ſi de facultatibus paſſibilib. ſermo fiat, internæ ſunt tres iam enumeratæ:quæ licet in brutis quoq;totidem reperiantur;attamen in hominib. tum propter exquiſitã cerebri temperaturam,tũ propter optimã conformationẽ,potiſſimũq; propter eximiã illam cerebri magnitudinẽ longe excellentiores ſunt.

Tertia eius facultas.

At vero facultates hæ non ita ad inuicẽ ſegregatæ cenſendæ ſunt,vt quo ad virtutem,& eſſentiam ſint diuerſæ,quẽ admodum D.Thomas,& latini ferè omnes Ariſt.interpretes decreuere;ſed potius, vt Diuus Auguſt.in lib.de anima,& ſpiritu,& Alexander Aphrodiſæus in inſtitutione de anima, necnon Themiſtius in lib. de memoria;& de inſomnijs,voluere, vnica tantum ſentientis, & cognoſcẽtis animæ poteſtas eſt,quæ modo ſenſus cõis,modo memoriæ, modo imaginatricis facultatis nomen pro functionũ varietate ſortitur. Hãnc ſentientis animæ vnicã virtutẽ eſſentiamq;, ſed diuerſis facultatib. præditã, primus omniũ cognoſcens diuinus Hip. loquens de ijs aiæ potentijs quib. cognoſcimus,generatim duarũ ſolũmodo potentiarũ meminit, ſenſus " videlicet,& mentis. Quod ſi,dũ addit,quæ itẽ oĩbus,quibus cognoſcimus, intelligi poſſunt, " alias potentias innuere videatur; eas nihilominus non admiſit,vt inquit Gal.ſed ita loquutus fuit,vt cauillatorũ euitaret importunitatem.

*Hip in 1. de affec.med.7 3.Tex.4.*

*Gal.in com.*

Verũ altera ex parte quamuis anima ſentiẽs vnicã generalem virtutem,& potentiã ſortita ſit; attamen ſpeciales ipſius facultates penes proprias functiones, vt dictum eſt, diſtinguntur. Atqui operationes non à ſolis facultatibus, ſed ab his vnà cum ſuis organis connexis, vt in tractatu de totius humani corporis vſu demonſtrauimus,de neceſſitate fluunt; hinc fit,vt facultates hæ, in vna generali virtute alioquin conuenientes,nihiloſecius nõ ſolum penes operationes, verum etiam ratione diuerſorum organorum, in quibus functiones variæ eduntur,ad inuicem diſtinguantur.

Sentiẽtis animæ facultates, nõ ſolũ penes operationes propias diſtinguantur.

Cum itaque ſenſus communis,ſeu vis diſcretina,memoria, & imaginatrix facultas in cerebri corpore ſedem habeant,ſciendum eſt has facultates varias functiones non ob aliud præſtare,& exhibere,niſi propter organorum,in quib. vires proprias exercent,varietatem. Quæ igitur erũt hæc organa? In cerebri corpore,ad differentiã ventriculorũ, duo tantummodo proculdubio reperiuntur: cerebri nempe mollis ſubſtantia,& ſpiritus per ipſam diſſeminati: & nunc ſermo eſt de cerebro,quatenus primũ ſenſoriũ eſt,non aũt quatenus nutritur,& viuit,vt ideo in præſentia eius venas,& arterias perpendere non debeamus. Cũ igitur ſolum ſubſtantia mollis,& ſpiritus in ea collectus nobis ſe ſe offerat;ideo neceſſe eſt, vt hæc iam dictarũ facultatũ organa ſint:cũ autẽ ex ijs facultatib. duæ propria munia obeant per actionẽ (nam ſenſus cõis diſcernit,& iudicat,imaginatrix vero varia ſpectra producit)reliqua vero per quandam paſſionẽ potius officio proprio fungatur: nam memoria principaliter imagines rerum recipit,& quò magis intimius inſculpit,& recipit,eò magis conſeruat:Idcirco rationabile eſt,vt duæ illæ,quarum functio in agere conſiſtit,organum habeant ad actionem magis paratum:reliqua autem, quæ magis patitur,paſſioni magis obnoxiũ inſtrũ poſſideat. Modò,ſi cerebri ſubſtantia, & ſpiritus inuicem conferantur, proculdubio cerebri ſubſtantia ſubiecti, & materiæ, & proinde patientis rõnem magis habere videtur:contra ſpiritus, & calor,cuius proprium eſt mouere, & agere, magis agentis vim habet. Quare cerebri ſubſtantia memoriæ,ſpiritus imaginatricis, & ſenſus cõis organũ erunt. Hæc tñ organa non ita facultatib. ſeparatim inſeruiunt,vt à ſibijpſis proprios vſus etiam nõ mutuentur. Nãq; nec cerebri ſubſtantia ſine ſpiritibus, à quibus viuificatur,nec ſpiritus ſine cerebri ſubſtantia, in qua ceu in peculiari ſubiecto cõſeruantur, vtilitatẽ aliquã iã dictis facultatib. poſſunt præbere. Quamuis autẽ in vniuerſo

Internorũ ſenſuũ organa.

cerebri corpore, tum ſubſtantia, tum ſpiritus reperiatur, & proinde hæ omnes facultates per
vniuerſum cerebri corpus ſint diſſeminatæ; nihilominus, quia cerebri pars poſterior magis
denſa, & ſubinde minus ſpiritoſa: anterior verò magis rara, poroſaque & meatibus magis
referta, & ſubinde maiori ſpirituum copia affluẽs (quippe, vt inquit Gal. 2. de temperam. cap.
3. cerebri anterior pars mollior exiſtit) hinc fit, vt quemadmodum Græci, Arabeſque medici Cerebri
ſtatuerunt, memoria in poſteriori, imaginatrix vero & ingenium in anteriore parte magis pars anterior cur
vigere, & locari dicatur. Quod ex varia quoque capitum prominentia verum eſſe experiẽtia magis ſpirituoſa.
Ariſt. lib. de anima. comprobamus. Hinc etiam fit, vt quemadmodum Ariſt. ſcriptum reliquit, molles carne capti
ſint mente, quia mollem habent cerebri ſubſtantiam: & eadem de cauſa, vt ait Gal. qui durã
Cic. 2. de nat. Deorũ. habent, & firmam cerebri ſubſtantiam, memoria valida prædìti ſunt. ita Cicero, quem ſequi- Cur memoria in
Gal. 2. in 6. epid. com. 6. tur Gal. dicebat in quibuſdam regionibus contingere, vt hebetiora ſint hominum ingenia poſteriori, ĩgeniũ
propter cœli pleniorem naturam; & quia Athenis tenue cœlum eſt, ob id eas præclarorum in anteriori capitis
ingeniorum altrices eſſe. quanto enim cerebrum mollius fuerit, & ſpongioſum magis tanto parte locetur.
ſpiritibus magis erit exuberans, & ſubinde tum communis ſenſus, ſeu iudicans, & diſcernẽs
facultas, tum imaginatrix vis vegetiores erunt. nam hæ, vt dictum eſt, in functionibus ſuis
ſpiritibus magis viuntur. Sed ad ſe inuicem in hoc potiſſimum diſſident, quod ſenſus com-
munis magis prope cerebri ventriculos, in quibus rerum ſenſibilium ſpecies potiſſimum re-
cipiuntur, vt ex ſymptomate in vertigine contingente colligimus: imaginatiua verò in parti-
bus magis intimis, reconditiſque reſidet, in quibus imagines à virtute memoratrice altius re
cipiuntur, & conſeruantur, & ſpiritus ſubtiliſſimi, & magis defecati reperiuntur. Et hoc maxi
mo iure, cum phãtaſia circa ſimulachra ab externis reb. abiuncta verſari debeat. Gal. tamen,
& pleriq; alij propter eãdem ferè ſpirituum naturam, & organi quodammodo identitatem,
imaginatiuam à communi ſenſu non diſtinxere. Ex quo apparet, cur inchoante phrenitide,
licet feſtucas manibus euellant propter falſa obiecta ad communem ſenſum delata; quia ta- Cõis ſenſus, & imaginatiua
men tumoris membranarum caliditas ſenſus communis præcipuo organo adhuc exactè non peculiaret ſedes.
eſt communicata; ideo aliqua ex parte, vt Galeno ægrotanti accidit, obiectorum falſitatẽ co-
gnoſcunt, quia ſenſus communis iudicium circa res ſenſibiles adhuc exactè non peruertitur.
In phrenitide vero iam facta, atque perfecta, tum imaginatrix vis, tum ſenſus communis æ-
qualiter ferè deprauantur, quia caliditas, & feruor bilis (ad ſimilitudinem febris epheme-
ræ) omnibus cerebri ſpiritibus, propter ſymboleitatem, & eorum tenuitatem, facilimè, &
quamcitiſſimè communicatur. Inſuper, quia phrenitis eſt morbus in magnitudine aucta, ra-
tione materiæ tendentis, hæ duæ facultates, præter deprauationem, in ea aliquatenus immi-
nuuntur. Quod ſi tumor cerebri ſubſtantiam etiam inuadat, vnà cum ijs memoria quoque
præter noxam, quam per accidens patitur, vt in capite de phrenitide dictum eſt, etiam per ſe
labefactatur. In Mania vero ignea caliditas ſimiliter quamcitiſſimè tũ ſenſui communi, tum
imaginatiuæ, propter cauſam aſſignatam, impartitur; memoria tamen non niſi per accidens
læditur: reliquæ verò facultates quamuis deprauentur, non tamen imminuuntur. In melan-
cholia verò, quia memoria integra ſeruari poteſt, & ſpirituum animalium tenebroſitas, licet
omnes ſpiritus inficiat, attamen externarum rerum iudicium omnino auferre non valet: nam
ſola caliditas extranea id efficere poteſt; melancholia verò frigidus affectus eſt: ideo ami-
cos, familiareſque & res externas diſtinguere poſſunt, vt Theophilus medicus faciebat. Sed
quoniam potentia imaginatrix phantaſmata timoroſa, mœſtaque producit, vt in eodẽ Theo-
philo factum fuit; ideo in melancholicis imaginatio principaliter deprauatur, atque ad ip-
ſius deprauationem, ratiocinatio ad portionem, ſed ex accidenti, vt aliàs dictum eſt, corrum-
pitur. Sed iam tempus eſt, vt ex his, quæ dicta ſunt, colligamus externos ſenſus ad ſimilitudi-
nem memoratricis facultatis rerum ſenſibilium ſpecies quidem ſuſcipere, ſed has non niſi
merito ſenſus communis iudicari, & vt hoc experientia, & ratione, necnon Hippocratis au- Externos ſenſus propria obiecta non iudicare.
ctoritate eodem tempore comprobemus, propoſitionem illam accipiamus, quam Galenus
pede adeo ſicco pertranſijt, vt relicta propoſitionis veritate, ſolos ipſius terminos declara-
Hip. 2. aph. text. 6. uerit. propoſitio Hip. eſt: Quicunque dolentes parte aliqua corporis ferè dolorem non ſen-
tiunt, ijs mens ægrotat. non enim ex eo, quod mens ſimpliciter ægrotet, propoſitio verita-
» tem habet, quia non conuertitur. nam plurimi ſunt quibus mens ægrotat, vt melancholici,
» & tamen dolorem, ſiue doloris cauſam ſentiunt. Quare ſciendum eſt, tunc doloris cauſam
» non ſentiri, quando ſenſus communis iudicium peruertitur. & quoniam hoc euenit ratione
caliditatis inſignis, vt in valida phrenitide fieri ſolet; ideo, deprauato ſenſu communi, neceſ-
ſe eſt, vt etiam imaginatio propter eandem caliditatem corrumpatur; imò tum ratione loci,
tum ſpirituum tenuiorum, qui facilius inflammantur, in phrenitide imaginatio primo loco
deprauari debet. His autem duabus facultatibus deprauatis, vt toties diximus, mens ex con-
ſequenti deprauatur. quare dum doloris cauſa non ſentitur, ſignum infallibile eſt mentem
ægrotare: ex mentis autem deprauatione pariter per viam ſigni cognoſcimus imaginatiuam
quoque deprauatam eſſe: quæ ſi deprauetur ob extraneam caliditatem, non autem ratione
melancholiæ, neceſſe eſt, vt etiam ſenſus communis iudicium peruertatur, & ſubinde doloris
cauſa, ſicuti decet, non percipiatur, & iudicetur. Supponamus enim doloris cauſam partem à
cerebro remotam obſidere, quia ratio in ſenſibus cerebro propinquis adhuc maiorem vim
habebit. Si igitur in crure adſit vehemens doloris cauſa, & dolorem non ſentiant: cur hoc?
an quia facultas tactiua non influit? hoc nõ eſt aſſerendum, quia crus mouent, & validiſſime:
modò, cũ intenſior animalis vis, & maior ſpirituũ copia in motu requiratur, quia eſt in agere,
q̃ in ſenſu, quia in pati cõſiſtit, debemus ne aliquo pacto ſuſpicari aĩalẽ ſpiritũ nõ influere? an
potius cogimur fateri hos dolorẽ nõ ſentire, q̃a iudiciũ à ſẽſu cõi proueniẽs corruptũ eſt? mo
tus aũt ſeruatur, quia nõ cognitionẽ, & iudiciũ, vt ſẽſus, ſed appetitũ, prauãq; volũtatẽ imme

diatè

diatè ſequit.& qa volũtas,& appetitus hic à nullo regit iudicio,ideo phreniticorũ,& inſaniẽtium motus quodammodo effrenatus eſt. Inſuper,dum lingua aridiſſima eſt,ſitim ægrotantes non ſentiunt, vel extincta animali facultate, vel vt toties teſtatus eſt Galenus, quia mens ægrotat.quid plura? præſente cauſa dolorifica,etiam ſi mens,& reliquæ facultates omnes nõ ægrotent,fieri tamen poteſt, vt dolor non ita ſentiatur, quando videlicet mens, & iudicium alio rapitur,vt in fortibus cogitationibus contingere ſolet.in quibus neque viſibilia obiecta nobis ob oculos poſita aliquo pacto videmus,quamuis ab oculis ſuſcepta ſint.Inſuper eadem veritas colligitur ex Galeno.1.de ſympt.cauſis, cap.vlt.Adhæc,quod ſenſus viſus nõ iudicet, clare docet Gal.1.progo.com.tex.23.Quibus hunc in modum prælibatis,non eſt difficile vertiginis eſſentiam alioquin obſcuriſſimam dilucidare.Ea enim,vt opinor,nil aliud eſt,quã primarum ſenſationum deprauatio,cum motus imbecillitate, propter inordinatum ſpirituum animalium motum. imprimis enim ex dictis clare liquet Modernos à ſcopo aberraſſe, dum concorditer dixere in vertigine imaginatricem eſſe deprauatam. quod tum ex traditis apertè conſtat, tum ex eo potiſſimum, quod ſicuti in phreneſi, & melancholia ſe falsò imaginari nullo pacto cognoſcunt, etiam ſi in ſcientijs exercitatiſſimi ſint; ita vertiginoſi omnes, quamuis imperitiſſimi, & in cognitione inexercitati; attamen cognoſcunt viſionem illam, in qua vel caput, vel exteriora circumagi uidentur, falſam eſſe. Immo neque ſenſus ipſe communis in vertigine verè, & per ſe deprauatur. namque in receptione aliqua profectò ex accidenti deprauatio contingit, quatenus uidelicet à viſorio organo ei falſa capitis circum rotatio offertur. Nam omnes facultates cognoſcentes, ut propria obiecta cognoſcant, ea prius recipere debent. imò & intellectus ipſe paſſibilis ſpecies intelligibiles recipere debet.idem de imaginatrice,& communi ſenſu dicendum eſt. Quorum organa cùm ſpiritus animales ſint,quàm citiſſimè, & momento, obiecta recipiunt, non tamen conſeruant,quia conſeruatio ſolum in cerebri ſubſtantia,in qua memoria proprias uires exercet, fieri poteſt. Quamuis igitur ex accidenti communis ſenſus deprauetur, quia falſus ei motus a ſenſu viſus defertur;attamen eius iudicium nullo pacto peruertitur,quia non ſolum diſcernit motum illum à quiete, & motus magnitudinem, velocitatemve iudicat,ſed inſuper eius falſitatem iudicare valet. Nam proprium eius organum,quod in cerebri ſubſtantia reſidet, non læditur. Quam motus falſitatem vis imaginatrix multo melius deprehendere poteſt, cũ eius organum, tum præſtantius,tum à cerebri ventriculis remotius ſit. Inſuper,imaginatrice integra remanente, integra quoque ratiocinatrix functio ſeruatur,& ſubinde perfectum,& integrum iudicium deferri poteſt. Nec eſt,ut Galeni auctoritatem adducant,cùm videatur vertiginis formam in imaginatricem, vel opinatricem facultatem deprauatam referre. nam Galenus imaginatricem cum ratiocinatrice manifeſtiſſime confundere videtur.in libro enim de differ.ſympt.cap.3.loquens de phrenitico quodam. ait in eo ratiocinatricem fuiſſe deprauatam: in tertio autem libro de locis affec.cap.2.aſſerit in eodem cogitationem deprauatam fuiſſe:at 8.in 6.epidem com.15.loquens de melancholicis, inquit,in his cogitationem ſimiliter deprauari:cum tamen lib.de differ.ſympt.cap.3.dixerit in Theophilo,qui melancholicus erat, imaginationem fuiſſe peruerſam,vt in cæteris melancholicis euenit: imò, quod magis eſt,3.de loc.affec.cap.2.de phreniticis verba faciens,dum floccos carpunt,non audet dicere, tunc imaginationem deprauari,ſed inquit potius,ſenſitiuam potentiam circa ea, quæ oculis offeruntur,aberrare:quare ſenſus communis ex accidenti; viſio uero per ſe, & principaliter deprauatur,ceu functio, quæ non in iudicio,ſed in ſola receptione conſiſtit:vnde ſi falſũ obiectum recipiat, merito deprauari dicitur. Sed inſuper in vertigine auditus quoque deprauari ſolet, quia propter ſpirituum animalium commotionem vſque ad auditorium meatum pertingentem,fragorem quendam,& velutilenem fluctuationẽ obaudiunt:& amplius,quod maxima animaduerſione dignum eſt, etiam tactiua facultas deprauatur.nam vertiginoſi et poſtq̃ oculos clauſerunt,adhuc tñ quodãmodo tũ caput,tũ totũ corpus circumuolui,qd non ob aliud falſo percipiunt, niſi quia cùm facultas tactiua ſit per totum corpus diſſeminata, tũ falſum motum,tum potiſſimum falſam totius corporis figuram, & ſitum veluti communia ſenſibilia percipere poteſt: & hoc, quia in loco, in quo ſpecies ſenſibiles à primo ſenſu recipiuntur,animalium ſpirituum agitatio fit.in odoratu autem,& guſtu nulla ſuboritur deprauatio,quia ſenſus hi ſenſibile commune non percipientes,inordinatum illum animalium ſpirituum motum in virtute proprij ſenſibilis nullo pacto recipere,& ſentire poſſunt. Dictum igitur fuit, vertiginem eſſe deprauationem primarum ſenſationum,vt tum primi ſenſus accidentalem,tum exteriorum ſenſuum corruptionem per ſe complecteremur,quarum duæ quo ad nobilitatem primæ ſunt,vt videndi,& audiendi functio; reliqua vero nempe tactiua ſenſatio neceſſitatis ordine prior eſt.Sed potiſſimum noxa in viſione deprehenditur, tum quia functio hæc maniſeſtiſſima eſt,tum quia cum hoc malum vigilantes comprehendat,viſio eſt illa, quæ propter continuam obiectorum præſentiam in actu ſecundo perpetuò ferè manet. Videntur autem vel caput,vel exteriora circumuerti,quia ſpiritus animales in cerebro reconditi cum ſint illi, qui ſpecies viſibiles, tum vlterius recipiunt, tum iudicant (ut ideo dixerit Plato,ſpecies viſibiles vſque ad animam diffundi) quam primum viſibilibus ſpectris fuerint inſigniti,ſi forsã accidat,vt moueantur,& circumagantur,neceſſe eſt, vt etiam exteriora,vel caput circumuolui videantur. namque ſi non ſpiritus ipſi animales,ſed vapores excrementitij,& extranei per ſpiritus ferantur,ſpiritibus ipſis ſine agitatione remanentibus, vt in phreniticis, & ſpurijs ſuffuſionibus contingit, tunc non obiecta extrinſeca,vt parietes,vel pauimentum moueri videntur,ſed ſtabilibus ipſis permanentibus,praua quædam obiecta,ut culices,feſtucæ,floccive per externa obiecta moueri conſpiciũtur: At vero,dum patientes apertos ſeruant oculos,& obiecta exteriora intuentur, tunc exteriora dimoueri videntur. Sed quia,

Marginal notes: Definitio (beside "clare docet Gal.1.progo.com.tex.23."); In vertigine imaginatio non deprauatur. (beside "apertè conſtat … ſe communis in vertigine"); Ad Galeni auctoritatem. (beside "integrum iudicium deferri poteſt … Galenus imaginatricem"); Pla.in Tim (beside "Plato,ſpecies viſibiles …")

quia, vt plurimum, dum acceſſione corripiuntur, quam primum, vt prauum illud obiectum
deuitent, oculos claudunt; ideo tunc non amplius exteriora, ſed caput, imò etiam totum cor
pus circumuolui videtur. Ad hoc reſpiciens Galenus, dicebat: cum circumagi caput videtur,
Gal. 4. de rat. vic. com ment. 42. ea affectio dinos, id eſt vertigo, vocatur. Ex hoc autem ſymptomate in vertigine apparente
multa ad viſum attinentia ſcitu pulcherrima colligi poſſunt: & primò, quòd ſpecies viſibilis
non duplicata, etiam ſi a duobus oculis ſuſcipiatur, conſpicitur: quia prima ſpeciei receptio
in opticorum coniunctione fit: deinde verò vlterior receptio in cerebri ventriculis potiſſimũ
abſoluitur. niſi enim ibi reciperentur ad ſpirituum ibi reſidentium commotionem externæ
res non circumagerentur. nam chryſtallini, & oculorum humores nullo pacto in vertigine
dimouentur. Cum itaque in vnico loco, veluti in quodam centro, tandem recipiantur, & ab
vnica numero facultate diiudicentur, non autem ab organis extrinſecis; ideo obiecta vnica
percipiuntur. Ita ex hoc colligimus præcipuum chryſtallini vſum non eſſe recipere, quia mu
nus hoc potiſſimum ſpirituum eſt. ſed de his in proprio loco conuenientius agemus. Tandem
in vertigine motus intrinus redditur; tum per ſe, ex ſpirituum videlicet animalium agitatio-
ne, vel quia à vapore ſpiritus agitante aliqualis anguſtia in cerebri meatibus produci poteſt;
tum ex accidenti, quia læſa uiſione, cum hæc ſit illa, quæ in vigilijs corpus potiſſimum regit,
neceſſe eſt, vt ea oblæſa, corpus aliqua ex parte collabatur. Porrò huius mali cauſam pro- Vertiginis cauſa
ximam, & immediatam aſſignauit Galenus, inquiẽs 3. de loc. affect. cap. 8. & alibi, ipſum fieri proxima.
ob inordinatam flatuoſi ſpiritus motionem. Sed ex flatuoſi ſpiritus motione, neceſſe eſt, vt ſu
perius diximus, vt etiam animalis ſpiritus moueatur, ſed inordinato motu, & præter naturam
ad differentiam illius, qui in ſomno, & vigilia cietur. Vt autem cauſa hæc exactè percipiatur, Suffuſionis ſpuriæ
animaduertendum, quòd quẽadmodum leuius vertigine ſymptoma eſt ſuffuſio, qua ſolum cauſa.
fumi, nubes, muſcæ, & ſimilia volitare ante oculos videntur, & huius cauſa proxima eſt te-
nuis calidusque vapor per arterias in cerebri ventriculos irrepens, qui in plexu coroide ſpiri-
tus, & humores inficiens turbulentos ſenſus efficit, & hic vapor ex humore vitioſo per circui
tus, & potiſſimum quando euidentium cauſarum vi mouetur, efflari conſueuit; ita grauius
ſymptoma eſt propriè dicta vertigo, quia huius cauſa non ſolum per ſpiritus animales defer-
tur, ſed ipſos met animales ſpiritus propria vi commouere, & exagitare valet. Cauſæ igitur Cauſæ.
animales ſpiritus exagitantes vel ſunt externæ, vt capitis ictus, vel percuſſio, aut agitatio; vel
ſunt internæ, & tunc animales ſpiritus vel à propria cerebri expultrice aliqua ex parte irrita-
ta, vel à materia uaporoſa ipſos inuadente commoueri poſſunt. Quo ad cerebri expultricem
Gal 4 aph. com 17. irritatam, hæc locum habere poteſt in ventriculi cruciatu, & dolore. ideo dicebat Galenus:
Fit autem ore vẽtriculi à malis humoribus morſo: nam propter neruorum magnitudinẽ, qui
ad ipſum à cerebro veniunt, hac parte patiente, animæ opera detrimentum patiuntur. Mate-
ria autem vaporoſa, quæ ut plurimum eſt vertiginis cauſa, poteſt eſſe vel calida, ut quæ pro-
cedit ex arterijs, vel frigida, vt ob id ſenes vertigini ſint obnoxij, quia excremẽtis frigidis pi-
tuitoſis redundant. Materia autem vaporoſa calida vel à ſanguine, vel à bile prodit: materia
verò vaporoſa frigida, vel a pituita, vel melancholia procedere poteſt. Hæ autem materiæ va
Gal. 4. de rat. vic. tex. com. 42. & 3 aph. 31. et & 1. de loc. 8. & Paul. lib 3. c. 12. poroſæ interdum generantur in capite, vt ait Galenus, & vertigo fit per eſſentiam; interdum
extra caput, & fit per conſenſum, & præſertim à ventriculo, & vtero. Dum fit per conſenſum
à ventriculo, id dupliciter fieri poteſt, videlicet, vel quia ab eo in cerebrum vapores aſcen-
dunt, vel pituitoſi, vel præſertim bilioſi; vel quia compatiente cerebro, fit ſubſidentia in eius
ventriculis, & hoc quia compatitur cerebrum ex morſu oris ventriculi. vnde Auicenna ex
inedia vertiginem fieri voluit. Dum igitur hæ materiæ in corpore exiſtunt, reddunt corpus
huic malo maximè diſpoſitum. vnde dum cauſa impellens occurrit, ſtatim vertigine corripi-
tur: & ob id plerique rotas, vel vortices aquarum intuentes in vertiginem incidũt, quia ſunt
diſpoſiti. Solent quoque vertiginoſam acceſſionem ciere ſolis æſtus, quia, ut inquit Auicen-
na, ignis mouet aquam inordinato motu, & in vapores reſoluit. Idem dicendum de immodi-
ca exercitatione, & de his, quæ humores calefacere, & agitare valent. Facile etiam inferunt
vertiginem, tanquam cauſæ remotæ magis, ſuppreſſæ euacuationes conſuetæ, cruditates,
ebrietates, ſomnus multus à repletione, longæque vigiliæ. Quòd ſi caput ſolum, vel res exter- Cauſæ magis remotæ.
næ circumagi uideantur abſque viſus obtenebratione, vertigo ſimpliciter, ſeu dinos vocatur.
Galen 4. de rat. vic. tẽ. 42 et 4. aph. com 17. Si autem aſpectus quoque ſit tenebroſus, ſcotodinos, id eſt tenebricoſa vertigo, nominatur,
ſiue viſio tenebroſa fiat, ſiue etiam deſtruatur: Et hæc vertigo tenebricoſa à grauiori produ- Differentiæ.
citur affectione: vt dũ vapor copioſior, craſſior, & tenebroſior eſt; vel, ut inquit Galenus, ilin-
gos, id eſt tenebricoſa vertigo fit, cum humor cum craſſo ſpiritu in capite mouetur, idcirco
Gal. 3 aph. com 17. præcedit epilepſiam, & apoplexiam. Sed aliæ inſuper differẽtiæ traduntur à Galeno 3. de loc.
8. dum ait oriri interdum cerebro primogenio affectu laborante; interdum quum ori ventri
culi conſentit. Vitium in genere manifeſtabit patiens, inquiens, vel exteriora, vel proprium
caput in gyrum commoueri, & terram ſub pedibus deiicere: & nonnunquam viſionem aufer
ri. Signa cauſarum ex dictis in capite de caro, & de capitis dolore aperta ſunt. Hæc etiam pro Signa.
ponuntur à Gal. ex ſententia Archigenis 3. de loc. 8. Idcirco vertiginem per eſſentiam oſten-
dunt capitis dolor, vel grauitas præcedens, aurium tinnitus, olfactus, uel auditus oblæſus, &
Pau. l. cit. quibuſdam guſtus, ut ait Paulus. Præterea malum magis frequens, & continuum eſt. Si vero
fiat per conſenſum à ventriculo, ex cruditate indicatur; ita ex grauitate, & anxietate ventri-
culi, nauſea, inappetentia, oris amarore, cordis morſu, cardiogmos vocato. Sed ſi pars alia
huic malo dedit originem, eius affectæ indicia elucebunt. Sæpe etiam accidentia vertiginoſa
Gal. 3. de l. 8. & Paul. l. cit. in criſibus fiunt, & in febribus, & fit vertigo per cõſenſum à toto. Ita dum fit per conſenſum à
ventriculo fortaſſe dolor aliquis eſt in anteriore parte cerebri vſque ad medium. Dicebat au Prognoſtica.
tem Galenus: De vertiginibus autem quid dicere oportet? quæ proximæ ſunt morbis comi-
tialibus,

tialibus,& ijs,quos apoplexias nominant.Quare vertign eſt vitium magni momenti, quoniã via ad hos affectus eſt, & ex Aetio, ſi ea, quæ in paroxyſmo obſeruantur, purpurei coloris apparent, epilepſiæ periculum eſt: Si ſint coloris rubicundi, inſaniæ, vel deſipientiæ periculum

**Indicationes.** imminet. Oportet autem pro huius mali ablatione materiam vaporoſam diſcutere, & reſpicere ad caput, ſi in eo generetur, ad totum ſi in toto, ad ventriculum, ſi in ventriculo producatur, & ſic de reliquis. *Aet. l. 6 pro. prio.*

**Curatio.** Itaque ſi fiat ſermo de curatorijs præſidijs, quæ ad præſentem vertiginem, dum acceſſiones frequentes ſunt, diriguntur, hæc debent eſſe reuellentia, reprimentia, & diſcutientia. Reuellentia verò per frictiones, ligaturas, ſuppoſitoria, & acres clyſteres, de quibus in apoplexia dictum eſt, adminiſtrantur: Ita conducit uomitorium, præſertim ſi ex ventriculo vitioſis humorib. referto fiat. Inſuper acceſſionis tempore odoratis vtendum eſt. Ideo ſi fiat à vapore calido, fiat medicamentum odoratum ex aqua roſacea, ex aceto: Si a vapore frigido, ex acriore aceto, vinoſo, & accerrimo, addendo aliquid ambræ, muſci odorati, nigellæ, & ſimilium. Ita, vt caput calefiat, & corroboretur, & pituita deponatur, licet naribus ſpecies diambræ, nucis muſcatæ puluerem immittere. At ſi acceſſio ſit pertinax, palatum, & natium partes penitiores cum magnis confectionibus inungantur, vt facultas expultrix excitetur, & vapores diſcutiantur: Quibus tamen poſt diuerſiones, & clyſteres vtendum eſt. Et ſi fiat ex vapore calidiore, licet caput oleo roſato, & aceto, ſed poſt reuulſiones, madefacere.

**Præſeruatio.** Pro præſeruatione vero, ſi vertigo ſit ſanguinea, quod ex venarum oculorum rubore cognoſcitur, pro totius euacuatione, reuulſione, & deriuatione, primo aperienda cephalica,

**Venæ ſectio.** & ſi ægri ex qualibet occaſione concidant, non aceruatim, ſed pluribus detractionibus, & quibuſdam interuallis ſanguis euacuandus. deinde pro exacta & inſigni reuulſione tibijs cucurbitulæ applicandæ ſunt. Vbi vero venæ poſt aures eſſent turgidæ, non eſſet ab re cum Raſi primo ipſas reſerare, pro capitis euacuatione, quia tunc natura ſanguinis ſedem oſtendit. *Raſ. 9 ad Almã. c. ꝓprio.* Sed quia oportet etiam reuellere & totum euacuare, ideo deinde cruribus cucurbitulæ applicandæ eſſent: & pro reuulſione, & deriuatione collo quoque & ceruici cucurbitulæ admouendæ erunt. Quod ſi ex vaporibus per arterias ſurſum delatis, malum fiat, Galenus proponit inciſionem arteriarum iuxta tempora ſupra aures poſitarum: quod remediũ alibi ait non ita periculoſum eſſe, præſertim, quia ſi ex toto præcidantur vtrinque retrahuntur, & ſine ſanguinis effuſione facile adglutinantur. *Gal. 3. de loc. 8.* Sed quia periculum eſt aneuriſmatis, à noſtræ tempeſtatis practicantibus fruſtra remedium hoc formidatur. Quod ſi vertigo non ſit ſanguinea, non eſt ſecanda vena ratione vertiginis. diximus ratione vertiginis, quia ſi immineat vertigo per eſſentiam in capite, & caput eſſet frigidum, pituitoſum, iecur vero calidum, & in toto ſanguis redundaret, vt topica calefacientia poſſent tuto capiti admoueri; vena ſecanda eſſet: nam ſecus periculum eſſet de capitis inflammatione. *Gal. l. de vat. cur. morbos per venæ ſec. in ſi & 6 de tuen ſan. c. 9. & lib. de vat. cur. ca. 19.* Tandem in pertinaci vertigine cauteria maxime proficua ſunt.

**Medicamenta.** Quoad medicamenta, ſi à vapore producatur, & hic in capite generetur, & malum ſit per eſſentiam, curatio patet ex dictis in dolore capitis. Vnde poſt omne diuerſionum genus vapores diſcutiantur cum frictione capitis, & reſoluentibus intus & extra. Ideo laudantur ſacculi cum millio & ſale in ſartagine cum vino, & pauco aceto torrefactis. intus probantur magnæ confectiones, diamoſcum, diambra, diaciminum, coriandrum, aniſum, ameos, fœniculum, magis aut minus calefacientia pro vaporum natura, quæ etiam roborant cerebrum, & ſenſuum organa, labefactata: præcipue ſi ſacculis & alijs cortex citri, nux muſcata, maioranaque addantur. Si malum fiat per conſenſum à ventriculo: Si fiat ratione famis, os ventriculi roborante occurrendum eſt, vt eſſet panis in omphacio, ſucco granatorum, cidoniorumve madefactus, quia ſic etiam mordentes ſucci ad partes infernas reprimuntur. Si verò fiat citra famem, ventriculus prauis ſuccis refertus euacuandus, vt exempli gratia, ſyrupo roſato ſolutiuo. ita dum ſit per conſenſum vel à toto, vel à parte, caueant vaporoſa, & in fine menſæ vapores reprimentibus vtantur, & idẽ de alijs dicendum eſt. vnde ſi fiat ex retentione menſtruorum, aut ſanguinis hæmorrhoidalis, aut alius conſuetæ euacuationis, illa ſola euacuatione promota remouetur. Quidam autem tradunt vertiginem cito emendari, ſi betæ nigræ ſucco tempora obliniantur: & inſuper efficaciſſimum eſſe remedium ad eam abolendam, ſi abrotonum tritum in vini potione, vel cum oxymelite non acri accipiatur.

**Victus ratio.** Quoad victus rationem, flatuoſa, & caput grauantia deuitent, vt legumina, piſces viſcidos, cancros, oſtreacea, caules, fructus humidos, auellanas recentes, acrumina tanquam in caput euaporantia. Vinum potens in modica tamen admodum quantitate prodeſt. bona vero ventriculi, & hepatis concoctio procuretur. Exercitium autem, & ſomnus ventre vacuo & ieiuno ad vaporum reſolutionem maxime confert. Notat autem Galenus 5. de tueoda c. 3. quod, quos leui de cauſa vertigines, comitiales, grauis ophthalmia, vel aurium dolores, male habent, ijs inclinato capite, dorſoue, aut humo volutatis exercitari non expedit: imò tum ambulatione ſæpe, tum curſu mediocri, tum geſtatione in vehiculis, citra fatigationem vti. Idem dicendum de his, ex quibus vel circa collum, vel totum caput fluxiones procumbunt.



Digitized by Google

quia, vt plurimum, dum acceſſione corripiuntur, quam primum, vt prauum illud obiectum
deuitent, oculos claudunt; ideo tunc non amplius exteriora, ſed caput, imò etiam totum cor
pus circumuolui videtur. Ad hoc reſpiciens Galenus, dicebat: cum circomagi caput videtur,
*Gal. 4. de rat. vic. comment. 42.* ea affectio dinos, ideſt vertigo, vocatur. Ex hoc autem ſymptomate in vertigine apparente
multa ad viſum attinentia ſcitu pulcherrima colligi poſſunt: & primò, quòd ſpecies viſibilis
non duplicata, etiam ſi a duobus oculis ſuſcipiatur, conſpicitur: quia prima ſpeciei receptio
in opticorum coniunctione fit: deinde verò vlterior receptio in cerebri ventriculis potiſſimũ
abſoluitur. niſi enim ibi reciperentur ad ſpirituum ibi reſidentium commotionem externæ
res non circumagerentur. nam chryſtallini, & oculorum humores nullo pacto in vertigine
dimouentur. Cum itaque in vnico loco, veluti in quodam centro, tandem recipiantur, & ab
vnica numero facultate diiudicentur, non autem ab organis extrinſecis; ideo obiecta vnica
percipiuntur. Ita ex hoc colligimus præcipuum chryſtallini vſum non eſſe recipere, quia mu
nus hoc potiſſimum ſpirituum eſt. ſed de his in proprio loco conuenientius agemus. Tandem
in vertigine motus infirmus redditur; tum per ſe, ex ſpirituum videlicet animalium agitatio-
ne, vel quia à vapore ſpiritus agitante aliqualis anguſtia in cerebri meatibus produci poteſt;
tum ex accidenti, quia læſa uiſione, cum hæc ſit illa, quæ in vigilijs corpus potiſſimum regit,
neceſſe eſt, vt ea oblæſa, corpus aliqua ex parte collabatur. Porrò huius mali cauſam pro- Vertiginis cauſa proxima.
ximam, & immediatam aſſignauit Galenus, inquiẽs 3. de loc. affect. cap. 8. & alibi, ipſum fieri
ob inordinatam flatuoſi ſpiritus motionem. Sed ex flatuoſi ſpiritus motione, neceſſe eſt, vt ſu
perius diximus, vt etiam animalis ſpiritus moueatur, ſed inordinato motu, & præter naturam
ad differentiam illius, qui in ſomno, & vigilia cietur. Vt autem cauſa hæc exactè percipiatur, Suffuſionis ſpuriæ cauſa.
animaduertendum, quòd quẽadmodum leuius vertigine ſymptoma eſt ſuffuſio, qua ſolum
fumi, nubes, muſcæ, & ſimilia volitare ante oculos videntur, & huius cauſa proxima eſt te-
nuis calidusque vapor per arterias in cerebri ventriculos irrepens, qui in plexu coroide ſpiri-
tus, & humores inficiens turbulentus ſenſus efficit, & hic vapor ex humore vitioſo per circui
tus, & potiſſimum quando euidentium cauſarum vi mouetur, efflari conſueuit; ita grauius
ſymptoma eſt propriè dicta vertigo, quia huius cauſa non ſolum per ſpiritus animales defer-
tur, ſed ipſos met animales ſpiritus propria vi commouere, & exagitare valet. Cauſæ igitur Cauſæ.
animales ſpiritus exagitantes vel ſunt externæ, vt capitis ictus, vel percuſſio, aut agitatio; vel
ſunt internæ, & tunc animales ſpiritus vel à propria cerebri expultrice aliqua ex parte irrita-
ta, vel à materia vaporoſa ipſos inuadente commoueri poſſunt. Quo ad cerebri expultricem
*Gal 4 aph. com 17.* irritatam, hæc locum habere poteſt in ventriculi cruciatu, & dolore. ideo dicebat Galenus:
Fit autem ore vẽtriculi à malis humoribus morſo: nam propter neruorum magnitudinẽ, qui
ad ipſum à cerebro veniunt, hac parte patiente, animæ opera detrimentum patiuntur. Mate-
ria autem vaporoſa, quæ vt plurimum eſt vertiginis cauſa, poteſt eſſe vel calida, ut quæ pro-
cedit ex arterijs, vel frigida, vt ob id ſenes vertigini ſint obnoxij, quia excremẽtis frigidis pi-
tuitoſis redundant. Materia autem vaporoſa calida vel à ſanguine, vel à bile prodit: materia
verò vaporoſa frigida, vel a pituita, vel melancholia procedere poteſt. Hæ autem materiæ va
*Gal. 4. de rat. vic. tex. com. 42. & 3. aph. 31. et & 1. de loc. 8. & Paul. lib. 3. c. 12.* poroſæ interdum generantur in capite, vt ait Galenus, & vertigo fit per eſſentiam; interdum
extra caput, & fit per conſenſum, & præſertim à ventriculo, & vtero. Dum fit per conſenſum
à ventriculo, id dupliciter fieri poteſt, videlicet, vel quia ab eo in cerebrum vapores aſcen-
dunt, vel pituitoſi, vel præſertim bilioſi; vel quia compatiente cerebro, fit ſubſidentia in eius
ventriculis, & hoc quia compatitur cerebrum ex morſu oris ventriculi. vnde Auicenna ex
inedia vertiginem fieri voluit. Dum igitur hæ materiæ in corpore exiſtunt, reddunt corpus
huic malo maxime diſpoſitum. vnde dum cauſa impellens occurrit, ſtatim vertigine corripi-
tur: & ob id plerique rotas, vel vortices aquarum intuentes in vertiginem incidũt, quia ſunt
diſpoſiti. Solent quoque vertiginoſam acceſſionem ciere ſolis æſtus, quia, ut inquit Auicen-
na, ignis mouet aquam inordinato motu, & in vapores reſoluit. Idem dicendum de immodi-
ca exercitatione, & de his, quæ humores calefacere, & agitare valent. Facile etiam inferunt
vertiginem, tanquam cauſæ remotæ magis, ſuppreſſæ euacuationes conſuetæ, cruditates,
ebrietates, ſomnus multus à repletione, longæque vigiliæ. Quod ſi caput ſolum, vel res exter- Cauſę magis remotæ.
næ circumagi uideantur abſque viſus obtenebratione, vertigo ſimpliciter, ſeu dinos vocatur.
*Galen 4. de rat. vic. cõ. 42 et 4. aph. com 17.* Si autem aſpectus quoque ſit tenebroſus, ſcotodinos, ideſt tenebricoſa vertigo, nominatur,
ſiue viſio tenebroſa fiat, ſiue etiam deſtruatur: Et hæc vertigo tenebricoſa à grauiori produ- Differentiæ.
citur affectione: vt dũ vapor copioſior, craſſior, & tenebroſior eſt; vel, ut inquit Galenus, ilin-
gus, ideſt tenebricoſa vertigo fit, cum humor cum craſſo ſpirito in capite mouetur, idcirco
*Gal. 3 aph. com. 17.* præcedit epilepſiam, & apoplexiam. Sed aliæ inſuper differẽtiæ traduntur à Galeno 3. de loc.
8. dum ait oriri interdum cerebro primogenio affectu laborante; interdum quum ori ventri
culi conſentit. Vitium in genere manifeſtabit patiens, inquiens, vel exteriora, vel proprium
caput in gyrum commoueri, & terram ſub pedibus deijcere: & nonnunquam viſionem auſer
ri. Signa cauſarum ex dictis in capite de caro, & de capitis dolore aperta ſunt. Hæc etiam pro Signa.
ponuntur à Gal. ex ſententia Archigenis 3. de loc. 8. Idcirco vertiginem per eſſentiam oſten-
dunt capitis dolor, vel grauitas præcedens, aurium tinnitus, olfactus, uel auditus oblæſus, &
*Pau l. cit.* quibuſdam guſtus, ut ait Paulus. Præterea malum magis frequens, & continuum eſt. Si vero
fiat per conſenſum à ventriculo, ex cruditate indicatur; ita ex grauitate, & anxietate ventri-
culi, nauſea, inappetentia, oris amarore, cordis morſu, cardiogmos vocato. Sed ſi pars alia
huic malo dedit originem, eius affectæ indicia elucebunt. Sæpe etiam accidentia vertiginoſa
*Gal. 3. de l. 8. & Paul. l. cit.* in coitibus fiunt, & in febribus, & fit vertigo per cõſenſum à toto. Ita dum fit per conſenſum à
ventriculo fortaſſe dolor aliquis eſt in anteriore parte cerebri vſque ad medium. Dicebat au Prognoſtica.
tem Galenus: De vertiginibus autem quid dicere oportet? quæ proximæ ſunt morbis comi-
tialibus,

tialibus,& iјs,quos apoplexias nominant. Quare vertigo eſt vitium magni momenti, quoniã via ad hos affectus eſt, & ex Aetio, ſi ea, quæ in paroxyſmo obſeruantur, purpurei coloris apparent, epilepſiæ periculum eſt: Si ſint coloris rubicundi, inſaniæ, vel deſipientiæ periculum

**Indicationes.** imminet. Oportet autem pro huius mali ablatione materiam vaporoſam diſcutere,& reſpicere ad caput, ſi in eo generetur, ad totum ſi in toto, ad ventriculum, ſi in ventriculo producatur,& ſic de reliquis. *Aet. l. 6. pro. proœ.*

**Curatio.** Itaque ſi fiat ſermo de curatorijs præſidijs, quæ ad præſentem vertiginem, dum acceſſiones frequentes ſunt, diriguntur; hæc debent eſſe reuellentia, reprimentia, & diſcutientia. Reuellentia verò per frictiones, ligaturas, ſuppoſitoria,& acres clyſteres, de quibus in apoplexia dictum eſt, adminiſtrantur: Ita conducit uomitorium, præſertim ſi ex ventriculo vitioſis humorib. referto fiat. Inſuper acceſſionis tempore odoratis vtendum eſt. Ideo ſi fiat à vapore calido, fiat medicamentum odoratum ex aqua roſacea, ex aceto: Si a vapore frigido, ex acriore aceto, vinoſo,& accerrimo, addendo aliquid ambræ, muſci odorati, nigellæ,& ſimilium. Ita, vt caput calefiat, & corroboretur, & pituita deponatur, licet naribus ſpecies diambræ, nucis muſcatæ puluerem immittere. At ſi acceſſio ſit pertinax, palatum, & narium partes penitiores cum magnis confectionibus inungantur, vt facultas expultrix exciteтur,& vapores diſcutiantur: Quibus tamen poſt diuerſiones, & clyſteres vtendum eſt. Et ſi fiat ex vapore calidiore, licet caput oleo roſato,& aceto, ſed poſt reuulſiones, madefacere.

**Præſeruatio.** Pro præſeruatione vero, ſi vertigo ſit ſanguinea, quod ex venarum oculorum rubore cognoſcitur, pro totius euacuatione, reuulſione, & deriuatione, primo aperienda cephalica,

**Venæ ſectio.** & ſi ægri ex qualiber occaſione concidant, non aceruatim, ſed pluribus detractionibus, & quibuſdam interuallis ſanguis euacuandus, deinde pro exacta & inſigni reuulſione tibijs cucurbitulæ applicandæ ſunt. Vbi vero venæ poſt aures eſſent turgidæ, non eſſet ab re cum Raſi primo ipſas reſerare, pro capitis euacuatione, quia tunc natura ſanguinis ſedem oſtendit. *Raſ. 9. ad Almã. c. pprio.* Sed quia oportet etiam reuellere & totum euacuare, ideo deinde cruribus cucurbitulæ applicandæ eſſent: & pro reuulſione, & deriuatione collo quoque & ceruici cucurbitulæ admouendæ erunt. Quod ſi ex vaporibus per arterias ſurſum delatis, malum fiat, Galenus proponit inciſionem arteriarum iuxta tempora ſupra aures poſitarum: quod remediũ alibi ait non ita periculoſum eſſe, præſertim, quia ſi ex toto præcidantur vtrinque retrahuntur, & ſine ſanguinis effuſione facile adglutinantur. *Gal. 3. de loco 8.* Sed quia periculum eſt aneuriſmatis, à noſtræ tempeſtatis practicantibus fruſtra remedium hoc formidatur. Quod ſi vertigo non ſit ſanguinea, non eſt ſecanda vena ratione vertiginis. diximus ratione vertiginis, quia ſi immineat vertigo per eſſentiam in capite, & caput eſſet frigidum, pituitoſum, iecur vero calidum, & in toto ſanguis redundaret, vt topica calefacientia poſſent tuto capiti admoueri; vena ſecanda eſſet: nam ſecus periculum eſſet de capitis inflammatione. *Gal. l. de rat. cur. morbos per venæ ſec. in ſi. & 6 de tuen. ſan. c. 9. & lib. de rat. cur. ca. 19.* Tandem in pertinaci vertigine cauteria maxime proficua ſunt.

**Medicamenta.** Quo ad medicamenta, ſi à vapore producatur, & hic in capite generetur, & malum ſit per eſſentiam, curatio patet ex dictis in dolore capitis. Vnde poſt omne diuerſionum genus vapores diſcutiantur cum frictione capitis, & reſoluentibus intus & extra. Ideo laudantur ſacculi cum milio & ſale in ſartagine cum vino, & pauco aceto torrefactis. intus probantur magnæ confectiones, diamoſcum, diambra, diaciminum, coriandrum, aniſum, ameos, fœniculum, magis aut minus calefacientia pro vaporum natura, quæ etiam roborant cerebrum,& ſenſuum organa labefactata: præcipue ſi ſacculis & alijs cortex citri, nux muſcata, maioranaque addantur. Si malum fiat per conſenſum à ventriculo: Si fiat ratione famis, os ventriculi roborante occurrendum eſt, vt eſſet panis in omphacio, ſucco granatorum, cidoniorumve madefactus, quia ſic etiam mordentes ſucci ad partes infernas reprimuntur. Si verò fiat citra famem, ventriculus prauis ſuccis refertus euacuandus, vt exempli gratia, ſyrupo roſato ſolutiuo. ita dum ſit per conſenſum vel à toto, vel à parte, caueant vaporoſa, & in fine menſæ vapores reprimentibus vtantur, & idẽ de alijs dicendum eſt. vnde ſi fiat ex retentione menſtruorum, aut ſanguinis hæmorrhoidalis, aut alius conſuetæ euacuationis, illa ſola euacuatione promota remouetur. Quidam autem tradunt vertiginem cito emendari, ſi betæ nigræ ſucco tempora obliniantur: & inſuper efficaciſſimum eſſe remedium ad eam abolendam, ſi abrotonum tritum in vini potione, vel cum oxymelite non acri accipiatur.

**Victus ratio.** Quo ad victus rationem, flatuoſa, & caput grauantia deuitent, vt legumina, piſces viſcidos, cancros, oſtreacea, caules, fructus humidos, auellanas recentes, acrumina tanquam in caput euaporantia. Vinum potens in modica tamen admodum quantitate prodeſt. bona vero ventriculi, & hepatis concoctio procuretur. Exercitium autem,& ſomnus ventre vacuo & ieiuno ad vaporum reſolutionem maxime confert. Notat autem Galenus 5. de tuenda c. 3. quod, quos leui de cauſa vertigines, comitiales, grauis ophthalmia, vel aurium dolores, male habent, iјs inclinato capite, dorſoue, aut humo volutatis exercitari non expedit: imò tum ambulatione ſæpe, tum curſu mediocri, tum geſtatione in vehiculis, citra fatigationem vti. Idem dicendum de his, ex quibus vel circa collum, vel totum caput fluxiones procumbunt.

## De Catarrho. Cap. XV.

OMNES præter naturam affectus, qui cerebrum vt primum ſenſorium, animæque ſentientis organum eſt, obſidebant, adeo in ſuperioribus tractatibus explicati fuere, vt ex ijs ne vnus quidem ſuperſit. vnde ſi ad functionum animalium læſionem tantummodo reſpiceremus, congruus locus eſſet, vt iam earum noxas, quæ ab externis organis proficiſcuntur, aggrederemur. Verum quoniam particulares nunc affectus profitemur: idcirco non læſarum actionum, ſed affectarum partium ordinem ſernare debemus. & proinde antequam ad ea vitia, quæ ſenſus, & motus exteriora organa corripere nata ſunt, deſcendamus; neceſſe eſt, vt vnum adhuc capitis, cerebrique malum, quod omnium fere malorum radix eſt, & in eo non quatenus animæ ſentientis organum eſt, ſed prout nutritur & viuit, exoriri ſolet, declaremus. Hoc autem malum eſt ipſa deſtillatio, de qua etiam ante ſenſus & motus vitia agere expedit, quia hæc tanquam effectus, ſobolesq; deſtillationis, vt plurimum exiſtunt. vnde cum effectus tum optime cognoſcantur, cum eorum cauſa aperta eſt, operæpretium eſt, vt primo de deſtillatione pertractemus. Quantum igitur ſpectat ad nomen, ſciendum, quod quemadmodum fluxio, ſiue, vt vocabant antiqui, rheumatica affectio de qualibet materiæ fluxione à quocunq;, & in quemcunque locum fluat, enunciari ſolet, ita deſtillationis, ſeu catarrhi nomen ex Hip. cui etiam adſtipulatur Gal. pro quacunque materiæ fluxione à capite ad inferiores partes proprie accipere conuenit. Eſt igitur deſtillatio fluxus humoris excrementitij à capite ad ſubiectas partes, propter vitiatam capitis coctionem. Huius uitij forma eſt motus quidam præter naturam, cuius terminus à quo caput ipſum eſt. terminus ad quem in genere ſunt partes ſubiectæ, ſiue infra caluam conſiſtentes. Quare, pro exacta huius motus notitia, nil aliud inquirendum remanet, niſi vt declaremus, quodnam, & quale ſit hoc mobile; à qua cauſa producatur, & moueatur: in quæ loca, & in quos terminos ſpeciatim fluere queat: & denique per quas vias poſſit moueri. Quo ad primum, humor hic poteſt peccare vel ex parte quantitatis, dum ſcilicet corpora emittunt excrementa in maiori copia, quam conſueuerint: vel ex parte qualitatis, & tunc vel primæ, vel ſecundæ: Primæ dum ægri perſentiunt materiam à capite deſtillantem eſſe frigidam, vel calidam: Secundæ, dum peccat ratione coloris, odoris, ſaporis, vel conſiſtentiæ: ideo materia poteſt eſſe citrina, rubicunda, viridis, nigricans, ingrati odoris, inſipida, dulcis, ſalſa, amara: vnde ſi ſit ingrati odoris, putrida eſt, & corrupta: Præterea poteſt eſſe uario modo figurata, magis & minus cōſiſtens, magis & minus viſcida, tenuis vel craſſa. At vero humor hic producitur, ut in definitione dictum eſt, quia actio naturalis, ſeu concoctio ipſius capitis, & potiſſimum cerebri læditur. hæc autem actio naturalis cerebri, cum ſit valde imbecillis (dicebat enim Plato: In capite maior vis ſenſus, atque prudentiæ eſt conſtituta, licet ſit multo, quam cætera membra, imbecillius:) ideo à qualibet cauſa facile læditur. Vt autem nulla cauſa nos effugiat, dicendum cum Galeno, cerebri, vel capitis cōcoctionem lædi vel primariò, dum ſcilicet noxa in ſola facultate concoctrice conſiſtit; vel ſecundariò, dum videlicet attractrix, expultrix, vel retentrix ipſius offenditur. Si capitis concoctio primo modo lædatur, id prouenit vel ratione læſæ facultatis concoctricis, vel ratione obiecti, vel ratione vtriuſque. ideo dicebat Galenus, contingit aliquando vniuerſum caput, quod nihil paſſum ſit, ſed ſanguine ſolum vitiato, & inutili nutriatur, plures quam antea, ac deteriores ſuperfluitates colligere, adeo vt naturales effluxos, & difflatus, non ſufficiant, quin neceſſe ſit naturam ad imbecilliores partes excrementa detrudere: aut ſi humores ſani fuerint, ipſum vero caput male ſe habeat, aut vtraque incommoda conueniant; ſuperfluitates aceruari, & ad aliquod membrum irrumpere. Læditur autem & labefactatur facultas cerebri, vel capitis concoctrix ob intemperiem: & quia concoctio, vt in ſermone de ventriculi vitijs dicemus, à calido moderato celebratur, ideo poteſt labefactari ab intemperie tum frigida, tum calida, & quæcunque ſit, vel ſimplici, vel compoſita: Sed vt plurimum, vt ex Galeni dictis colligimus, deſtillatio à frigidiore cerebro promouetur, quia cerebrum ſui naturali temperie ad frigiditatem vergit. ideo dicebat Plato, cui etiam conſentit Galenus, dum contra Iulianum ſcribit: Proinde acida, ſalſaque pituita eſt morborum omnium, qui ex deſtillatione gignuntur, fons & origo. Quia verum in plurima loca illabitur, ideo plurima quoque nomina ſortita eſt. Pituita vero, quo ad primam ſui procreationem, ex cauſa frigida originem ducit: Hinc fit, vbi cerebrum ſit frigidius, vt fiat deſtillatio materiæ vt plurimum frigidæ; ſi calidius, materiæ calidæ, & ſalſæ. Si verò altera ex parte lædatur concoctio ratione obiecti, hoc prouenit quando materia petit caput, quæ petere non deberet. quæ materia poteſt eſſe vel vaporoſa, quæ, dum aſcendit in caput, & ibi multiplicatur, à cerebri frigiditate ſolet incraſſari, & ad partes inferiores deſcendere, vt in media aeris regione pluuias ex nubibus oriri, in terramque deſcendere cernimus; vel humoroſa, & poteſt peccare tum ratione quantitatis, dum videlicet capiti ſubminiſtratur alimentum in maiori copia, quàm conueniat; tū ratione qualitatis & primæ, & ſecundæ, vt dictum eſt. Cerebrum autem excrementa facile recipit præ cæteris noſtri corporis partibus, vt ob id dixerit Galenus: Ac glandulæ cum alias tres facultates habeant imbecillas, tum verò ſolam alterantem non ita multò cæteris partibus minorem poſſident. poſt glandu-

las

Margin notes (left): Galen. 2. de diff. feb. vl. Hip. l. de aer. loc. & aquis. — Gal. 3. aph. com. 12. — Pla. in Timeo. — Galen. 3. de ſym. cau. c. 4. & 6. de tuē ſan. 9. Galen. 2. de diff. feb. ca. vlt. — Ga. 1. de humor. cō. 18. Pla. in Timao. Gal l. cōtra Iulia. ca. 4. — Galen 3. de humor. com. 30.

Margin notes (right): Continuatio. — Nomen. — Definitio. — Humoris deſtillātis peccata. — Cauſę materiā deſtilatiōis generantes.

Digitized by Google

las ſequitur pulmo, qui quoniam corpus laxum habet, & tres facultates infirmas, ideo eſt fluxioni excipiendæ promptiſſimus: deinde lien; tum cerebrum, vel æque vt illi, vel etiam magis aptum ad excipiendam fluxionem: Sed ad ea, quæ excipit, eijcienda hoc illis præſtat, quod magnos ventriculos habet, qui decliuibus meatibus euacuantur. At verò obiectum ſiue materia hæc poteſt hoc vitium, ſeu peccatum contrahere vel in corpore, vel extra corpus. Si in corpore, uel in toto, vel in parte. Si in toto, totum vel eſt calidius, ut bilioſum, vt febre correptum, & tunc materia peccans petit caput: quæ poteſt eſſe diuerſa pro diſpoſitionis, & febris differentia, vt bilioſa, pituitoſave, aut melancholica. Poteſt etiam totum eſſe frigidum, ut pituitoſum, vel melancholicum: vnde ſæpe melancholici catarrho detinentur, & præſertim ſi melancholia ſit per conſenſum à toto. Si verò materia ſuſcipiat vitium in parte, plures eſſe poſſunt. potiſſimum autem ſunt vel generantes, uel colligentes: generantes ſunt ventriculus: iecur: & ex ventriculo potiſſimum frigida oritur deſtillatio, ex iecore calida. Et quandoque membra hæc ſeorſum concurrunt, quandoque coniunguntur, quia poteſt generari pituita craſſior in ventriculo, quæ poſtea in iecore ſalſa reddatur. Partes autem colligentes præſertim ſunt lien, & vterus. nam vitio harum partium corporis excrementa, quæ per illas expurganda forent, ſæpe detinentur, poſteaque in caput euaporant, & ſic vitio obiecti deſtillatio procreatur. noxæ autem harum partium vel intemperantiæ, vel obſtructiones, aut tumores eſſe poſſunt. Quod ſi obiectum vitium extra corpus ſuſcipiat, & propter cauſas externas, & non naturales, hoc fit ex errore in victu: vnde vinum copioſum, cibi copioſi præcipue calidi, & ad caput euaporantes, ut ſunt aromata, acrumina, item Auſtri, & Auſtrinæ pluuiæ, ſeu calidæ, & humidæ conſtitutiones, vt inquiunt Hippocrates & Galenus, nec non etiam ſomnus multus maximè caput replent. Præcipue verò, dum hæc occurrunt capiti calidiori: hoc enim facilius ab externis cauſis in deſtillationes incidit, ſicuti frigidum caput ab internis facilius deſtillatione tentatur: humidum verò ad vtraque paratum eſt. Animaduertẽdum autem cauſas externas duplices eſſe; vel enim lædunt caput, illud calefacientes, vel refrigerantes (vnde roſæ, & violæ cauſant corizam) & tunc fit deſtillatio læſa facultate; vel lædunt alias partes, ut ventriculum, iecur; & tunc fit catarrhus, quia in obiecto vitium eſt. Si uerò cerebri concoctio non primariò, ſed ſecundario lædatur, ſi id fiat vitio attractricis cerebri virtutis, hoc contingit, dum ea deprauatur, & alimentum in maiori copia trahit, quam conueniat: id autem fit ratione caloris præſertim capitis, & interdum ratione doloris, vel vtriuſque. Si verò cerebri cõcoctio ſecundario lædatur, quia ſcilicet vel expultrix, vel retentrix lædatur facultas, tunc fieri poteſt vt, propter obſtructionem aliquam in ductibus cerebrum expurgantibus, materia non poſſit expelli, & plus iuſto retineatur; vnde poſtea, dum exit, præter naturam excernitur. Similiter propter immodicam cerebri laxitatem fieri poteſt, ut obiectum, & alimentum in decenti tempore non detineatur, & proinde ſemicoctum, & morbificum emanet. Hæc autem materia ſiue in capite genita, ſiue aliunde tranſmiſſa, vbi in eo fuerit collecta, ad partes ſubiectas deſtillat propter cauſas internas, vel externas: Internæ ſunt petendæ vel ex parte motoris, ſeu expultricis cerebri virtutis, præſertim dum vel materiæ copia grauatur, vel praua qualitate irritatur; vel ex parte mobilis, & hoc eſt materiæ pondus, & inclinatio, quæ quidem cauſa propter ductus patentes, & ſitus opportunitatem vt plurimum concurrit. nam, vt ſupra dictum fuit, cerebri expultrix, cum ſit valde debilis, ad hunc motum ciendum parum admodum concurrit. Cauſæ autem externæ ſunt, vt balneum laxans, perturbans, exercitatio, animi pathema. Sed inter cauſas externas potiſſimum licet proponere calefacientes, quæ materiam colliquant, quæ deinde colliquata deſcendit, vt ſi quis habens caput repletum, radijs ſolaribus ſeipſum exponit; nec non etiam cauſas refrigerantes, quæ materiam exprimunt, uti etiã oxyrhodinum capiti repleto adhibitum materiam ad partes ſubiectas exprimit. idem fit a cauſis refrigerantibus, & potiſſimum ab aere frigido Septentrionali, flatulentoque. ideò dicebat Galenus, Frigus ſuperueniens veluti manus quædam extrinſeca premens cerebrum, veluti ſpongiam quandam exprimit illam, quæ in eo continetur, humiditatem. Denique concurrunt cauſæ diſponentes caput, vt facilius à cauſis tum refrigerantibus, & exprimentibus, tum calefacientibus, & liquantibus afficiatur, & ſunt cauſæ ratefacientes caput, vt balneum aquæ dulcis, aut capitis lotio: vt ob id mulieres ſæpius deſtillatione corripiantur, quamuis domi ſe contineant. Vnde vi harum cauſarum fieri poteſt, vt deſtillatio ſit calida, caput autem frigidum, & contrà, deſtillatio frigida, caput autem calidum: ſicuti fieri poteſt, vt vtraque ſimilia, & eiuſdem diſpoſitionis calidæ, vel frigidæ ſint. quod gratia curationis ſummopere cognoſcendum eſt. & hæc de cauſis deſtillationis dicta ſufficiant. In definitione autem vitiatã cerebri concoctionem, & proinde ſolam cauſam humorem generantem propoſuimus, quia hæc perpetuò in hoc malo concurrit. ſi enim prius materia non generetur, non poteſt moueri, neque deſtillatio, de qua curandum ſit, produci. Cauſæ autem mouentes iam propoſitæ non ſemper concurrunt, ſed ut plurimum genita materia (inſtar materiæ elementalis, quæ potiſſimum a generante mouetur) proprio pondere per ductus patentes, ad infernas partes delabitur. Vt autem ſciamus in quas nam partes, & loca materia hæc ſpecialiter decumbere poſſit, animaduertendum, quod, quamuis in capite generetur, attamen in duplici loco ipſius capitis colligi poteſt, videlicet vel intra cranium, & in cerebro, vel extra caluariam, ſicuti eruditiſſimus Fernelius omnium primus id adinuenit, & literarum monumentis conſignauit his verbis. Colligitur autem materia in partibus externis, & præcipuè ſub cute verticis, quo venarum per faciem, & tempora, in caput repentium, extrema deſinunt: & hæc materia colligitur quoties hæ venæ, vel ſero, uel humore multo turgentes, alimenti reliquias, & ſupernacua ſub cutẽ effundunt, quæ præ cutis craſſitie, & denſitate vaporare foras uix queunt: vnde horum coagmentatione aſſidua tantus interdum cumulus fit, vt tumor ceræ inſtar mollis pro-

Hip. & Gal. 3. apho. 12.

Cauſę materiã mouentes a capite ad partes ſubiectas.

Gal. 3. aph. 12.

Cauſæ diſponentes

Ferne. l. 5. c. 4. & lib. 6. c. 18.

In quæ loca materia decũbat.

Digitized by Google

promineat, cutem condenſans, eamque à calua plurimum diſiungens. Et hic eſt fons tum omnis externæ deſtillationis, tum artritidis,& omnis ferè externi doloris cauſa, & tunc læditur,& vitiatur capitis coctio potiſſimum ratione obiecti, quod quidem à cauſis iam dictis producitur. Qua quidem loci, in quo materia colligitur, diuerſitate animaduerſa, tunc ſciẽdum eſt, materiam, dum à capite in partes ſubiectas deſcendit, imprimis poſſe totum inuadere, vnde corpora interdum atrophia, aliquando cachexia, quæ non ab hepate, ſed à capite procedit, corripiuntur. Si enim materia per venas deſcendat, eſt in cauſa maciei: dum enim materia hæc cum ſanguine permiſcetur, corpus recte nutriri non poteſt: Imò interdum ex hac materia putreſcente febris catharralis accenditur. Si verò materia deſtillet non per venas, ſed per partes externas, quia ſcilicet extra craneum colligatur, cachexia generatur. Præterea materia hæc partes determinatas petere poteſt. Vnde, ſi colligatur in partibus intra craneum, ſcribebat Galenus: Quod ſi ſuperfluitas eis ad inferiora per palatum deſcendat, partes ſubiectæ offenduntur, fauces, guttur, aſpera arteria, pulmo, gula, ventriculus: tuſſes

*Gal. 6. aph. 2. & 2. de diff. feb. cap. vlt.*

itaque in ipſis fieri, & difficultates anhelitus, & anginas, cruditateſque, & ventris profluuia eſt neceſſarium: nunnunquam verò ſi difficultates inteſtinorum, quando quod deſtillat ſalſius quodammodo fuerit: vnde, ſi in fauces, & laringem deſtillet, fit branchos à Græcis dicta, à Latinis raucedo, nam principio vocem raucam facit, procedente vero tempore paruam, ſi adhuc malum progreditor, eam totam adimit: ſi deſtillet in gurgulionem, fit vua: ſi

Brãchos

*Gal. 1. de humor. com. 18. Ga. 6. de tuẽda val. c. 9. Gal. 1. de humor com. 18. Hip. & Gal. 7 aph. 38.*

in glandulas, quæ in oris termino vtrinque iacent, antiades: ſi in ijs, quæ proximæ eis ſunt, paristhmiæ nuncupantur. Si petat nares, fit coryza à Græcis dicta, à Latinis grauedo. Si neruorum origines, poteſt fieri apoplexia, paralyſis, ſtupor, tremor: ſi ſenſuum organa, fit cæcitas, ſurditas, tinnitus, fluctuatio, odoratus priuatio, & aliæ organorum ægritudines. Præſertim autem ſolet deſtillare ad pectus, ad pulmones, & fit tuſſis, aſthma, phthiſis; ad thoracis caulitatem, vt inquiunt Hip. & Galenus, & fit empyema; ad ventriculum, & fit cruditas; ad inteſtina, vnde interdum fit fluxus cerebralis; hinc ſi in iecur, in venas, in lienem, in viſcera ſe inſinuet, tum ea obſtruit, tum etiam vitia peſſima gignuntur, vt interdum hydrops: quia materia per medium ventriculum in iecur permeauit, & ipſum refrigerauit. vnde in curatione oportet ad mali fontem oculos dirigere. In quamcunque autem partem feratur materia, ſiue humor excrementitius inter initia in cerebro conſiſtens ferè aquoſus eſt, & ſero perſimilis: lentorem vero à cerebri ſubſtantia adipiſcitur. ita in cerebri ventriculis diutius obhærens ſæpe vel ſalſam, vel acrem qualitatem tempore acquirit. pariter quamuis inter initia aquoſus à capite in ſubiectas partes ſæpe deſtillet; attamen à partium, in quas procumbit, calore ſenſim craſſeſcit, portione tenui diſſipata. Quod ſi humor colligatur in locis extra caluariam conſiſtentibus, hinc in partes oculorum externas, in maxillas, dentes, ceruicem, ſcapulas, brachia, latera, dorſum, lumbos, coxendicem, crura, & articulos (vnde fiunt dolores arthritici, iſchias, podagra, chiragra) ſolet procumbere. Proinde dicebat Galenus: nil

Vua. Antiades. Paristhmiæ. Coryza, ſeu grauedo.

*Galen. 2 de diff. febr. vlt.*

igitur mirum vel cerebrum, vel totum caput aceruatam in eis ſuperfluitatem ad partes imbecilliores expellere, veluti aures, oculos, tempora, labra, vel dentes, malas, palatum, gingiuas, gargareona, paristhmia, aut harum partium adenas, & (cum nihil in iſtis imbecille conſtiterit) ad thoracem, pulmonem, fauces, ſtomachum, ventriculum fluxio delabitur. Vnde videtur Galenus cauſam diuerſarum partium, in quas humor procumbit, in ipſarum imbecillitatem maiorem vel minorem retuliſſe: Sed melius eſt cum Fernelio præter partis imbecillitatem, etiam loci, in quo materia colligitur, antequam deſcendat, opportunitatem, & ſitus diuerſitatem pro cauſa aſſignare. Tandem humor hic modò per vnam, modò per aliam viam deſcendit, modo per ſpatia inter cutem & carnem, modo per neruos, interdum per venas, interdum per arterias, aliquando per tracheam, nonnunquam per œſophagum, vt facile ex his, quæ dicta ſunt, colligere poſſumus. Ex quibus etiam facilimum eſt huius mali differentias in medium afferre. Vitium autem in genere facilè cognoſcitur. Differentiæ verò, quæ à materia deſtillante deſumuntur, interdum facilè, nonnunquam difficulter cognoſcuntur: Facilè, vbi materia per os, per nareſque deſtillet, quia color, quantitas, & conſiſtentia conſpicitur, odorque, & ſapor facile percipitur, & ſubinde cognoſcitur, an ſit calida, vel frigida. Si enim materia fuerit ſaporis acuti, acris, amari, ſalſi, odoris acuti, fœtentis, calida: ſi dulcis, vel inſipida, frigida iudicanda eſt. Si citrina uel rubea ſit, calida eſt: ſi cum forti odore, calida. ita nigredo à frigiditate eſt opaca, à calore lucida. Pariter, ſi vbi fluit ardorem infert, aut punctionem, frequentemve ſternutationem cum oculorum rubedine, & partium vicinarum, calida eſt, præſertimque ſi paucitas neſcitatis coniungatur, & odoratus vehementer impeditus non ſit: Si erunt oppoſita, frigida erit. Materiæ autem craſſities, & tenuitas oculis apparet, dummodo ratione moræ intercedentis craſſa non euadat. Præterea, ſi fluxum velocem, & ad partes maxime diſtantes habeat, vt ad vias pulmonis anguſtas ſubito ſuffocans, ſubtilis iudicanda eſt: Si tardè fluat, eſt potius craſſa exiſtimanda. Sed circa craſſitiem aduertendum, quòd ex longa in pulmone mora, licet ſui natura tenuis ſit nihilominus incraſſatur. Ideo ſi catharrus ſui natura erit craſſus, materia vniformiter ſecundum ſe totam craſſa erit: Si erit ſubtilis, in medio erit craſſa, ſed circum circa tenuis. Simili modo poteſt aliquando materia putrida, & fœtida per os exire, tamen deſtillatio frigida erit, quod duobus modis fieri poteſt. Primo modo poteſt pituita, & materia frigida, quæ in capite reperitur, in pulmones deſcendere: & quia ibi diutius immoratur, aliquam putredinem, & proinde ingratum ſaporem, & odorem acquirit: vnde dum per tuſſim excernitur, medici catarrhum eſſe calidum falſo opinantur. Quarto oportet ægrotantes percunctari, dum expuunt ſine tuſſi, an materiam eundem ſaporem, odoremque præ ſe ferentem percipiant, qualis perſentitur ex ea, quæ per tuſſim reijcitur. Et ſi erit vniformis deſtillatio

Via: per quas materia deſcendit.

Differentiæ.

Signa.

Signa materiæ.

tio

Digitized by Google

„ tio tum pulmone, tum in capite, calida erit: Si vero materia, quæ per ſimplicem expuitionem
excernitur, ab ingrato ſapore, & odore immunis erit, frigidæ materiæ deſtillatio erit ſtatuen
da. Secundo modo fieri poteſt, vt ſit materia, quæ per ſimplicem etiam ſcreatum, & expuitio-
nem putrida, ingrati ſaporis, & odoris reijciatur; tamen materia frigida in capite frigido ge-
neretur. Quamuis.n. à frigido cerebro producatur, tamẽ quia in capite diutius detinetur, pu
treſcit, & ita calida euadit. Hoc autẽ cognoſcitur, quia ſi materia putrida erit, non quia deti-
neatur, ſed quia talis in capite creetur, dum fiet expuitio ſp putrida, & calida obſeruatur: qđ
ſi talis euadat potius ab anguſtiá, quia detineatur, & non poſſit expelli, ſputum erit difforme,
& inæquale, interdum exit aliqua portio non putrida, aliqua vero p trida: præterea aderunt
indicia capitis frigidioris, de quib. in capitis dolore dictum eſt. Materiæ ãt cruditas, vel con-
coctio cognoſcitur ex his, quæ tradit Gal. dum ait: Quinetiã humorum, qui è cerebro per pa-
latum, & nares defluunt, initium quidẽ eſt cùm aquei, tenueſque, item copioſi, & acres appa-
rent, extremam.n. hæc cruditatẽ indicant: cõcoctionis notæ iam ſunt craſſior, & minus acris,
„ & modicus humor deſcendens: quod ſi mucus, & blena, vt dicunt, ſimul exeant, certius hoc
„ eſt concoctionis indicium, vti ſi craſſiora paucioraq; reddantur, multò magis concoctionem
„ innuunt. Quod ſi lædatur cerebri concoctio rõne obiecti, catarrhus intermittens eſſe ſolet.
„ Aſſiduus vero dum facultas læditur, in qua aderunt etiam ſigna affecti capitis, de quib. in do

Signa cauſarũ generantiũ materiam.

lore capitis dictum fuit. vnde ſi generetur ex calida cerebri intẽperie, acris, tenuiſq; humor per os, & nares deſtillat, facies rubeſcit, naſuſque, ac particulæ deſtillationem recipientes in- *Hip. lib. de veter. medi. circa finem.*
caleſcunt, &, dum acrior fuerit, vlcerantur, febris ſæpe comitatur, q̃uis ab ea patientes nõ iu-
uentur: partes capitis, & frons immodicè calidæ ſentiuntur: ætas, temperatura, & alia ad cali
dum vergunt, & interdum leuis capitis dolor aderit. Quòd ſi fiat à frigida cerebri intẽperie,
excrementa erunt copioſiora, frigida, minimè mordacia; frons, & caput vndique cum graue-
dine diſtenditur citra calorem, mordacitatẽ, & rubedinem, ethmoidis meatus obturari ſolet,
vt vox obſcuretur. Victus rõ frigida, & alia in dolore capitis propoſita, præceſſerunt, vt nimia
repletio præcipuè frigidorum ciborum, & potuum, & cruditates præceſſerunt: præcipuè dũ
cibi incocti in ventre perſeuerantes nequaq̃ infra excernũtur: Hi ãt, ſi febris ijs ſuperueniat,
iuuantur. Quod ſi lædatur cerebri concoctio ſecundario, quemadmodum caliditas ex ſupe- *Pau. lib. 3. c. 28.*
rius in capitis dolore relatis, ſiccitas ex duritie & aſperitate, & paucitate catarrhorum cogno
ſcitur; ita humiditas ex mollitie, & partium capitis laxitate innoteſcit. Idem de obſtructione,
cuius aderunt propria ſigna, dicendum eſt. Si hæc aderunt, deſtillationẽ fieri ratione obiecti
dicendum erit, ſicuti dum ſigna aderunt tum læſæ facultatis, tum vitioſi obiecti, rõne vtriuſ-
que catarrhum fieri cenſendum erit. Vtrum autem vitium obiecti in corpore generetur, hoc
deprehendere poterimus animaduertendo, an totum ſit male affectum, aut ventriculus, vel
iecur, aut alia mẽbra: & ſi corpus fuerit optimè conſtitutum ſecundum caput, & potiſſimum
ſecundum alias partes, & error in victus ratione cõmitratur; dicendum, deſtillationem rõne
obiecti, quod vitium ſuſcipit in victus rõne, procreari. Ex relatu ãt ægrotantis cognoſcimus,
an cauſæ exprimentes, vel colliquantes præceſſerint. Ita partes, in quas catarrhus decumbit,
facile cognoſcũtur. V.g. ſi deſcendat in pulmones, oritur tuſſis: ſi in vẽtriculũ, nõ adeſt appeti
tus, ſi ſalſa ſit deſtillatio, ſitis connectitur, fit nauſea, & aliæ ventriculi noxæ. Vnicum aduertẽ
dum, quòd ſi fuerit macies corporis, vel cachexia, vel febris, cognoſcendum, an ex deſtillatio
ne, vel alia cã producantur. Cognoſcitur ergo ſi prægreſſa erit capitis repletio, ſi læſi cerebri
vel capitis aderunt indicia. quæ ſi non adſint, & potius appareant ſigna læſi iecoris, ſtatuen-
dum maciẽ, cachexiam, non a capite, ſed à iecore procedere. Quod ſi materia per tracheam
deſcendat, facile cognoſcitur ex tuſſi: ſi per venas deſtillet, corpus ſine cã manifeſta emacia-
tur citra vitium ventriculi, hepatis, nulliuſq; aderit triſtis ſenſus, nullus dolor. Si deſcendat p
neruos, perſentiunt materiam per dorſum, & per partem ad ſpinalem medullã pertinentem
deſtillare, & hic ſenſus admodum triſtis non eſt: hæc tamen materia deſcendens per neruos
non cauſat dolorẽ, nec cõuulſionem, neque tremorem, neque paralyſim, neque ſtuporẽ, quia
neruos non diſtendit, ſed per partes neruorum exteriores deſcendit. Vtrum autem ab inter-
nis, vel externis capitis partib. in ſubiectas partes deſtillet, (diuerſa.n. requiritur curatio) tũ
ex dictis in capite de cauſis, tũ ex ſignis, q̃ externũ capitis dolorẽ ab interno ſeiungunt, facile

Prognoſtica.

cognoſcitur. Dicebat ãt Gal. Humidiores (ſiue cerebro tm̃, ſiue corpore vniuerſo) cõtinuo de *Ga. 6. aph. 2*
ſtillationib. ex parua occaſione corripiũtur. Et idẽ 6. de tuenda ſanit. c. 4. frigidũ tẽperamentũ
inqt, quod cũ humiditate coniungitur, maximè fluxionũ morbis eſt obiectũ. Quod ſi materia
in deſtillatione ſolũ peccet rõne q̃titatis, facile curatur: difficilius ſi peccet rõne qualitatis. Vñ
calidus catarrhus, cæteris parib. frigido periculoſior exiſtit: itaq; ſalſa deſtillatio eſt ſatis peri
culoſa. Ita deſtillatio putrida periculoſior eſt nõ putrida. Deſtillatio ãt læſa cerebri facultate
ob intẽperiẽ cõfirmatã vix curari põt: Sed tunc id præſtamus, vt, ſicut excrementitius humor
ſubinde generatur, ita ẽt ſucceſſiuè p ignobiliores partes expellat. Intẽperies ãt humida faci
lius & minori cũ periculo: calida, vel frigida difficilius tollitur. Sicca vero ægerrimè remoue-
tur, ꝑſertim ſi frigida, & ſicca ſit: eſt.n. ſenilis tẽperatura. Si fiat deſtillatio rõne obiecti, ſi eius
vitiũ ſit externũ, à ſolo patiẽte curari põt. Si ſit internum, vt in corpore cõtrahatur, pro varia
partiũ diſpoſitione, diuerſa quoq; prædicẽda erũt. Ita augetur, & imminuitur difficultas, pro
„ partiũ, in quas materia decũbit, diſcrimine. Vnde ſi in pectus fluat, nõ eſt ita periculoſa, quẽ
„ admodũ ſi in pulmones defluxerit. Ait autẽ Gal. Deſtillationes a capite in pulmones tum eſſe *Gal. 3. in 6. epid. 18.*
„ malignas exiſtimandum eſt, cum ea, quæ defluunt, tenuia ſint, & facultatib. corrodentib. præ
„ dita. nã intus morantes non facile concoquuntur, & incraſſantur, vlcerateq; viſcus deprehẽ-
„ duntur: ſi excernantur, tuſſes vehementes citant, a quib. & caput implètur, & ab ipſo rurſus
„ defluxio in pulmonem demittitur; & ob tuſſis vehementiã periculum eſt, ne aliquod eius va
„ ſculum dirumpatur: qualis quidem tuſſis eos vexat, qui humores tenues, & aqueos, ex pul-
„ mone non facile reijciunt: etenim à ſpiritu per tuſſim emiſſo ſublati aſcendunt; at cum te-

nues,aqueiſque ſint,diſſipantur,& contra illius impetum,ptiuſquam totam aſperam arteriam ,,
pertranſierint,delabuntur:quare ſiue in pulmone maneant, ſiue euacuentur, neceſſe eſt no- ,,
Hip. 2. aph. 40. xam ſequi.Branchi verò ſeu raucedioes dicebat Hippocrates, propter debilem calorem, in ,,
valde ſenibus non maturantur. ;Et catharroſi præſertim catharro ſubtili laburātes ad omnes ,,
ferè ægritudines ſunt maxime parati. Iam verò communis curandi ratio omnis Catharri tra- ,,
ditur à Galeno 6. de tuen.ſanit.ca.12.Nam ſcopi tum à cauſa, rum à morbo deſumeodi ſunt: ,,
A cauſa,quæ potiſſimum eſt materia,ſi peccet in quanto,euacuatoriom præſidium indicatur, Indicatio
ſed non eradicās,ſed imminuens. Si peccet in quali, & ira,vt non poſſit ad benignom reduci, ues.
eradicanda quidem,ſiue ſit bilis,ſiue pituita,ſed prios præparanda:Idco calida refrigeranda,
frigida caleſacienda,tenuis incraſſanda,craſſa attenuanda,viſcida detergenda:quatenus au-
rem ſloit,& deſtillat, intercipienda, & reuellenda. Quo ad morbum, ratiooe cuius mareti a
generatur,& multiplicatur,ſi ſit cerebri intemperies, oporter cootratijs qualitatibus occur-
rere, quandoque ſimplicibus, quandoque mixtis. Si enim intemperies ſit humida tantum,
ſine actiuarum exceſſu,ſolommudo exiccare conueniet.vbi enim humiditas limites ſanitatis
egreditur,ita calorem obtnodit,vt non congrua elixatio, ſed potius inquinatio fiat. Si vero
ſit mala compoſitio,vt cerebri obſtructio, oporter materiam craſſam, viſcidamq; attenuare,
& detergere,& eradicare.Quod ſi fiat malum ratione obiecti, ſi ſit vitioſum ob internum vi-
tium illi occurrendum: Verbi gratia,ſi generetur alimentum pituiroſum, & copioſa pituita à
ventriculo frigido,& humido,ipſum caleſacere, & ſiccare oporter: Si vitium extra corpus in
ipſo generetur,& errorem in victu,recta viuendi ratio inſtituenda. His autem addendæ cum
Auiceona eæ indicationes, quæ à parte recipiente deſumuntur: Verbi gratia, ſi deſtiller ad
pulmones, ipſi roborandi ſunt. Viæ antem,ſi fieri licet,intercipiēdæ,vt dictum eſt. & ea,quæ Chirurgia.
dicta ſunt poſt totius prouidentiam peragenda ſunt.Quare vbi ſanguis redundat, & ſubinde
vires conſtant,& plenitudo vel exquiſita,vel notha ſit,vel ſaltem notha adſit cacochymia,ve
na aperieoda.Ideo in frigido catharro,quia adeſt cacochymia potius exquiſita, & vires ſtatū
Gal. 5. met. 14. habent momentaneom auctores ab hoc præſidio abſtinendum eſſe iubent.Vnde in catharro
calido,quia non eſt exquiſita,conuenit venam ſecare. Ideo Gal. in ſalſa deſtillatione cogno-
ſcens venæ ſectionem ad refrigerationem quoque vtilem eſſe, attamen dum cognoſceret ca-
cochymiam exquiſitam potius adeſſe, iubebat vt prius ſuccus ad probiorem quandam natu-
ram virtute ciborum redigeretur,vt cacochymia exquiſita notha fieret, quia tūc licet venam
ſecare. Semper aūt virtus, & ætas & ſupponenda ſunt, & poſthac ſemper erunt ſupponenda,
Gal. 5. met. 13. ne toties inanis fiat repetitio.Ob id Gal.in catharro, vi cuius ſputū ſanguinis promouebatur,
venā ſecare auſus non fuit,quia vires in matrona illa ob inediam debiles euaſerāt. Si venam
ſecare nō liceat,cucurbitulis, vel hirudinibus ſupplēdum eſt. Cauteria quoq; proficua ſunt,
interdum gratia reuulſionis,qnq; cauſa euacuationis. gratia reuulſionis cruribus applican-
tur,præſertim vbi deſtillatio à ventriculo,iecore,liene,vtero fomentum hēt. Brachijs appli-
cantur,dum à capite,& cito volomus reuellere.affiguntor etiam ſuturæ coronali,tuio gratia
Gal. 5. met. 13. euacuationis,tum gratia reuulſionis. In catharro calido eis vtimur reuulſionis gratia, vt io
ſalſa deſtillatione ad pectus,ad pulmones,quemadmodum ēt Gal.in eadē euocantib. ad capi
tis ſuperficiē vtebatur. Ideo ſi materia ad pulmones deſtillet, ſiue calida, ſiue frigida, cauſa
reuulſionis hoc cauterium maximè conducit. Si verò deſtillatio non ad pulmones deſtillet:
Si materia calida ſit,non cauterio,ſed alijs præſidijs vtendum eſt.nam leuiori negocio calida
materia educitur,quia ab hac expultrix irritatur.Quod ſi catharrus ſit frigidus, in ſutura co-
ronali eo vtimur gratia euacuationis capitis; & potiſſimum illius euacuationis, virtute cuius
caput exiccetur.Ideo ſi catharrus ſit frigidus, quia materia non ita facile euacuator, nec ita
expultrix irritatur,& periculum eſt apoplexiæ,ſoporis,amentię,ad hoc cauterium confugien
Auic. cap. proprio. dum cum Auic.dum materia pertinax eſt:ſed corpore prius expurgato.Medicamenta vel ma Medicamenta.
teriam genitam,vel cauſam generantem reſpiciunt. Quæ reſpiciunt materiam genitam, vel
ipſam euacuant,vel ipſam ſiſtunt,& adſtringunt. Euacuantia materiam vel totum,uel partes
determinatas euacuant.Quo ad totum euacuantia,& primò quo ad lenientia, in frigido ca- Leniētia.
tharro licet vti vnc.5.mellis roſ. ſol. ante hoc medicamentum drach.1.s.ſpecierum hieræ ex-
hibeatur.Si ſalſa fuerit deſtillatio,propinentur vnc.4.ſyr.roſ.ſol. cū pauca ſeri lactis capr. por
tione,& ſuperbibat lib.3.eiuſdem ſeri.Pro præparāte in catharro calido ſubtili probatur ſyr. Præparantia.
viol.de iuiubis,de ſebeſten,de papauere,vel eorum decoctiones,& mucilago pſyllij,quæ ef-
ficax eſt.ita diadragantum,diacodium,diapapauer, quæ ſunt vltima in digerendo, & ſiſten-
ſto.Si ſit calidus craſſus cum aliquo iſtorum,vt cum ſyr.viol.aliquod incidens, abſtergens mi
ſceatur,vt acetoſus,vel oxymel ſimplex,& aqua hordei, quæ potus medicinalis eſt,& abſter-
ſiua.ſed in calida deſtillatione decocta potius,q̄ ſyrupi (nā facile bileſcont) accipienda ſunt.
In catharro aūt frigido,& craſſo laudatur oxymel ſimplex, compoſitum,ſcilliticum,looch de
pino, dyairis cum aqua mellis,hyſſopi, paſſularū. in frigido ſubtili aquoſo laudantur calida,
& ſicca incraſſantia, vt ſyr. de myrto cum melle roſaro, & poteſt ſumi cum aqua decoctio-
nis thuris, ſandarachæ, nucum cupreſſi, & poſſunt aromatizari cum mace, chariophyllis,
gallia muſcata.Quo ad euacuantia,ſi caput ſit repletum (qoia ſupponitur, materiam eſſe in Expurgātia.
capite) vtendum attrahentibus etiam à capite.Ideo in frigido catharro cochiæ optimæ ſunt:
& ſi peccauerit etiam melancholia,cum elleboro nigro præparentur. Si deſtillatio ſit calida,
ſi ſit pituita ſalſa, ℞. agarici troc.drac.1.s. ſtœchados ſcrop. 1. floris caſſiæ vnc. 1. Licet ēt vti
cochijs:ſed ratione caliditatis dandū apozima,vt eſſet aqua hordei, ſerum lactis ad lib. 1. ad
lib.1.s. Si verò ſit deſtillatio acris bilioſa, probatur electuariū roſatū Meſue, præſertim ele-
ctuariū de ſucco roſarū ad drac.2.cū drac.7. floris caſſiæ nouiter extractæ: à remotiſſimis .n.
euacuat. & ſi timemus caliditatē, poſtea licet lib.1. ſeri lactis exhibere. & his corpus ſemel
aut bis pro neceſſitate purgandū.Quo ad euacuantia partes determinatas, de his proprijs ca-
pitibus

Digitized by Google

pitibus loquemur. Ideo ſolum de caput expurgantibus loquendum. quod interim per nares
Caput euacuantia. & os, nonnunquam per os tantum, aliqñ per nares tantum euacuatur, vt in dolore capitis di-
ctum fuit. Si materia deſtillet ad fauces, non licet per os euacuare, ne materia ad ventriculũ,
ad pectusve trahatur, ſed per alias vias. & euacuatio põt eſſe duplex, vel ſenſibilis, quæ fit p
nares; vel inſenſibilis, quæ per ſuturã coronalem adminiſtratur. Si ergo ad pectus, vel ventri
culum deſtillet, ſi ſit frigida, ſint calefacientia, attenuantia vt in capitis dolore, vt expediat ad
euphorbiũ, ad elaterium deuenire: ſi calida ſit, hæc medicamenta ſunt attemperanda; & licet
tunc vti hordei cremore, ſucco betæ, & vrgente neceſſitate, dũ ad pectus deſcendit, licet dia-
gridiũ ad Grana iiij. cũ vnc. ij. ptiſanæ cremoris permiſcere: licet ẽt vti euacuantib. inſenſibi-
liter, quæ reuellẽdo proſunt. Gal. ãt vtebatur thapſia, fimo columbino ẽt in materia calida re Gal. 5. met. eie.
uulſionis gratia, Gal. tñ, dum ex calida intẽperie caput male hẽt, thapſiam, & ſinapiſmata de-
uitat. Ideo vtendũ diadictamno, & ante horũ applicationẽ, vt validius operentur, caput ſomẽ Gal. 6. de tuend. c. 9.
to ratefaciente ſouendũ eſt, & eo intenſiori, dum nõ erit intẽperies calida. Ideo capite exiſtẽ
te calido, ſouendũ ſpongia in aqua dulci moderatè calida madefacta. ſi intẽperies fuerit frigi
dior, ſouendũ decocto chamemæli, betonicæ, calamenti, origani. Ceratum aũt immutetur bis
in die, mane & ſero; quia ceratũ a materia per poros cutis egrediẽte, humidũ redditur. Quod
ſi deſtillatio nõ procedat ad os, nec ad gulam, tutior, & prõptior eſt euacuatio per os. vnde nõ
niſi coacti per nares euacuare debemus, quia ſæpe vijs illis obturatis, olfactu priuantur. ita ſi
patiens male ſe hẽat ſcdm oculos, vel nares, nõ debemus per nares euacuare. inquit aũt Gal. Gal. 1. humor. cõ. 18.
quod grauedines inter initia lædit ſternutatio. cũ nimirũ crudi, incoctiq; humores ſint. ita dũ
materia non deſtillat ad os, ſed patiens hẽat dentes imbecillos & gingiuas infirmas, per os q-
dẽ euacuandũ, non tñ maſticatorijs, ſed inunctionibus, vel gargariſmis. Ideo ſi deſtillatio ſit
frigida, palatum inungendũ cũ diaſinapi ſyncero: ſi calida ſit, applicandũ ſyncerum; ſed ubi
fuerit materia ad os attracta, os aqua hordei abluendum eſt, vel ſero lactis cũ emulſione ſe-
minum melonum, quia contẽperant materiæ ardorẽ: ſecus, ne oris partes exulcerentur, peri-
culum imminet. Gargariſmata verò in frigido catharro fiant ex ſyr. de betonica, melle roſ. &
ſyr. de ſtęchade cum decocto calamenthi, botridis, ſerpilli, origani, quæ moderari oportet in
calida deſtillatione, addẽdo aquam hordei, emolſionẽ ſeminum melonum. Sed circa garga-
riſmata aduertendum, ꝙ cum fiant vel pro cerebri purgatione, vel pro adſtringendo fluxu, vt
cũ diacodio, & decoctione roſarum, balauſtiorum; vel pro abſtergendo id qđ fluit, cum oxy-
melite ſimplici, vel ſcillitico; vel pro alterando, id quod fluit, cum adminiſtratione cãphoræ
ad calidũ, myrrhæ ad frigidum; vel pro plurib. ex his intentionibus ſimul; in cura catharri in
tribus caſibus conueniunt, ſ. in calido ſubtili cum incraſſantib. & refrigerantibus (quò mate-
ria fiat apta ad expellendũ,) vt ſyr. de papauere cum aqua roſata; in catharro valde viſcido, &
craſſo cum incidentibus, & abſtergentibus, vt oxymelite ſimplici, vel ſcillitico; & tertiò, dum
timemus materiã figi in faucibus, vel gutture, vt in ſinanche, gargarizamus diamorone vel
conſimili. Sunt aũt gargariſmata in quatuor caſib. apud doctos medicos ſuſpecta: Primò, dũ
eſt ſuſpitio catharri ad pectus, vel pulmonẽ fluere conſueti. ideo in procliuibus ad aſthma, &
phthiſim ſunt cauenda. Scdò, dũ catharrus acutus, ſubtiliſq; eſt, cuius fluxus facile cõcitatur.
Tunc. n. melius eſt in ore detinere incraſſantia, refrigerantiaq;, non gargarizando. Tertiò in
Materiã adſtringẽtia. præſocationibus, q̃ fiunt ſubito: vñ ad has parati non gargarizẽt. Quartò dũ catharrus copio
ſus eſt, & vehemens ad motũ. Si verò de materiã adſtringentibus, & ſiſtentib. ſermo fiat, his
vtendũ eſt poſt materię digeſtionẽ, & euacuationẽ, & poſt diuerſiones Gal. 1. de alim. fac. c. 31.
probat papaueris ſemen in tenui catharro. Porro ſiſtẽtiũ horum quædã per gargariſmata,
q̃dã per ſuffumigia, quædam per ea quæ detinentur in ore, adminiſtrãtur. Inter gargariſma-
ta ad catharrũ calidum licet recipere aquæ roſ. vnc. iij. cãphorę ſcrop. j. miſce; Vel accipiatur
decoctio corticũ papaueris, & roſarum, cui boli armeni parũ addatur, & ſine impetu garga-
rizet: Ad frigidũ ſubtilẽ cõfert decoctio olibani, aut vernicis in vino, cui poſſunt addi nuces
cupreſſi. Ex ſuffumigijs ad calidã deſtillationẽ valet ſemen lini prius infuſum in aceto p diẽ
naturalẽ, poſtea tortefactũ, & ſuffumigatũ. ita ſandaraca in aceto infuſa mirabilis eſt. Ad fri-
gidũ fiant ſuffumigia ex olibano, ligno aloe, ſandaraca mixtis, vel ſeparatis. ita nigellæ torte-
factæ & tritæ ſuffimentũ eſt mirabile. Quoad retẽta in ore, ad calidũ catharrũ laudat diaco-
diũ, diadragantũ, diapapauer. & ſi alicui ex his addatur lutũ Armenũ, incorporando cũ pau-
Pilulæ. co ſyr. de myrto, p̃ſtantius erit: Ad frigidũ laudatur olibanũ, & ſpica in ore retẽta. Siſtunt ve-
rò oẽm catharrũ hæ pilulæ, ℞. thuris maſculi ſcro. j. myrrhæ, opij, croci an. Gra. vij. ſucci liqui
ritiæ ſcro. j. fiant pilulæ vij. cũ aqua roſata, quarũ una tpe ſomni exhibeatur. Hiſq; poſt corpo
Catarrhi ſuffocãtis curatio. ris expurgationẽ, & diuerſiones, dũmodo caſus nõ ſint extremi, vtendũ eſt. Dũ. n. tãta detinen
tur reſpirãdi difficultate, ut nõ poſſint loqui, neq; ẽt quaſi bibere, & ſunt cũ cõtinuo oregmo
ne, & liuida facie in nigrũ tẽdente, & cũ ſudore quodã ob anhelitus anguſtiã, cũ hæc tanta &
adeo repẽtina nocumẽta proueniãt a catharro copioſo, & ſubtili ad partes pulmonis p̃cipita-
ro, (aut alias partes, ab quarũ noxã anhelitus impedit,) & proinde poſito in cõtinuo fluxu; id
circo oportet tũc patiẽtes ſtatuere in aere libero, luminoſo, ad frigidũ declinãte, & iniũgẽdo
tenuiſſimã diętã, eis oẽm loquutionẽ, & motũ corporeũ interdicere: eoſq; ſedẽtes ſituare, pe
ctore dilatato, parũ pãnis cooperto, cũ nulla eorũ circa collũ ſtrictura, vel circa alias partes: ip-
ſis in potu offerẽdo ſyrupũ de papauere cũ aqua iniubarũ, & hordei, & diapapauer, vel diaco
dion, & magna vrgente neceſſitate, vnã ex ſupraſcriptis pilulis opiatis, aut parũ philonij. In-
terdũ, ad anhelitũ dilatandũ, cucurbitula ſuper thoracis vertebris imponenda. Aliqñ, corpo-
re exiſtente plethorico, & vbi materia incipit figi in aliquo mẽbro nobili, vtendũ phleboto-
mia. Nonnunquã ad diuerſionẽ, in carnoſis ſcapularũ partib. cucurbitula imponenda. nã hoc
modo ferè oẽs euadũt: ſecus, ſi cum euacuantibus, & diuertẽtib. procedamus, & fiat materiæ

Medicamenta quæ reſpiciũt cauſã materiã generantem.

agitatio, omnes interficiuntur. Medicamenta verò, quæ reſpiciunt cauſam materiam generantē, ſunt corroborantia. Sed ſolum de roborantibus caput loqui debemus, dum fit deſtillatio læſa facultate cerebri concoctrice. Si igitur adſit deſtillatio calida orta ex capite calidiori, & homo ſe expoſuerit aeri frigidiori, vt cuius materia calida genita à calido cerebro ad partes infernas exprimatur, vtendum frigidis ratione catharri; calidis autem ratione ambientis. Ideo Raſis iubet, vt ante venæ ſectionem caput calida foueamus, & fiat odoramentum ex nigella, & eouſque caput caleſiat, donec æger ſenſibiliter perſentiat in capite caliditatem introductam ad inhibēdam materiæ expreſſionem. Si autem deſtillatio, capite refrigerato ab aere, frigida erit, licet in calefacientibus perſeuerare, præſertim corpore, & capite expurgato. Sed ſi calida ſit deſtillatio, in calefacientibus progredi non oportet; ſed inter initia licet panno calido caput fouere donec frigiditas remoueatur; ſed poſtea vtendum refrigerantibus, vt calida capitis intemperies, quæ materiam producit, remoueatur. Ideo maxime præſtat caput cum oleo roſ. refrigerare, & ſtillicidium, quod ex hoc paratur, præſtantiſſimum eſt. Si vero deſtillatio frigida à cerebro frigido producatur, & homo cauſæ calefacienti ſe expoſuerit, ſiue ſit balneum aquæ calidæ, vel calidus aer, vel tale medicamentum, vel ignis, & ratione huius pituita liqueſcat, & in pulmones deſtillet, occurrendum cauſæ calefacienti irrorando caput oleo roſaceo; non tamen progredi oportet, quia potius calefaciētibus vtendum, ſed corpore, & capite expurgato, de quibus in dolore capitis a frigida intemperie dictum eſt. vnde & oleis calidis, & pulueribus, & ceteris calefacientibus ibi propoſitis vti licet. maxime ēt conducit ſtillicidium aquarum Aponenſium. ita dicendum de his, quæ intus ſumenda ſunt.

Galen. 6. de tuenda val. c. 9.

Vnicum circa balneum aquæ dulcis adeo probatum à Gal. animaduertendum eſt. Dum adeſt igitur deſtillatio, aduertendum, an febris annexa ſit vel ne: & ſi ſit annexa, an hectica, vel putrida ſit. Imprimis igitur ſi putrida ſit, & deſtillatio frigida, quo ad febrem, dum eſt cũ ſignis cruditatis, ſiue concocta ſit, ſiue cruda deſtillatio frigida, balneum cauendum eſt. Ita cruda existente deſtillatione, balneo non eſt vtendum. Si verò deſtillatio concocta & benigna ſit, & febris in declinatione, & cũ ſignis perfectæ concoctionis, licet vti balneo aquæ dulcis ad caliditatem vergentis, vt ſudor promoueatur, & corpus materiaq; deſtillationis euacuetur, proindeque caput exiccetur. Si autem deſtillatio frigida ſit, & febris hectica, balneum vitari dēt: quia ratione hecticæ humectāre oportet, rōne materiæ deſtillationis exiccare, & euacuare: Attamen ſi febris hectica vrgeat, & ſatis imminuta ſit deſtillatio, vt materia non modo ſit cōcocta, ſed etiam imminuta, magis poteſt febris ad indicandum balneum humectans, quàm deſtillatio ad inhibendum. Si uerò materia ſit cruda, copioſaque, illi prius occurrendum. Si deſtillatio calida ſit, & febris putrida, niſi appareant ſigna concoctionis, & materia imminuta ſit, niſi etiam concocta ſit deſtillatio, & imminuta, balneo vti non licet: quia materia omnes partes inuadens obſtructiones adauget. Si concocta ſit deſtillatio, & febris putrida ſit cũ ſignis concoctionis, vtendum balneo aquæ dulcis eius caliditatis, vt ſudor cieatur, ſed remiſſus: non enim debet eſſe balneum ita actu calidum, ut in frigida deſtillatione cum febre etiã putrida; ſed ſit moderata caliditas, ut materiæ deſtillantis feruorem attemperemus, & vnà febrilis calor remittatur. At ſi hectica ſit coniuncta, licet vti balneo, & ſi magis poſſit deſtillatio, ut hectica ſit inter initia, licet uti balneo aliqua ex parte, ſed moderatè admodum ſudorē prouocante, vt materia deſtillationis euacuetur. Si autem febris magis urgeat, ſit balneũ temperatæ aquæ, & quandoque etiam tepidioris, quia alijs præſidijs licet materiam euacuare.

Aui. et Raſ. propr. cap.

Victus ratio.

Quo ad victus rationem, nil magis nocet, quam ciborum copia. ideo conſulunt Arabes, vt dimidium cibi detrahatur; ſed ſenſim & ſenſim. Cœna ſit tenuior, & parcior prandio. A potu caput replente abſtinendum eſt. Præterea, præſertim dum malum eſt per conſenſum a ventriculo, vel alio membro, in fine menſæ aliquod vaporum repercuſſiuum, & corrugatiuum ſumatur, vt coriandrum, cidonium, pirum coctum. Cibaria ſint pauci excrementi, facilis digeſtionis, bonique nutrimenti. Lac in catharris calidis, niſi aliquid obſtet, precioſum eſt. Somnus longus nocet, maxime diurnus, & præcipue poſt crapulas, & quemcunque cibum. dormiant autem capite eleuato ad alterum laterum declinante. Ita exercitium moderatum ante cibum maximè confert: ſicuti è conuerſo, vt ait Gal. vehemens motio replere caput conſueuit: idque eſt affectui contrarium, quippe qui tranquillitatem, & quietem poſtulet, & modicum calorē expetat, ut humores crudi concoquantur, ac non fluant.

Gal. 1. de hu mor. com. 18

Præſeruatio.

Pro præſeruatione autem ab omni catharro, ſed præſertim frigido, & potiſſimum in pectus, pulmoneſque deſtillante, & dum nouæ materiæ regeneratio inhiberi non poteſt, & patientes cauteria non admittunt, maxime probatur vſus infraſcriptarum pillularum, per uices tamen, & præſertim poſt aliquam præparationem; dummodo calidiora tempora, vel febris, vel alius eiuſmodi affectus non prohibeat; vel, ſi nos cogat neceſſitas, vt æſtiuo tempore exhibeamus, vel ſero lactis, vel huiuſmodi apozemate refrigerante, earum caliditas corrigatur. Quare recipe colocynthidis drac. vj. agarici optimi, diagridij, ellebori nigri, turbit ana drach. iij. aloes vnc. j. ſpecierum diarhodonis abbatis vnc. ſem. Species diarhodonis abbatis in vino maluatico, vel aqua vitæ tepida infundantur per dies quatuor, poſtea fiat expreſſio, & colatura; & fęce abiecta, proijciatur hæc infuſio ſupra res prædictas, craſſo modo contuſas; & ita per octo dies relinquatur; & poſtea fiat colatura & expreſſio, & fece abiecta, ponatur liquor, ſeu infuſio in elambico vitreo, & ſeparata per ſublimationem humiditate, remanet materia denſa veluti mel, ea qua pilulæ componuntur: quarum ſcrupulus vnus pro vice commodè euacuat. ſed liquor magis valenter ſoluit, præſertim ſi ſublimetur ſine interpoſitione temporis, per ſpatium decem horarum continuatim cum igne æquali. ſed dum tempus interponitur, reliquus liquor non eſt virtuoſus, & doſis fæcis eſt à ſcropulo vno vſque ad duos, & maxime confert in catharro pro præſeruatione, & etiam curatione, & aſthmate, & omni deſtillatione ad pectus decumbente.

## *De Paralyſi. Cap. XVI.*

Cōtinuatio.

VNIVERSIS cerebri vitijs explicatis, pleriſq; de cauſis hoc in loco de paralyſi ſermo eſt habendus. Primò, quia in hoc vitio (nō .n. de externis, ſed internis affectibus loquimur) cerebri propagines, ſiue nerui tāquā principiata à ſuo principio cerebro deriuata, ſemper afficiuntur. ſenſus autem & motus præcipua organa non per ſe & primario, ſed ex accidenti & ſecundario, ſiue per conſenſum, & hunc priuatiuum, in paralyſi affici dicuntur. Secundò, quia paralyſis ſine cognitione vitiorum, quæ ad organa ſpectant ſenſitiua, exactè percipi poteſt, non è conuerſo. nam quædam oculorum vitia, vt probe dignoſcantur, paralyſis declarationem expoſcunt. Tertio, quia agere de paralyſi nil aliud erit, quam de tactu ablato pertractare. vnde eum in primo capite de eo deprauato dictum ſit, nil aliud ad abſolutam eius notitiam remanebit, niſi vt de eodem imminuto loquamur. & hoc maximo iure, quia tactus tum neceſſitate, tū origine inter reliquos ſenſus primus eſt, reliquiſq; communior: ab alijs .n. ſenſibus ſupponitur, quia cui conueniunt alij, conuenit tactus, non è contra. à cōmunioribus

Nomen.

aūt exordiendū eſt. & ob id tū Plato, tum Auic. de ſenſibus loquētes à tactu ſermonē inchoarunt. Paralyſis aūt à Latinis reſolutio, ab Arabibus mollificatio nuncupatur. Paraplexias autem, vt ait Gal. vocat Hipp. reſolutiones, quæ in aliquā ex non principib. partē irruunt. Verū

*Pl. in Timæo. Auic. 6. natur.*

ꝑ paralyſim eā reſolutionē in cōi intelligere oportet, in qua vel ſenſus tantū, vel motus ſolūmodo, vel vterq; auferri poteſt. Cuius natura pōt hunc in modum explicari: Vt ſit tactus, vel motus voluntarius ablatus pp ſpiritum aīalē ad harū functionum organa nō influentē. q̄ definitionem nū explicamus, quia nil æquè turpe exiſtimamus, ac in reb. claris ocioſè verba cōterere.

Definitio.

*Gal. 4. de rat. vic. cō 27.*

Cauſæ.

*Galen 3. de loc 10 poſt medium.*

Non influit aūt animalis ſpiritus ſiue ad cutem, quæ ſenſus tactus organum eſt, ſiue ad muſculos, qui ſunt voluntarij motus inſtrumenta, vel vitio cerebri tanquam ipſius principij; vel neruorum, tanquam principiatorum, & partiū per quas ſpirituum animalium influxus, & facultas defertur.

Cerebri vitia.

Si igitur non influat vitio cerebri, hoc vitium vel eſt priuatiuum, vel poſitiuum: ſi ſit priuatiuum, id accidit, dum cerebrum ſpiritibus, & calore priuatur. Quod duplici modo fieri poteſt, videlicet, vel ſecundū ſe totū, vt in ſyncopi, vel morte propinqua fieri ſolet: vel ſecūdū partē, & eius medietatem, vt in ſæuis capitis vulnerib. contingit, in quib. oppoſitæ partis paralyſis ſuboritur, quia rōne ingentis doloris, & vehementis inflammationis aīalis ſpiritus ad partē affectā attractus illabitur. Vitiū aūt poſitiuū in anguſtia potiſſimū conſiſtit, vt in apoplexia, aliſq; ſimilib. affectib. euenire ſolet.

Neruorū vitia.

Si vero ſpiritus, & facultas vitio neruorum nō influat (& per neruos tum ſpinalē medullā, tum oēs eius propagines intelligimus) hoc vitiū vel in intēperie, vel mala cōpoſitione, vel ſoluta vnitate conſiſtit.

Intemperies.

Intemperies aūt, & ſermo eſt de ea, quę immediate cōcurrit, pōt eſſe potiſſimū frigida, q̄ ſpiritus congelat, nec non ēt humida, multa .n. humiditas neruos remollit, & ſpiritus obruit, vt in piſcatore à Gal. relato cōtigit.

Anguſtia.

*Gal 3. de loc. cit.*

At vero mala compoſitio paralyſim ꝓmouere pōt, dum in iā dictis neruis anguſtia creatur. hęc aūt anguſtia neruorū generatur, vel pp cōpreſſionē, q̄ vel ratione ligaturæ, vel inflāmationis, vel luxationis oritur: vel pp obſtructionē, à qua vt plurimū oritur hoc malū, & fit à materia potiſſimū pituitoſa, à melancholica, à craſſa bile, vnde flaua bilis ſæpe neruos obſtruit, quum ſub finem intermittentium febrium in ſpinam dorſi, ac neruorum origines effunditur: & materia hæc neruos magis afficit, quemadmodum in conuulſione ex repletione non neruos, ſed partes neruoſas, vt inquit Gal. vt muſculos, vel tendones magis inuadit: vel neruorū anguſtia fit propter conſtipationem, dū nerui ſecundū propriā ſubſtantiam callo, vel tuberculo, vel alio præter naturam tumore neruum conſtipante, afficiūtur: vel deniq; pp ſubſidentiam, dum ſcilicet neruorū ſubſtantia pp immodicam ſiccitatē, quæ ab exurente calore ſolet oriri, in ſe ipſam ſubſidet, & denſatur.

*Gal. 5. aph. com. 70.*

Soluta vnitas.

Soluta aūt vnitas, & ipſa ſpirituū & facultatis influxū impedit, præſertim ſi ſecundū neruorū latitudinē ſit inflicta. Ab his igitur cauſis aliqū auſertur ſolū tactus, aliqn̄ ſolus motus, interdū vterque, quia reperiūtur partes, ad quas varij nerui deferuntur, vel molliores ad tactū magis attinentes, vel duriores ad motum magis opportuni. Ideo ſi muſculorum neruos affici cōtingat, ait Galenus primo de loc. 6. motus partis ad quam muſculi deueniunt, vel tendones mittuntur, deperditur; ſi vero eos, qui ad cutim perueniunt, tāgēdi ſenſus corrūpitur. Sed vbi tota reſoluuntur membra, cum. ſ. cōe principium affectum eſt, ſimul & ſenſus, & motus pereunt. Quod ſi pars ſit donata neruo cōi ad vtrūque, ſi neruus hic afficiatur, pōt auferri ſenſus & motus, nec non ēt motus tm̄, non aūt ſolū tactus: ad hoc .n. vt fiat ſenſus, ſufficit animalis facultas in parua copia, quia ſenſatio in quodam pati conſiſtit. fit .n. tactus, quia cutis ab obiecto tangibili afficitur. Imò, vt ait Gal. facultatis imbecillitas efficit, vt affectio facilius à ſenſu percipiatur. ad efficiēdū aūt motum, animalis facultas vehemēs requiritur, quia motus in quodā agere poſitus eſt, & hæ proximæ ſunt paralyſis cauſæ: Quæ fit alias ex ſtupore ſenſim aucto, & pōt varias partes occupare, alias ex debili apoplexia, quæ grauior eſt, & ſæpe in apoplexiam recurrit, & ferè partes oēs, q̄ ſub capite ſunt, aut ſaltem alterū corporis latus occupat, interdum ex epilepſia, interdum ex colica paſſione, nonnunquam ex febribus. Cauſæ remotæ, præter percuſſiones, ſunt extrema ambientis frigiditas, & humiditas, crapula, ebrietas replēs caput. nā vinū potens copioſum, præcipuè corpore ieiuno ſumptū, dū ad neruos inconcoctū deducitur, in eis quodammodo aceſoſum euadit, & neruis maximè nocet. & pleroſque vidimus, qui ex crudioris vini ventre

Cur interdū tactus aliqn̄ motus, interdū vtrunque auferatur.

*Galen 1. de ſym. cau c. 5. & 1. de loc. c 6.*

*Galen. 4. de loc. cap. 4.*



Digitized by Google

ieiuno aſſumptione, paralytici potiſſimum ſecundum vtrumque brachium euaſere. Idem dicendum de aquæ frigidiſſimæ potu, & alijs, de quibus in ſermone conuulſionis loquemur. ex quibus etiam facillimum eſt huius mali differētias haurire, quæ vel à cauſis dictis, vel ab eius forma, quia vel tactus, vel motus, vel uterque auferri poteſt, capiuntur: nec nō etiam à diuerſis particulis affectis, ut dictum eſt. Paralyſis autem à vulgaribus quoque cognoſcitur, quia pars priuatur vel ſenſu, vel motu, vel vtroque. Imò dum malum diu progreditur, pars paralytica contabeſcit. Aduertendum autem, quod quamuis in facie quæcunque pars fuerit reſoluta, in aduerſam partem ſanam contorqueatur (quia muſculus illius partis a propria actione, quæ tenſio eſt, non ceſſat, vt inquit Galenus) vnde dicebat ipſe, ergo in hoc breuius fit, quod integrum eſt, attrahens ad ſeipſum labrum, ſiue maxillæ partem, quæ reſoluta eſt: attamen quia pars faciei, & præcipuè os poteſt diſtorqueri non tantum ratione paralyſis, verum etiam ratione conuulſionis, ideo hoc modo diſtinguere oportet. Quia ſi oris tortura fiat ex conuulſione, pars conuulſa non poteſt extendi: pars autem paralytica facile ducitur ad omnem differentiam. Secundo, cum parte conuulſa dolor aliquis coniungitur, cum reſoluta minime. Tertio ſit ſit paralyſis, ſenſus ſunt magis turbati, & ſtupor quidam in cute perſentitur, & humiditas ex ore profluit, palpebraque inferior demerſa eſt, & medietas panniculi, quæ palatū inueſtit ex illa parte mollificata, ſtupida, humida, laxaque eſt: & apparet quod patiens mediretur, & ad inferiora aſpiciat: palpebra enim ſuperior multū deprimitur, & magnam oculi partem claudit. in conuulſione vero oppoſita ſigna ſunt. Quæ autem pars affecta ſit, à peritis Anatomicis, ut ait Galenus, ſolum cognoſcitur. Veruntamen plurima ſigna affectæ partis deſumere poſſunt à Galeno 3. de loc. cap. 6. & cap. 10. necnon 4. de loc. cap. 4. Vnde ſi cerebrum ſit affectum, non ſecundum ſe totum (quia eſſet apoplexia) ſed ſecundum partem, cognoſcitur, quia ſimul cum dextra, vel ſiniſtra corporis parte, faciei quoque partes reſoluuntur dextræ, vel ſiniſtræ, & tunc impedimētū in loquela ſubori ur. Quod ſi ſit obſtructio ſolum in cerebro anteriori, & medio ſecundum partem dextram, vel ſiniſtram, non autem in ventriculo poſteriori, paralyſis erit in parte dextra, vel ſiniſtra faciei cum reſidui corporis incolumitate. Præterea ſi partis alicuius in facie extinctus ſit ſenſus, in neruis tertiæ cōiugationis affectio eſt. at perempto motu, in primis ſpinæ vertebris cauſa conſiſtit. Si partes omnes ſub facie reſoluantur, affectio totius ſpinæ initium, ideſt nucham, obſidet. Hæmiplegiæ cauſa in altera tantum ſpinæ parte inhæreſcit. cruribus reſolutis affectio poteſt eſſe in ſpinali medulla ſecūdum vertebras oſſis ſacri. altero enim, vel vtroque crure reſoluto, cauſa non ſupra lumbos quærenda eſt. Si tota ſpinæ medulla in tranſuerſum afficiatur, reſolutio ſubditas partes omnes dextras & ſiniſtras occupat. Sin altera medullæ pars afficiatur, eas tantum, quæ ſunt è regione nocumenti, detinet. Igitur ſi ſcire deſideras ait Galenus 1. de loc. 6. in qua vertebra ſit affectus, vtrū in ſola nerui cuiuſpiam, propagine, an in ſpinali quoque medulla, in neruorum diſſectione te exercitatum eſſe oportet: communemque habere methodum, qua reſolutos muſculos vna cum cute, quæ ſenſum amiſerit, obſerues. Nam ſi ſpinalis medulla in aliqua uertebrarū tota affecta ſit, omnes partes inferiores reſoluuntur. Si in altera parte lædatur, altera manente illeſa, partes ſolum, quæ illi e directo reſpondent, reſolutio infeſtabit. Si uero nerui radix afficitur, reliquæ partes omnes affecto loco inferiores nil afficientur, ſed ſolæ illæ partes reſoluentur, in quas ſinguli nerui diſtribuuntur. Hæc ſi accurate didiceris, circa reſoluta membra, relicta ſpina, non amplius occupaberis, ſed huic adhibitis remedijs, partem affectā curabis. Sic etiā, ſi non circa ſpinam, ſed in regione, illam ſequente neruus afficitur, ex muſculis & ex cute quærendæ ſunt notæ. cutē uero facile eſt cognoſcere, quia oculis ſubijcitur: muſculi ex actione quæ periit, cognoſcuntur. Inſuper ex iuuantibus pars affecta cognoſcitur, quia ſi noxa ſit ſupra partem paraliticam, & huic medicamenta applicentur, nullum ægrotantes conſequuntur iuuamentum. contra, ſi oppoſitum fuerit. Præterea diligentiſſime interrogandi patientes ſunt, an aliqua primitiua cauſa præceſſerit, vt in eo, qui ex curru decidetar, fecit Gal. vnde ſi exempli cauſa ictus fiat circa os ſacrum, & paralyſis in crure ſuccedat, dicendum non cruris neruum, ſed originem fuiſſe affectam. Quo ad ſigna cauſarum, intemperies ex prægreſſis refrigerantibus & humectantibus facile cognoſcitur, vt contigit illi piſcatori, qui lotium continere non poterat. & multo magis ſoluta unitas. quæ vbi non adſint, malum ſit ratione anguſtiæ (nam cerebri vitia ex ſuperius dictis cognoſcuntur.) Quæ quidem anguſtia, ſi fiat ex compreſſione, ſiue ſit tumor, ſiue luxatio, facile cognoſcitur. ſi fiat ex ſubſidentia, præter id, quod præceſſit cauſa vehementer exiccans, vnà cum paralyſi erit annexa vt plurimum, conuulſio, & aliqua membri contractio. Si hæc non fuerint, erit indicium obſtructionis, quæ vt plurimum contingit. cuius cauſa ex humorum dominio, & aliis in dolore capitis propoſitis facile cognoſcitur. Paralyſis autem ſenes & præcipue tempore hiemis frequenter inuadit. eſtque paralyſis ſui natura vitium valde pertinax. & ſi fiat à ſoluta vnitate, ferè curationem non admittit. pariter ſi poſt ictum illico ſuccedat, impoſſibilis eſt curationis: ſecus ſi ſenſum poſt ictum ſuboriatur. intemperies autem facile remouetur. ita tumores auferri poſſunt. Obſtructio inter initia poteſt remoueri; ſed ſi patiens male tractetur, & materia dura & irreſolubilis reddatur, impoſſibilis eſt curationis. dicebat autem Gal. de paralyſi loquens. „Sed in talibus omnibus neruoſi generis affectibus, cum ob pituitoſos, & frigidos fiant humores, „vt ſunt tum paraplegiæ, tum apoplexiæ, febris calida ſuperueniens non modico adeſt iuuamento. Dum autem paralyſis pertranſit annum, vt plurimum non curatur. eodem modo dum reſolutum membrum imminuitur, aut eius color immutatur, difficulter, vel forte non curatur. Subſidentia verò ex ſiccitate nullo modo adimi poteſt. Ratione autem intemperiei oporret calefacere, & exiccare: ratione ſolutæ vnitatis adglutinare. propter anguſtiam, ſi ſit tumor, huius materia euacuanda, proinde digerenda, &, ſi dura, emollienda. Si fuerit obſtructio,

Differentiæ.

Signa.

*Gal. lib. de cauſis morb. c 7. 4. de loc. c. 2. & li. 2. de muſc. motu. & 3. de loc. 10. Gal. 3. de artic. tex. cō. 100. præſertim.*

*Galenus 1. de loc. c. 6.*

Signa partium affectarum.

*Gal. loc. cit.*

Signa cauſarum.

Prognoſtica.

*Gal. 2. prædi. com. 10.*

Indicationes.

Digitized by Google

ctio, craſſa materia attenuanda, viſcida, detergenda & eradicanda. & totum prius euacuandum.

Curatio. Chirurg.

Si igitur paralyſis ex craſſa, & viſcida materia neruos obſtruente producatur (de hac enim ſola ceu illa, quæ ad hunc locum attinet, loquendum eſt, quia quonam pacto intemperies, & tumor remoueatur, patet ex alibi traditis) quæ ſæpe occurrit, & præſertim poſt apoplexiam, ſi paralyticus ſit ſanguine refertus, vt tuto localibus vtamur, ſecanda vena, & ſanguis euacuandus, non tamen in multa copia, quia morbus eſt diuturnus, & cibi abſtinentia indigemus, & inſtitutum noſtrum non eſt refrigerare, ſed ſolam euacuationem moliri, ideo non ſunt tranſcendendæ octo vel decem vnciæ ſanguinis, quia etiam ſi maxima ſanguinis copia adeſſet, etiam per inediam imminui poteſt. Proſunt etiam veſicatoria, & cauteria, quæ diutius aperta detinenda. cauteria autem gratia præſeruationis parti robuſtiori applicantur, gratia autem curationis parti affectæ affigenda ſunt. Vnde, ſi verbi gratia, malum ſit in vtroque crure ex materia ſpinam occupante prope os ſacrum, oſſi ſacro applicanda veſicatoria, & tandem cauteria, & partes illæ detineantur apertæ. ita probantur cucurbitulæ ſcarificatæ, & inciſiones oleo ſalito obliniantur. Sed ad hæc non eſt confugiendum, niſi corpore exactiſſimè expurgato. non eſt tamen vſque adeo differendum, vt non amplius relinquatur ſalutis ſpes: ſed corpore exactiſſime expurgato, vbi videmus affectionem eſſe pertinacem, ad hæc confugiendum. Ideo ſat eſt ſpatio menſis mitioribus occurrere, deinde ad hæc accedere, quia tuta ſunt corpore expurgato, & expurgato conſeruato. tandem laudantur cucurbitulæ non ſcarificatæ, & frictiones in parte paralytica ad attrahendum alimentum, ſed poſt exactam totius purgationem, dum vtimur validis reſoluentibus, quæ extra applicantur.

Pharmacia.

Medicamenta cõmunia.

aluus autem lenienda & materia præparanda, vt in epilepſia dictum fuit, & bis & ter purgatio repetenda vnde ſyrupi primo ſint ſimplices, poſtea compoſiti in epilepſia propoſiti. nunquam autem relinquenda ſunt ſtœchas, triſago, ſiue chamædrios, & iua. ita ſoluentia valida exhibeantur, vnde probantur pilulæ de euphorbio, fœtidæ, & ſingulis quatuor, vel quinque diebus, prout corpus robuſtius erit, exhibendæ ſunt, à ſemidrach. vſque ad drach. 2.s. quando ſcilicet corpora erunt robuſtiſſima.

Caputpurgia.

Cerebrũ roborantia.

Et poſt purgationem ſi caput & cerebrum primario ſit affectum, maxime conducit expurgatio capitis per os, & per nares: ſi non ſit affectum, caput purgia dimittenda, & ad magis peculiaria medicamenta pergendum, quæ ſunt duplicia. vel enim corroborant cerebrum tanquam totius affectionis radicem, vnde licet vti hoc medicamento, ℞. diambræ, antidoti pliriſarcoticon, diamuſci dulcis ana ſcrop. 1. pulueris hirundinis præparati drach. ſem. ſeminum coriandri præparati drach. 1. ſacchari roſati drach. 3. cum ſaccharo diſſoluto in aqua roſata, fiant rotulæ, ex quibus æger ſæpius parum in ore teneat:

Euacuantia materiam coniunctam.

Intus exhibita.

Vel materiam coniunctam & obruentem euacuant, quæ ſunt pariter duplicia, quatenus vel intus, vel extra adminiſtrantur. Intrinſecus corpore diligentiſſime expurgato, probantur propoſita in epilepſia, vt guaiaci decoctum, potus thermarum, & alia propoſita. potiſſimum autem hic obſeruandum, vt dum aſſumitur decoctum, frequentius corpus purgetur. & dentur etiã pilulæ ex caſtoreo quod optimum eſt. Præterea ex triſagine, ex iua, ſecundum modum propoſitum in epilepſia. ita maxime extollitur confectio anacardina, quæ illico ſudorem prouocat. & Raſis tranſcendit doſim, vt etiam Paulus caſtorei doſim excedit. Exhibent enim ad vnc. s. quia ſtudent febrem excitare, quia hæc perſeuerans poteſt materiam obſtruentem attenuare & reſoluere. & his utendum non ſemel, ſed bis, & ter pro neceſſitate: & dum ſupra doſim exhibentur, bis, & ut plurimum ter, ſi paralyſis non adiuuatur, oportet per aliquot dies intermittere. ita magnæ confectiones optimæ ſunt ad drach. 1. exhibitæ. A Paulo quoque præter caſtoreum laudatur ſagapenum, & opoponacum, ad drach. vnam cum aqua mulſa, quæ etiam laudantur ab Aetio, nec non diatrium piperum.

*Pau. & Aet. prop. c.*

*Auic. cap. prop.*

Extrinſecus admota.

Extrinſecus ex Auicenna vtendum calidis, tenuis ſubſtantiæ, & vnctuoſis, vt fiat emollitio. ideo laudatur inunctio ex oleo nardino, coſtino, de hyperico, de lumbricis, laurino, de piperibus, de euphorbio, & cum caſtoreo, ſagapeno, ſtœchade, & cera licet cerata conficere. licet quoque ſacculos parare ex hyſſopo, ſampſuco, pulegio, calamento, ſaluia, ruta, hyperico, & aromatibus. ex quibus omnibus licet etiam parare decocta pro fomentis. Quæ omnia parti læſę, & obſtructæ admouenda ſunt: licet etiam ex eiſdem conficere decoctum, & balneum in quo agitentur membra reſoluta, vt ad ea ſanguis, calor, & ſpiritus trahantur, vt melius alimentum attrahant, concoquant, & excrementa expellant, & digerant. Et poſt balneum ex prædictis medicamentis inungantur, & vulpina pelle operiantur. Aduertendum autem, quod ſi loquamur de reſoluentibus materiam obſtruentem, poſt corporis expurgationem non ſunt ſtatim patientes ad balnea ſicca, ad foueas, & violentas euaporationes demittendi, quia materia lapideſcit. ideo ad hæc exteriora valentiſſima non eſt accedendum niſi poſtremo loco. Et à principio vſque ad finem in emollientibus perſiſtendum, quamuis inter initia in maiori, poſtea in minori copia. Quare maxime probantur medullæ calidiores, vt ceruina cum oleo de caſtoreo. Ita extollitur medicamentum ex oleo vulpino; licet magiſtraliter vulpem in oleo communi decoquere imponendo calefacientia, attenuantia in epilepſia propoſita, vt ſunt iberis, calamentum montanum, triſago. Et ſenſim à mitioribus ad valentiora aſcendendum, vt ad aquam vitæ, quæ optima eſt, & vſque ad ſinapiſmata, nunquam ab vnctuoſis deſiſtendo. Quare in tempore fouearum inungendæ etiam partes oleo vulpino, vt emollitio fiat, non autem ſolummodo tenuium partium reſolutio. Dum enim ſupraſcriptis non liberantur, balnea ſulphurea petere debent, ænea, aluminoſa, vel lutoſa, & aerea, ſeu fumoſa. & expedit vt cum eiſdem aquis ſtillicidium ſuper nucham ſuſcipiant.

Victus ratio.

Victus ratio, vt in morbo comitiali dictum fuit, & in conuulſione dicetur, ſit attenuans, ac ſiccior. vnde modicis cibis, eiſdemque ſiccis utantur. & ſitim quoad poſſunt maxime ſuſtineant, & famem ſimiliter.

Vinum

Vinum deuitent, niſi paucum ægritudine declinante,& ſit mediocre. pro potu maxime probatur hydromel, quod fit ſi octo partes aquæ vni mellis miſceantur, & bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, & coletur. nam in omnibus frigidis capitis, & neruorum ægritudinibus maxime laudatur.

## *De Stupore.* *Cap.* *XVII.*

*Galen. 1. de ſym. cau. c. 1*

QVAE de paralyſi, prout de tactu ablato prædicatur, dicta ſunt, eadem pro ſtuporis cognitione, declaratione & repetenda ſunt. cum enim, ex Galeni ſententia, nil aliud ſit quam difficultas quædam ſentiēdi, ſiue tactus diminutus propter tactiuæ facultatis imbecillitatem, hinc fit, ut tum via ad paralyſim, eiuſque nuncius ſit; (quippe ſtuporis diſpoſitio, Galeno teſte in 2. de loc. cap. 3. inter reſolutionem & integram valetudinem media eſt) tum ab ijſdem cauſis, mitioribus tamen, producatur, & potiſſimum à frigida & humida intemperie. idem dicendum de his, quæ neruos replent, ut de liberaliore uini vſu, & alijs propoſitis: vnde interdum vniuerſa corporis cutis ex crapula, & vinolentia fuit ſtupore affecta. ſimiliter a nimio timore poteſt fieri primo tremor, ut in ſequēti capite apparebit, deinde ſenſus tactus auferri. Ex quibus patet, quod eadem materia petens neruos, infert varia ſymptomata: quia ſi craſſior eſt, conuulſionem producit: ſi tenuior, & integram in neruis anguſtiam promoueat, paralyſim: Si materia ſemianguſtet, interdum ſtuporem, interdum tremorem, vt in ſequenti capite dicemus, generare poteſt. cum enim ſtupor ad ſenſum tactus pertineat, tremor ad voluntarium motum, ſi materia petat neruos motiuos, fit tremor: ſi ſenſui deſtinatos, & in ſuperficie circa partes cutaneas magis conſiſtentes, fit ſtupor: vel etiam ſi eadem materia neruum petat, qui tum motus, tum tactus facultati deferendæ ſit deſtinatus, ſi affectio & anguſtia, quam materia hæc producit, ſit exigua, poterit ſeruari quidem motus partis vicinæ, ſed ſtupor in remotiſſima & ultima parte promoueri, vt in eo qui ex curru deciderat factum fuit, qui in extrema medij digiti parte ſtupore affectus eſt. Quo ad ſigna eadem repetenda ſunt, quæ in paralyſi fuere propoſita. Et idem de præſidijs dicendum eſt.

Nomen, & Definitio.

Cauſæ.

Signa, & Curatio.

## *De Tremore.* *Cap.* *XVIII.*

STVPOR quam conuenientiam habet cum paralyſi, eandem habet & tremor. nam ſicuti in paralyſi motus omnino auſertur, ita in tremore diminuitur. Eſt igitur rationi conſentaneum, ut de tremore hoc in loco diſſeramus, potiſſimum cū in eo quoque, ſicuti in paralyſi, & ſtupore, cerebri apophyſes, ſeu propagines, & animalis facultas afficiantur. Tremor itaque quemadmodum colligimus ex Galeno lib. de tremore cap. 5. eſt motus voluntarius, imminutus propter facultatis imbecillitatem. Diximus eſſe motum imminutum, quia cum motus poſſit imminui vel in velocitate, & quo ad intenſionem, vel in duratione, & quo ad extenſionem, hoc verificatur primum de motu tonico, in quo potiſſimum tremor, & motus imminutus detegitur. non enim muſculi in actione propria longo tempore perdurare poſſunt, propter facultatis imbecillitatem, vincente per interualla membri grauitate. vnde dicebat Galenus, Cum facultates motrices partium, quæ vehuntur ponderi multum præſtāt, tum citra negotium attollunt, ac facile ſublimes eas ſeruant. at ſi multo inferiores ſint, ut in reſolutis, eas ne eleuare quidem poſſunt. ſi pares ſint, uiciſſim ſuccumbunt, facultatibus partim attollentibus, partim pondere partis deprimente. cum igitur motus tonicus non membri, ſed muſculorum ſit proprius, motus hic in tremore quo ad extenſionem imminuitur. Secundo, definitio & motus imminutus verificatur etiam de motu translatiuo membrorum à muſculis motorum, qui quidem ad differentiam translatiui motus, qui ſit à membri pondere deorſum vergente, a facultate cietur, quoniam in tremore motus hic ſemper in velocitate, & penes intenſionem, imminuitur. Verum Galenus tremorem non ſub actione motiua imminuta, ſed potius deprauata repoſuit, quia potiſſimum ad eius formam reſpexit, & ad interceptionem voluntarij motus ex membri pondere ad motum oppoſitum traducente prouenientem. & inſuper hunc motum conſiderauit, prout à duplici agente producitur, facultate uidelicet, & membri pondere. nos uero, qui de animalium functionum læſione loquimur, & ſubinde ad principalem agentem cauſam, videlicet ad animalem facultatem mouentem oculos direximus, motum hunc non deprauatum, ſed imminutum eſſe diximus. potiſſimum quia ponderis partis vt plurimum in naturali ſuo ſtatu perſiſtit, & per ſe non mouentis, ſed mobilis, in quo adeſt reſiſtentia, rationem habet. Facultas autem mouens eſt illa, quæ, ut in definitione dictum eſt, ſemper à naturali ſtatu deflectitur; & ſemper, vt ait Galenus, in tremore imbecilla eſt. vel abſolute, vel reſpectiue, vt iam apparebit. Poſtremo nos diximus non motum abſolute diminutum eſſe, ſed voluntarium motum; ad motum autem voluntarium, prout voluntatius

Continuatio.

Definitio.

*Gal. 1. in 3. epid. com. 4.*

*Galen. l. de diff. ſym. c. 3.*

Ga. cur tremorē ſub deprauato motu poſuerit.

tarius eſt, producendum, non pondus membri quod ſolius mobilis rationem habet, ſed ſola facultas concurrit. Nam pondus inuoluntarij motus in cauſa eſt. Galenus vero repoſuit tremorem ſub motu deprauato, quia pro quodam aggregato ex voluntario, & inuoluntario motu tremorem accepit. Ob id etiam, pro huius ſymptomatis cauſa perpetua, facultatis imbecillitatem aſſignamus. Sic enim, ait Galenus, tremores enim cauſam, vt ita dicam, coniunctam habent virium imbecillitatem. Illæ autem imbecillæ fiunt aut per ſe, aut propter plenitudinem ipſas prægrauantem, & ſubinde ex accidenti. Hanc autem tum per ſe, tum ex accidenti virium imbecillitatem, & proinde omnes tremoris cauſas magis declarat, & ad tria capita potiſſimum reducit, dum alio in loco ſic inquit. Itaque tremor fit non tantum muſculis, neruisq; affectis, ſed etiam bene valentibus. Cum quis ſupra vires onus attollere molia-tur. conſpiciuntur enim iuuenes robuſtiſſimi cum pergraue onus portant, cruribus tremere, quod ſenibus, & debilioribus in minoribus contingit oneribus. ita animi perturbationes tremorem inducũt. & poſtea inquit, Quare in lib. de tremore recte eſt à nobis probatum tremorem ſemper ex virium infirmitate excitari. quoniam vero interim per ſe infirmæ ſunt, interim propter animi perturbationem, aut etiam ſuapte ratione nihil omnino patientes, ſed graui onere oppreſſæ, tres in ipſis cauſarum differentias, vt inſtrumentorum voluntati attributorum intemperiem, animi perturbationem, & oneris grauitatem eſſe diximus. eandem penitus cauſarum diuiſionem alijs in locis ad vnguem poſuit. Quare cum Galeno dicere debemus, Tremorem ſemper propter virium imbecillitatem penes membra tremore affecta conſideratam fieri. Sunt autem imbecillæ vel per ſe, vel ex accidenti. per ſe autem ſunt infirmæ, & languent duplici de cauſa, videlicet, vel quia non influunt ad organa voluntario motui deſtinata, ad neruos ſcilicet & muſculos: vel quia horum organorum vitio, quamuis poſſint influere, non tamen in organis ſuſcipiuntur. Non influunt autem, vel quia diſſipantur ſpiritus animales, vel alio euocantur. Diſſipantur autem ratione ætatis, ex diuturno & graui morbo, ex immodicis euacuationibus, aut immodico ſanguinis fluxu, ex vigilijs, inedijs, exercitijs, balneis, immoderata, & intempeſtiua venere aut vehementi ægritudine, aut ſolicitudinibus, ita interdum animalis facultas diſſipatur ab ijs, quæ à tota ſubſtantia ſiue proprietate occulta neruis ſunt infenſa, vt eſt hydrargiri vapor immodicus. alio autem euocantur, dum ex inflammatione capitis, verb. gracia in parte dextera, in ſiniſtra tremor exoritur. Quod ſi facultas organorum vitio in membro non ſuſcipiatur, hoc euenit vel quia in organis voluntarij motus, vt ait Gal. adeſt intemperies, vel aliqua anguſtia, præſertim in neruo partis tremore affectæ, quæ fit interdum à pituita, nonnunquam à bile, vnde non raro ſub acutorum morborum finem tremor oriri deprehenſus eſt: vnde fit tremor etiam ab ijs, quæ neruos acrius feriunt, & implent, vt vinolentia, & vini meracioris potiſſimum ſtomacho ieiuno liberalior vſus: quæ cauſa eſt frequentiſſima: nam principium neruorum ſtatim petit, & propter crapulam, & vini multitudinem membrum quoque nimis humectatur, & mollificatur, & nimis repletum ponderoſius euadit. ita propter potum aquæ plurimæ, præſertim poſt coitum, balneum, exercitium, inediam, tremor oritur, quia cauſa frequentiſſima tremoris eſt ſuperflua frigiditas, aut humiditas neruos remolliens. Et quod dictum eſt de paralyſi, quo ad virtutis imbecillitatem per ſe, idem quoque in tremore ſupponendum eſt: nam differentia eſt ſolummodo ſecundum magis & minus. Si vero vires non ſuapte natura, ſed ex accidenti imbecillæ ſint, hoc vel propter animi perturbationem (vt inquit Galenus) quoniã ratione timoris, animalis facultas concentratur: vel propter oneris grauitatem contingere poteſt. Verum circa animi pathemata animaduertendum, quòd quamuis poſſimus dicere ab his vires imbecillas per ſe reddi, quia ſpiritus alio euocantur, & nos ſemper debemus hanc virium infirmitatem ad membrum tremore correptum referre: attamen Galenus inter cauſas, à quibus vires ex accidenti imbecillæ redduntur, animi perturbationes repoſuit, quia in timore exempli gratia neque totum, neque pars aliqua læditur, neque animalis facultas, vel ſpiritus labefactatur, aut diſſipatur (dummodo animi deliquium non inferat) ſed ſolum ex accidenti, & propter retractionem ad interiora quodammodo afficitur. Quo ad oneris grauitatem, hæc vel extrinſeca eſt, vel intrinſeca, ideo dicebat Galenus, à plenitudine ipſa ponderis modo degrauante imbecillam virtutem ad motum fieri. quemadmodum contigit ancillæ, cui neque ſanguis fluxerat poſtquam filium peperiſſet, os autem vuluæ auerſum erat, ac dolor in coxam, & crus pertingebat, & ex talo ſanguis detractus profuit, etiamſi tremores totum corpus occuparent. Nam Hip. hoc remedio eodem tempore, tum ad tremoris cauſam nempe ſanguinem, tum ad cauſæ occaſionem, vuluæ videlicet affectum, & inclinationem, reſpexit. Tremor autem ſeipſum manifeſtat, & eius cauſæ, præſertim ex his, quæ de paralyſi dicta ſunt, faciliime cognoſcuntur. Eſt autem tremor via in ſpaſmum, vel paralyſim prout materia craſſa, vel tenuis eſt, & prout diuerſa neruorum genera obſidet. Tremoris autem indicationes curatiuas proponit Gal. lib. de humore cap. 5. & ex dictis ſuperius faciliime eliciuntur. Similiter præſidia, quæ ad hunc locum congrua ſunt, ex eodem capite de paralyſi ſunt petenda, præſertim ſi loquamur de ſubſidijs, quæ diriguntur ad cauſas, vt quarum vires per ſe, & ex propria ratione, redduntur infirmæ: Dum enim ex accidenti ratione oneris prægrauãtis, & plenitudinis tales euadunt, proculdubio non ſolum confert phlebotomia, verum etiam ſanguis, vt in exemplo propoſito clarum eſt, in maiori copia, quam in paralyſi, poteſt euacuari. Quod ſi virtus per ſe ſit imbecilla, non ſolum in tremore, verum etiam in omni neruorum ægritudine multitudo phlebotomiæ valde nocet. vnde niſi tremor ſanguineus ſit, non eſt ſecanda vena, vt in paralyſi dictum fuit. idem de medicamentis aſſerendum. ideo Auicenna iubet curandum eſſe tremorem, ſicuti ſtuporem curamus, ſtupori autem occurrimus ijſdem præſidijs, quibus vtimur in paralyſi, vt differentia ſolum ſecundum magis,

*Cauſæ.*

*Gal. 1 in 3. epid. com. 2.*

*Gal. 1. in 3. epid com 4.*

*Gal. l. 2. de humor. com. 32. & l. de tremore rig. & conuulſ. c. 5.*

*Gal l. de tremore c. 5.*

*Gale lib. de tremor. c. 5.*

*Signa. Prognoſtica.*

*Curatio.*

*Chirurgia.*

*Pharmacia.*

Digitized by Google

magis, & minus ſit. Verum in tremore à proprietate mirificè prodeſt oleum de flore triſolij origini neruorum, & membro tremulo applicitum cum optima frictione. ita conſert emplaſtrum ex folijs eiuſdem confectum. cerebrum etiam leporis aſſatum ad hoc mirabiliter conſert, & ideo frequenter comedatur. & ſi tremor ſit in capite, ſtœchas ſumpta ſingulis diebus ad pondus drachm.j.vel ij. cum vnc.j.hydromelitis, aut in forma pilularum maxime iuuat. Caſtoreum vero, & oleum de cucumere aſinino ſunt maxime conuenientia in tremore à cauſa frigida, ſiue caſtoreum extra applicetur, ſiue intus ſumatur. Vnde pro cauſarum varietate diuerſimode occurrendum, vt ait Galenus, & idem ſi fiat ex immodica refrigeratione calidum ipſis præſidio eſt. Similiter his medemur, qui per refrigerantes febrium circuitus rigent, & tremunt. contra ſi ex ſudore, & euacuatione nimia fiat, contraria conueniunt, nempe refrigerantia, denſantia, & adſtringentia. Si ex alimenti penuria oriatur, & inedijs, alimento vtendum eſt. In tremore autem valde nocet immodicus vini vſus, quia, vt ait Galen. neruos communiter pertentat, necnon etiam aceti, coituſq; & aquarum frigidarum. aqua tamen pluuialis minimè nocet.

Vic.ratio.

*Gal. lib. de tremor. c. 5. in quo curat exactio tremore. Gal. 2. in 3. epid. com. 5.*

## *De Conuulſione.* *Cap.* XVIIII.

DE conuulſione poſt tremorem tractare conueniens eſt, tum quia in ipſa voluntarius motus multo magis offenditur, cerebriq; propagines longe magis afficiuntur: tum quia hac non percepta omnia oculorum vitia aſſequi non licet, cum ſtrabiſmus, vt ſuo loco dicemus, ex conuulſione generetur. per conuulſionem autem, quæ à Græcis ſpaſmus dicitur, eam in communi conuulſionem intelligere oportet, quæ tum de exquiſita, quæ ſolius morbi, vt ait Galenus, motus eſt, tum de non exquiſita, quæ ſolius naturæ expultricis, videlicet irritatæ, prædicatur. Conuulſio igitur ſic accepta, ſeu prauus hic muſculorum motus, eſt voluntarius motus impeditus propter violentam muſculorum contractionem. Diximus eſſe motum voluntarium impeditum, quia hoc eſt illud ſymptoma in læſa actione conſiſtens, quod in omni conuulſione patientes affligit. conqueruntur enim ſe mẽbra vel inflectere, vel extendere, ſeu ipſa muſculoſq; quoque pacto, etiam ſi velint, dimouere, & extendere non poſſe. & quoniam voluntarius hic motus nunquam propter facultatis motricis læſionem, vt in paralyſi, & potiſſimum in tremore contingit, ſed perpetuo propter affectionem inſtrumentorum, offenditur: ideo dictum fuit, motum hunc non labefactatum, ſed impeditum eſſe: actionis enim labefactatio in facultatem, impedimentum vero in organa magis rationabiliter refertur. Pro huius autem voluntarij motus impediti cauſa immediata, perpetuaque, violentam muſculorum contractionem accepimus, quia non alia de cauſa muſculorum extenſio tollitur, & ſubinde motus voluntarius impeditur, niſi quia eorũ contractio deprauatur, cum nobis inuitis contrahantur. vnde voluntarius hic motus impeditus huius cauſæ aſſignatæ magnitudini perpetuo proportione reſpondet. Nam quanto magis muſculi violenter contrahuntur, & hæc contractio diuturnior eſt, tanto magis voluntarius motus, & eorundem muſculorum extenſio læditur, & ita læſa longiori tempore perdurat. cum enim muſculi duo ſint potiſſimum motus, vt docet Galenus, quorum vnus eſt per ſe, nempe contractio: alter vero per accidens, videlicet extenſio, quæ contractioni opponitur: & motus hi ſe ſe mutuo ſuſcipiant, viciſſimque conſequantur: hinc fit, vt contractione deprauata, & violenter facta, extenſio de neceſſitate in eadem portione tollatur. imo dum oppoſiti muſculi vnicum membrum mouent, læſa, & deprauata in alterutro ex his muſculis contractione, neceſſe eſt, vt non ſolum eiuſdem muſculi extenſio, ſed etiam oppoſiti contractio auferatur. Quod autem contractio hæc violenta ſit, declarat Galenus, cum ait: Conuulſiones habere motus voluntarijs perſimiles, ſed inuoluntarios eſſe. Iã vero muſculi præter naturam contrahuntur, quia partes muſculoſæ, neruoſæque, vel morbo aliquo corripiũtur, vel à ſola morbifica cauſa afficiuntur, & irritantur. Si morbo corripiantur, fit conuulſio exquiſita, quæ huius ſolius morbi motus eſt deprauatus, & ex Hippocratis, Galeni, & omniũ ſententia duplex eſt, nempe vel ex repletione, vel inanitione. hæc enim ex ſicca intemperie, illa vero ex aucta potiſſimum magnitudine producitur. Fit enim ex repletione conuulſio, quia ſicuti pars neruoſa ſecundum latitudinem amplior euadit: ita ſecundum longitudinem abbreuiatur, quemadmodum chordæ dum aquam, vel humidum aerem imbibunt, craſſiores quidem fiunt, ſed breuiores redduntur. igitur hæc conuulſio poteſt fieri vel propter inflammationem, ſeu phlegmonem partis neruoſæ, ſiue ſit principium ſpinalis medullæ, ſiue alia neruoſa pars: vel citra inflammationem, & tunc vel à materia humoroſa, vel flatuoſa, ſed mordacitatis experte, produci poteſt. Sed potiſſimum locum habet materia pituitoſa. partes enim neruoſæ, dicebat Galenus, ex frigidis, & glutinoſis ſuccis nutriuntur, ideo ſæpe ex his conuulſionem patiuntur, & alibi ſic ait. Fit autem conuulſio humida ab humoribus lentis ac pituitoſis, qui partibus neruoſis inſerti ſunt. Interdum tamen etiam materia melancholica eam poteſt generare. Nam ſalſa pituita, & bilis excluditur, quia ratione ſtimuli ab expultrice partis extruditur. Hæc autem materia frigida craſſa, cauſas habet, de quibus aliàs dictum eſt. Vnde quæcunque conuulſio ex phlegmone, vel ebrietate, & crapula, vel ſuppreſſa conſueta euacuatione, vel intermiſſa exercitatione proficiſcitur, ad repletionem referenda

Continuatio.

Nomen.

Definitio.

Cauſæ.

Humidæ cõuulſionis, ſeu ſpaſmi ex repletione cauſæ.

Cauſæ remotæ.

*Gal. 6. aph. com. 39. 2 de ſy. ca c. 2. & 3. de loc. 6. Auic. 2. 3. c. prop.*

*Galen. 1. de muſcu mot. c. 4.*

*Gal. 1. in 3. epid. com. 1. verſus finẽ.*

*Gal. lib. de tremo c. vlt. Hip. 6. aph. tex 39. & Gal in com. & 3. progno. 39.*

*Gal. lib. de tremore rig. & conuulſ. cap 8.*

*Gal. 2. aph. com. 26. 5. apho. com. 70.*

renda eſt. idem dicendum de illa, quæ ex ſomno ſuper repletionem, & ſatietatem, ex forti exercitio corpore pleno, & balneo, corpore pariter repletu, procreatur.

Sicci ſpaſmi, ſeu côuulſ. ex inanitione cauſæ.

Conuulſio autem ex inanitione fit, quia pars neruoſa ſiccior, depreſſior, & breuior propter ſubſtantificæ humiditatis conſumptionem euadit, vt enim lora, inquit Galenus, quæ prope ignem ſicceſcentia contrahuntur, tenduntúrque, eodem modo ſpaſmi fiunt ex nimia morborum ſiccitate, quæ neruoſum genus admodum areſacit, & ideo fit à cauſis calefacientibus, & ſiccantibus non ſenſim, ſed confertim, cum impetuque, & violentia operantibus. ideo ex ardenti febre oriri ſolet. ita phreniridi exitiali ſolet ſuccedere, necnon ſinanchem, pleuritidemque conſequi poteſt. ita fieri poteſt ex immoderata euacuatione, ſiue ſit ſanguinis natium, ſiue per aluum, ſiue per vomitum, vel per ſudorem, vel ex elleboro plus iuſto euacuante, fiat. Idem de immodicis vigilijs, laboribus, inedijs, ſolicitudinibusque dicendum, necnon de omnibus cauſis calefacientibus, ſiccantibusque ſeu externis, ſiue internis, dum impetuosè agunt, quia nerui, & mēbranæ ſicceſcunt, & contrahuntur.

*Gal. lib. de tremor. c. 8.*

Cōuulſio ex vulnere, quæ nā ſit.

Ex vulnere autem, aut nerui punctura conuulſio fit quæ, tum humidi, tum ſicci ſpaſmi naturam redolet, cum enim non alia de cauſa fiat, niſi quia inflammatio partis neruoſæ, & potiſſimū ipſius nerui ſubſequitur, quatenus phlegmon, ſeu inflammatio replet, per modum repletionis tendit, prout autem eius ardor neruos, & cerebrum ferit, eorum ſubſtantificam humiditatem abſumit, & ſiccitatis ratione conuellit. hūc autem nobis manifeſtat ſanatio, cum non niſi ab oleoſis, calefacientibus tamen, curetur. nam ratione oleagineæ ſubſtantiæ fit humectatio; prout olea calida ſunt, fit materiæ in neruis imbibitæ diſcuſſio.

Spaſminō exquiſiti cauſæ.

Si vero neruoſæ partes à ſola morbifica cauſa afficiantur, & irritentur, fit quidem conuulſio, non tamen exquiſita, ſed ſpuria, quæ non ſolius morbi, ſed naturæ, expultricis videlicet irritatæ motus eſt. & ideo à cauſa moleſtante neruoſas partes generatur, quia cauſa poteſt ſtimulare, ſecundum qualitates euidentes, vel reconditas. vnde poteſt fieri ex materia tum humoroſa, tum vaporoſa, dummodo ſit acris, & præſertim ex materia biliosa, & præcipuè æruginoſa:
„ vnde cum quidam in ore ventriculi fortius à bile æru-
„ ginoſa morderetur, per conſenſum totum corpus conuulſum fuit, qua bile per vomitum eua-
„ cuata, ſtatim febris, & conuulſio ceſſauit: magis enim ſpaſmantur nerui per conſenſum à vē-
„ triculo, & à matrice, quam ab alijs membris.
ita poteſt produci ex materia putrida, ex putridis vaporibus, ex vermibus prodeuntibus, ita concurrit qualitas dolorifica, vt etiam in vulneribus fit. Proinde inquit Galenus, quod neruorum diſtentionem in neruuſis partibus dolor maxime infert, ſicuti refrigeratio conuulſioni maximè inimica eſt. Denique concurrit qualitas occulta, & venenoſa, vñ ex venenis, & ictib. venenoſorū animaliū, vt ſcorpionū, conuulſiones fiūt. Idē de elleboro ſtatuendum, qd generat côuulſionē exquiſitā, & nō exquiſitū, exquiſitā, cū immoderatæ euacuationis: nō exquiſitā pp venenoſam qualitatē. Quidā ēt tradunt pp animi accidentia, vt ob timorem, & triſtitiā, conuulſionē nō exquiſitā fieri poſſe.

*Gal. 5. aph. c. 1. & 3. de loc. 7.*

*Ga 1 2 met. ca. 8. 5 aph. com. 1. & 5. de loc. 6.*

*Galen. 4. de ar. com. 20.*

Differentiæ.

Differt aūt côuulſio tum rōne cauſarum, de quib. dictum eſt: tum rōne loci affecti, prout plures, variæq; corporis partes affici poſſunt. præcipuè autem differentiæ à loco deſumptæ tres ſunt. Cum enim vel totum corpus, vel partem occupare poſſit; Si totum corpus corripiat, vel ad anteriora tantum, & dicitur emproſthotonos, vel ad poſteriora, & vocatur opiſthotonos, vel ad vtranque partem, & indifferenter, & tetanos nuncupatur. Ideo in tetano ſunt duo ſpaſmi diuerſorum muſculorum, & neruorum ad oppoſitas partes trahentium, vnde membrum re-
„ ctum, & extenſum remanet, & ob id dicebat Galenus diſteotio ſeu tetanus eſt morbus pera-
„ cutus; vt quæ compoſita ſit ex illa, quæ ad anteriora, & ad poſteriora eſt, diſtentione.
Ad latera autem rariſſime fit, quia ibi pauci muſculi, & nerui reperiuntur. Cum autem conuulſio totum occupat, ſiue ſit emproſthotonos, ſiue opiſthotonos, vel tetanos, eius cauſa, & vitium in initio ſpinæ de neceſſitate continetur. Si autem conuulſio partem obſideat, hæc pars poteſt eſſe oculus, cutis frontis, linguæ radix, maxilla, labrum, vnde fit riſus ſardunius dictus, brachium, manus, crus, veſicæ ceruix, vel altera pars.

*Gal. lib. de diff. ſymp. c. 3. & lib. de trem. 1. vlt. & 4. aph. cō. 57.*

*Gal. 5. aph. com. 6.*

Signa.

Conuulſio autem oculis deprehenditur. diſtinguitur autem ſpaſmus totus ab epilepſia per hoc ſolum, quia eſt cum ſenſu intrinſeco, & extrinſeco. Quod ſi fit ex inanitione, neceſſario præceſſit cauſa exiccans & inaniens ex his, q̄ ſunt propoſitæ, quæ ſi non præceſſerunt, & malum repente fiat, præcipue ſi temulento, ac pleno homini ac ocioſo id eueniat, erit ex repletione. nam hæc repente fit: ex inanitione vero ſenſim, & multo tempore. ideo inquit Galenus, cum aliquem ſanum contigerit repente conuelli, ex repletione eſt. conuulſio autem flatuoſa, dum verbi gratia manuum pedumve digitos, vel crura, aut alias partes extendit, vel in ſe ſe contrahit, hoc fit ſummo cum dolore, ſed eo breui, & qui frictione ſola miteſcat: nam cauſa eſt craſſus, lentuſque vapor in neruorum propagines inſiliens, proinde ijs qui vino, & crapulæ, aut ſocordiæ, & deſidiæ ſe dediderunt, frequens eſſe conſueuit. Oportet autem diſtinguere, dum fit conuulſio ex pharmacorum, vt veratri, inſigni euacuatione, vel cholera, an ſit ex inanitione, vel potius ſpuria, gratia prognoſtici. Hoc igitur deprehendi poteſt ex eo, quia ſi fiat poſt immoderatam euacuationem inſignemque, ex inanitione erit. Si vero accidat inter initia choleræ, aut dum primum pharmacum purgare cæpit, erit ſpuria ex praua materiæ orta qualitate. Præterea ſpuria conuulſio breuiori tempore perdurare ſolet, & citra partium conuulſarum euacuationem deliteſcere ſolet. conuulſio autem exquiſita, vel nunquam, vel cum maxima difficultate curatur. Differentiæ à loco affecto deſumptæ, & partes nerui primario affectæ ex dictis in paralyſi cognoſcuntur. Quas quidem ex traditis à Gal. 3. de loc. 6. & 10. & 4. de loc. 2. clarius adhuc deprehendere licet. Vnde ſi corripiat totum, & cum eo faciei quoque muſculi conuellantur, cerebrum affectum eſt, & eſt epilapſia. At ſi faciei partes, de muſculi illæſi maneant, ſpinæ initium afficitur, ſecundum ſe totum, aut ſecundum partem.

*Gal 2. aph. com 26.*

*Gal. 3. progroſtic. com. 32. & 2. in princ. epid. 24.*

Prognoſtica.

particularis autem conuulſio ex anatomes cognitione exploratur. Scribit autem Galenus, quod

con

conuulſiones,ſi ſermo fiat de his,quæ pueros exercent, eos potiſſimum corripiunt, quia comedunt lac,& multo,impeſtiuoq; alimento vtuntur, & eorum neruoſum genus imbecillum eſt:in naturalem tamen ſtatum facile redeunt. In pueris autem indicant conuulſionem, vigilia,expauẽſcere,magna cum vehementia fleuiſſe,& per aluum nõ deieciſſe, quæ cauſarum rationem obtinent,ſed præter has cauſas,futuræ conuulſionis ſigna ſunt colores præter naturam oborti,vt pallidus,vel liuidus, qui humorum malignitatẽ ſignificant: & ruber, qui ſanguinis copiam denotat.in adultis vero cõuulſionem indicant diſtorſio partium faciei, ſtridor dentium,oculorum dimotio.aut inuerſio,tremor & dolor circa collũ,& iuncturas, potiſſimũ in vulneribus. ita ſpaſmum anũciat facies veluti ridentis, anhelitus difficilis interſectus, ſuſpirioſus:non enim poteſt pectus dilatari propter diaphragmatis contractionem, & muſculorum.ideo inquit Hipp.in acutis paſſionibus cum febre luctuoſa ſuſpiria malum. & item ait, in febre non interpollata,ſi labium,aut palpebra, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus diſtorqueatur,mors propinqua eſt.Porro cõuulſio ex inanitione eſt ferè incurabilis, niſi quam citiſſime,& ſtatim inter initia occurramus.ideo ait Hipp. vbi ſanguis multus fluxerit, ſingultus,aut conuulſio ſuperueniens malum.& deinde ſubdit aliud vniuerſale pronunciatum, dũ inquit,ex ſuperflua purgatione conuulſio, aut ſingultus ſuperueniens malum. & alibi idem Hipp.ita.ſcribit,ab æſtibus fortibus conuulſio,aut diſtentio malum. & per affectus fortes Galenus intelligit febres,aeris feruorem,vel cauteria.dicebat enim Galenus, longum ſiquidem tempus exigitur ad ſiccitatem neruorum remouendam: vehementia autem morbi tempus non expectat,ſed cito vires diſſoluit,& ſubito exitium affert. Si vero conuulſio ſit ex repletione,& ex inflammatione,vel etiam ex materia frigida oriatur, extirpari poteſt. non tamen ita facile,dum à materia frigida,craſſaque producitur,quia tunc difficulter materia illa eradicatur.Quo fit,vt dum febris ſuccedit,ſalubre ſignum ſit.vnde dicebat Hipp.febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt,quàm è contra:nam à febribus lethales ſunt conuulſiones, ait Galenus,qui pariter inquit:A quartanis capti conuulſionibus non admodum capiuntur: Si vero prius capiantur,& quartana ſuperueniat,liberantur.quartana enim, ait,calore concoquit, & rigore expellit: calor enim febrilis materiam calefacit,attenuat, & diſcutit. tetano vero correpti,inquit Hipp. in quatuor diebus pereunt,ſi hos effugiunt,ſani fiunt, aiunt Hipp. & Gal. eſt enim morbus peracutus ex emproſthotono,& opiſthotono compoſitus, ideo natura longiori tempore tenſionem tolerare non poteſt: ſpaſmus autem non exquiſitus, vt plurimum ſalubris eſt.Si tamen fiat ex elleboro non ita facile tollitur. Scribebat autem Galenus:ex modis autem eorum, qui ex elleboro conuelluntur, ſanatur ex ipſis, licet difficulter, & qui propter morſum,& qui propter contentionem ex vomitibus fit.qui aũt ex ſiccitate accidit, ideſt inanitione,inſanabilis eſt.idem de reliquis ſuperpurgationibus dicendum. nam inquit Hipp. ex ſuperflua purgatione conuulſio, vel ſingultus malum.Si vero cõuulſio ex veneno oriatur, eſt prorſus lethalis. Quemadmodum etiam ex vulnere conuulſio lethalis eſt,ideſt,vt explicat Galenus in com.ad mortem ſæpius terminat:fiunt enim in vulneribus conuulſiones, ait ipſe, ratione ſequentis ipſa inflammationis,vbi partes neruoſas attigerit,& primo quidem videntur conuelli, quæ directo ſunt partium inflammatione laborantium: deinde poſtquam & principium attigerit,paſſio ad totum corpus extenditur.ſcribit autem Galenus 1. de præſag. ex pulſ.ca.4.quod conuulſi calidi,ſyncoptici,frigidi pereunt. Oportet autem, ſi conuulſio ſit ex inanitione, ſemper humectare, interdum vero refrigerare, vt dum verbi gratia ex febre ardenti fit:nonnunquam vero moderate calefacere, vt dum ex immodica euacuatione oritur,quæ etiam illico ſupprimenda eſt.Si ſit ex repletione,ſi adſit inflammatio, huic occurrendum eſt.Si non adſit inflammatio,oportet frigidam materiam calefacere,craſſam attenuare, viſcidamque detergere, & euacuare. Si conuulſio ſit ſpuria,pro diuerſitate cauſæ expultricem irritantis,diuerſi ſcopi eliciendi ſunt.Expedit autem in cõuulſione ex repletione, in qua ſanguis redundat,venam ſecare: & ſi fiat ab inflammatione oportet copioſiorem euacuationem moliri,id tamen reiteratis vicibus agendum eſt,propter ſequa accidentia, dolorem videlicet,vigilias,& alia,quæ hunc affectum conſequuntur. Si non fiat ab inflammatione, copioſus ſanguis extrahendus non eſt.ætas autem,& virtus ſupponenda ſunt,vnde ſi harum ratione venæ ſectione vti non licet, ſanguiſque nihilominus redundet, ſcarificatis cucurbitulis vtendum eſt,quæ procul ab affecta parte applicandæ ſunt. inſuper iiſdem cucurbitulis ſcarificatis,& veſicatorijs vti licet in parte conuulſa,in qua materia fixa eſt. Sed corpus prius exactiſſime expurgandum.Sicuti etiam in paralyſi dictum fuit, quæ magis adhuc in ſpaſmo laudatur, manibus in oleo coſtino inunctis, membra verſus figuram naturalem ſunt dirigenda. Quo ad medicamenta, in conuulſione ex inanitione extra maxime probatur balneum, ideſt Soliũ ſeu lauacrũ aquæ dulcis:& ſi ſpaſmus fiat à cauſa non ſolũ ſiccante, verũ ẽt calefaciẽte, aqua tepida ſit,in eaq; lactucæ,violæ, cucurbitæ decoquantur. contra ſi cauſa non ſit calefaciens,aqua moderate calida vtendũ eſt.in eaq; malua,borago, liquiritia, athea, fœnumgræcum decoquenda erunt.& Auicenna,vt maximè humectaret, balneum ex lacte,vel etiam ex oleo proponit.vnde licet quoque oleo amygdalino partes inungere,& ſi præter humectationem inſtitutum ſit refrigerare, oleum violaceũ addere oportet, vel ita medicamentum præſcribatur.℞.aquæ hordeaceæ lib.2.foliorum lactucæ manip.1. olei violati vnc.4.amygdalini vnc.2.fiat decoctio ad conſumptionem aquæ,& eo partes inungantur.& ſi deſideramus medicamentũ in maiori quantitate, fiat decoctio in vaſe duplici per quindecim horas. pariter licet adipe gallinaceo,aut vitulino,vel ſuillo partes largiter inungere. Interius vero cum humectare ſimiliter oporteat,progrediendum potius eſculentis potionibus, & cibarijs optime nutrientibus,& facilis concoctionis, vt lacte, & alijs, quibus in hecticis vti ſolemus. Si vero ſpaſmus ſit ex repletione, quid requirat inflammatio clarum eſt, & de ipſa adhuc clarius in

ſermone

*Marginalia:* Hip 6. aph. 54. — Hip 4. aph. 49. — Galen. 12. met.vlt. — Hip. 5. aph. 3.& 4.& 6. aph 9. Gal. 5.aph 70. — Hip. 6. aph. 26. — Gal.in com. — Gal. 2. aph. com.26 — Gale. lib. de tremo c vlt. — Hip. 2. aph. 26 et 4 aph. 57 Gale in cõ.& 5.aph. 5. — Gal. 5. aph. com.1. — Hip. 5. aph. 4. — Hip. 5.ap.2. Gal. in com. — Indicationes. — Curatio. Chirurgia. — Pharmaca. — Ad cõuulſionem ex inanitione. — Ad ſpaſmũ humidum.

ſermone de apoſtematibus, & externis vitijs loquemur. Si vero ſit materia frigida citra inflammationem, vtendum his, quæ in paralyſi fuere propoſita. differentia eſt, quia dum conuulſio eſt vniuerſalis, magis in purgatione feſtinandum eſt, vnde purgantia etiam ante præparantia exhibenda ſunt. Quod ſi malum præbeat inducias, canones in paralyſi propoſiti ad vnguem ſeruandi ſunt. nam ſolum differunt ratione materiæ, quæ in conuulſione craſſior eſt. vnde ne committatur error, nunquam ab emollientibus deſiſtendum, ne materia craſſior à ſiccis, & calidis medicamentis lapidea reddatur, quare emollientibus vtendum, ſed cum attenuantibus, & digerentibus permixtis: vnde eum oleis in paralyſi propoſitis licet inungere ceruicem, & totam ſpinam eodem modo, & ſæpe has partes oleo veteri perfricare, vel adipe vetuſtiſſimo, & poſtea cataplaſmata ibi propoſita applicare. ex Auicenna vero præſtantiſſimum eſt ren capræ pinguioris, vt emollitio fiat, in parteque detinendus, donec computreſcat. ita probatur vulpinum oleum, necnon decoctum ex pinguibus catellis paratum, quod præſtantiſſimum eſt, potiſſimum ſi tum decoctum, tum caro applicetur. & ex decocto balnea conficiantur, ſed miſcenda digerentia, & valide attenuantia, vt ad ſinapim, & alia in paralyſi propoſita liceat aſcendere. Intus tum magnis antidotis, tum caſtoreo, quod eſt præſtantiſſimum, ſecuriſſimumque, vti expedit. idem dicendum de guaiaci decocto, de purgantibus, & alijs in paralyſi propoſitis. Aiunt aūt Hippocrates, & Galenus in diſtentione ſine exulceratione, iuuene quadrati corporis, ſeu bene carnoſo æſtate media, frigidæ aquæ multæ perfuſio calorem reuocat ex accidenti: calor autem hanc ſoluit. Ad tetanum quoque, & opiſthotonum quidam laudant lotium caprinum cum aqua mixtum ieiuno ægrotanti exhibitum. ita ſi caſtorei, piperis albi, petroſelini, æquæ portiones tundantur, & cribrentur, & vnum cochleare cum vno mellis, & aquæ cyathis duobus tribuatur, præſtantiſſimum eſt. Quo ad ſpaſmum non exquiſitum, de hoc in proprijs capitibus, vt de vermibus, cholera, & alijs loquemur. Huius quoque curationem tradit Gal. 6. de tuenda c. 14. Exempli gratia, ſi ex vulnere oriatur, dolor mitigandus, & ſanies mouenda, vnde optimum eſt emplaſtrum ex althea cum oleo roſaceo extra applicitum, & terebinthina lota cum oui vitello in vulnere applicita. nucha autem cum oleo potiſſimum amygdalarum dulcium inungatur, & ſi adſit febris, parum olei violacei addatur: & ſi ſit punctura, vulnus cum inciſione aperiatur, donec virus tranſpiret, & in puncturā inſtilletur ſulphur, vel parum euphorbij cum oleo roſaceo, & terebinthina diſſolutum, & ſint actu notabiliter calida. ita vermes terreſtres in oleo roſato cocti, & applicati maxime probantur, & ſi ex putredine alicuius membri vulnerati oriatur, optimum eſt cauterium actuale ſuper putrida parte adminiſtratum. Si fiat à frigiditate loci vulnerati, locus, & partes circumſtantes foueantur cum pannis infuſis in oleis calidis, vt de coſto, de croco. Si fiat ab apoſtemate, curetur apoſtema ſemper mitigando dolorem inunctionibus, & emplaſtris, & infundendo membrum in oleo, & ſimilibus. & in omnibus ad neruorum originem oculos dirigere debemus, cum humectantibus ſecundum plurimum temperatis in actiuis. immo ſæpe oportet ægrotantem in vas ligneū & balneū ex oleo communi imponere, & dum exit, indumentis lana ſuccida ſuffultis ipſum induere, & tandem, dum mortem timemus ratione conuulſionis, vt ait Galenus, maxime expedit neruum ex toto per tranſuerſum incidere. Sed de hac in ſermone de vulneribus neruorum vberius loquemur. Quantum ſpectat ad victus rationem; ſi ſpaſmus humidus ſit, ex dictis in paralyſi capienda eſt. Si ſit ſiccus, ex hecticarum curatione potiſſimum haurienda erit. & paucum vinum cum copioſa aqua (maxime enim penetrat) concedendum eſt, quod ſit album, tenue, vnius anni, & ſubdulce. Iubent autem Hippocrates, & Galenus, pro præſeruatione, vt pueri potiſſimum, qui frequenter in conuulſiones cadunt, ut dilutius vinum bibant, non frigidum tamen, neque flatuoſum, & calida diutius rigentur.

Marginal notes: *Hip & Gal. 5. aph. 21. Ga 3. de offi. med. com. 32 prope fi. & 3. de tempe. c. 5.* — Ad ſpaſmum ſpurium. — *Gal. 1. de offic. med. 10. 13.* — Victus ratio. — *Raſis 9. ad Almanſ. c. proprio.* — *Hip. li. de ſalubri diæ. tex. 23.*

## *De vitijs oculorum, & primo de Ophthalmia.* Cap. XX.

Continuatio.

QVandoquidem de omnib. vitijs, quæ circa ſenſum tactus verſabantur, dictum eſt, & quadam ſermonis affinitate, conueniētiaq; vnà omnia mala, quæ motum exquiſite voluntarium afficiunt, explicata fuere, vt hac de cā, ſi de functionis animalis læſione loquamur, ij ſolū præter naturam affectus remaneāt declarandi, qui reliquos quatuor exteriores ſenſus lædere poſſunt, viſum videlicet, auditū, olfactū, & guſtum: non ab re erit, ſi in harum ſenſationū affectib. abſoluendis, ab oculorum vitijs exordiamur. Primo, quia hi in ſublimiori corporis loco, cerebroque proximiores conſtituti ſunt. Secundo, quia ſicuti tactus prior natura dicitur, quo ad originis prioritatem: ita viſus quo ad prioritatem perfectionis natura prior ſtatuendus eſt. Nam quod eſt perfectiſſimum, natura prius eſt, dicebat Philoſophus, quia natura intendit quod eſt optimum. Sed viſus cæteris ſenſibus perfectione, & nobilitate præſtat, vt ob id dixerit Ariſtoteles, quod viſus eſt primus ſenſus, viſibilia prima ſenſibilia: is etenim præter id, quod ſpiritalis exiſtit (non enim materialiter, ſed ſpiritaliter mouetur) philoſophiæ adeo conducit, vt ex Platonis ſententia vis oculorum ſit philoſophia, & propter hanc nobis oculi fuerint tributi. Vt enim ſcriptum reliquit Ariſtoteles plurimas nos faciunt cognoſcere rerum differentias, & propterea ipſos ſummopere diligimus, ſubindeque eorum malorum cognitionem

Marginal notes: *Ariſt. 8. & 12. metaph.* — *Plat. in Timæo.* — *Ariſt. in proem. metaph.*

nem vehementer expetimus, quæ ſenſum viſus corrumpere, & labefactare valent. Ne igitur hoc deſiderium diutius protrahatur, de oculorum vitijs, primo loco agere debemus. Præſertim cum inter hos ſenſus nullus doctrinæ ordo neceſſarius, ſed ſolum ad bene eſſe, ad placitumque reperiatur: non enim vnus eſt ad alterius cognitionem neceſſarius, ſed omnes ſunt quaſi ſpecies ſub eodem genere conſtituti. Quare tum ad præſtantiam, & dignitatem, naturæque prioritatem; tum ad vtilitatem, vt dictum eſt, reſpicere oportet. Oculorum itaque vitia, quamuis varia, & ferè innumera ſint, ad duo tamen præcipua capita redigi poſſunt. Quædam enim oculo inquantum oculus aduerſantur, & principalem eius functionem, nempe viſionem de neceſſitate lædunt: quædam vero oculum ipſum quatenus eſt membrum ſenſu tactus, & motu præditum affligunt, & ſecundarias functiones, alijs corporis partibus alioquin communes, peruertunt. Et quoniam illa in cornea membrana, vel intra ipſam ſunt recondita, hæc vero extra corneam, hoc eſt tunicam illam, quæ a dura meninge ortum ducens, oculi globum, & neruos opticos inuoluit, poſita ſunt; Idcirco de his, quæ extra corneam exiſtunt, cum ferè omnia nobis in conſpectu ſint, imprimis agemus. Ordo ſiquidem doctrinæ expoſtulat, vt è communioribus, & nobis notioribus exordiamur, vt per hæc ad ea, quæ ſunt propria, reconditaque facilior fiat tranſitus. Si igitur de affectibus extra corneam habeatur ſermo, hi poſſunt eſſe tum morbi, tum ſymptomata; & hi, vel adnatam tunicam, vel oculorum angulos, vel palpebras, vel muſculos oculos mouentes exercent. Si igitur ab affectibus adnatæ ducamus initium, hæc tunica morbis vt plurimum in mala compoſitione, vel ſymptomate de genere exeuntium corripi ſolet. inter morbos autem tum ophthalmia, tum vnguis, pterygion à Græcis dicta, recenſeri debet. quorum ille in magnitudine, hic autem in numero excedenti ſtatuendus eſt, & horum vterque oculi motum impedit: ophthalmia vero eiuſdem quoque facultatem tactiuam neceſſario deprauat, cum maximos, & acerbiſſimos, vt plurimum moueat dolores. Ab hac autem exordiri propoſitum eſt, non ſolū, quia propter albedinem adnatæ faciliime ſe ſe pandit, verum etiam, quia inter cæteros oculorum morbos frequentiſſima eſt, & magni momenti, vt niſi rectè tractetur, ſæuiſſimos excitet oculorum affectus.

*Galen 4. de med.loc.c.2.*

Quæ igitur Græcis ophthalmia, à Latinis vero lippitudo nuncupatur, nil aliud eſt, quam adnatæ, ſeu coniunctiuæ oculorum tunicæ inflammatio. per inflammationem vero, & exquiſitam, & non exquiſitam intelligere oportet, ex quauis redundante ſubſtantia oriatur, dummodo tunica hæc rubore præter naturam perfundatur, à quacunque cauſa id contingat. Vnde huius mali non vnica, ſed triplex ab auctoribus proponitur differentia, cum tamen ſub maioris, & minoris ratione potius differat. Prima igitur differentia taraxis Græce; Latine conturbatio dicitur, quæ cum à cauſa extrinſeca exoriatur, vt ſole, fumo, puluere, aut oleo, facile ſoluitur. Secunda ophthalmia, & verè lippitudo dicitur, quæ non extrinſecus tantum, ſed ab interna etiam cauſa excitatur, nec ita facile ſoluitur. Quod ſi adeo ophtalmia ingraueſcat, vt inflammatio magna ſit, & dolor vehemens, vt vtræque palpebræ inuerſæ ſint, vt vix ab eis oculi contegantur, & album oculi ſublimius euaſerit, rubiumque magna ex parte nigrum occupet, tunc oritur tertia differentia, quæ non amplius lippitudo vera, ſed Græce chimoſis, Latine etiam chemoſis appellatur, quæ ſecundum plurimum accidit infantibus, & in oculis prominentibus, cum ſint faciliùs materierum ſuſceptiui, & vt plurimum fit ex ſanguine phlegmatico, magna totius, & capitis exiſtente plethora. At vero lippitudinis veræ cauſæ tres eſſe ſolent, prout adnata vel à ſanguine diſtenditur & repletur, vel ab humorum influentium acrimonia vehementius eroditur, vel propter aliquam extenſionem eius ex craſſis ſuccis, ſpiritu ve flatuoſo genitam, vehementi dolore cruciatur. Sæpe autem ophtalmia, fit à ſanguine tenui, bilioſoque, cuius fluxio à plethora, ſolis æſtu, exercitatione, balneo, & alijs fluxionis cauſis tentatur. Quū autem effluxus ad oculos commeat (dicebat Galenus) omnes concedunt à capite deſtillare. cur autem ſtatutis temporibus ſæpius commeat, luculentiſſime declarat idem Galenus, quemadmodum nos quoque in ſermone de febribus, dum de cauſis periodicationum loquemur, declarabimus. Hoc autem vitium in communi facile cognoſcitur, quia ſanguis venas exit, & hæret adnatæ, in qua ſi tantummodo apparebit humiditas cum rubore, & malum ab externa cauſa genitum fuerit, erit conturbatio. Quod ſi præter ruborem aderit dolor, tumor, ardor, lachrymæ, erit lippitudo. quæ ſi adeo ingraueſcat, vt fiat chimoſis, ſeu ſugillatio, facile ex iam dictis cognoſcetur. Diſtat autem ophthalmia ab epiphora, quia in illa oculi album, in hac ſolum palpebræ cilium rubeſcat: cum præterea & materia, & origine inter ſe differant. Quod ſi ophthalmia fiat à plethora cuncta rubra erunt, non ſolum agnata, verumetiam facies, venæ latiores, ſenſus aderit grauitatis, pigritia ad conſuetas actiones, lachryma neque rodens, neque acris, tumor erit notabilis cum lippitudinis multitudine. Si vero ex erodenti, & acri proueniat humore, corpus erit potius cacochymum, lachryma acuta rodens, & acris, vt non ſolum oculorum anguli, verum etiam malæ vehementer rodantur. ægri videntur vri, roſionemque non tolerantes exiliunt, tumor erit paruus, cum rubore ad citrinitatem vergente cum pauca lippa, & exigua glutinatione; triſtitia, curæ, inſolatus, ira, & acrium eſus præceſſerunt. temperamentum, ætas, & alia erunt bilioſa. Si ex craſſis ſuccis fiat, & à pituita, grauitas erit vehemens, caliditas parua, rubedo exigua, dolor exiguus cum paucitate lachrymarum non acutarum, ſed cum multa lippitudine, & viſcoſitate. Si fiat à melancholia, rubor ad fuſcum vergit, paucus tumor, pauciſſimæ lachrymæ, pauca lippitudo, & minuta, ſed dura. ita quæ præceſſerunt, vel concomitantur, vel pituitam, vel melancholiam indicant. Si ex ſpiritu flatuoſo fiat, cognoſcitur ex priuatione aliorum ſignorum, & quia oculi tunica adeo extenditur

*Aet.lib 7.c.2. Pau.li.3.c.11.*

*Ga.13.met. cap 22.ante medium. Galen 2. de diff febr. c. vlt.*

Nomē, & Definitio.

Differentiæ, & cauſæ.

Conturbatio, & eius cauſæ.

Ophtalmiæ & Chimoſis cauſæ.

Cauſæ cōiunctæ.

Cauſæ antecedētes & primitiuæ.

Signa, Signa differt.

Signa cauſarum.

Digitized by Google

Prognoſtica. tur, vt rumpi videatur, & doleat, lachrymæ vero non apparent, vel admodum exiguæ, ſine lippitudine, ſine grauitate, & per euaporantia facile remouibilis eſt. Sunt autem ad hoc
„ malum & fluxiones parati, qui oculos prominentes habent. Hyeme autem ſicca, & aquilo- *Hip. 3. apho.*
„ nia exiſtente, vere autem pluuioſo, & auſtrino, neceſſe eſt præcipuè mulieribus, & viris natu *11.*
„ ra humidioribus ætate lippitudines fieri ex Hip. decreto. Ex eodẽ vero lippientem alui pro- *Hipp. 6. aph.*
„ fluuio corripi bonum. Dolor autem valde diuturnus eſt peſſimum ſignum: vel enim mate- *17.*
riam acutam corrodentem, aut multum extendentem, aut ſuppurationem arguit. Sed ſi rectè curetur, vt plurimum ſanatur, niſi dum maxima eſt inflammatio, & ſæpe ad vuæ procidentiam, & exitum perducit, cornea per eroſionem, vel putrefactionem diſrupta: & dum
Indicationes. malum protrahitur, vel vlcus, vel aliquod veſtigium in oculo derelinquit. Pro huius autem mali eradicatione indicationes inflammatoriæ, de quibus ſæpe dictum eſt, ſunt hauriendæ,
Curatio. ſed oculi, inquit Galenus, quo præſtantiorem habent præ cæteris membris vſum, dignitateq; præcellunt, eo debent exactius conſiderari ab eo quiſquis inoffensè curabit crebros in ipſis affectus varijs de cauſis euenientes. & hoc erit in omnibus oculorum vitijs generaliter, & perpetuo animaduertendum. Similiter oculum ſanare ante totum caput non licet, neque hoc ante totum corpus, inquit Galenus 4. meth. c. 4. parum ante medium & auctoritate Ariſt. Plat. & aliorum. Hipp. vero mira quadam breuitate diſiunctiuè loquens, cuiuſcunque veræ lippitudinis curationem complectitur his verbis. Dolores oculorum meri potio, aut fomentum, aut venæ ſectio, aut pharmacum epotum ſoluit. At vero quando, quomodoque vnoquoque iſtorum ſit vtendũ, declarat Galenus, in com. diſpoſitiones ſigillatim inquirens, in quibus vnum, vel aliud propoſitorum ſit conueniens. Quod etiam explicauit 6. ſimp. ſermone de abrotono, necnon 13. meth. cap. 22. Quapropter nos quoque diſtinctè procedentes pro cauſarum diſcrimine diuerſas quoque præſidiorum materias proponere debemus. Si itaque de chirurgica materia ſermo fiat: in lippitudine ſanguinea ſtatim, præmiſſo cliſtere, ſi aluus ſuit ſtiptica, ve-
*Gal. li. de remed par. fac. cap. 10.*
*Hip. 6. apho. 31.*
*Gal. in com*

Chirurgia na ſecanda eſt. ætas autem, & virtus, etiam ſi non proponantur, ſemper tamen ſupponenda ſunt. Et, niſi valde vehemens fuerit plenitudo, ſecanda cephalica eiuſdem lateris, quia breuiſſimo temporis ſpacio etiam grauiſſimus tollitur dolor. ideo ait Galenus, oculorum porſæpe dolores grauiſſimos è directo venæ, quam humeralem nominant, ſectio intra horæ vnius ſpacium compeſcuit. conari autem in omnibus affectibus præſtat (& hoc dictum è memoria nobis non excidat) poſt modicam ſanguinis miſſionem iterato mittere, interim eodem die, interim poſtridie, niſi vſque ad animi defectum euacuationem ducere conueniat. vnde prima hora Galenus in Romani illius diuitis œconomo ad lib. 3. ſanguinem per ſectam venam extraxit, deinde hora nona aliam libram, quia iuuenem multi ſanguinis ipſum cognouerat. Quidam tamen tutius ſe agere opinantes, in vehementiſſima plenitudine primo baſilicam oppoſiti lateris pertundunt, deinde cephalicam, quæ è directo inflammationis poſita eſt. magna itaq; exiſtente inflãmatione, oportet vel magnam moliri euacuationem, vel, vbi virtus non ferat, cum Galeno, vt etiam maior ſuccedat reuulſio, ſectionem iterare: & vbi magna eſt inflammatio quidam primo aperiunt mediam eiuſdem lateris, deinde cephalicam. Si autem malũ ex erodentibus, acribuſq; ſuccis oriatur, & vnà cũ cacochymia adſit plenitudo notha, paucus ſanguis, & reuulſionis ſaltem gratia, extrahendus eſt. idem dicendum de ophtalmia, quæ fit à frigidis, & craſſis ſuccis. Si .n. cum ſanguine permixti fuerint, media, vel cephalica ante purgationem aperienda. Si aũt à ſanguine fuerint abſoluti, purgatione dũtaxat vtẽ
*Gal. lib. de rat. cur. mor. per ven. c. 16 poſt prin. & cap. 19.*

Cucurbitulæ. dum eſt. Tãdẽ deriuationis gratia, vt ait Galenus, induratæ phlegmonatũ in oculis reliquiæ, ſecta quæ ad magnũ decurrit angulũ vena, mirificè iuuantur. Præterea laudantur cucorbitulæ ſcarificatæ occipitio affixæ. ideo inquit Galenus. Quod ſi vehemens fuerit capitis grauitas, auferẽda, ac occipitio cucurbitula affigenda, conciſa prius cute ſcalpello, copioſuſq; inde ſanguis detrahendus. ita laudãtur hirudines fronti, poſt aures, & temporib. è directo applicitæ, necnon frictiones infernarum partium; &, dum vrget neceſſitas, ligaturæ: & in hoc affectu ſicuti ẽt in alijs ad oculũ fluxionibus, dũ oculi obſeruantur prõpti ad ſuſcipiendũ, nil præſtantius ſeraceo in parte capitis poſteriori applicito. Quo ad medicamenta: Si fuerit conturbatio, & in oculo remaneat impreſſa caliditas, vel frigiditas, aut alia prẹter naturam diſpoſitio, contrarijs remoueri debet, cum ijs, quæ in principio verẹ ophtalmiẹ conueniunt, progrediendo,
*Gal. lib. de rat. cur. cit. cap.*
*Gal. li. de remed par fac. cap. 10.*

Medic. Ad conturbationem. vnde ad calidas, ſed leues perturbationes laudat Galenus fotus ex ſola poſca: ad frigidas, fomentũ p ſpongiã ex vino albo diluto. Si fiat ex percuſſione, inijciatur in oculũ, & circa oculũ oui albumen cũ aqua roſacea concuſſa, & tãdẽ ſanguis colũbæ. Et, ſi dolor infeſtet, poſt miſſionẽ ſanguinis, fiat fomẽtatio cũ ſpongia panno lineo ſubtili inuoluta in lacte, & oleo roſato debite calido infuſa, & expreſſa, oculo dolẽti ſæpius applicita. Si vero fuerit vera ophtalmia,
*Gal lib. de remo. par. fac. cap. 10.*

Ad veram ophtalmiam. Cõmunia. medicamenta; vel reſpiciunt totius prouidentiã, & expurgationem, vel partem affectam, & topica ſunt. priora vero patent ex ſæpe propoſitis, vnicum cum Galeno animaduertendum, quod aluus copioſe fluens oculis inflammatis magnopere prodeſt, ideo omnes in lippitudinibus aluum & cliſteribus, & purgationibus ſubducunt. nam ex Hippocrate lippientem alui profluuio corripi bonum. Vnde poſt venæ ſectionem, alui deiectio procuranda, præcipue ſi bilioſi, & acres humores cum ſanguine redundent, & multo magis vbi talium humorum adfuerit prædominium.
*Gale. l. cont. Iulianũ c. 1. & 6. aph. 17 Hip. loc. cit.*

Topica. Topica, vel reſpiciunt caput, vel oculum affectum: quo ad priora, dicebat Galenus, qd ſi ſublatis ſurſum vaporibus caput impleatur, ac pituita obſtruat omnes eius meatus, ſternutatorijs mitioribus, apophlegmatiſmiſque vtentes purgabimus ipſum caput, humorumque infarctum diſijciemus. Sternutatorijs quidem ex pipere trito naribus attracto. apophlegmatiſmis vero ex ſinapi accuratiſſime leuigato, additis aceto tenuis ſubſtantiæ, & quantitatis mediocris, melle & aqua ea portione, vt fluidiora omnia & ore facile contineantur, & gargarizentur. facta .n. hoc modo per nares, & palatũ liberaliore euacuatione,
*Gal. lib. de remed. par. fac. c. 10.*



Digitized by Google

infarctus, obſtructioneſque omnes capitis diſcutientur. Si vero loquamur de topicis, quæ reſpiciunt oculum, tunc vel ad inflammationem, vel ad dolorem diriguntur. Quæ reſpiciunt phlegmonem adhuc duplicia ſunt, videlicet vel repulſoria, vel digerentia. Repulſoria quibus vtimur in initio, debent eſſe citra vehementem adſtrictionem, ne tunicas exaſperando dolorem augeant, & cum leniriuis ſunt permiſcenda, quod eſt intelligendum de his, quæ oculo applicantur. Nam ſi loquamur de reprimentibus, quæ applicantur fronti, vel temporibus iuxta oculorum affectum, ſecus eſt dicendum, quia frons poteſt illiniri ex plantaginis, ſolani, vel ſemperuiui ſucco, oui albo, & roſaceo oleo, vel aqua, bolo armeno, & pauco aceto admiſto, & alijs valentioribus adſtringentibus. vnde probat Galenus viridia vitis folia in modum cataplaſmatis fronti aſſidue inhærentia, aut folia myrti, ſeu lentiſci, & ſuccum rubi, tum braſſicæ, portulacæ, vel cotoneorum. Ita probatur limacia cum teſta tuſa toti fronti, & temporibus illita. Præterea aduertendum circa reprimentia, quæ oculo applicantur, quod ſicuti in prima parte principij debent applicari ſyncera, ita deinde cum digerentibus permiſcenda ſunt. De quibus in cura ſuffuſionis, & nebularum diffuſius agemus.

Reprimẽtia.

*Gal li. de re med. pa fac. c. 10.*

*Gal. li de re med. pa fac. c 19.*

*Meſues in cura ophta.*

Quemadmodum igitur lippitudinibus æſtiuis, vt ait Galenus, medemur aridarum roſarum decocto, quod oculorum palpebris per ſpongiam aſſiduè admouetur: ita in ophtalmia calida, exempli cauſa, in prima parte principij licet vti oui albo cum aqua roſacea, vel lacte: in ſecunda parte principij ſief albo ſine ſarcocolla: in augumento cum ſarcocolla, & tandem licet addere aliquid aquæ fœniculi, aut decoctionis ſeminum cidoniorum, aut fœnigræci, vbi maior digeſtio requiratur, & maior doloris mitigatio: Oportet tamen, quantum fieri poteſt, ſuppurationem cauere, & præterea in declinatione ad valentiora aſcendere licet. Graui autem & difficili oculorum chymoſi (dicta eſt autem chymoſis rubra, carnoſaque corneæ oculi pelliculæ inflammatio) medentur, inquit Galenus, præſentiſſime accuratius detritæ mutium carnes cum crudo oui luteo ad ceræ conſiſtentiam, & ex panno lineo impoſitæ.

Digerentia.

*Gal. l. eit.*

Si vero de reſpicientibus dolorem ſermo fiat, hæc omni diligentia proponenda ſunt, cum oculorum dolor grauiſſimus eſſe ſoleat, & præcipue dum mouetur ab humorum acrimonia, vt in acri epiphora, vel ab ardore in ophtalmia, vel à flatuum, vel humorum influentium copia tunicas diſtendente, vel à carbunculo, & carcinomate: nam à puſtulis, vel vlcuſculis corneæ aut nullus, aut lenis oritur dolor. Si igitur de mitigantibus dolorem loquamur, quibus vtendum in principio, augmento, & ſtatu (interdum enim acerbiſſimi oriuntur) maxime probatur lac tepidum oculo admotum. Nam lac, vt Galenus habet 10. ſimplicium in ſer. de ſero lactis, ad acres oculorum fluxiones tum per ſe, tum cum mollium collyriorum quopiam eſt vtile, præterea ad hyppopia, ex hypoſphagmata. Quinetiam palpebris extrinſecus, vbi ophtalmia laborantes ſomno ſe ſe dabunt, impoſitum ſimul cum roſaceo, & ouo, phlegmonas eorum concoquet. Sed hoc eſto lac mulieris recens ex mamillis expreſſum. Laudatur quoque decoctum fœnigræci, quod quidem hoc modo parari debet, vt docet Galenus, principio lotum diligenter in aqua dulci ipſum leuiter in eadem coquatur, donec quicquid in ſe acre habet, abijciat, deinde alij rurſus aquæ incoquitur effuſa priore. Ita probatur decoctum maluarum, oui albumen miſtum etiam cum prædictis. In principio vero conquaſſetur oui album cum aqua roſata. Sed admirabiliſſimum eſt remedium tum in dolore, tum in vulneribus oculorum, illa oui albuminis pars, quam gallaturam vulgo appellant, quæ debet exacte prius conquaſſari, ſed plures vna accipiendæ ſunt, vt medicamentum in decenti copia applicari poſſit: hoc autem remedium quidam bonus practicus, qui eo ſolo omnia oculorum vulnera ferè curabat, Dei virtutem appellabat. Pariter licet pomum maturum decoquere, & ſaccharo replere, & applicare. Probatur quoque lac cum panatella, vitellum oui, & præſertim in ſtatu licet vti vitello cum lacte, & pomo cum ſaccharo: lenit etiam dolores, & feruentes oculorum inflammationes concoquit, medicamentum ex lacte muliebri, vitellis ouorum, & roſacea ſimul miſtis: vel fiat emplaſtrum, vt iubet Galenus, ex oui exiguo luteo, meliloto, pane, & roſaceo. Innatans vero oculis lippitudo, ait ipſe, ſpongia ex aqua calida detergenda. Plura autem debent eſſe in promptu, quia variæ ſunt oculorum proprietates.

Mitigãtia dolorem.

*Gal. l. cit.*

*Alex loc. ci.*

*Gal. l. cit.*

Si cogamur ad valentiora confugere, licet accipere decoctum lactucæ, radicum mandragoræ, capitum papaueris albi, quandoque etiam nigri licet aſcendere ad emulſionem ſeminum papaueris albi cum lacte paratam. ſi non cedat, velimus nolimus, cogimur confugere ad collyrium album ſine opio, & etiam cum opio. cauenda tamen, quantum fieri poteſt, opiata. nam inflammatio ab his ſcirrhoſa fit, & poſt horum vſum tempore ſanitatis oculi calefaciendi. immo ab alijs etiam incraſſantibus, quantum fieri poteſt, abſtinendum. ideo etiam aquæ lactucę, mandragorę, capitum papaueris albi, quæ ſunt opio moderatiora, aliquid aquæ fęniculi, rutæ, verbenacæ recte permiſceatur, & ideo Galenus vtitur cataplaſmate ex decocto cap. papaueris, & fœnigræci, hordei, vel lini ſeminis farina. ideo non oportet tranſcendere collyrium album cum opio, quòd non ſit recens, ſed antea confectum ſaltem per octo menſes. Secus viſio maxime labefactatur. ideo mitiora prius experienda ſunt: hæc autem collyria, vt docet Galenus, ſpecilli etiam cuſpide in ſummo medicamen impoſitum ferente, applicanda ſunt, qui etiam mollia collyria, quibus admiſtum erat quod vinum habet, ſub palpebris illinebat. Denique vnicum circa balneum aduertendum eſt. vbi enim dolor à bilioſis ſuccis mouetur, ſi in toto non redundent, ſed qualitate potius quàm quantitate peccent, ſolis balneis aquæ dulcis & temperatæ curatur æger, eodem modo phlegmone concocta, & corpore euacuato, tum balnea aptiſſima ſunt. ſtatim enim

*Gm. 12 met. 8.*

*Gal. loc de mt. aur per gen. fac. ca. 17.*

*Gal 6. aph. com. 31.*

Balneum.

Victus ratio. enim ſedant dolorem, & fluxionem ad oculos ſiſtunt, maxima parte per balneum digeſta, reliqua vero contemperata. Victus autem ratio, vt inquit Galenus, ſit tenuiſſima. Ideo pauciſſimo vtantur cibo. Præſertim inter initia. prima enim omnium in hoc caſu ſunt quies, & abſtinentia. ſomnus longior omnino procuretur. Caueant cibaria vaporoſa, & duræ digeſtionis, lactis vſum, nec non acetoſa, ſalſa, & acria. vitent vinum inter initia, præcipue vetus. vtantur aqua decoctionis coriandrorum, hordei, vel cinnamomi, aut aqua mulſa, præcipue vbi ex craſſis humoribus malum fiat, & tempore anni frigido, quo caſu & vino albo tenui, adſtringenti, & aquoſo vti poterunt. Abſoluta autem ſit à coitu abſtinentia. ait autem Galenus, quod cœruleus, viridis, nigerque color lippitudini eſt accommodatus: albus, ſplendidusque aduerſiſſimus. Ideo aer & externa obiecta artificioſe aptari debent. Præſeruatio vero, & oculorum roboratio traditur à Gal. 6. de tuenda cap. 12. & 13. meth. vltimo: quo in loco proponit arteriarum ſectionem.

*Celſus lib. 6 cap. 6.* *Gal. l. de vi. par. fac. ca. 10.* *Gal. l. de in forma. empirici c. 5.*

## *De Vngue oculi.* *Cap.* XXI.

Nomē, & Definitio. VNGVIS oculi, quem Græci pterygion uocant, eſt membranula quædam neruoſa, quæ ex adnata membrana ab angulo ſæpe maiori (raro autem a minori) ſenſim oriens, oculi, palpebrarumque motum neceſſario impedit. Et ſi adeo creſcat, vt non ſolum corneam, verum etiam pupillæ regionem contegat, viſus aciem, aut vitioſam reddit, aut omnino aufert. ſiue autem in numero, ſiue in aucta magnitudine morbum vnguem quis ſtatuat, nihil omnino refert. Cum ſub vtroque genere collocari poſſit. De ipſo enim ita ſcribebat Galenus. Vngues vero germina ſunt membranæ exterius oculis adnaræ, quæ ab ea, quæ oſſa ambit, delata ad coronam peruenit. Cauſæ. Huius autem occaſio, vt plurimum ſcabra præcedens ophtalmia eſt, aut aſſidua craſſorum, lentorumque humorum fluxio. Et facile Signa. eſt ex dictis hoc malum cognoſcere: quia in eo oculi album amplius augeſcit, aut caro ſuper excreſcit. Et ſicuti dum recens eſt, & membrana tenuis, facile abſtergentibus medicamentis (qualia aſpritudini, cicatricibus, & albuginibus idonea ſunt) diſcutitur: ita ſi fuerit Prognoſtica. inueteratum, & craſſum omnino redditum, manualem operationem, qua excidi debet, tantummodo expoſtulat. Quod ſi præter id, quod craſſa, eminentia, ac indurata pterygia ſint, tempora quoque per conſenſum afficiant, curationem non admittunt, quia maligna ſunt & canceroſa. Chirurgica autem operatio conſulto à nobis prætermittitur, quia Curatio. Chirurgia. de hac non modo Paulus & Celſus, verum etiam Aetius lib. 7. cap. 60. loquutus fuit. Ad medicamenta itaque licet deſcendere, quæ vel reſpiciunt tutius à craſſis, viſcidisque ſuccis expurgationem, vel partem affectam. priora vero ex ſæpius traditis clara ſunt. Idcirco Pharmacia. poſt totius expurgationem, ſtatim ad topica deſcendere oportet. Et vnguis ex hordei, maluarum, altheæ, chamæmeli, ſeminis lini, ſeu fœnugræci decoctu fouendus eſt, quoad oculus calfiat. Deinde abſtergentia pharmaca admouenda, inter quæ maxime laudatur thus tenuiſſime pulverizatum (à leuioribus enim inchoando ſenſimque ad fortiora aſcendendum eſt) item ſepiæ teſta vſta, leuigataque cum ſale ammoniaco, vel etiam cum Topica. pumice torrefacto, vinoque leuigato poteſt illiniri. Citra mordacitatem etiam extergunt cornu cerui vſtum, vel etiam caprarum, ideo eiſdem in principio, vel etiam cum thure vti poſſumus. Vehementer autem abſtergit æs vſtum, ſquamma, & flos æris, & chalcitis vſta. Primoque eiſdem lotis vtendum, deinde, ſi malum non cedat, non lotis. Ita vrgente neceſſitate laudatur chalcanthum vſtum primo lotum, deinde non lotum. Quanto enim per lotionem mordacitatem amittunt, tanto fiunt imbecilliora. Expedit autem præcipue cum generosè extergentibus inmiſcere portionem aliquam tragacanthi, ſeu gummi, & alia mordacitatis expertia, veluti fœnigræci decoctum, lac, & oui album. Denique, dum malum eſt rebelle, validiſſimum remedium erit, ſi accipiamus aliquod ſieph validum, veluti ſieph viride Raſis, & applicemus extremitatem illius ſuper vnguem, & tamdiu teneamus, donec æger ſentiat dolorem, & poſtea amoueamus, ponendo in altera parte vnguis, donec paulatim totus abſumatur. Eodem modo licet inungere extremitatem ſtyli cotto inuolutam in aliquo forti collyrio, & applicare, vt ſupra dictum eſt. Victus ratio medicamentis proportione reſpondere debet.

*Celſ. l. 7. c. 7* *Pau. l. 3. ca. 22.* *Gal. l. de tumor. præter na. vlt.* *Galen. 1. de ſym ca. c. 2. in prin.* *Alex. l. 2. c. 7.* *Galen. 4. de comp. med. loc. c. 4.* *Gal. l. cit.*

## *De Epiphora, vel de Lachrymis, ſeu oculi deſtillatione. Cap. XXII.*

EPIPHORA eſt tennis humoris impetus, lachrymarum ſpecie in oculos factus, qui quidem humor interdum frigidus, ac planè aquoſus, ſine dolore, ardore, aut rubore: aliàs acer eſt, aut ſalſus, qui & dolore, & acrimonia, & ardore, & rubore moleſtus eſt: vnde & palpebrarum ſequitur exulceratio. Huius autem fluxionis origo, vel à ſincipite, & è ſummo vertice ducitur, in quo humores inter cutim & caluam congeri ſolent, qui per pericraneum in adnatam tunicam deſtillant, ac demum foras per oculos excidunt; vel ab alijs corporis partibus, cum ſcilicet materia ſeroſa, quæ eſt vehiculum ſanguinis, penetrat cum ſanguine ad extremitates venarum, quæ ad oculos deferuntur, & per adnatam exeunt propter ipſius imbecillitatem. Quocirca huius eædem cauſæ, atque deſtillationis ſtatuendæ ſunt. Facile autem cognoſcitur epiphora ex propoſitis. & quamuis maximam cum ophtalmia habeat affinitatem, attamen ex eo diſtinguitur, quia in hac ſolum palpebræ cilium: in ophtalmia vero oculi album rubeſcat. & indicationes, & curatio huius mali ex dictis de catharro elicienda eſt. Nam de his, quæ oculos roborant, ne ſuſcipiant, inferius in capite de læſa viſione pertractabimus. Hoc vnicum ex Galeno memoriæ mandandum eſt. Quod ſæpe diuturnæ oculorum fluxiones ſanatæ ſunt ex partibus occipitis miſſo ſanguine, & cucurbitulis admotis. Dicebat autem Hippocrates, in oculorum fluxu ſi conferre videatur, in fauces reuellere oportet. vnde vt declarat Galenus, nobis conſulit Hipp. vt diuturnas oculorum fluxiones ad fauces reuellamus, acribus ſcilicet medicamentis, quibus & palatum inungere, & gargarizare oportebit, dummodo non vereamur, ne fluxus in aſperam arteriam, pulmonemque vertatur.

Definitio. Cauſæ. Signa. Curatio. Chirurgia.

*Gal. 5. aph. cō. 68 & 1. de humo. cō. 32. Hip. 2 in 6. epid. 31. Gal. in com.*

## *De Rhyade, & Encanthide. Cap. XXIII.*

OCVLORVM anguli & ipſi quibuſdam morbis ſunt obnoxij, qui non ſolum palpebras, ne probe claudantur, ad oculorum tutelam impediunt, verum etiam oculorum pulchritudinem adimunt: & eorum figuram inconcinnam reddunt. Inter hos autem imprimis enumerantur rhyas & encanthis, quorum hic in magnitudine aucta, cum ſcilicet caruncula, quæ eſt in angulo maiori, vel ab alimenti, vel ab excrementorum copia nimis excreſcit: ideo dicebat Galenus, encanthis quoque tumor præter naturam eſt, in magnis oculorum angulis exoriens: ille vero in magnitudine imminuta ſtatuendus eſt. dum ſcilicet caruncula illa abſumitur, vel imminuitur, vt hac ratione non modo angulus latior euadat, verum etiam carne illa abſumpta (quæ lachrymalis à quibuſdam dicitur) lachrymæ exeant inuoluntariæ. abſumitur autem caruncula illa tum ab acribus & ſalſis humoribus, vt interdum euenit in epiphora; tum etiam à nimis ſiccantibus & exedentibus medicamentis. De rhyadis autem cauſis particulatim loquitur Galenus 2. in 6. Epid. com. 31. ex Lyci ſententia. is enim ait rhyadis triplicem eſſe cauſam, vel enim meatus ille qui ab oculis ad palatum permeat clauditur quodammodo, vel obſtruitur: vel quia magna excrementi copia ro oculo collecta effunditur, quia meatus ob naturalem anguſtiam totum illud continere non poſſit: vel tertio cum cicatrix in angulo inducta meatum obcæcarit: quam cicatricem poſt encanthidas excisas, & item ulcerato loco obduci ſcribit. Hanc autem inſanabilem, alias ſanabiles eſſe ait, ſi ad fauces materiam reuellamus. Sicuti autem mala hæc facile cognoſcuntur, eodem modo facile eſt ſcire, quod cauſa rhyadis, ablata fluxione, oportet vti carnem generantibus, & implentibus. Cauſa vero encanthidis exedentibus medicamentis, quibus tamen cum dexteritate vtendum, & mitioribus imprimis quo fieri poteſt procedendum, ne maior quàm par ſit, exeſio fiat: ſed potius carnis illius exuberantis, & humidioris fortis exiccatio. Quapropter, dum caruncula illa fuerit abſumpta, (non tamen ſecundum ſe totam, vel pro maiore parte) præter totius procurationem vtiliter imponitur puluis citrinus, ab Auicenna & Raſi in diuiſio. laudatus. Recipit autem ſarcocollæ nutritæ drach. 10. Sieplt memitæ drach. 3. licij, aloes an. drach. 2. croci drach. 2. s. ſpumæ maris drach. ſem. aggregentur, & ſubtiliſſime puluerizentur, & terantur. puluis etiam ex thure, ſiue ex fumo thuris præſtantiſſimus cenſetur. Sed medicinæ iſtæ cum aqua decoctionis myrti præparari debent.

*Gal. l. de diff. mor. c. 9. Gal. l. de tū. præter nat. cap. vlt.*

Natura. Cauſæ encanthidis. Cauſæ Rhyadis. Signa. Indicationes. Curatio.



Digitized by Google

## *De Aegilope, & Fiſtula lachrymali.*
## *Cap. XXIIII.*

Nomẽ. & Natura. AEGILOPS & ipſe affectus quidem eſt, qui inter maiorem oculi angulum & naſi radicem creberrime oritur. & nil aliud eſt, quàm parua quædam inflammatio, quę vt plurimum gignitur à tenui bilioſoq; ſanguine, qui per temporum, frontis, facieiq; venas cò inſiliens, ſicque venam illic conſpicuam exedens, aut corrumpens eſt in cauſa, vt ſanguis in id ſpacium ſub cutem effuſus phlegmonẽ, & proinde morbum in magnitudine excedenti producat.

Signa. Qui facile cognoſcitur, & quia pars ipſa quaſi furunculo tumet, ambitus rubore perfunditur, & dolor ſummus vrget, isq; lancinans.

Fiſtula lachrymalis Nomẽ, & Natura. Verũ vbi inflammatio hæc diſrumpatur, exulcerata cute, fit abſceſſus, & in morbum de genere ſolutæ unitatis migrat, qui à recentioribus quibuſdam fiſtula lachrymalis vocatur.

Cauſæ, & Signa. Etenim ex hoc abſceſſu non bene curato ſinus conſequitur, ſeu oculi fiſtula, per quam vitioſi ſucci à toto, vel a quibuſdam partibus ad prædictum locum delati continue exeunt: Quum enim ægilops non mature aperitur, aut quum pus non libere effluens diutius coercetur, cuniculos agit, ac demum vicinis partibus exeſis ſinum parat, in quo copioſius colligitur, hinc ad os ſubiectum penetrat, & viam aperit in narem proximam, è qua graueolẽs excidit. Quod ſi pus viam ſibi muniat in angulum maiorem, fiſtulam excauat, qua ſinus expurgatur. Solet autem in ſinu illuuies aſſiduo congeri, quæ preſſo angulo per illius fiſtulam emanat, tumq; tumor ſubſidet, dum noua illuuie denuo repleatur. quod pleriſque ſingulis horis contingere ſolet.

Prognoſtica & curatio. Quamuis autem ex dictis in ophtalmia, & ex dicendis in vlceribus corneæ, huius mali curatio elici poſſit: attamen quia affectio hæc eſt ægre curabilis, non erit ab re remedia, quæ particulariter in ægilope maxime laudantur, in medium afferre. His igitur remedijs, quæ ad totum diriguntur, cum ex ſæpe traditis pateant, prætermiſſis; ſiue ſit venæ ſectio, ſiue purgatio, ad topica deueniemus. *Aet l.7.c 8*

Chirurgia. & imprimis quantum attinet ad remedia chirurgica, dum os erit corruptum, vt pharmacis valentioribus malum non poſſimus auferre, expedit ipſum amouere cum actuali cauterio, quod iuxta oſſis exigentiam, & vlceris orificium confici debet. & ignitum ſemel, bis, aut pluries oſſi eſt admouendũ. & ideo plura inſtrumenta ita ignita debent eſſe parata, & ſemper fundum vlceris à ſanie, & ſanguine abſtergatur, ne operationem impediant. deinde oui album cum oleo roſato, & vitello oui concuſſum, intrinſecus ponatur: deſuper autem & in oculo ponatur sieph album cũ oui albumine, lacte, vel aqua roſata, ne oculus inflammetur. & ſuper oculum cotium petia linea circundatum in aqua roſata infuſum. & fronti & temporibus repercuſſiua applicentur. & dum operatio hæc perficitur (quod ſemper alioquin faciendum eſt, cum aliqua medicina cauſtica uti volumus) totus oculus, & labia orificij cum petijs lineis in aqua roſata infuſis, aut oui albo, aut alio ſucco frigido muniri debet.

Pharmacia. Quantum ſpectat ad medicamenta, antequam diſrumpatur, imo ſtatim apparente inflammatione, poſt cephalicę ſectionem & leniens, adhibenda

Repellentia. repellentia leuiora vt eſt aqua roſacea cum oui albo, vel lac, cum oleo roſaceo, deinde addatur aliquid bdellij in acero diſſoluti. poſtea gradatim addatur ammoniacum, & ſuccus fœniculi; &, apparente duritie, aliquid mucilaginis altheæ, vel fœnigræci.

Digerẽtia. diſcuſſoria enim debent eſſe mordacitatis expertia. ideo in hunc vſum probatur alica cocta in aceto, & probe trita & leuigata. non modo enim ægilopas incipientes, ſed etiam inueteratos, & in pus conuerſos emendat. imò etiam ſi pus deprehendatur, rumpit ipſum, & vſque ad os penetrat. *Pau.li.3.ca 22.* *Pau.l cit.*

Suppurantia. Ruta quoque ſatiua vna cum lixiuio quod primum deſtillauerit contrita, coctaque, & impoſita mirifice ægilopas remouet. Si autem inflammatio ſuppuretur, adiuuetur cum diaquilon, vel ſimili, poſtea rumpatur. Verum non eſt expectanda diſruptio à natura facta, ſed potius cum cauterio, aut ſagitella, & diſtanter ab oculo fiat diſruptio: imò ante completã maturationem, ne ex longa mora internæ partes corrumpantur, & fiat foramen omnino latum, ne curatio retardetur.

Extergentia. Si autem ferro aperiatur, prima vice, aut duabus vicibus imponatur ſtupa oui albumine infuſa, iuxta conſuetudinem. Si vero cum cauterio, ponatur vitellum oui cum oleo roſ. per duos dies. poſtea quomodocumque rupta fuerit, abſtergatur melle roſato, aut oxymelle

Exiccãtia & Adglutinantia. ſimplici. ex proprijs autem eſt lanugo inuenta in arundine prope radicem cum melle roſato permixta impoſita, & quater in die mutata, & vbi locus probe fuerit repurgatus, mulſa cum ſpongia ocularia abluatur. ad hæc prædicta arundinis membrana per ſe imponatur, quia mirum in modum prodeſt. Ita laudatur thus cum columbino ſtercore recenti impoſitum. ita eruũ farina cum melle. fortius eſt ęgiptiacum vnguentum corruptam carnem abſtergens. adhuc fortius quod recipit mellis, viridis æris, aluminis añ & miſce. imò quidam æs viride per ſe ſolum pro ſecreto retinent. *Trall.l.cit.* *Galen. 5. de comp. med. loc.c. 2.*

Cauſtica ad os corruptum. Denique vbi malum prædictis non cedat, & ægrotans cauteriũ actuale abhorreat, dilatato vlceris orificio cum ſectione, vel tenta ex ſpongia, vel medulla cannarum, vel ſambuci, vel gentiana, deſquametur os, & remoueatur ſubſtantia corrupta, & calloſa medicamentis imprimis leuioribus, vt eſt alumen combuſtum, peucedanum, & fortius eſt chalcanthum vſtum ſuper oſſe diutius, ſi opus ſit, proiectum ex aſſeruatum ſub medicamentis circumpoſitis partes refrigerantibus & conſtringentibus.

## *De Affectibus palpebrarum, & primo de ſcabie, & pruritu. Cap. XXV.*

Cauſæ.

INTER palpebrarũ affectus, ſcabies imprimis, & pruritus recenſeri debent. eſt autem pruritus ſymptoma, hoc eſt actio læſa facultatis tactiuæ: ſcabies autem morbus in ſuperficie prohibens, quo minus probe palpebra claudatur. præterea pruritus eſt cum punctione & acuitate, ex ſalſo, & nitroſo humore vt plurimum ortus. & à nonnullis ſicca lippitudo dicitur. Scabies vero eſt cum aſperitate, & rubedine cilia potiſſimum occupans, & cum puſtulis in interna palpebræ ſuperficie cum pruritu, fitque vt plurimum ex calido & acri humore, ſiue ſit ſanguis aduſtus, ſiue bilis aduſta. Interdum vero ex pituita ſalſa, & melancholia aduſta, non tamen ſynceris, ſed dum hæ materiæ cum ſanguine miſcentur: oportet enim has materias tenuitatis cuiuſdam eſſe participes. & propterea pruritus, & ſcabies fiunt à materia mixta ſecundum plurimum. & ideo tres ab Auic. ſcabiei ponuntur differentiæ.

*Auic. 7. 4. c. proprio.* — Differentiæ.

Prima eſt aſperitas cum rubedine, quam vt plurimum præcedit pruritus: fit autem aſperitas propter exiccationem, & rubedo propter ſanguinis, & aliorum humorum accenſionem. Secunda ſpecies, ſeu differentia eſt granuloſa cum rubedine, & aſperitate ſimilis granis intrinſecis ficus immaturæ, quæ in rubedinem tendunt. grana autem illa fiunt ex materijs leuioribus cum caliditate, & acuitate, & eſt cum aliqua exulceratione. Tertia ſpecies eſt, in qua ſunt puſtulæ, ſeu grana dura, veluti ficus ſiccæ cum vehementi ſciſſione, & pauco rubore. fit autem ſciſſio propter nimiam ſiccitatem continuum ſoluentem. durities vero propter craſſum terreum derelictum ſubtilioribus partibus euaporatis. & ideo non eſt cum tanta rubedine ſicut prima, & ſecunda ſpecies, quia per aduſtionem in fuſcum tendit.

Signa.

Cognoſcitur autem ſcabies quæ fit à ſanguine, quia notabilis rubor purpureus adeſt ſine puſtulis, aut ſatis diminutis, intenſus pruritus, & facile ſedabilis, & ſi aliquid emanat, eſt ſatis tenue. Si fiat à bile, pruritus magis acutus eſt, facile ſedabilis, rubedo in citrinum tendit, & puſtulę paruæ profundæ, & ſi quid egreditur tenue & citrinum eſt. Si fiat à pituita ſalſa rubedo in albedinem tendit, puſtulæ ſunt latiores, & quod exit eſt magis copioſum in albedinem tendens, pruritus remiſſus non facile ſedabilis: melancholia denique tenuis aduſta ex rubore in fuſcum tendente cognoſcitur ex aſperitate magna cum puſtulis profundis, & interdum cum paruis cruſtulis, & quod egreditur in fuſcum tendit. temperatura præterea, habitus, ætas, anni tempus, regio, ars, victus ratio præcedens, & alia ad iam dictarum cauſarum cognitionem maxime faciunt.

Prognoſtica.

Prima autem pruritus, & ſcabiei ſpecies poteſt cum medicinis curari. Tertia non niſi chirurgicæ operationi cedere ſolet; quemadmodum & media rariſſime curatur, niſi cum chirurgica operatione.

Curatio. Cõmunia

Remedia autem quæ reſpiciunt totius procurationem non ſunt proponenda, quia patet venam ſecandam eſſe ſi vires permittant præcipueque dum ſanguinis dominium adeſt, & præparantibus, & purgantibus vtendum eſſe, dum ſanguis non redundat. Inter præparantia vero maxime laudatur ſyr. de fumoterræ, de lupulis. ita ſuccus fumiterræ depuratus præſtantiſſimus eſt, cum ſero caprino etiam in ſcabie totius, quia ſanguinem mundificat. Inter purgantia vero electuarium hamech eſt admirabile. ita aloe eſt proprium ſolutiuum in ſcabie, vt frequẽter ſola ſufficiat.

*Auic 7. 4. c. proprio.* — Topica.

Si autem de topicis ſermo fiat, primo vtendum eſt emollientibus, vt balneo aquæ dulcis, ſeu decoctione raparum, fouendo locum affectum: deinde ſtatim poſt fomentum abſtergẽtia, & exiccantia admouenda ſunt, & interdum aliqualiter corrodentia. à leuiorib. tamen inchoare oportet, & ſenſim ad fortiora aſcendere. Vnde inter leuia laudatur puluis ex æqua portione ſacchari candidi, tutiæ, ſarcocollæ, ſpumæ maris. Fortius eſt quod recipit aloes par. vnam, ſalis ammoniaci par. ſemis, confice cum melle. Fortius eſt medicamentum Auicennæ, Recipe corticem oui, & pone in aceto calido decẽ diebus, poſtea ſiccetur in vmbra, & teratur ſubtiliſſime, & applicetur, & valet etiam ad rubedinem oculi ex inflammatione venarum apparentiũ in ſuperficie adnatæ, & corneę. Fortius adhuc eſt illud, quod deſcribitur à Raſi capite proprio. Galenus 11. ſimpl. probat ſepiam ideſt ipſius teſtam, quia detergit exiccatque & tenuium eſt partium: vnde ſi vſta ſit, & foſſili ſali miſceatur, oculorum vngues eliquat. antequam autem vtatur contrita & leuigata dentibus ſplendorem adfert, & vlcera deſiccat. Porro hoc nomine, quod mediocrem obtinet aſperitatem, adhibemus eam ad ingentes oculorum aſperitates, quas ſycoſis appellamus. Nam exculpentes ex ea quiddam ipſa ſigura ſimile collyrio, eo illas confricamus, donec ſanguinem reddere incipiant: quo facto, collyria cathæretica ſiue detrahentia præſtantius effectum ſuum in illas exercent. Sed dum propoſita medicamenta applicamus, oculus ſæpe inſpiciendus, & ſi nimis valida ſint, & dolorem, & ruborem inducant vltra modum, dimittenda per aliquot dies, donec oculus ſit reſtitutus, poſtea reiteranda. Si mediocriter operentur, ſunt permittenda; ſi diminute, gradatim augenda.

Operatio chirurgica.

Si vero non cedat prædictis, chirurgica operatione vtendum. Oportet igitur vt æger iaceat ſupinus capite aliquomodo eleuato, & poſtea inuerſetur palpebra cum vna manu, & alia fricentur granula cum lima donec rumpantur. & permittere oportet vt ſanguis bene exeat, deinde lauetur palpebra, & oculus aqua roſata tepida; cum qua vel cum aceto forti, aut vino, oculo mundificato, ponatur aliquod abſtergens ex ſupradictis, vt reſiduum illius abſumatur, deinde clauſo oculo, ponatur petia linea infuſa in lacte, aqua roſata, vel oleo, vel oui vitello ſuper ipſum.



Digitized by Google

## *De Tumoribus palpebrarum. Cap. XXVI.*

Signa cauſarum.

SOLENT quoque palpebras inuadere tumores quidam præter naturam, de quorum genere eſt grando, quæ tuberculum eſt durum palpebræ ferè ſuperiori innaſcens: Hordeolum præterea, quod eſt tuberculum calidum in abſceſſum ferè deſinens, quod è palpebræ margine, atque è cilio prorumpit: ſunt denique tumores magni, quorum cauſa non modo palpebra uniuerſa, verum etiam partes circumiacentes ſolent intumeſcere, & vt plurimum ſolent etiam coniunctiuæ communicari. & hi magni tumores ſi fiant à materia calida cognoſcuntur ex ſignis phlegmonis, vel eryſipelatis. ſi à materia frigida: ſi fiant à flatu, tumor euenit ſubito, & vt plurimum magis declinat ad maiorem angulum, ſicut & cæteri, & eſt ſine grauitate, & ſine coloris mutatione, cum pauco dolore, & cum tumore notabili, in quo non remanet veſtigium impreſſionis. Si vero fiant à pituita, licet color non mutetur, tamen durities eſt minor & remanet veſtigium impreſſionis per aliquod tempus, & eſt ſine vllo dolore. Si fiant à materia aquoſa, maior eſt mollities, quàm in tumore phlegmatico, ſine dolore, & licet facile fiat, impreſſio tamen citius remouetur, quàm in phlegmatico tumore, & minus cito quàm in ventoſo, neque color palpebræ mutatus eſt. ſi denique fiat a materia melancholica, adeſt durities notabilis (non tamen ſicut in cancro, & ſcirrho) & tumor communicatur ſupercilijs, ſed magis maxillæ propter grauis materiæ deſcenſum, & cum fuſco colore, & pauco dolore. Hi autem notabiles tumores vt plurimum curantur. Si vero non recte tractentur, fiunt ſæpe gangrenæ, calida exiſtente materia: cancri autem & ſcirrhi exiſtente melancholica. Curatio patet ex ophtalmiæ curatione. dum enim fiunt à ſanguine, vena erit ſecanda. Secus ſi ab alio humore. Vnicum circa repercuſſiua animaduertendum eſt, quod etiam ſi fiant à materia calida, attamen repellentia ſunt magis applicanda ſuper frontem & tempora, quàm ſuper oculum, ne materia figatur in oculo, & in parte nobiliori quàm ſit palpebra, in materia autem frigida non competunt repellentia. ſed ſi fuerit flatuoſa applicentur poſt primum diem ſacculi ex milio, ſale, & cimino torrefactis: vel farina milij cum aqua fœniculi. Si fuerit pituitoſa, vel aquoſa palpebræ epithemata admouenda ex aloe cum ſucco fœniculi. Si fuerit melancholica, oportet primo mollificare, deinde reſoluere, aut mixtis procedere, veluti ſi mucilaginibus altheæ, fœni græci, ſeminis lini, pinguedini gallinę miſceatur bdellium, ammoniacumve in acero diſſolutum.

Prognoſtica.

Curatio.

## *De Inuerſione palpebræ, & pilorum eius. Cap. XXVII.*

Madaroſis.

PALPEBRAE innerſio Ectropiū dicta eſt, qua pars eius interior rubra prominet, qđ fit vel ob cicatricē, vel ob ſubditæ carnis exuberātiam, qualis ſępe ex chymoſi relinquitur. cilijs quinetiā & ſupercilijs pilorum defluuium contingit, quod madaroſis appellatur, & pediculorum prouentus, quæ omnia ex iiſdem cauſis generantur, quæ etiam finitimos capillorum affectus producunt. Denique ciliorum pili interdum inuertuntur, qui quomodo dirigendi, & rectificandi ſint, a Raſi in proprio capite, & ab alijs expoſitoribus declaratur.

## *De Conuulſione, & paralyſi oculorum. Cap. XXVIII.*

Nomē, & natura.

Strabiſmus.

Cauſæ.

MVSCVLI, qui oculorum motui ſunt deſtinati, non tantum conuulſione, verum etiam paralyſi affici poſſunt. eſt autem conuulſio affectio illa, in qua oculus in obliquum ita contorquetur, vt nequeat amborum vnus aſpectus eſſe, & ab auctoribus vocatur ſtrabiſmus. Paralyſis vero eſt motus oculi abolitio: & horum affectuū cauſæ, vt in proprijs tractatibus patere poteſt, vel in oculorū muſculos, vel in neruos ex ſecunda coniugatione eo directos incidunt, vel in cerebri parte vnde illi emergunt, vt hac de cauſa muſculi vel per eſſentiam, vel per conſenſum priuatiuum proprio deſtituantur motu. Sed de cauſis iſtorum affectuum loquitur Galenus 4. de loc. affec. cap. 2. quo in loco differentiæ quoque traduntur. De notis vero & curatione horum malorum nihil eſt dicendum, cum ex locis proprijs ſint petenda. hoc ſolum circa prognoſticum animaduertendum, quod ex Hippocratis, & Galeni

Curatio, & prognoſticum.

*Hip. et Gal. 2. præd. tex. com. 11.*

Digitized by Google

leni ſententia, concretus, & immobilis oculus, malum. nam vel propter omnium ipſius muſculorum reſolutionem, vel æquam, & quæ in neutram partem vergat, tenſionem, proficiſcitur: vel propter exactam mouentis muſculos potentiæ imbecillitatem exoritur.

## De Læſa viſione. Cap. XXIX.

CVM de ijs oculorum vitijs, quæ extra corneam exiſtentes non neceſſario viſioni, ſed alijs potius oculorum actionibus officiunt, ſatis abunde dictum ſit: rationi conſentaneum eſt, vt iam nunc ad interiores affectus, qui videndi actionem de neceſſitate lædunt, & ex conſequenti ad omnem læſam viſionem declarandam accedamus. de hac enim loquentes, de omnibus quoque oculorum internis vitijs verba faciemus. Hæc itaque, vt à definitione exordiamur, nil aliud eſt, quàm ea oculi functio male affecta, quæ ad ipſum viſile refertur. cum enim viſio, & viſile relatiua ſint, proindeque vnum ſine altero definiri non poſſit: viſile nō eſt illud, quod proprie refertur ad viſum: ſed contra, viſus eſt illud quod proprie ad viſile refertur, vt Ariſt. ſcriptum reliquit. Verum quoniam neque læſam viſionem in communi, neque particularem aliquam viſionis noxam recte percipere licet, niſi prius cognoſcamus quo nam pacto viſio naturaliter fiat, & quæ, & quot nam illa ſint, quæ ad hanc functionem ſecundum naturam obeundam requirantur: propterea neceſſe eſt, vt breuiter & veluti per compendium huiuſcemodi contemplationem pertractemus. Inquit enim Galenus 6. in 6. Epid. com. 25. quod is non poteſt curare quæ præter naturam, in corpore conſtiterint: qui ea, quæ ſecundum naturam ſunt, ignoret. Omnes itaque, quorū in philoſophia auctoritas ſumma eſt, in hoc conueniunt, vt viſio per quandam actionem à viſibilibus obiectis prodeuntem, & ex conſequenti per quandam facultatis viſiuæ paſſionem fiat. Sed de hac paſſione loquendo, inter ſe valde differūt. nam Galenus arbitratus eſt paſſionem hanc non in oculo, ſed in medio recipi. Plato autem, & Ariſtoteles rectius ſentientes, ſtatuerunt, ipſam ab organo viſorio, ſeu à facultate in eo reſidente, ſuſcipi debere. Verum diſſident poſtea, quia ſicuti Plato, præter hanc paſſionem, ſeu actionis à ſenſibilib. pendentis receptionem, voluit, vt radiorum, ſiue luminis cuiuſdam exitus, ab oculo neceſſariò requiratur: ita Ariſtoteles exiſtimans per ſolam actionis viſibilium receptionem omnia ad viſionem perfectam requiſita commode ſeruari poſſe, huius luminis exitum tanquam non neceſſarium non admiſit, ne entia ſine neceſſitate multiplicaret. Quamuis enim lumen aliquod ab oculis emanet, ſicuti in nocturnis animalibus videmus: attamen negat Ariſtoteles ipſum ad viſionem neceſſarium eſſe, quia, vt nos docet experientia, viſioni diurnæ maxime aduerſatur. Verum vt veritas magis eluceat, opiniones iam dictas exactius perpendere debemus, vt ijs, quas minus veras cenſemus, reprobatis, veriori ſubſcribamus. Galenus, vt ex eius dictis colligimus, voluit ſpiritus à cerebro ad oculos deferri, quorū merito oculi fulgidi, & luminoſi fiant: à quibus deinde lumen illud in aerem medium prodeat, aerque circumſtās ſimiliter illuminetur. & quia lumen hoc à ſpiritibus, qui quidem animati ſunt, vel ipſamet anima, vt inquit ipſe, proficiſcitur: hinc voluit, ut lumen hoc ſentiendi virtutem habeat, quæ per ambientem aerē diſtribuitur, vt quemadmodum nerui ad cerebrum, ita aer hoc lumine affectus ad oculos ſe ſe habeat. nam ſicuti nerui ſentiendi vim à cerebro ſuſcipiunt, ita ambiens aer ab oculo vim videndi recipit, quia ab oculo lumen cum videndi virtute emanare voluit. Ex altera parte, viſibile, inquit, & ipſum facultatem agendi obtinet, ideo ex hoc concurſu viſio ipſa conſurgit, quæ non in oculo, ſed in re quæ videtur de neceſſitate perficitur, quia videndi vis vſque ad rem viſibilem quantumcunque diſtantem extenditur. quia niſi vis illa attingeret uiſibile, impoſſibile, eſſet, ait ipſe, magnitudinem, formam, & diſtantiam cognoſcere. At vero Plato ex altera parte voluit ex oculis ignem magis tenuem, id eſt lumen quoddam exire. uerum præter hunc luminis exitum, cenſet, quod ad viſionem paſſio concurrat, adeo quod viſibile agere dicatur, & actio illa vſque ad animam ſeu facultatem viſiuam diffundatur: ait enim ex oculo prodire lumen, quod cum externo lumine coniungitur. deinde hoc aggregatum ex duplici lumine vel attingit aliud, vel attingitur, & ab ipſo viſibili mouetur, qui quidem motus ad oculos, & ad animam vſque progreditur. adeo ut aperte voluerit viſibilia propriam actionē habere, quod etiam ibidem manifeſtauit, dum dixit, quod in viſione reperitur voluptas, quæ quidem ex paſſione conſurgit. ita dum alibi de ſenſibus in vniuerſum loqueretur, dicebat, quod ſenſus eſt motus animæ & corporis cum paſſione factus. & alibi de colore loquens, ait, quod ex colore fluit aliquid (non tamen exuuia corporea, ut Leucipus, & Epicurus falſo exiſtimarunt, quorum ſententiam in libro de ſenſib. Ariſtoteles refellit) & id quod fluit, dicitur eſſe oculis accommodatum. idem colligimus ex Plotino, qui Platonem ſequutus apertiſſime ait, quod in viſione paſſio reperitur. patitur autem, ait ipſe, per quandam ſympathiam, & conuenientiam. ideo infra dicebat, quod colores actionem quandam quaſi ſui ſimilitudinē emittunt. Verum quoniam Ariſtotelis ſententiam ſemper veriſſimam exiſtimaui, quæ conſiſtit in hoc, vt viſio non quidem per radiorum emiſſionem ceu neceſſariam fiat, ſed per ſolam receptionem ſpiritalis actionis a ſenſibilibus dependentis: ideo antequam ipſam exactius demonſtremus, liceat opiniones relatas reprobare. quia hoc nil aliud erit, quàm philoſophi ſententiam firmius comprobare. Iam vero Galeni ſententiam, quæ mihi nunquam potuit arridere, ſatis erit paucis confutare, & eam partem tantummodo, in qua ab ipſo Platone receſſiſſe videtur.

*Margin notes:*

Læſa viſio quid.

*Art. 5. met. 6. de relat.*

Viſio quō fiat.

Luminis exitus ab oculo non eſt neceſſarius.

*Galen 7. de placit. c. 5. et infra. & li. de ocul. c. 6. & 10. de vſu par.*

Opinionis Galeni examinatio

*Cap. 5. 7. de placit. poſt med. Pl. in Timæo ante medium.*

Platonis ſententia.

*Eodē Tim.*

*In Philebo.*

*In Menone.*

*Plot. Encad. 4. lib. 5. c. 1. Cap. 7.*

Senſus qd ex Platone.

Ariſtotelis opinio vera.

Galeni ſententiæ cōfutatio.

Digitized by Google

detur. cum enim etiam Galenus radiorum, & luminis ab oculo emanationem ponat, ea argumenta quæ contra Platonem adducentur, multo magis Galeno aduerſabuntur; cum voluerit lumen hoc ad vſque rem viſibilem ſemper deferri, & prope ipſam viſibilium actionem recipi, ibique viſionem fieri, quod Plato nunquam dixit. Sumamus itaque hoc fundamentum, quod ex Galeni ſententia veriſſimum eſt, quod ſcilicet potentia, ſiue facultas ab animæ eſſentia diſtincta non ſit. hoc ſtante, ſi in toto aere videndi facultas reperitur, ergo pariter animæ eſſentia in eo reperietur, & ita aer ille per animam ab oculo prodeuntem animatus erit; quod eſt abſurdum, imò ſi multi homines in vnico loco reperiantur, aer circunſtans multis videndi virtutibus præditus erit, quo nihil abſurdius excogitari poteſt. Ad hæc Galenus ſæpe teſtatus eſt, quod anima vel ſpiritus eſt, vel in eo tanquam in vehiculo reſidet. quodcunque horum ſit, ſi in aere reperiatur potentia videndi, ergo & ſpiritus reperietur. Tertio vnica virtus vnicum organum, & illud determinatum habere debet. ſed ſi Galeni ſententiam admittamus, vis videndi varia & indeterminata habebit organa, nempe ſpiritum, aerem, aquam, ignem, imò etiam cæleſte corpus. nam ſidera quoque videmus. Quod ſi quis dicat hæc omnia in vno conuenire, quia ſint diaphana, & proinde diaphanum eſſe determinatum viſiuæ virtutis inſtrumentum, & addat cum Galeno quod ſicuti caro à neruis vim ſentiendi recipit, ita non eſt inconueniens, vt corpora hæc diaphana alioquin diuerſa videndi virtutem recipiant: hæc tamen euaſio nulla prorſus eſt, quia diaphaneitas ex ſe conſiderata, cum purum accidens ſit, non poteſt eſſe animæ inſtrumentum: quod ſi conſideretur prout in diuerſis ſuppoſitis ſubſiſtit, tunc pluralitas organorum conſurgit, & in abſurdum iam dictũ dilabimur. Diuerſa autem ratio eſt inter carnem, & corpora hæc, quia caro noſtri corporis pars eſt, viuitque, viuit autem in virtute tenuiſſimi ſanguinis, & ipſorum ſpirituum, ideo ſentiendi vim ſuſcipere poteſt. hæc, autem exteriora corpora neque pars corporis, neque vita, aut ſpiritibus prædita ſunt. Sed ad Platonem accedamus. Si, vt ait, ab oculis lumen prodiret, primo ſequeretur, quod dum plures homines in paruo & tenebroſo loco reperirentur, aer ille aliquo pacto illuſtraretur, quod falſum eſt. nec valet ſi dicat Plato lumen illud à tenebris extingui, quia lumen quo magis exiguum eſt, eo magis in tenebris ſeruatur & apparet. vnde ſi quis in die, dicebat Ariſtoteles, in profundiſſimo puteo reperiatur ſtellas manifeſte uidebit: ergo lumen ab oculis prodiens à putei tenebris potius ſeruatur, quia congregatur, ſicuti parua lumina à ſolis radijs diſgregari adeo conſueuere, ut tunc tempus penitus non appareant. Secundo, ſi per hanc radiorum emiſſionem fieret viſio, ſequeretur, quod animalia quo magis fulgẽtiores oculos haberent, melius, cernerẽt. quod eſt falſum, quia talibus oculis prędita, ut feles, noctuæque diminutiſſime vident, ut potius connatum lumen eis impedimento ſit, quàm cum externo lumine coniungi dicatur. Tertio, lumen hoc, vel vſque ad rem viſibilem ſe ſe extendit, vel quadantenus: ſi primum dicamus, falſiſſimum eſt, quia multa corpora lucidiſſima repetiuntur, quorum lumen per ſpatium remotum vix extenditur. nam multæ ſtellæ ſunt, quas non videmus. Si dicamus quadantenus extendi, non autem rem viſibilem attingere. ergo vbi lumen illud non reperitur viſibile, abſque lumine illo operatur. ergo eodem modo vſque ad oculum poterit operari. & ita viſibilia per ſe ſine lumine illo poterunt oculum mouere. Quarto aſpicilia ad viſionem conferunt, cum tamen emiſſioni luminis potius impedimento ſint. conferunt autem, quia tanquam ſpecula in quibus rerum imagines claræ & puræ recipiuntur eas ſubinde oculis noſtris ita puras offerre valent, imò ſi alieno colore ſint infecta, obiecta colore illo reſperſa nobis apparent. Quare remanet ut Philoſophi ſententia, non hæſitanter, vt quidam fecere, ſed tanquam veriſſima ſuſcipienda ſit, præſertim cum a Platone non valde diſcrepet. Quamuis autem ipſam veriſſimam eſſe experientia comprobemus (non ſolum enim in ſpeculu alijſque diaphanis corporibus viſibilium imagines recipi videmus, ſed in eodem mer oculo ſimulachrum in eo reſpicientis apparet) attamẽ poteſt adhuc magis confirmari, & primo ex ipſius oculi natura: nam ceu ſpeculum & perſpicuum quoddam formatus eſt. ſed in perſpicuo colorum actiones fæliciſſime recipiuntur. Quod ſi quis inſtet oculum lucidum eſſe formatum, dicimus quod eius lux valde exigua eſt. & tanta eſt quanta pro illuſtrando oculo ſatis eſt, vt deinde in oculo illuſtrato, ut infra apparebit, colorum actio recipiatur. Secundo ex Ariſt. & omnium ſententia, omne recipiens debet eſſe denudatum a natura recepti, quia intus exiſtens prohibet extranea. Cum ergo oculus viſioni accommodatus eſſe debeat, debet carere colore in ea ſaltem parte, in qua recipitur; quod quidem, ſi oculum diligenter perſcrutemur, manifeſte deprehendimus. ergo viſio per receptionem fit. Si enim per emiſſionem fieret, non deberet aliquid accipi, & ita colore carere non deberet. quod ſi quis inſtet oculus lumine non deſtituitur, & tamen lumen recipit, huic reſponſio paulo infra manifeſta erit, dum dicemus, quod nullum lumen ſine aliqua coloris ſpecie recipi & videri poteſt. Inſuper cæteri ſenſus exteriores omnes per ſolam receptionem fiunt. ergo etiam viſus ita fieri debet. quod quidem rationi maxime conſentaneum eſt, nam facultates non debent obiecta ſibi mendicare, ſed cum veluti indicis perſonam gerant, adeo ſenſibus ſenſibilia offerri debent. nec nos perturbet Ariſtotelis auctoritas, quæ fuit in cauſa, vt multi lapſi ſint. dum enim loquens de iride, & alibi, luminis & radiorum emanationem admittere videtur, tunc non ex propria, ſed aliorum ſententia loquitur. hic enim mos fuit Ariſtotelis, vt antequam ad proprium locum deueniat, opinionibus magis famoſis vtatur. Sed in proprio loco nempe in libro de ſenſu, & ſenſili emiſsionem reprobando, ſolam receptionem probat. neque valet inſtantia de bubone & noctua uel ſimilibus, è quorum oculis lumen prodit, quia hoc non negat Ariſtoteles, ſed non prodit gratia viſionis abſolute, quia experientia comprobamus oculos fulgentes habentia animalia imperfectius videre. ſed prodit in his gratia viſionis nocturnę, quia eorum natura talis erat futura, vt noctu magis vagari deberent.

*Gal. quod animi mor. ſequunt. corp.*

*Galen. 7. de placit. 7.*

**Platonis ſententiæ reprobatio.**

*In Timæo. Ariſto. 5. de gen. anim.*

**Ariſt. opinionẽ veriſsimam eſſe.**

*Ariſt. 3. de anima.*

*Ariſt. 3. meteor. tract. de iride. & 31. probl. probl. 15. 16 & 21.*

Gal. inſtātiæ aduerſus Ariſtotelem diſſoluūtur.

*Galen. 7. de placit. 5.*

deberent. Verum aduerſus Ariſtotelem ſic inſtat Galenus, ſi viſio per ſolam receptionem fieret, non poſſemus rerum magnitudinem & formam conſpicere, quia oculi pars actionem recipiens eſt valde exigua pro tanta magnitudine recipienda. præterea non poſſemus in ſpeculo rerum figuram conſpicere, quæ à tergo noſtri ſunt collocata. nam ſolus color habet hoc vt poſſit reflecti, non autem figura & magnitudo, quia ſunt ſenſibilia per accidens, inquit ipſe. ſed clariſſimus hic vir, ut opinor, ex eo labitur, quia, vt in capite ſexto libri citati colligimus, exiſtimauit formam & magnitudinem, & alia communia ſenſibilia ſolummodo per accidens ſentiri, & merito rationis, quod tamen falſum eſt, quia etiam ratione carentia animalia magnitudinem & figuram cognoſcunt. nam canes tum dominos ſuos a cæteris hominibus, tum longos baculos à breuioribus exacte diſtinguunt. ideo dicendum hęc non eſſe ſenſibilia per accidens, ſed per ſe, non tamen primo, ſed per ſe ſecundario, quia ſenſibilia commonia ſunt veluti modi, qui quidem prima propriaque ſenſibilia concomitantur. nam color dum agit in oculum, vnà cum eius actione figura & magnitudo operatur. ideo vnà cum

*7. de plac. c. 6.*

Magnitudo qūo cōſpiciatur.

*Alex. 2. de anima. 38.*

colore figura & magnitudo repercuti poteſt. Quomodo igitur conſpicitur magnitudo? Alexander inquit hoc fieri, quia res viſibilis ad inſtat baſis, dum ſuam actionem emittit, cuſpidē pyramidalem in oculi conum demittit. vnde pro magnitudinis ipſius auguli diuerſitate diuerſas magnitudines percipimus. Si enim angulus, qui pupillæ foramen ingreditur, maior fit, maiorem: ſi minor, minorem rem viſam conſpicimus. Alexandri reſponſio licet à quibuſdam modernis reprobetur, attamen vera eſt. dum enim in oculo conſpicimus ceu in ſpeculo noſtri capitis imaginem totalem, quamuis eius baſis à qua procedit reſpectu paruæ pupillæ maxima ſit, exactè & perfectè nihilominus conſpicimus. & hinc natura ſagax non ſolum cryſtallinum, gibboſum, & ad exteriora prominentem effecit: verum etiam corneam ipſam, quæ ſcliroticæ tunicæ lucida portio eſt, gibboſam & prominentem ſimiliter creauit, vt etiam obiecta, quæ à latere noſtri locata ſunt, commode recipi, & ſubinde ad cryſtallinum vſque penetrare poſſent. nam de ratiooe illius prominentiæ eſt, vt magna obiecta in parua prominentium corporum portione recipiantur. attamen Alexandri reſponſio aliqua ex parte inſufficieos eſt, & ſuppleri debet. nanque ſi ex vna parte montem ab oculo remotum conſpiciamus, & ex altera manum prope oculum collocatam, manus procul dubio maiorem angulum in oculum mittit, quàm mons, & nihilominus minima reſpectu montis cognoſcitur. quare dicendum, quod ſicuti contraria ſine contrarietate in ſenſum agunt, ita magnitudo ſine extenſione in ſenſum operatur. magnitudinē itaque conſpicimus, dum partes ipſius & earum ad inuicem continuitatem cernimus (continuitas autem ad vnitatem & numerum reducitur) vt enim totus paries albus oculum mouet, ita partes eius. quare eius magnitudo percipi poteſt tum quia cum colore operatur, tum quia eius partes & earum mutuam continuitatem cernimus. & ita obiecta vaſtæ magnitudinis conſpici poſſunt. ſed adhuc inſtat Galenus, quia

Diſtantia qūo conſpiciatur.

*Galen. 7. de plac. c. 5. poſt med.*

diſtantiam percipere non poſſemus. Com enim omnia recipiantur in oculo, omnia in eadem diſtantia locata viderentur. Sed nos dicimus diſtātiam dupliciter conſpici poſſe. Primo, quia redigitur ad magnitudinem, vnde commode videri poteſt, nedum enim obiecta, verum etiā media per propria ſenſibilia in oculum agere poſſunt. Ideo montium diſtantiam ex medij, & alterius rei inter montes, & oculos noſtros poſitæ, magnitudine percipere valemus. Secundo ipſam cognoſcimus ex maiori, vel minori viſibilis actione. quemadmodum etiam per auditum ſonituum diſtantiam cognoſcere ſolemus. qui enim vehementius agunt, proximiores apparent. & tamen nēmo negat auditum per receptionem fieri. Inſuper, ſi diſtantiam cognoſceremus eò quia, vt ait Gal. viſio in re viſa perficitur, in diſtantia dignoſcenda nunquam error contingeret, ſed interdum fallimur, quia oonnunquam lunam prope montium ſumitatem, circulum vero lacteum in cœlo poſitum eſſe exiſtimamus. quod fit, quia luna propter lumen excellens viſum vehementius mouet. contra, lacteus circulus, quia pallidus, & diſgregatus imbecilliter agit. Hinc pictores, vt conſiderauit Alexander, dum in eadem tabula quaſdam res proximas, quaſdam remotas repreſentare volunt, coloribus varijs diuerſimode in viſum agentibus vtuntur: &, dum remota fingere volunt, coloribus ad fuſcum, vel nigrum tendentibus, & exiguo lumine præditis manus adhibent. dum propinqua repræſentare cupiunt, coloribus viuidis, multoq́ue lumine exuberantibus vt albo, rubro, viridi, & huiuſcemodi potentius mouentibus vtuntur. nam colores merito luminis percipiuntur: lumen autē quo magis diſtat imbecillius agit. Animaduertēdū tñ, ne decipiamur, qđ hoc verificatur, dū figuras prope nos exiſtentes depingunt, ſed dū longinqua nobis volunt picta apparere, & repræſentari, colores luminoſos ponunt, vt cęruleum, flauum, rubidum, & rutilātem, quia remotiora ſolum à ſolis radijs illuſtrata nobis apparent. Rurſus obijciunt, ſi viſio p ſolā receptionem fieret, non eſſet neceſſe oculorum aciem ad rem viſam dirigere, ſed ſat eſſet oculos adaperire. nam ſonitus ad aures perueniunt, etiam ſi ad ipſos aures non dirigamus. Ad hoc dupliciter reſpondemus: Primo, quod aures dirigere non eſt neceſſe, quia cum vtraque ſit ad capitis latera in diametrali oppoſitione collocata, quāto alterā aurē magis dirigimus, altera minus percipit. & ita quanto vna melius audimus, tāto altera deterius ſonitum accipimus. ideo ſi eſſent, ſicuti oculi ſunt, ad inuicem propinquæ, ſemper ex earū ad ſonitum directione, clarior auditus conſurgeret. quemadmodum qui ex vnica aure tantum audiunt, nobis oſtendunt: hi enim ipſam ſemper dirigere conſueuerunt. Secundo, ratio diuerſitatis ex eo quoque dependet, quia cum ſolus oculus inter ſenſoria organa abſque materia moueatur, hinc fit, vt, præter receptionem, lumen etiam internum, vt paulo poſt dicemus, requirat. cum autem lumen hoc potiſſimum in cryſtallino humore vigeat, vt inferius apparebit: propterea ſi volumus viſibile exactius cernere, cogimur oculorum aciem pupillamq́ue ad illud dirigere, vt è directo cryſtallini poſitum eius ſpecies commode illuſtrari poſſit. Ad auditum vero

Cur oculorum aciē ad viſibile dirigamus.

ciendum

ciendum non ſola immaterialis actio, ſed aeris commotio de neceſſitate requiritur. vnde ex hac inſtantia magis adhuc Philoſophi ſententia roboratur.

Alterius obiectionis diſſolutio.

Quomodo vero diluendæ ſint obiectiones, quæ ex varijs in læſa viſione contingentibus ſymptomatibus exoriuntur, ex ſermone de cauſis, ſignisque læſæ viſionis apertum erit. ſed pro nunc liceat hãc etiam obiectionem diſſoluere. Dum volumus longius proſpicere, inquiunt hi, manum ſupra oculos, ſed obliquam ponimus, vt radij viſorij magis vniti longius protendantur: ſed maxime decipiuntur, quia radij incorporei cum ſint, nullo pacto vel conſtringi, aut vniri poſſunt; quia hoc ſolum rebos corporeis poteſt competere. ſed ex manuum ſuperpoſitione id aſſequimur, vt maiorũ luminum & obiectorum potentius agentium ingreſſus inhibeatur: hæc enim habent vim obiectum illud obſcurandi, quod exacte cernere expetimus, quemadmodum dum volumus alicuius ſermonem melius percipere, iubemus, vt cæteri omnes conticeſcant. Oculorum igitur aciẽ dirigimus, & manu appoſita aliorum viſibilium remouemus actionem, vt recta linea ſpecies in cryſtallinnm feratur, & ſola puriorque, & non alijs ſpeciebus mixta, & impura recipiatur. His de viſionis modo prælibatis, remanet vt colligamus, quæ nam ad hãc functionem ſecundum naturam requirantur.

De ijs quę ad viſiooem requiruntur.

Et quoniam hæc non alia de cauſa perueſtigamus, niſi vt oculorum vitia recte aſſequi valeamus: ideo omiſſo obiecto, medio, externoque lumine, quæ neceſſaria quoque ſunt, ea ſolummodo, quæ ad oculum ipſum attinent, perquiramus. Porrò ex parte organi primo requiritur, vt ſpeciebus viſibilibus aditum ſeu ingreſſum præbeat. Secundo, vt eaſdem recipiat. Tertio, & vltimo vt ipſas intrinſecus etiam illuſtret. hęc autem, licet hoc ordine pro faciliori declaratione diſpoſita ſint, attamen eodem inſtanti perficiontur. imò illuſtratio neceſſitatis ordine receptionem præcedit, illuſtratio enim illa eſt, cuius merito viſibilia recipiuntur, & proinde conſpiciuntur. Quod autem ingreſſus & ſpecierum receptio neceſſaria ſint, ex his quæ de viſionis modo dicta ſunt adeo clarum eſt, vt probatio ſuperflua ſit. Lumen vero non ſolum gratia medij & obiecti, verum etiam ſenſorij neceſſarium eſſe, & ſubinde lumen etiam internum exigi, imprimis auctoritatibus probatur.

Ad viſionem etiã internum lumen requiritur.

*Gal. 10. de vſu part. & 7 de plac.*

*Ariſtot. l. de ſenſu, & ſens.*

*Pl. in Timæo. 6. de re pub.*

*Ariſtot. l. de ſenſu, & ſens. par. 9. ſecundum Alex. ſect.*

nam Pythagoras oculom igneum eſſe dicebat. Galenus pariter ipſum igneũ eſſe affirmauit, quia multis ſpiritibus præditos eſt. vnde ratione partis formalis, & ſpirituum, oculi quodãmodo ignei ſunt, q̃uis ratione partis materialis, aquei ſint, vt Philoſophus declarauit. nã aqua ad externarũ rerũ impreſſiones recipiendas aptiſſima eſt. Plato quoq; dicebat, quod Dij fecerunt oculos ignis participes, non carbonis, vel alterius, ſed illius ignis, qui diẽ inuehit mundo, ideſt luminis. idcirco alibi oculum vocabat ſolarem, inquiens, quod lumen eſt veluti iugum, quo tria hæc, obiectum videlicet, ſenſorium, & medium connectuntur. Ariſtoteles & ipſe in proprio loco profert hæc formalia verba. aſpectus æquè intus, & extra lumen expoſcit, vt videat. ſed dum dicimus lumen propter ſenſorium neceſſarium eſſe, hoc de lumine externo non eſt audiendum, ſed de partibus internis, vt paulo poſt apparebit. ideo, ait Galenus, fecit igitur natura aſpectus organum lucidiſſimum, vtpote, quod ſolum lucem, ſplendoremque eſſet percepturum. ſed animaduertendum ne decipiamur, quod quamuis requiratur lumen internum, non tamen requiritur vt oculi ſint valde lucidi, quia animalia oculos valde lucidos ſortita, interdiu præſente luce, obſcure vident. quare luciditas hæc in oculo in debita exigitur menſura. præterea idem ratione probatur, cum enim ſoli colores inter ſenſibilia ſpiritaliter moueant. & colores in tenebris ſint ſolum in potentia colores viſibileſque, imò, vt inquit Scotus, non proxima, ſed remota: hinc, vt fiant actu colores, & per anguſtum pupillæ foramen proprias ſpecies etiam intus illuſtratas mittant, & ſubinde viſibiles actu fiant, nedum externum, verom etiam internum lumen neceſſarium eſt. tunc enim ſpecies illuſtratæ illico vſque ad cerebrum & animam, vt ait Plato, diffunduntur. tandem idem probatur experientia, quia ſi oculos perfectè claudamus, vt nullum poſſit cum eis externum lumen commercium habere, ſi ambos, vel eorum alterum confricemos, & oculi aciem ad partem comprimenti digito oppoſitam dirigamus, lumen manifeſtiſſime conſpicimos.

*Gal. lib. de inſtrumento odor. c. 2.*

*Scot. 11. q. quolibet.*

Soli colores ſpiritaliter mouent.

De vſu part. oculi.

Cum itaque tria iam enumerata ad viſionem ſint neceſſaria, neceſſe quoque eſt, vt omnes oculi particulæ in hæc tria conſpirent, & ordinatæ ſint. Vnde cum tria ſimiliter in oculo naturaliter diſpoſito, quatenus oculus eſt, reperiantur, videlicet humores, ſpiritus, & tunicę, hæc omnia tanto artificio fuere à ſummo Opifice procreata, vt omnibus ad viſionem requiſitis ſint vtilia. hoc tamen diſcrimine, quia humores, & inter hos cryſtallinus magis ad ſpecierum illuſtrationem, ſpiritus magis ad earundem abſolutam receptionem, tunicæ vero ad ipſarum ingreſſum magis conducant. Quod autem cornea tunica, & multo magis aranea omnibus viſioni neceſſarijs, vuea ſpecierum ingreſſui vſum præſtet, clarum eſt. Similiter pariter humorem albugineum omnia quidem præſtare, ſed præſertim ingreſſum.

Chriſtallini præcipua vtilitas.

Verum cryſtallinum præter receptionem illuſtrationem principaliter exhibere ex eo demonſtrari poteſt, quia cæteris oculi humoribus fluidis, tenuioribusque remanentibus, ſolus cryſtallinus, ſeu glacialis craſſiuſculus, denſuſque fuit effectus: quemadmodum enim ſidera lucida euaſere, quia cœlum in ea parte denſiorem ſubſtantiam ſortitum fuit, ita glacialis humor ratione denſitatis ad inſtar facis, ſeu lampadis cuiuſdam luminoſus conſurgit. quantam autem aptitudinem ex hac craſſitie, & denſitate ad illuſtrandum acquirit, tantum ad rerum externarum impreſſiones ſuſcipiendas, & conſeruandas deperdit. quod autem internum lumen à cryſtalloide potiſſimum prodeat, nos docet ſenſus, & experientia. dum enim clauſis oculis aliquem eorum comprimimus, lumen, quod in oculi parte, quæ digito comprimenti è diametro opponitur, manifeſtiſſime cernimus, rotunditatem quandam, & cryſtallini figuram exacte præ ſe ferre videtur. & ex hoc colligimus, quod pars oculi principalis, vt Galenus quoque cognouit, glacialis humor eſt. cum enim lumen internum præ cæteris oculi partibus exhibeat, lumen eſt illud, vt ſupra oſtenſum eſt,

*Gal. loc. cit.*



Digitized by Google

quod ad viſionem principaliter requiritur, & quo mediante colores percipiuntur. nam color eſt principale & proprie ſumptum obiectum, in quod fertur viſus. ita vt dicendum ſit, per viſum mediante lumine videri colores: quamuis enim viſus obiectum duplex ſit, ex Ariſtotele, lumen videlicet, colorque: attamen lumen dicitur viſus obiectum in cauſalitate, eo quod omnis noſtræ viſionis cauſa ſit: nam ipſo vti principio mediante colores videmus.

*Ari. 2. de anim. 7.*

Viſus ad colores principaliter dirigitur.

quod autem viſus non ad lumen, ſed ad colores recipiendos, videndoſque principaliter dirigatur, exinde patet, quia ſicuti organum viſorium lumine non eſt orbatum, ita omni colore prorſus ſuit deſtitutum, in ijs videlicet partibus, quæ viſibilia obiecta recipere natæ ſunt. nam omne recipiens à natura recepti nudatum eſſe debet. Hinc quoddam notatu digniſſimum elicimus, quod lumen materiale ſine coloris ſpecie quadam recipi, & videri non poteſt. nam lumen niſi in aliquo colorato corpore, vel quandam coloris ſpeciem habente reperiatur, penitus non videtur. Si enim in obſcuro cobiculo manentes per aliquod foramen lumen ingrediatur, in oppoſito quidem pariete lumen receptum cernimus: in aere vero, quia ſine colore eſt ſuſceptum nullo pacto videmus. quare ſicuti color ſine lumine cauſatiue, ita lumen ſine colore formaliter videri non poteſt. & hoc, quia oculus ſicuti colore omnino caret, ita lumine non eſt deſtitutus.

Lumē materiale ſine aliqua coloris ſpecie nō videtur.

*Gal. 4. de locis aff. ca. 2. sir. med. & 1. de ſympt. ca. 6. poſt medium & 7. de pla. 1. Galen. 1. de ſym. cau. c. 6.*

Dubitatio quę ex Gal. dictis exoritur.

Verum hoc in loco perpulchra nec inutilis exoritur ambiguitas. nam Gal. dicebat, quod tangendi ſenſorium eſt craſſiſſimum, ſicuti cernendi tenuiſſimum: auditus vero ſenſorium vt in tenuitate à viſu, ita ſenſorium guſtus in craſſitudine à tactu ſecundum locum obtinet. olfaciendi vero ſenſorium in illorum quatuor medio conſtituitur. Quod tamen videtur falſum: cum enim aer congenitus ſit principale audiendi ſenſorium, vt inquit Galenus, cryſtallinus humor, qui principale videndi ſenſorium eſt, in reſpectu aeris craſſiſſimus eſt.

Quorondã reſponſio.

huic difficultati Moderni quidam ſatisfacere conati ſunt, dicendo, Galeni dictum intelligendum eſſe de calore innato. quia calor innatus quo ceu inſtrumento viſiua facultas vtitur, tenuiſſimus eſt, ſicuti tactiuæ facultatis calor craſſiſſimus, & in reliquis intermedijs ad portionem, vt dictum eſt, ſe habet.

Confutatio.

Quæ quidem reſponſio pluribus numeris damnanda eſt. primo, quia per innatum calorem vel intelligunt calorem innatum formaliter, vel ſubiectiuè, ſi formaliter calor hic eſt indifferens, & communiſſimum totius animæ inſtrumentum, non magis viſiuæ quàm tactiuæ functioni addictum. ſi illum accipiant ſubiectiue, huius ſubiectum præcipuum ſpiritus eſt. & quia de ſenſibus ſermo eſt, eſt ſpiritus animalis vocatus per neruos delatus, & in cerebro elaboratus, qui quidem ſimiliter eſt indifferens, ſed ad particulares ſenſationes contrahitur in virtute diuerſorum & particularium organorum. imò ad cæteros ſenſus ſola huius ſpiritus irradiatio influit, & proinde, ſi ita loqui licet, calor & eorũ organũ eſſet tenuius, ad viſorium autem organum non irradiatio ſola, ſed ſubſtantia ſpirituoſa & proinde craſſior quodammodo innatus calor concurrit.

Gal. reſpõſio.

ſecundo lapſi ſunt, cum non viderint Galenum rem hanc clariſſime explicaſſe. nam hoc declarans, quomodo ſcilicet primum videndi ſenſorium tenuiſſimum ſit, tactus craſſiſſimũ tum 7. de plac. tum 1. de ſym. ca. dicebat. Quantũ enim aer ſplendore eſt craſſior, tantum aere craſſior eſt halitus. eſt vero ſplendoris quidem ſẽſus viſus, aeris vero auditus, halitus odoratus, æquè ſcilicet vt humidæ naturæ guſtus, & ſolidi corporis tactus.

*Galen. 7. de plac. 1. & 1. de ſym. c. 6.*

quare vult Galenus vt ſplendor ſeu lumen ipſum, non autem calor innatus, videndi organum ſit. Quid igitur? debemus ne Gal. decreto acquieſcere, lumenq; pro videndi principali ſenſorio abſolute ſuſcipere? profecto neq; Gal. hac in re nobis ſatisfacit, quamuis enim eius dictum veriſſimum ſit, quod lumen, vt declarauimus, ad viſionem requiratur, & proinde cryſtallinus, à quo præſertim hoc lumen prodit, pars oculi principalis ab ipſo recte ſtatuatur: attamen non recte facit Gal. dum inter partes principales organum viſorium, colorum videlicet ſuſceptiuum, quod cęteris reliquorum ſenſuum organis ſimiliter ſpecierum ſenſibilium ſuſceptiuis ad portionem reſpondeat, lumen recipit.

Lumē nõ eſt organum viſorum principale.

cum enim videndi facultas ex omnium conſenſu materialis ſit, & in propria functione patiatur, neceſſe eſt, vt eius quoque organum, cuius merito patitur & recipit, corporeum ſit & materiale. tale vero non eſt lumen, quod immateriale, & pura, ſpiritaliſq; qualitas exiſtit, quare aliud organũ, quod corporeum ſit, inquirere debemus. nam ſecus falſa eſſet comparatio quo ad craſſitiem & tenuitatem inter corporeũ, & incorporeum. imò implicat dicere aliquod eſſe tenue & incorporeum, quia tenuitas & craſſities ſolum de corpore enunciari debent. Inſuper ſi facultas imaginatrix, quæ viſiua facultate nobilior, & eminentior exiſtit (nam ſine obiectorum præſentia ſpecies producere valet) & nihilominus corporeo vtitur organo, nempe ſpiritibus, vt in capite de vertigine dictum eſt; quanto magis videndi facultas corporeo organo vti debet: Quare dicendum eſt Gal. dictum veriſſimum eſſe, quod ſcilicet principale viſorium organum in reſpectu ad reliquos ſenſus tenuiſſimum ſit, ſed illud non eſſe lumen & incorporeum, neque calorem innatum, neq; cryſtallinũ humorẽ, quia valde craſſus eſt, & ad ſpecies illuſtrandas potius, q̃ ad earum receptionem dirigitur. nã maxima differentia eſt inter partem principalem, cuius cauſa fit viſio, & eam quæ ad colorum ſpecies recipiendas principaliter cõcurrit.

Principale organũ colores recipiens eſſe ſpiritũ animalem dictum.

Quare ſciendũ eſt organũ hoc principaliter ſpecies viſibiles recipiẽs nullum aliud eſſe niſi ſpiritus, qui per opticos neruos copioſiſſimi in oculos confluunt. nam hi puriſſimi & tenuiſſimi ſunt, & ad ſpiritalem functionem conuenientiſsimi: & hoc modo veriſſimum eſt, quod de organo recipiẽte loquentes, quo magis a tactu ad viſum aſcendimus, eo magis tenue organum adinuenire licet. cũ enim principale organum recipiens auditus ſit aer ingenitus; nulla res in noſtro corpore tenuior ſpiritibus ipſis animalibus excogitari poteſt. & quoniam vel in cerebri ventriculis, vel in eius ſubſtantia reperiuntur, hinc fit vt illi viſioni inſeruiant: iſti vero, quia tenuiores adhuc ſunt, nam in cerebri ſubſtantia permeant & per eam diſſeminantur, eminentioribus functionibus fuerint deſtinati. nec quis exiſtimet connatum aerem in meatu auditorio

complan-

complantatum externo aeri perſimilem eſſe, & ſpiritibus animalibus tenuiorem, quia hoc falſum eſt. nam ſpititus animales ex puriſſima, tenuiſſimaque ſpirituum, qui in arterijs repeniuntur, portione reſarciuntur. aer autem congenitus non ex aere externo, ſed ex vaporoſo ſanguine reſtauratur. Quare videndi organum principaliter recipiens ſunt ipſimet animales ſpiritus, & hoc maximo iure, cum ſolus hic ſenſus ſpiritaliter moueatur. ob id natura prouida voluit vt ad ſolos oculos ſpititus, ijque copioſiſſimi deferantur, quod ex pupillæ vnius oculi dilatatione, dum reliquum claudimus, facile percipimus. ad reliquos autem exteriores ſenſus, quia peculiari organo recipiente non carent, ſolam irradiationem voluit permeare. hæc enim irradiatio pro paſſione, quæ in ſpecierum ſenſibilium receptione oritur, ad cerebrum, in quo fit iudicium, deferenda, ſufficientiſſima eſt. & ob id ſoli nerui optici fuere perforati, vt ait Galenus. hinc etiam cerebri ventres anteriores omnium ampliſſimi effecti ſunt, vt in ijs oculorum gratia, copioſi ſpiritus præpararentur. quod autem ad oculos præſertim dirigantur, ex eo facile cognoſcimus, quia ſi ad imaginatricem, vt quidam falſo prodiderunt, potius pertinerent, ſequeretur quod omnes obſcura viſione, propter viſorios ſpũs tenebroſos, laborantes, melancholia quoq; laborarent, & melancholici omnes obſcura viſione correpti eſſent, quod tamen falſum eſt.

Anteriores cerebri vẽtres gratia oculorum facti ſunt.

*Gal. 7. de pl. cir & 10 de vſu part.*

hinc etiam nerui optici craſſiſſimi ſunt, &, vt ait Galenus, extra duri, ſed intus molliſſimi, & vſque ad oculos copioſiſſimam veluti cerebri ſubſtantiam deferunt. quemadmodum enim ſpiritus ad receptionem aptiſſimus eſt, quia tenuiſſimus, & maxime diaphanus exiſtit, ita cerebri ſubſtantia ad ſpecierum conſeruationem valde accommodata eſt, & in ea ſpecies viſibiles aliquam moram contrahunt, vti, dum poſt alicuius potentis viſibilis aſpectum oculos claudimus, experientia comprobamus. quod in humoribus, & multo minus in criſtallino, propter ſui craſſitiem, fieri non poteſt: nam quamuis aqua imagines facile recipiat, & eas melius quàm aer conſeruet, quia propter aquæ craſſitiem, non ita effluere poſſunt: attamen experientia nos docet, quod dum ab aqua remouetur viſibile, ſtatim ab ea viſibilis imago recedit. inſuper ſpiritus ad receptionẽ potiſſimum fuiſſe deſtinatos, ex ſymptomate in vertigine apparente apertiſſime colligimus. dum enim ſpiritus in vertigine inordinate mouentur, criſtallinis immotis remanentibus, obiecta viſibilia moueri videntur, & huius ſymptomatis nullam aliam rationem reddere poſſumus, niſi quia viſibilium ſimulachrorum in ſpiritibus præſertim vltima & perfectiſſima fit receptio.

*Gal. 7. de pl. c. 5.*

Viſibile obiectũ cur duplex nõ apparet.

Tandem ex Galeni, Auicennæ, & aliorum ſententia, obiectum viſibile duplex non videtur eo, quia nerui obtici complicati & vniti ſunt. vnde ex hoc elicimus, quod in ſpiritibus, qui in opticorum vnione pariter vniuntur, vltima perfectaque ſpecierum receptio potiſſimum fit. nam præter id, quod hæc neruorum complicatio illos quoque præſtat vſus, quorum vnus eſt, vt vno oculo clauſo, vel etiam pereunte, ſpiritus in reliquum ferantur, alius, vt nerui in longo tranſitu, quia nobiliſſimi & molles, melius conſeruarentur: quibus nos poſſumus tertium addere, vt ſcilicet ex hac coniunctione ſpiritus vniti vigorem, & robur acquirerent: ita Galen. & Auicen. quartum vſum aſſignarunt, vt vnicum, non autem duplicatum obiectum conſpiceretur, & appareret. cuius rei demonſtrationem Galenus ex Euclidis theoremate deſumpſit, in quo ſic habet. omnes duæ lineæ rectæ ſe ſe inuicem interſecantes ſunt in eodem plano, & omnis triangulus eſt in eodem plano. oculi enim tanto artificio fuere conſtructi, vt vnus ſine altero moueri non poſſit, (quod in alijs corporis partibus non videmus,) & vt perpetuo eorum acies, & pupillæ ad rem vnicam dirigantur, & ipſi vna cum neruis opticis ſemper ſint in eodem plano, ſeu ſuperficie conſtituti. vnde ſi alterum ipſorum comprimamus, quia non amplius in eodem plano ſituantur, & eorum acies non amplius è directo opticorum (in quorum interſectione ſpecies recipiuntur) ſecundum eundem modum, & eandem diſpoſitionem ſituantur, ſtatim obiectum duplex nobis ſeſe offert.

*Gal 10 de vſu part.*

*Euclid. 2 li. elementorũ theor.*

Obiectio.

Verum, quoniam nonnulli hunc vſum reprobarunt, dicentes, quod etiam aures ſunt duæ, quarum nerui non ſunt vniti, & nihilominus vocem vnicam, non autem duplicatam audimus:

Reſpõſio.

ideo pro Galeno dicere poſſumus, maximum diſcrimen eſſe inter obiectum auditus, & reliquorum ſenſuum obiecta: nam hæc nedum in facto eſſe ſunt, verum etiam permanentiam habent, illud vero cum motus quidam ſit, habet eſſe in fieri, & nullam habet permanentiam, vt ideo Galenus, de differentijs ſymptomatum loquens, ſonitus non potuerit ad qualitatem mutatam redigere, quamuis omnes fere moderni ſcriptores, Galeni ſcripta non perpendentes, ſonitus inter mutatas qualitates perperam enumerauerint. vnde non ſolum vna vox duplicata non percipitur, verum etiam ſi duæ, vel etiam tres ſint, ſed vniſonæ, & vniſormes, dummodo non ſint valde diſtantes, attamen vnica percipi ſolet.

Alia obiectio.

Quod ſi quis adhuc Galeni ſententiam ſuſpectam habeat, adducatque Veſalij teſtimonium, qui neruos hos ſeiunctos reperit in quodam, qui dum viueret vnica, non autem duplicata videbat obiecta.

Reſpõſio.

hic tamen non negabit, quin optici, ſicuti etiam nerui auditorij, in cerebro tanquam in vnico, & communi ſenſuum principio non vniantur.

Alia læſæ viſionis definitio pfectior.

Sed ad læſam viſionem iam reuertamur, cuius eſſentiam adhuc magis exquiſitam ex his, quæ de modo viſionis dicta ſunt, tradere licet, ſi dicamus eam eſſe ſpeciei viſibilis receptionem læſam, propter vitioſam organi viſorij diſpoſitionem. quamuis enim tria ad viſionem neceſſaria ſint: attamen ſolam receptionem accepimus, quia ſpecierum ingreſſus, & illuſtratio ad receptionem, tanquam ad finem diriguntur: nam ideo oculum ingrediuntur & recte illuſtrantur, vt recte quoque recipiantur. dum autem, pro huius læſæ functionis cauſa, prauam organi diſpoſitionem ſubiunximus, læſam receptionem ſpeciei viſibilis vitio medij, vel obiecti ſeparanimus. per organum autem viſorium nos oculum intelleximus, non tamen ſimpliciter, ſed videndi facultate præditum. Nam ſecus à mortui oculo non differret, & æquiuocè potius oculus

diceretur. Et quoniam receptio hæc inter animales functiones reponitur, & quælibet functio tripliciter lædi poteſt, vt teſtatur Galenus, vel enim omnino auferri, vel imminui, aut deprauari poteſt: nos eodem capite, & eodem tempore de ablata, imminuta, & deprauata viſibilium ſpecierum receptione, ſeu viſione pertractare decreuimus; quoniam qui viſionem imminuunt affectus, ab ijs qui eandem auferunt, non niſi ſecundum magis, & minus differunt. verbi gratia. ſi totius oculi intemperies remiſſa viſionem imminuit, ſi ſit valde intenſa, ipſam omnino auferet, ſi medio modo ſe habeat, functioni ad portionem nocet. Simili modo vitia quæ viſionem corrumpunt, ſeu deprauant, eadem tum imminuunt, tum interim omnino eā auferunt.

*Cur de ablata, imminuta, deprauata visione eodem capit. agendum sit.*

Exempli cā rhagoidis foramen ſi amplius reddatur, viſionem deprauat, quare nos eſt in cauſa, vt obiecta minora quàm ſint appareant, & ſimul imminuit. Quod ſi à naturali magnitudine maxime receſſerit, functionem omnino impedit. Non alia ratione ſuffuſionis principium functionem corrumpit cum culices volitantes, & alias falſas imagines oculis repræſentet; augmentum vero tum falſas ſpecies ante oculos ponit, tum viſum hebetat. ſtatus autem & continuatio vndequaque receptionem, & viſionem tollit.

*Galen. 1. de ſymp. ca. c. 2 poſt med.*

Hanc igitur receptionis, ſeu viſionis noxam, quæcunque ſit, aggredientes, vt ipſam breuiter, facile, & recta methodo declaremus, debemus trimembrem Galeni diuiſionem accipere, dicendo videndi functionē lædi, vel primo videndi inſtrumento, nempe criſtallino humore male affecto: vel læſa facultate viſiua, quæ à cerebro per opticos neruos ad criſtallinum defertur: vel partibus, quæ primo videndi inſtrumento ſubſeruiunt, male habentibus.

*Galen. 1. de ſym. cau. c. 6 & 2.*

*Viſio triplici de cauſa lęditur.*

Cum enim ad viſionem obeundam tria ex parte ſenſorij organi neceſſario requirantur, videlicet ſpecierum viſibilium illuſtratio, receptio, & ex conſequenti ſpecierum in oculum & ad facultatem ingreſſus: facillimum eſt videre, cur diuinus vir de læſa viſione vniuerſaliter loquens, dixerit eam lædi vel læſa parte principali, vel læſa facultate, vel partibus famulantibus. Nam veritas hoc, præter cætera, ſingulare ſane priuilegium habet, vt præſtantiſſimorum virorum dictis (in quorum numero Galenus nulli fuit ſecundus) facile concors reddatur. Dum enim Galenus primi inſtrumenti læſionem propoſuit, ad glacialem humorem reſpexit, à quo ſpecierum illuſtratio potiſſimum dependet, viſiuam vero facultatem in medium afferens, ſpiritus viſorios, à quibus perfecta ſpecierum fit receptio, conſiderauit. dum tertio læſionis meminit earum partium, quæ primo videndi organo ſubſeruiunt, eas ſolummodo particulas propoſuit, quæ criſtallinum anteiacent: hæ ſiquidem illæ ſunt, quæ ſpeciebus viſibilibus introitum præbent, vt primo ad criſtallinum vſque pro exacta illuſtratione deferantur, & deinde in ſpiritibus receptæ ad cerebrum vſque, vt ait Plato, illuſtratæ permeare poſſint. & ex hoc elicimus, cur præſtantiſſimus Galenus de læſione humoris vitrei, quamuis nulla oculi pars hoc ipſo humore maior reperiatur, nullam tamen mentionem fecerit. cum enim a tergo criſtallini ſituatus ſit, ad viſionem primario, & per ſe nullo modo concurrit, ſed hunc ſolum præſtat vſum, vt criſtallinus per tranſumptionem ex eo nutriatur. vnde cum Galenus earum tantum partium læſionem conſiderauerit, quæ dum male afficiuntur, viſionem immediate lædunt, hinc de vitrei humoris vitijs ne verbum quidem habuit: nam ipſe neque ad illuſtrationem, neque ad receptionem ſpecierum, neque ad aditum ipſis exhibendum aliqua ex parte cōcurrit. quamprimum enim ad criſtallinum deuenerint, illico in ſpiritibus ſuſceptæ per amphibliſtroidem dictam tunicam, quæ vitreum humorem ambit, & ſubinde per neruos opticos vſque ad cerebri ventriculos vehuntur.

*Gal. l. cit.*

Ab affectibus itaque criſtallini humoris, cum Galeno exordientes, dicimus ipſum tum qualibet intemperie ſimplici & compoſita, tum mala compoſitione, tum ſoluta vnitate corripi poſſe. Mala autem compoſitio poteſt conſiſtere in magnitudine aucta, dum aliquo afficitur tumore; & imminuta, quam phthiſim vocant. ſicuti dum totus oculus contabeſcit, atrophiam appellant. Criſtallini autem imminutio, tum ex vitreo humore, tum præſertim ex albugineo imminuto originem ducit. præterea mala compoſitio poteſt conſiſtere in ſitu, dū extra propriam ſedem dimouetur: quamquam translatio, inquit Galenus, ſiquidem ea verſus angulum maiorem, minoremve facta eſt, nihil quod æſtimandum ſit, incommodi affert. ſin ſurſum deorſumve inclinat, duplicia quæ videntur omnia apparere facit. quod quidem vitiū in ſitu, vel ob ictus & percuſſiones, vel ob inſignes dolores ex flatibus impetentibus prodeūtes ſolet oriri. Ita criſtallinus vitium contrahit in ſitu, dum in profundum compingitur a frigore, vt ait Galenus 7. io 6. Epidem. 2. cuius ratione fit, vt oculus niger et caliginoſus ſub aſpectum veniat.

*Cauſæ. Vitia principalis organi. Phthiſis oculi. Oculi atrophia.*

*Galen. 1. de ſym. ca. c. 2.*

Denique vitiatur criſtallinus, dum in glaucum aut fuſcum colorem mutatur, aut in ſubſtantia nimium craſſeſcit (quod etiam vitreo humori accidere poteſt) quo fit, vt proprio lumine, ſplendoreque deſtituatur. vnde ægrotantes per nebulam, aut fumum ſe videre arbitrantur, & hoc vitium dicitur Glaucoma: Dicebat tamen Galenus, glaucedinem fieri propter immodicam inſtrumentorum ſiccitatem, & quia ſpeciem habent ſuffoſionis.

*Gal. 3. aph. com. vlt.*

*Glaucoma, & Glaucedo.*

Si vero de vitijs viſiuæ facultatis loquamur; cum hæc in ſpiritibus reſideat, nam hi, vt ſupra dictum eſt, ſunt ij, qui ſpecies perfecte ſuſcipiunt, ab eiſque potiſſimum alterantur & afficiuntur: ideo de ſpirituum vitijs agendum eſt.

*Vitia facultatis.*

Spiritus itaque, vt ex ijs, quæ à nobis in capite de melancholia tradita ſunt, licet colligere, vitiantur, vel quia deficiunt, vel quia impuri, & turbidi, vel quia craſſiores redduntur. Deficiunt autem, vel quia reſoluuntur, vt euenit in inſigni aliqua euacuatione per nares, aut alias vias, & etiam dū propinqua mors eſt. vel quia impeditur eorum tranſitus, quod fit ratione anguſtiæ, vel vētriculorum cerebri, vt in apoplexia, epilepſia, & huiuſce generis affectibus euenit, vel neruorum opticorum. Hęc autem opticorum anguſtia fit vel ratione obſtructionis, vel inflammationis, vel dori tumoris, vel ſubſidentiæ, quæ ex opticorum tabe & ſiccitate ortum ducit: & ſi ab his vitijs ex toto tranſitus ſpiritibus adimatur, fit cęcitas, quæ à Latinis offuſcatio, à recentioribus gutta ſerena

*Spirituū vitia.*

*Galen. 1. de ſym. cau. c. 2*

*Opticorū anguſtia. Gutta ſerena.*

ſerena

ſerena vocatur. dum ſcibcer nullo in oculis malo apparente cernendi ſpiritus, ſenſusq; deper
ditur. ſi autem tranſitus adimatur ſecundum partem, viſio diminuitur, vt non poſſint obiecta
maiora, neque diſtantia intueri. Huius autem rei rationem reddens Galenus, quia exiſtima-
tur per exitum luminis viſionem fieri, dicebat: nam ſpiritus licet ſit purus, non multus tamen *Gal. 7. in 6. epid. com. 1.*
eſt, vt ſuam vim mittere procul poſſit. Sed nos qui huius luminis exitum tamquam fruſtrato-
rium abiecimus, dicere debemus id contingere, quia ſpiritus exigui cum ſint, non poſſunt o-
biecta maiora in eodem inſtanti, ſed ſolum per quandam ſucceſſioné ſuſcipere. ideo qui bre
ui viſione laborant, dum aliquem volunt perfecte diſtinguere & contemplari, ſolent à capi-
te vſque ad pedes, & quoquo verſum oculorum aciem dirigendo, vt optime cognoſcant, ip-
ſum intueri. diſtantia vero nullo modo cernunt tum quia medij magnitudiné percipere non
valent, tum quia diſtans obiectum minus efficaciter, propter externi luminis penuriam, vt ſu
pra dictum eſt, oculum mouet. At vero ſpiritus vel impuri, vel craſſiores euadunt, vel vitio
cerebri, vel extra cerebrum & aliarum partium: vitio cerebri, dum intemperatum redditur,
præſertim ſi intemperies cum materia ſit. tunc enim, vt in capite de catharro diximus, conco
ctio cerebri noxam incurrit, & excrementa gignuntur, quæ dū ſpiritibus miſcentur, vel craſ-
**Melãcholicus humor cur oculis infenſiſſimus.** ſiores, vel impuri redduntur. craſſiores quidem dum præſertim materia corpulenta eſt, quæ
ſolet eſſe pituitoſa, nec non etiam melancholica: melancholica vero, vt in capite de melan-
cholia notauimus. eſt illa, quæ pluribus numeris ſpiritibus poteſt obeſſe; quia tum paucos,
tum craſſos, tum impuros, & opacos reddit, quod tanquam notatu digniſſimum in oculorum
vitijs, & viſus obſcuritate, ſemper memoriæ mandandum eſt. nil enim æquè viſum hebetat,
& obſcurat, ac melancholia, timor, mœrorque, ac fletus, & huiuſce generis melãcholica ſym
ptomata, quamuis à practicantibus id parum fuerit animaduerſum. impuri autem potius ſpi
ritus redduntur, dum excrementa ſunt potius vaporoſa, vt interdum accidit in phrenitide,
in vertigine, & ſimilibus vitijs. Si vero inficiantur ſpiritus extra cerebrum, hoc fit vitio: vel *Hip. & Gal. 1. progn. 23.*
totius, vel partium, vitio totius, vt in febre, cum vapores febriles petunt caput. idem dicen-
dum de cachexia, & melancholia, & ſimilibus vitijs, in quibus materiæ interdum à toto in
caput aſcendunt. idem de partibus ſtatuendum, & præcipue de ventriculo, iecore, & vtero:
ab his enim prodeunt materiæ quandoque vaporoſæ, interdum humoroſæ, quæ dum in ca-
**Vitia partium famulantiũ.** put feruntur, ſi cum ſpiritibus permiſceantur, læditur viſio, dum hi ſpiritus infecti per opti-
cos neruos in oculos, & in pupillam, & albugineum decumbunt. Quod ſi lædantur partes fa- *Gal li. 1. de ſymp ca. c. 2. Gal. loc. cit.*
mulantes, vitia potiſſimum in albugineo, in rhagoide, & in cornea tunica conſiſtere poſſunt.
**Vitia albuginei.** In albugineo vitium poteſt eſſe in quantitate, & qualitate. in quantitate prout vel nimium
augetur, & læditur viſio, quia, vt ait Galenus, pupilla ex accidenti dilatatur: vel imminuitur,
**In quantitate.** vt ex vulnere, aut vlcere contingere ſolet, & quomodocunque læditur viſio, tum quia, vt ait
Galenus, ſiccior efficitur ipſe cryſtallinus, vtpote iam humore à quo largiter imbuatur defi-
ciente, & rhagoides tunica in ſe concidens, ſpatium quod inter ipſam, & cryſtallinum inter-
„ eſt, anguſtius efficit. itaque fit, vt cum cogatur cryſtallinus humor paruo interſtitio cum ex-
„ terno ſplendore commercium habere, perſimilem patiatur affectum, ijs qui ſolem nictando
„ contuentur. Horum enim aliqui occæcati ſunt: omnes vero ita læſi, vt vix recuperarint priſti-
„ num viſum. quippe monſtratum nobis eſt fieri non poſſe, vt ſplendidam lucem inoffenſè to-
**In qualitate.** leret viſus inſtrumentum: eoque factum eſſe, vt rhagoides tunica, quæ nigra ſimul, & cæru-
lea eſt, illi ſit prætenta. In qualitate vero vitiatur albugineus dum vel impurus, vel craſ-
**Impuritas** ſior, vel malè coloratus euadit. Impurus autem fit ex permixtione materiæ excrementitiæ,
potiſſimum vaporoſæ, quo fit, vt pro diſcrimine vaporum viſio magis, & minus obtenebre-
**Craſſities.** tur. craſſior autem euadit dum cum ipſo humoroſa materia permiſcetur, quæ ſi alimentalis
„ ſit, neceſſario ſcd̃m oẽs partes, ſi excrementitia non neceſſario ſcd̃m oẽs partes, ſed ſcd̃m ali-
„ quas, craſſeſcit. Si igitur, īquit Gal. humor hic craſſior, q̃ prius erat reddatur, tum perſpicacia
„ viſus adimitur, tum ne longinque videatur efficit, ita vt nec quæ longè poſita ſunt cernan- *Galen. 1. de ſymp. ca. c. 2. poſt medium Ga. 1. progn. com. 23. vide locum hunc progno ſt.*
**Suffuſio,** tur, nec quæ prope ſunt admota exacte conſpiciantur, quod ſi vehementer craſſus fiat, vt eue
„ nit in ſuffuſionibus (quæ vt ait Galenus, in hoc humore fiunt) vtique videre hominem prohi
„ bet, & ſi totum rhagoidis foramen à craſſo corpore obtenebratum non ſit, ſed aliqua pars
„ eius pura ſuperſit, vtique per illam, quæ extrinſecus ſunt, ſingula per ſe ſola nihilo deterius,
„ quàm ante videbuntur, non tamen ſimiliter vno tempore multa, quod ſcilicet anguſtior, quã
„ ante facta ſit pupilla: At ſi in pupillæ centro exigua ſuffuſio conſtiterit, partibus, quæ circa
„ ſunt manentibus puris, obiecta omnia ijs qui ſic ſunt affecti, veluti feneſtras habere viden-
„ tur. quippe quod in medio non cernitur quaſi exciſum videtur. Iam vero ſi diuulſa, non au-
**Suffuſio ſpuria.** tem inter ſe coniuncta craſſa corpora in dicto humore fluitant, ijs qui ſic ſe habent, tanquam
culices quidam foras obuerſari videntur. Sæpe vero ex craſſiore quoque humoris conſiſten-
**Vitium in colore.** tia, tanquàm idolum aliquod ſibi appareat imaginantur, quod potiſſimum euenit poſtquàm
à ſomno ſurgitur, præcipuè pueris, & ijs qui pluſculum vini biberunt, aut aliàs capite ſunt im
pleto, Iam vero quibus adeo perfectus ſyncerusque viſus eſt, vt eum ne vel minimum ſenſile
„ fugiat, exhalationes vero quæpiam à ventre aſcendunt, potiſſimum vbi non probe coxerunt
„ ſimilia ijs, quæ ſuffuſis ſymptomata incidunt. Ait enim Galenus 1. de loc. cap. 2. quod ſuffuſio
„ ni ſimilia quædam oculi imaginantur collecto in ore ventriculi tenui excremento. vnde, va-
„ poribus quibuſdam in oculos ſubleuatis, in eos viſiua facultas incidens, ijſdem imaginibus,
„ quibus per ſuffuſiones, afficitur, idque maxime euenire ſolet ijs, quibus oculorũ humor ex-
„ quiſite purus, aut viſiua facultas quàm facillime ſentit. Denique vitium eſſe poteſt in colore,
**Rhagoidis vitia.** qui varius eſt pro materiæ permixtæ varietate, vnde ſi quidem ad fuſcum inclinet, velut per
nebulam, fumumve hoĩem videre facit: ſi ad citrinum ratione bilis permixtæ, omnia colore
citrino aſperſa videbuntur: ſin ad alterũ colorẽ vergat, eius nimirũ phantaſiã viſibilibus in-

V. F. K 3 par-

*Galen. 1. de ſymp ca.c.2. ante med.*

partietur. Vitiatur aūt rhagois, ſiue vuea dicta tunica, dū eius foramē (per qd pupilla cōſtituitur) vel amplius redditur, & quocūq; ſemper hæc amplitudo noxia eſt, quia nō ſolū viſum corrumpit, quatenus eſt in cauſa, vt obiecta minora, quàm ſint, appareant, verum etiam imminuit, cum parum commode animali ſpiritu impleatur, & ipſe fundi, diſſoluique, ac diſſipari cogatur; vel redditur anguſtius, & hæc anguſtia ſi ſit natiua, optima eſt, cum ratione huius ſpiritus colligatur, conſtringatur, & roboretur: ſi autem adſcititia, & ex morbo, eſt mala non propria ratione, ſed ratione affectuū, qui cum anguſtia adſcititia de neceſſitate connectuntur. Dilatatur autem foramen rhagoidis, vel per ſe, dum ſcilicet hæc tunica, vel plus iuſto ſiccatur, vel tumore, ſiue ſit tumor durus, ſiue abſceſſus, afficitur: vel per accidens dum amplior redditur pupillæ foramen cum augetur albugineus: vel quando cauitas repletur flatu, vel quando ab excrementitio humore ibi, vel aceruatim, vel paulatim influente diſtenditur rhagois. ad extenſionem vero foraminis ampliatio neceſſario ſubſequitur. Oppoſitæ ſunt cauſæ anguſtiæ, quæ fieri poteſt vel propter nimiam rhagoidis laxitatem, dum ſcilicet à nimia humiditate perfuſa relaxatur, vel propter defectum albuginei, cuius rhagois in ſe concidens contrahitur, & rugatur, vel propter obturationem foraminis, quod poteſt fieri à materia vel purulenta, dum poſt abſceſſum rhagoidis, vel corneæ diſruptio fit, & pus in regione pupillæ colligitur, vel non purulenta, dum fit ſuffuſio, quæ poteſt eſſe morbus in numero, cum materia illa in membranā degenerat, & etiam morbus in via, quia obturat. Hæc autem ſuffuſio non ſemper reſidet in eadē parte, ſed modo inter albugineum, & rhagoidē, & in hoc potiſſimum loco cōſiſtit, vt ſupra dictum eſt, modo inter rhagoidem, & corneam collocatur. Denique inter rhagoidis, & pupillæ vitia diuulſio, & ruptio enumeratur, quæ tum à cauſis propoſitis, tum etiam externis contingere poſſunt, nec magnopere, vt ait Galenus, viſioni officiunt. Poſtremo ſi de corneæ affectibus loquamur, dum ipſius pars, quæ pupillam anteſtat, vel craſſior, vel denſior, vel humidior fit, vel varijs coloribus inficitur, vel ſolutam vnitatem patitur, neceſſario viſio læditur. Craſſior autem redditur dum ſiccatur, vt rugoſa euadat, quod fieri poteſt vel ob nimiam ſiccitatem, vt in vltimo ſenio ſæpenumero accidit, vel ob inopiam albuginei. Denſior euadit propter durum tumorem, abſceſſum, inflammationem, & præcipuè propter albuginem propriè dictam, ideſt ob cicatricem, quæ ex vlcere glutinato relinquitur; quia ſi impropriè accipiatur albugo, apud quoſdam eſt materia pituitoſa, quæ pertinaciter hæret, & figitur in ſubſtantia corneæ, quæ magis propriè dici poteſt nebula. Si enim humor imprimis recens corneæ adhæreat, parit nubem, vnde putāt ſe per nubem, aut fumum videre: quia vero ſenſim craſſeſcit, tandem parit impropriè acceptam albuginem, & hæc vitia ſenſim ſuccreſcunt, & ſæpe ex ophthalmia, & epiphora: interdum fiunt ex proprio humore lento iuxta pupillam effuſo. At vero humidior redditur cornea, tum ratione materiæ producentis vitia iam dicta, nempe durum tumorem, abſceſſum, inflammationem, tum etiam ratione humidæ intemperiei, & ſicuti dum craſſior, vel denſior cornea eſt, viſus hebetudinem creat, & ideo dicebat Ariſt. oculos duros motum vehementem expoſcere, ita dum humidior euadit, ſiue vt inſtrumentum eſt, ſiue vt ſimilare corpus, non ſolum viſus hebetudinem affert, verum etiam vt quaſi per caliginem, vel nebulam, vel halitum quempiam, vel fumum cernatur, efficit. Afficitur autem varijs coloribus dum humores non multi, ſed colore tantummodo mutati ſunt. vnde pro eorum vario colore, error in viſu reſpondet. proinde dū in morbo regio citrina euadit, omnia citrina ſic affecti videre ſe putant. Quibus vero ratione ſugillationis, ideſt ſanguinis, qui venas exit, & hæret corneæ, portio illa, quæ pupillam anteiacet, inficitur; ijs omnia rubicunda apparent. Sanguis autem venas exit propter earum eroſionem, ruptionem, & contuſionem. Fit autem ruptio ex ictu, ſeu plaga: quamquam (licet raro) interna etiam cauſa eſſe poſſit, vt nimia vaſorum repletio, aut ipſius ſanguinis in vaſis contenti feruor exuperans. Cornea demum ſoluta vnitate affici poteſt, vt fiat rhexis, quæ nil aliud eſt, quàm corneæ ruptura, vel ſectio, vel exeſio, è qua dum intus penetrat, emanat albugineus humor, & interim vna procidit, vt fiat oculi procidentia, quę proptoſis Gręce dicitur, à qua diuerſa eſt oculi confuſio, in qua ex ictu oculi permixti ſunt humores citra vllam eruptionem. Hæc omnia ſunt vitia, quæ aut non videndi, aut male videndi ſunt cauſæ. Quibus licet addere ea vitia, quæ non vnicam tantummodo partem, ſed oculum ſecundum ſe totum affligunt, de quibus Galenus non meminit, quia manifeſtum eſt ab his multo magis poſſe videndi functionem lædi. Nos tamen dicimus totum oculum, & qualibet intemperie, & mala compoſitione, & ſola vnitate corripi poſſe. Mala autem compoſitio non ſolum poteſt eſſe magnitudo aucta, dum totus oculus corripitur inflammatione ſanguinea, aut biliosa, vel pituitoſa, aut melancholica; & magnitudo imminuta dū totus abſumitur, & dicitur atrophia, vel etiam tabes, dum, vt ait Galenus, oculi extenuati fiunt, ac ſicci pluſquam naturæ conueniat: ſed & malus ſitus dum iuſto eminentior eſt oculus; vnde oculi prominentes nō poſſunt procul aſpicere, quia ſpiritus nimium diſſipatur, & difficillime perferunt lumen externum, quia cryſtallinus nimium ad extra vergit: ſolet aūt extra vergere propter materiam aliquam, quæ inter oculum & orbitam intus ſit collecta, & recentiores oculum leporinum huiuſmodi vitium vocant. Talis autem materia ſiue tumorem efficiat, ſiue non, ſolet eſſe potiſſimum craſſa, frigidaque. Differentiæ tum à cauſis propoſitis, tum à modo ſeu forma læſæ viſionis deſumuntur. nam functio hæc, ſeu ſpecierum viſibilium receptio, vel auſertur, vel imminuitur, vel deprauatur. Si auferatur, hoc fit vel abſolutè, vt neque lumen videant, vel non abſolutè, vt lumen ſolummodo, & illud eximium: non autem proprium obiectum, nempe colorem videant. Si imminuatur, vel propinqua exactè dignoſcunt, quæ autem procul abſunt non vident, vel diſtantia prorſus non videndo, & propinqua quoque diminute cernūt: vel tertio tū propinqua, tum remota imperfectè vident. Sed ſemper propinqua, quia vehementius

Margin notes: *Midriaſis cauſæ.* — *Tabes pupillæ, & eius cauſæ.* — *Pau. lib. 3. capit. 22.* — *Suffuſionis locus.* — *Gal. loc. cit.* — *Paraſtrophæ.* — *Vitia corneæ.* — *Caligo ſeu tenebroſa viſio.* — *Albugo.* — *Arist. 2. de anima. tex. 93.* — *Hallucinatio, ſeu Paraſis.* — *Sugillation, ſeu Hyppopij cauſæ.* — *Rhexis.* — *Oculi procidentia.* — *Oculi cōfuſio.* — *Vitia quæ oculum ſecundū ſe totum inuadere poſſunt.* — *Galo. 3. aph. 16.* — *Differētię* — *A viſione ablata.* — *A viſione diminuta.*

Differẽtia quædã ab ſurda reprobatur.

hementius agunt, melius videntur, quam remota, dummodo obiectum ferè ſupra ſenſum
non ponatur. ideo maxime damnandi ſunt Moderni quidam, qui quartam differentiam po
ſuerunt, dicentes, quod interdum modo quodam imperfectiori obiectum proximum, quã
remotum intueamur, & quod deterius eſt, differentiam hanc ipſi Galeno male aſcribunt, di-
centes eam ex eius dictis colligi, quod tamen falſiſſimum eſt. nunquam enim huius differen
» tiæ meminit Galenus, & in proprio loco, ita ad verbum ſcribit. Ac ſi quidem ſpiritus mul-
» tus eſt, & æthereus, etiam quæ longiſſime abſunt videt, ac perfectè diſcernit: ſin paucus eſt,
» & purus, quæ prope ſunt exactè dignoſcit, quæ procul abſunt non videt. Quod ſi humidus
» ſimul, multusq; eſt longiſſimè quidem videt, ſed non exacte. Sicuti etiam ſi humidus ſimul,
» exiguusq; eſt, nec exacte, nec longiſſime videt. quare falſitas hæc, quæ fuit in cauſa, vt tot
ingenia fruſtra laborauerint, & exitum luminis cum Platone, & Galeno inaniter poſuerint,
poſthac omnino explodenda erit. Verum quoniam decepti ſunt, videntes multos eſſe, qui
dum litteras, libroſque legere volunt, ipſos ab oculis quadantenus elongare conſueuerunt:
ideo, ne & nos decipiamur, animaduertendum, quod ſi valde prope oculos viſibile pona-
mus, illud difficillime ambobus oculis cernimus, quia maxima cum difficultate vtriuſque
oculi acies, & pupilla ad intra verſus naſi ſummitatem eodẽ tempore contorquetur. imò ſi
per aliquod tempus oculos ita ad ſe inuicem inclinatos detineamus, muſculi, & radices ocu-
lorum dolere ſolent. vnde cum quidam ſint, qui hunc muſculorum, & oculorum motum
ſatis difficilem habeant, ſi volunt viſibile ambobus oculis conſpicere, illud ab oculis aliqua-
tenus elongare coguntur. Hinc fit, vt ij, qui breui viſu laborant, ſi volunt exacte res intue-
ri, coacti ſint alterum oculorum claudere, vt ſpiritus ad reliquum ferantur, & res prope aper
tum oculum admouere (in eis enim ſpiritus pauciſſimi ſunt) & eo ſolo illas conſpicere.
Inſuper reperiuntur quidam, qui oculos valde fulgidos nacti ſunt, quod vel propter nimium
cryſtallini ſplendorem, magnitudinem, vel ſitum, vel potius propter ſpirituum eximiam te-
nuitatem poteſt contingere. vnde ſi hi admodum prope oculum viſibile ponant, non ita re-
ctè cernunt, quemadmodum ſi aliquantiſper illud ab oculo remoueant, quia ab interno lu-
mine aliqua ex parte perturbantur: id igitur non euenit, quia radius viſorius extra miſſus in
longo tranſitu ab externo lumine deputetur, vt iſti arbitrati ſunt: quia ſi verbi gratia obie-
ctum per brachium vnum ab oculo remoueant, non melius vident, quàm ſi per brachij di-
midium ſolummodo illud elongauerint. Verum quoniam litterarum lectio impleriſque ſe-
nibus melius perficitur, ſi litteræ aliquatenus ab oculis elongentur, quam ſi admodum pro-
pe oculos admoueantur: ideo in eis id euenire putandum eſt, propter ſpirituum anima-
lium & interni luminis penuriam quo fit, vt litteris ab oculo aliquantis per elongatis, lumen
externum quod eſt in medio, intenſius euadens interno lumine ſuppetias ferat, & litteras
per refractionem aliquam maiores efficiendo, medius aer multiplicatus veluti pſpiciliorũ vi-
cem gerat. Sed ad differentias reuertamur. Differt præterea imminuta viſio, quia interdum
non quæcunq; obiectorum genera, & in quocunque tempore, aut in qualibet medij diſpoſi-

Nictilopa Halia, ſeu Glaucoſis

tione probe conſpiciunt. Vnde vel commode res albas, & claras, & in aere luminoſo conſpi
ciunt: male autem res nigras, & in obſcuro, & hæc diſpoſitio dicitur nictilopa: vel contra
probe in obſcuro nigraſque res, & male in lucido aere albaſque res intuentur. Fit autem pri-

Cauſæ Nictilope.

ma diſpoſitio nempe nictilopa tum propter ſpirituũ craſſitiem, & obſcuritatem vnà cum eo-
rum multitudine, quo fit, vt etiam ſolis aſpectum, & excellentia obiecta tolerare poſſint, tum
» etiam propter humorum, & tunicarũ oculi craſſitiem. vnde oculi ẽr duri ex Ariſt. vt dictũ eſt,
» motũ vehementem expaueſcunt. De nictilope igitur loquens Galenus, dicebat. Quod .n. vulpi,
» quæ alopis Græce dicitur, per diem accidit, nam ea propter ſpiritus tenuitatem diurno tem-
» pore videre non poteſt, propterea quòd à radijs ſolis funditur, & diſcutitur: nocte vero
» cernit, quod ſpiritus factus ſit denſior; id luſcioſis, ſeu nictilope laborantibus de nocte eue-
» nit, quia de die cernunt, de nocte non item. cum enim materia ad cerebrum peruenerit, il-
» lic permanet, ac progreſſu temporis putreſcens fit nigrior, ideoque caliginoſos vapores ad
» oculos mittit, ac ſpiritui qui aſpectum efficit, tenebras offundit: de nocte nil cernunt, quòd
ſpiritus propter frigus fiat craſſior. Sed luſcioſa affectio, vt paulo infra ait, poteſt etiam fieri

Ariſt. lo. cit. Gal. 7. in 6. epid. com. 1.

Galen. 1. de ſymp. cauſ. c. 2. prope ſi.

Cauſæ Glaucoſis

oculo proprio ſuo affectu laborante, vt cum cryſtallinus craſſus ſit, ſpirituſque fuligino ſior
euadit: quo caſu eſt curatu perdifficilis contraria autem affectio fit, vel propter oculorum
prominentiam, nimiamque eorum magnitudinem, vel propter ſpirituum paucita-
tem, tenuitatem, & claritatem; vel propter pupillæ latitudinem; vel propter albugi-
nei penuriam, vel propter cryſtallini tenuitatem. vnde ſicuti ratione iſtorum ſpiritus viſorij
nimium diſgregantur, lucidaque obiecta ita perferri non poſſunt: ita ratione aeris, vel obie

A viſione deprauata.

cti obſcurioris viſorij ſpiritus vniuntur, congregantur, & denſantur, & lumen oculi innatum
aliquo modo recreatur. Si autem ſpecierum receptio, ſeu videndi actio deprauetur, tunc re-
ceptio hæc dupliciter vitioſa euadere poteſt: vel enim recipit ea, quæ non ſunt, tanquàm ſi
eſſent, dum ſcilicet ægrotantes muſcas, vel culices ſibi obuerſari conſpiciunt, aut ab alijs fal-
ſis ſpectris, & imaginibus deluduntur: vel recipiendo ea, quæ vere ſunt, attamen prauo
quodam modo recipere poteſt. hic autem prauus modus poteſt conſiſtere vel in quantitate,
vel qualitate, vel motu. In quantitate, vel diſcreta, dum vnicum obiectum geminatum ap-
paret; vel continua, dum obiectum maius, quã ſit, conſpicitur, quod propter pupillæ conſtri-
ctionem euenit: vel è contra, quod propter contrariam pupillæ diſpoſitionem oritur: in qua-
litate vero dũ praua viſio cõtingit vel in paſſibili hoc fit qualitate, hoc eſt in coloribus, & tũc

Signa. Læſi chryſtallini.

vnus color pro altero recipitur, & cernitur: vel in figura, quando obiecta quadrata apparent
circularia, vel è conuerſo; vel quando in medio perforata, vel ſecundum latus abſciſſa con-
ſpiciuntur. Denique fit error in motu, dum res quieſcens videtur moueri, quod ratione mo

tus

Digitized by Google

tus inordinati ſpirituum in vertigine potiſſimum contingere ſolet. Læſam autem viſionem in genere, necnon etiam differentias, quæ à forma capiuntor, patiens nobis declarabit. Tunc autem cryſtallinum vitiatum eſſe certo ſciemus, dum nulla in alijs oculi particulis apparente noxa, ſpiritus viſorios ( ex indicijs de quibus infra ) nulla præter naturam diſpoſitione affectos eſſe iudicabimus. Quod ſi intemperie afficiatur, ægrotantes ægerrime aerem luminoſum perfette poterunt. tunc enim proprio ſplendore deſtituitur, qui ad inſtar exiguæ flammæ à vehementi lumine externo diſſipatur. Vtrum vero intempeties ſit calida, vel frigida, vel alia, cognoſcitor ex ſenſu, iuuantibus, & lędentibus, & ſimilibus, tum ex his, quæ de ſignis intemperiei totius oculi dicentur. Si afficiatur vulnere, vlcere, aut mala compoſitio facile cognoſcitur. ita malus ſitus ex eo cognoſcitur, quod obiecta geminata apparent, præceſſeque fuere cauſæ impellentes, ictus, dolores à flatibus acerbiſſimi, vnde ex acerrimi humoris influxu non ſolum cryſtallinus è propria ſede dimouetur, verum etiam pupilla dilatatur. Signa cryſtallini dum in profundum receſſit tradit Gal. 7. in 6. Epid. 1. Si vero lædatur facultas, nulla neque in toto oculo, neque in eius parte apparet noxa; Vt enim Galen. 4. de loc. 2. ſcriptum reliquit, cum nullo in oculo malo appatente, cernendi ſenſus deperditus eſt, deſcendens à cerebro in ipſum neruus cauſam in ſe continet; cum vel inflammatione, vel ſcirrho laborat: vel ex humorum defluxione afficitur, aut aliter quomodolibet foramen ipſum obturatur. Si itaque ſpiritus omnino deficiant, adeſt cœcitas: ſi ex parte, viſio omnino non aufertur. Si autem reſoluti ſint, pulſus eſt languidiſſimus, præceſſit inſignis euacuatio, vel ſunt prope mortem. Si autem impediatur eorum tranſitus, ſi id fiat vitio cerebri adeſt apoplexia, epilepſia, ſcotomia, vel ſimilis affectus: quæ ſi non adſint, anguſtia in opticis conſiſtit, quod etiam ex eo deprehendimus, quia ſi alterum oculum claudamus, eadem pupillæ magnitudo alterius oculi ante, & poſt obſeruatur: nullo enim modo augetur, & inſuper malum cito oritur. cognoſcitur etiam opticorum angoſtia fricando vnum oculum, & tenendo alterum compreſſum; quia ſi in oculo fricato immediate poſt fricationem aperto, appareat pupillæ dilatatio, & conſtrictio, ſpiritus libere tranſeunt; ſi hæc non appareant, adeſt opticorum anguſtia. Verum hoc loco notandum eſt, quod interdum, licet raro, contingit, vt ſpiritus aliqua ex parte per opticos tranſeant, & proinde altero clauſo oculo, reliqua pupilla aliquatenus dilatetur, & nullo vitio in oculis exiſtente, facultas nihilominus læſa ſit, & ſubinde viſio valde labefactata. hoc autem fit, quia nerui optici, vel potiſſimum ea cerebri pars à qua emergont valida intemperie, aut inſigni aliquo affectu anguſtante laborat: vnde quamuis ſpiritus à prioribus cerebri ventriculis ad oculos aliqua ex parte tranſmittantur per opticorum meatum, attamen tollitur irradiatio, quæ per ipſorum non meatum, ſed ſubſtantiam, & poroſitates ad oculos influit, ſicuti in reliquis ſenſorijs organis contingit, cuius irradiationis merito paſſio ab obiectis ſenſorijs organis illata, & proinde ſenſatio ad cerebrum vſque, in quo receptionis fit iudicium, defertur. hanc autem irradiationis ablationem Galenus ſub facultatis læſione potuit comprehendere. hoc autem cognoſcitur, quia præter id, quod adſunt ſigna intemperiei exquiſitæ ipſius cerebri, facile eſt vt reliquæ etiam ſenſationes, & animales functiones langueant. Sed ad opticorum anguſtiam redeamus, quæ ſi ab inflammatione oriatur, aderit inſignis capitis dolor, qui ex frontis compreſſione non exacerbatur, nec frontis color mutatur, & ad radices oculorum dolor pertingit, hincque aliqua in oculis rubedo apparet, & hac de cauſa plerique obcœcati fuere. Si fiat à duro tumore, quamuis etiam in hoc adſit dolor, qui poſtea deliteſcit, dum in ſcirrhum exquiſitum migrat, homines tamen viſione priuantur: & ad differentiam doloris inflammatorij, nec ab ægro caliditatis ſenſus perſentitur, nec oculi rubicundi apparent. imò ſi quid per oculum exit, id pituitoſum erit, & pituitæ, non ſanguinis aderunt indicia. Si autem anguſtia fiat ex obſtructione, fit cœcitas, nullo dolore præcedente, ſed præcedit capitis grauitas, caput eſt pituitoſum, & temporis momento, & interdum eadem hora obcœcantur. Si autem pedetentim viſio auferatur, in cauſa eſt opticorum ſubſidentia, quæ ab intemperie, vel tabe fit. Si vero ſpiritus non ex toto deficiant, ſed ſint in parua copia, viſio diminuta ſubſequitur, in qua proxima obiecta rectè conſpiciunt: diſtantia vero non rectè: cum tamen dum copioſi ſpiritus influebant, & proxima, & remota rectè intuerentur. Si vero ſpiritus ſint craſſi, vel impuri, maxima cum difficultate exacte, & diſtinctè poterunt intueri. Præterea ſicuti ſpiritus valde tenues non tolerant longam viſionis moram, nec rerum lucidarum aſpectum, nec medium valde luminoſum: ita ſpiritus craſſi hæc omnia facile ferunt, & in obſcuro non bene vident, quemadmodum priores. Spiritus autem turbidi, quamuis male videant, ſecundum omnem diſpoſitionē, attamen & ipſi melius in claro, & res claras, quā in obſcuro, & res nigras conſpiciunt, & frequenter imaginationes patiuntur. Hi autem ſpiritus ita impuri, ita craſſi, ſi ſint etiam exigui, remota non conſpicient, & proxima cū difficultate, quod vitiū ſenib. familiariſſimū eſt. at ſi ſit impurus, ſed copioſus, longiſſimè quidē videt, ſed non exacte, vt ſupra in ſermone de differentijs dictū fuit. Vtrum aūt ſpiritus reddantur impuri, & craſſi vitio capitis, vel totius, vel partium, ex proprijs indicijs cognoſcitur. Verbi gratia, ſi caput eſt calidius, in illud cā referenda eſt. Si ventriculus frigidior, in vētriculū. Sed tunc læſæ viſionis cauſam in cerebro eſſe certo ſcimus, ſi non mō ad oculum, verum etiam ad alios ſenſus imbecillitas pertineat. Si vero lædantur partes famulantes, quantum ſpectat ad albugineum, ſi eius vitium in quantitate conſiſtat: ſi copioſior reddatur, præceſſit copioſus victus, pupilla amplior ſolito obſeruatur, oculusq; nigrior euadit. Si vero imminuatur, præceſſit inedia, morb. diuturnus, anguſtatur pupilla, & difficillime lumen perferre poſſunt, oculi nigredo imminuitur, & potius glaucus ille color ſuboritur. Verum quoniam glaucedo vt infra apparebit non tantum ex albuginei defectu, verum etiam ratione tempe-

raturæ,

*Galen. 1. de ſym. cau. c. 2.*

Læſæ facultatis.

Notandū.

Signa anguſtiæ opticorū ab inflammatione, & tumore, vel cauſis obſtruentibus.

Craſſorū ſpirituū ſigna, nec non tenuiorum, & turbidorum.

Vitiorum partiū famulantiū.

Albuginei.

Signa vitiorum in quantitate.

Signa cauſas glaucedinis diſtĩguentia.

ratura, ſpirituum, cryſtallini, & vueæ prouenire poteſt; ideo vt ſciamus cauſas colorum oculorum cognoſcere, & eis, dum opus eſt, occurrere, oportet hoc pacto diſtinguere. namque ſi præter oculorum glaucedinem cutis quoque totius, & pilorum color glaucus ſit, fit propter dominium phlegmaticæ temperaturæ. Si cutis color talis non ſit, quærendum an glaucedo natiua ſit, vel adſcititia. Si ſit adſcititia, & habeant oculos præter conſuetudinem concauos, & exiccatos, fit ex diminuto albugineo, præcipuè ſi in claro, & res lucidas non ita probe, ſicut antea, conſpiciant. Si vero ſit natiua, vel bene vident in omni diſpoſitione, & tunc fit, aut ex multitudine ſpirituum, & perſpicuitate, quod cognoſcitur, quia homo eſt bonæ habitudinis, bene coloratus, ſanguineus, & ſpiritibus abundans: aut ex magno cryſtallini ſplendore, quod cognoſcitur ex contrarijs diſpoſitionibus: vel non bene videt in omni diſpoſitione, ſed melius in obſcuro, quàm in claro, quod fit aut ex paucitate albuginei, aut ex parua vueæ nigredine, aut ex cryſtallini magnitudine, vel poſitione ipſius verſus partem oculi anteriorẽ. Si fiat ex paucitate albuginei, oculus apparet concauus, depreſſus, non plenus. Si ex pauca vueæ nigredine, aut ratione cryſtallini, hoc non apparet: ſed dum fit cauſa cryſtallini, apparet albedo oculi cum ſplendore: abſque ſplendore vero ſeu relucentia, dum ex vueę defectu fit: & ſi cryſtallinus locatus ſit verſus ſuperficiem, bene videt nigra, etiam in obſcuro, alba vero male etiam in claro. at dum cryſtallinus eſt magnus, ęqualiter videt bene, aut male in claro, & in obſcuro. ex ſignis oppoſitis nigredinis cauſæ cognoſcuntur. Si vero albuginei vitium

Signa vitiorum in qualitate. In impuritate, & craſſitie.

ſit in qualitate: ſi impurior, vel craſſior reddatur, in oculo turbulentia quædam apparet. quod ſi fiat in vno tantum oculo, facile illius oculi turbulentia percipitur: non enim aderit ſplendor ille, qui in ſano oculo conſpicitur. Præterea dum malum in albugineo eſt ſatis intenſum, non apparet homo oculi, hoc eſt imago aſpicientis in oculum, de quo meminit Galenus, dum inquit. Pupillæ idolum in tela aranea (& eſt tunica cryſtallinum ambiens) velut in ſpeculo quodam conſiſtit; eſt enim lenis, & micans ſuper omnia ſpecula. pro quo aduertendum, quod homo oculi non apparet aut ex defectu corneæ, aut albuginei, aut telæ araneæ, & cryſtallini. vnde ſi cornea offuſcata apparet, non ſolum è directo pupillæ, verum etiam in alijs partibus, indicium eſt corneam eſſe affectam. Si cornea bene perua ſit, oportet diſtinguere vtrum turbidatus ſit albugineus, vel cryſtallinus, & aranea. oportet itaq; ægrotantem percunctari, an ſibi appareat nubes prohibens viſum, & tunc fit ex albuginei obſcurati nocumento: parum enim vel nihil videt. Si autem non viderit nebulam, & non appareat homo oculi, ſignum eſt turbulentiam in aranea, & cryſtallino poſitam eſſe. Quod ſi albugineus craſſus euadat, ex alimento, vitium eſt potius ſecundum vtrunq; oculum; ſecus ſi

*Gale. 10. de vſu part.*

Vera ſuffuſio quõ ab albug. craſſitie diſtinguatur.

ratione excrementi craſſeſcat, & impurior reddatur: excrementum enim vnum tantum oculum occupare poteſt. oportet autem vti omni diligentia, vt craſſities albuginei à ſuffuſione, à tumore ſcirrhoſo corneæ, & ab eius nebula diſtinguatur. nam catarrhacta deponitur acu, alia vero minime. patientes itaque diligenter interrogandi, quia quandoque dicunt ſibi videri veluti muſcas, & culices volitantes: deinde lęditur viſio, & veluti per telam araneam, vel nebulam conſpicere videntur: quandoque vero nil præter lumen intuentur (dum enim lumen non obſeruant, vitium in extincta facultate conſiſtit) ideo ſi inter initia conſpiciant in obiectis veluti culices, veluti muſcas volitantes, ſuffuſionis euidentiſſimum indicium eſt, & eius principij. Si autem dicant obiecta videri culicibus referta, & muſcis non tamen volitantibus, ſed hærentibus obiectis & immobilibus, non eſt ſuffuſionis principium, & dum malum intenditur, non fiet ſuffuſio depoſitioni accommodata. Quod ſi affecta ſit cornea, ma-

Suffuſio quõ diſtinguatur à nebula. Vera ſuffuſio quõ diſtinguatur à ſpuria.

*Galen. 2 de loc affect. c. 2. ante medium.*

teria illa proxima videtur. Si materia ſit inter albugineum, & rhagoidem, non eſt ita vicina; ſi ſit in albugineo adhuc magis remota eſt. Denique vera ſuffuſio à ſpuria diſtinguitur, vt exactiſſime docet Galenus, quoniam legitima alterum tantum oculum falſis rerum ſimulachris illudere ſolet, aut ſi ambos non ſimul tamen, neque ſimiliter. ſuffuſio autem per con-
ſenſum & ambos, & ſimul, & æquabiliter viſis offendit. & patientes, vt plurimum „
funiam, & cathenarum nodos ſibi obuerſari conſpiciunt. Præterea in propria ſuffuſione ſym- „
ptomata aſſidua ſunt, neque etiam horam intermittentia: in ſpuria remittunt, præcipue „
dum aer eſt purus, & probe ſerenus, & intermittunt ſi parciore, & facili dato cibo ventricu- „
lus bene concoquat, aut is purgetur ex hiera picra: inualeſcunt autem dum adeſt cruditas, „
aut os ventriculi dolitat, vel nauſea fatigat: præcipueq; dum aer impurus, & nubiloſus exi- „
ſtit. poſtremo vera ſuffuſio breui tempore ſuſcipit incrementum, & ad viſus priuationem „
perducit. Spuria vero nequaquam, cum quoſdam viderimus per triginta annorum ſpacium „
abſque viſionis noxa notatu digna, ſpuria illa ſuffuſione fuiſſe vexatos. Si denique albuginei vitium ſit in malo colore, color ille oculis noſtris apparet, & patiens aſſeret omnia obiecta,

In malo colore. Quõ oculi vitiati ſint inſpiciendi.

verbi gratia, eſſe citrina. Diſtinguendum autem vtrum color hic ſit in albugineo, vel cornea, quia maxime facit ad curationem. ideo ſi ſit in albugineo intimior apparebit, non ita in ſuperficie, ſed oportet vt æger decumbat, & ſecundum latera in loco luminoſo oculus inſpiciendus, quia hoc pacto aſpicimus ſolam corneam, propter ſui eminentiam: non autem regionem albuginei: & dum videmus rotunditatem, ſuminitatẽ illam verbi gratia citrinam, dicendum affectam eſſe corneam, ſin minus albugineum. Quod ſi lædatur rhagois, vtrum ſit dilatata, vel anguſtata, cognoſcitur ex collatione facta ad oculum ſanum, & ex eo, quod obie-

*Gale. 10. de vſu part. c. 5.*

Signa vitiorũ rhagoidis.

cta vel minora, vel maiora, quàm ſint, apparent. Quòd ſi dilatetur foramen ex copioſo albugineo, facile ex dictis cognoſcitur. Si ex immodica ſiccitate, erunt ſigna ſiccæ intemperiei. ſi ex tumore, & abſceſſu, aderunt propria ſigna. Si autem anguſtetur pupillæ foramen, defectus albuginei ex dictis cognoſcitur. Si fiat ratione intẽperiei, obſeruatur oculi humiditas, ita vt pupilla concidat. Si autem anguſtetur propter ſuffuſionem, de hac dictum eſt. diſtinguitur autem ſuffuſio à collectione puris (nam ſuffuſio deponitur acu, minime vero pus, & in vtro-

que

que nil interdum vident præter lumen) quia ſi pus fuerit collectum, præceſſit abſceſſus, præſertim in rhagoide, qui fuit diſruptus. Præterea oportet diligenter oculum aſpicere, deinde impetu quodam concutere, vel etiam præcipere, vt moueant oculos, quia poſt commotionem ſi erit materia purulenta, ob agitationem illam violentam commouetur, & poſt agitationem obſeruatur oculus alio modo, quam antea conſtitutus. Si ſit ſuffuſio, nulla apparet mutatio, quia validiſſime hæret. Si autem pus in corneæ ſubſtantia collectum ſit, non autem inter albugineum, & rhagoidem, apparet eminentia in cornea præſertim ſecundum eam partem, in qua eſt abſceſſus, ideo oportet ægrum ſupinum in aere luminoſo collocare, ſi non obſeruetur aliqua inæqualitas in corneæ ſuperficie, abſceſſus eſt in rhagoide. craſſities autem corneæ facile cognoſcitur. Si enim rugoſa fiat propter albuginei defectum, pupilla fit anguſtior, ſecus ſi ratione ſenectutis rugoſa euadat. ita dum redditur humidior, vel colorata, vel patitur ſolutionem vnitatis, facile ex dictis cognoſcitur. Quod ſi præter corneæ rupturam vuea tunica procidat, ſi procidentia nondum creuit, muſcæ capiti ſimilis exiſtit, vnde mioce phalon appellatur; ſi amplius creuit, vuæ acinum repræſentat, quo fit, vt à Latinis vuatio, à Græcis ſtaphiloma nuncupetur: ſicuti vbi plurimum aucta ſit, vt palpebras tranſiliat, malum Latinè dicitur. verum ſi præter id, quod palpebras tranſgreditur, callum obducat, dicitur clauus: quia claui capiti perſimilis exiſtit. in quacunque autem huius mali differentia oculi pupilla eſt omnino diuulſa, ita vt vel non appareat, vel à ſitu, & figura propria ſit immutata; quo diſtinguitur oculi procidentia ab eiuſdem phlyctæna, ſeu puſtula. tum præterea, quia quod prolapſum eſt nigrum, aut cæruleum apparet. in circuitu vero circa fundum eius partis, quæ procidit, labia corroſæ corneæ alba apparent. id quod in puſtula videre non licet quoniam ea ſuperficialis exiſtens ſimiliter vndique nigra eſt, licet non exacta nigredine. Poſtremo ſi lædatur totus oculus, ſoluta vnitas, inflammatio, malus ſitus, & atrophia facile cognoſcuntur. dum hæc non ſunt, nec apparet noxa magis in vna parte, quam in altera, dicendum lædi viſionem ob intemperiem. Quæ ſi calida ſit, perſentitur caliditatis ſenſus, prægreſſæ fuere cauſæ calefacientes, iuuantur à frigidis, & adſunt reliqua ſigna naturalis intemperiei calidæ ipſius oculi, de quibus paulo poſt, & ſic de cæteris intemperantijs dicendum.

Signa vitiorũ corneæ.

Signa oculi procidẽtiæ Miocephalon. Staphiloma. Malum. Clauus.

*Pau. li. 3. c. 22. Aet. lib. 7 c. 33.*

*Aet lib. 7. c. 32 & 33.*

Signa vitiorũ totius oculi.

*Gal 2. prae. tex. com. 11*

» Diſtinguitur autem oculorum hebetudo, vt inquit Galenus, quam amauroſim vocant Græci, (eſt enim obſcura, imbecillaque inſtrumentorum ſenſio, ſine turbulentiæ apparitione, & proinde turbulento aſpectu generalior) ab oculo turbulento, quia quamuis in vtroque obſcure cernant, ægris tamen ipſis ſenſio veluti turbationis cuiuſdam in turbulentis conſpectibus euenit; extrinſecus vero videntibus oculus acie hebes, nullam humidi præter naturam habere videtur ſubſtantiam: perijt autem ex eo tum ſplendidum, tum lucidum, quod in acute videntibus oculis ineſt. Hebetes item, imbecillique mortuorum oculis ſimiles ſunt: multisque morientium adhuc tamen viuentium tales oculi videntur, veluti & his, quos extrema habet ſenectus: turbulenti vero non omnibus, ſed ſolis his, quibus turbatum in pupilla videtur humidum, quod ſanitatis tempore tum lucidum, tum candicans erat. Tandem vt oculorum lapſus à naturali ſtatu oculorum cognoſcatur, oportet ipſorum temperaturas, naturalemque conſtitutionem cognoſcere. inquit itaque Galenus. Quicunque tangentibus quidem manifeſte calidi exiſtunt, & facili, ac crebro motu cientur, & venas latas habent, hi calidi omnes ſunt: frigidi vero his contrarij, & humidi quidem molles ſimul, & multa humiditate pleni, quia albugineus ſuperabundat: ſicci vero aridi ſimul, & duri cum albuginei paucitate. à ſimilibus autem facile offenduntur: iuuantur autem à modico contrariorum vſu. Magnitudo autem eorum cum concinnitate, & operationum virtus multitudinem bene temperatæ ſubſtantiæ oſtendit, ex qua ſunt conformati: quæ ſi deſint, multam quidem ſubſtantiam, non tamen bene temperatam oſtendunt. ita paruitas cum concinnitate, & operationum virtute paucam, ſed bene temperatam ſubſtantiam oſtendit. ſi ſociam habuerint inconcinnitatem quandam, & operationum vitium, paucam ſimul ac vitioſam materiam oſtendunt. Glauci autem oculi, qui pura humiditate, ac non multa præfulgent, tales fiunt ob ſplendidi luminis abundantiam; contra vero nigri, & qui intermediam naturam ſeruãt, cauſas intermedias habent. Glaucus itaque fit vel propter magnitudinem, vel propter ſplendorem cryſtallini, vel propter ſitum prominentem, aut propter albuginei paucitatem, & puritatem, & omnibus in vnum conuenientibus fit glauciſſimus oculus. minor autem glaucedo fit, ſi quædam deſint. Niger autem fit, aut ob paruitatem cryſtalloidis, aut propter profundum ſitũ, vel quia ſpledidus, & fulgidus exquiſite non eſt, vel quia tenuis humor vel ſuperabundat, vel purus non eſt: vel propter vnam, vel propter omnes fieri conſueuit. eadem fuit Auicennæ ſententia, imò quaſdam ex his cauſis tradit Ariſt. & Auer. Quando vero Gal. ait 7. in 6. Epid, com. 1. quod niger fit oculus dum cryſtallini profundum compigitur; tunc præter nigredinẽ, etiam caliginoſus oculus conſpicitur. Verum pulchra hoc in loco circa oculorum nigredinem exoritur ambiguitas, omnes enim cauſæ propoſitæ defectum oculorum oſtendunt non vulgarem. Si enim paruus cryſtallinus ſit, ſpecies commode non illuſtrabit. Si profundior, albugineum non bene illuſtrare poterit. idem fiet ſi paruum ſplendidus, ita ex Auic. albuginei magnitudo, eiuſdemque impuritas ſpecierum ingreſſum, & penetrationem prohibet. Sicuti altera ex parte omnes cauſæ glaucedinis ſuperius propoſitæ perfectionem præ ſeferunt, vt ex contrarijs patet: nam magnus cryſtallinus, & ſplendidus, & prominens optimè poteſt tum albugineum, tum ſpecies illuſtrare. & ſi modicus, & purus ſit albugineus, magis poteſt à cryſtallino illuſtrari, & facilius ſpeciebus viſibilibus ingreſſum præbere: ergo nigredo improbanda, glaucedo vero laudanda, & expetenda eſt; & ob id Homerus Mineruam glaucis oculis inſigniuit. idem ſentit Ariſtoteles, inquiens, optimus viſus eſt, qui inter multum, & parum humoris moderatus conſtat. Hunc vero glaucum voluit eſſe

Signa tẽperaturarũ oculorũ eorũq; bonę, vel malæ conſtitutiõis.

*Gal. lib. ar. med ca. 23. vſq; ad 27. incluſiue.*

Dubitatio de oculorum nigredine, & glaucedine.

*Auic lib. 3. fen 3. tr. 2. c. 34. Ariſt. 5. de gener. anim. ca 1. & Auer. in com.*

*Ariſt. 5. de gene. anim. cap. 1,*

Auer.

Auer. & alibi ait Ariſto. color caprinus oculi morum optimorum eſt indicium, & ad cernen-
di claritatem primatum tenet. Sed caprinum glaucum eſſe determinauit Auer. Quid igitur *Ariſt. 1. de*
nos, & Poetæ nigros oculos ad cœlum vſque laudibus extullere conſueuimus? an quia aſpe- *hiſto. anim.*
ctu pulchri? ſed Hip. vt refert Galenus, membrorum pulchritudinem in actionis, quæ ab *c. 10.*
his producitur, robur, & bonitatem retulit. Inſuper ſi glauci laudandi, cur Ariſt. ait glau- *Ga. 1. de vſu*
cedinem cruditatem ſignificare, & ideo huiuſmodi oculos pueris contingere conſueſſe? cur *pari. c. 9.*
Solutio. tandem Medici glaucedinis curam proponunt? Dicendum, quòd ſi ſola adſit nigredo, quę *Ariſt. 5. de*
vel à nigredine tunicæ, vel alijs cauſis relatis dependeat, vtique laudari non debet, quia vi- *gene. anim.*
ſio ſemper imperfecta redditur. Sed ſi oculus niger fiat à copia quidem albuginei, ſed præte- *cap. 1.*
rea ſplẽdidus ſit ob copiam cryſtallini, hic & pulcherrimus eſt, & plurimum commendandus:
cum enim duo ſint in oculo neceſſaria, horum alterum ſcilicet albugineus locum habet ma-
teriæ, cryſtallinus vicem gerit formæ, vnde cum ſit & niger, & ſplendidus tum formæ, tum
materiæ copiam præſefert, & proinde naturæ in generando vim indicat excellentem: id ve-
ro tum quia viſioni accommodatiſſimum, tum quia rariſſimum, admirationem parit. ideo
Poetæ laudant non tantum nigros, ſed etiam ſplendidus. ideo à ſplendore antiqui lumina
oculos appellant, vt Tibullus. Illius ex oculis cum vult exurere Diuos, Accendit geminas lam
padas acer Amor. ita ſidera oculi cœli dicuntur. Si vero glaucedinem perpendamus, hæc vel
naturalis eſt, vel præter naturã: & hæc vel fit propter defectum digeſtionis (indigeſtus enim
humor ad albedinem vergit, ideo talis color nouellis accidit plantis, & puerorum oculis) *Auic. lo. cit.*
vel propter humoris defectum: hinc folia plantarum, dum ſiccantur albeſcunt: hinc ſe-
num, & febricitantium oculis, vt notat Auicenna, glaucus ſuperuenit color: vel tandem fit
glaucus color propter humoris craſſitiem, vt ſupra dictum eſt: quocunque autem iſtorum
modorum glaucedo fiat, cum præter naturam ſit, laudari non debet: at ſi naturalis ſit, qua-
cunque de cauſa fiat, perfectionis aliquid præſefert. non tamen tanta eſt perfectio illius, quę
à cryſtallini ſitu, aut albuginei paruitate pendet, quãta eſt illius, quæ à magnitudine, & ſplen
dore cryſtallini oritur. Ea aũt eſt perfectiſſima, quã magnitudo, & ſplendor cryſtallini, puri-
Alia dubitatio. taſq; albuginei produxit, & ea eſt quam Mineruæ tribuit Homerus. Sed dicet quis, enim non
ſolum hæc glaucedo, ſed etiam nigredo oculorum, quæ ex vtriuſq; fit humoris copia, pluri-
Solutio. mum laudatur, quam ex ijs debemus magis commendare? Quamuis nigredo cum ſplendo-
re admiranda ſit, attamen aliquid imperfectionis includit: quia nigredo quid præſefert ma
terialis. Sed glaucedo propoſita vltimo loco minus materiæ continet, plus formæ, & aliquid
diuinius oſtendit. vnde quemadmodum forma abſtracta nobilior eſt, quam materialis: ita
magnus, ſplendidusq; cryſtallinus, qui veluti forma eſt, ſi cum minori, & puriori ſit albugi-
neo, qui locum habet materiæ, & proinde glaucedinem pariat, multo perfectior ſe ipſo eſt,
quam dum plurimo innixus aqueo humore nigredinem producit. ideo Dea Sapientiæ, quæ
non ex terrena materiæ labe, ſed Iouis capite orta eſt, glaucos potius, quam nigros oculos
promeruit. Sed ad prædictiones accedamus, quæ pro partium diſcrimine, & cauſarũ diuerſi-
Prognoſtica. tate, variæ eſſe debent. Vnde viſionis noxa, quæ ab affectib. cryſtallini ducit originẽ, cæteris
paribus, difficilius corrigitur, quã illa, quæ ab affectib. partiũ famulantiũ oritur. ita dum læ-
ditur viſio ob noxam facultatis, anguſtia opticorũ, quæ fit a duro tumore, non poteſt auſer-
ri. Si fiat ab inflammatione, vel à pituita obſtruente, vt plurimum irremediabilis eſt, niſi tri-
bus aut quatuor diebus corrigatur. Præterea defectus viſus propter paucitatem ſpirituum,
& cauſas inanientes, & reſoluentes deterior eſt, quam propter eorum craſſitiem, & cauſas re-
plentes: ſimiliter craſſities albuginei ferè incurabilis eſt, niſi ſtatim occurramus, & in princi-
pio. Suffuſio vero ſicuti in principio diſcuti poteſt, ita dum fuerit perfecta tantummodo de-
ponitur acu. Cum autem ſuffuſionum plures ſint ſpecies, quatuor, vt experientia nos docet,
curabiles ſunt, nempe alba ſicut calx, alba ad cæruleum clarum vergens, alba ad cæruleum
obſcurum tendens, & citrina. Verum prima ſpecies ex enumeratis, quia interdum propter
percuſſionem euenit, ideo quamuis curetur, attamen fieri põt vt deinde propter percuſſio-
nẽ, quam patiens ſuſtinuit, non bene videat. Secunda autẽ ſpecie rectè depoſita patientes me-
lius, quam in cæteris videbunt, ſolet. n. ex ventriculo, & propter prauorũ ciborum vſum pro-
creari. Tertia aũt ſpecies, vbi fuerit depoſita, & viſione recuperata, nõ diu permanebit in eo
ſtatu, niſi cũ medicamentis, & electuarijs, de quib. infra, patientes præſeruemus. ſolet. n. ex
ex multo capitis dolore, aut nimia frigiditate, aut propter anguſtiam, fletũ, vigiliã, & id ge-
nus alia, dũ modice affligũt, prouenire. Quarta vero ſpecies, quæ ex multo potu, & cibo ſuper
fluo generatur, & interdum propter magnum laborem, & ex humore melancholico, depo-
ſita permanet, dummodo inde poſitione, de qua ſuo loco, miniſter diligens, & accuratus
ſit. ſuffuſionis autem ſpecies incurabiles ſunt, tum viridis, quæ ſubito deſcendit, non au-
tem paulatim fit, tum illa, quæ adeo dilatata eſt, vt in oculo circulus aliquis non appareat,
ſed tota pupilla dilatata nigra, vel alba tota conſpiciatur. At vero ſpuria ſuffuſio non ſo-
lum periculo vacat, verum etiam poteſt remoueri ſaltem pro maiori parte. Quod ſi al-
bugineus deficiat, difficillime reſtauratur: vnde propter huius humoris effuſionem (inquit
Galenus) aliqui occæcati fuere: omnes vero ita læſi, vt vix priſtinũ viſum recuperarint, vn- *Galen. 1. de*
de pupillæ anguſtia hac de cauſa proueniens maxime inſanabilis eſt. Si aũt fiat propter rha- *ſymp. cau.*
goidis humiditatẽ, minus mala eſt, facilius. n. eſt ſimilarũ particularũ cuiuis cũ humectata *cap. 2.*
eſt ſiccare, quam cum ſiccata eſt humiditatem reſtituere. hinc fit dilatationẽ pupillæ diffici-
„ lius curari cum propter rhagoidis ſiccitatem, & dum vt corpus ſimilare ſiccatur, originẽ du
„ cit, quàm ſi amplior reddatur ob eiuſdem tunicæ humectationem, dum ſcilicet, vt corpus in
„ ſtrumentale humectatur, ſiquidẽ phlegmones, duros tumores, & abſceſſus, ſi in rhagoide cõ
„ ſiſtant, peritus Medicus non magno negocio poterit ſuperare. Quantum attinet ad vitia cor-

nec,

Digitized by Google

neæ, cum ſint in ſuperficie, facilius cæteris intrinſecis corriguntur. Attamen qui in ea parte corneæ, quæ pupillæ prætenditur, vulnus accepere, ſi id fuit penetrans, vt plurimum ſuere ob cæcari. quo fit, vt Galenus caſum pueri ita affecti, & liberati inter inſueta admodum, & veluti incredibilia repoſuerit. Amauroſis autem, vt teſtatur Galenus, eſt imbecillæ animalis facultatis ſignum. &, vt idem Galenus ſcriptum reliquit, ex oculis totius corporis affectionem certiſſime cognoſcimus circa robur potiſſimum, & imbecillitatem. nã ſi vires imbecillæ ſint, oculi concaui, ſqualidi, decoloreſque apparent: ſi firmæ, bono ſunt colore, & in molem attolluntur, & humore ſplendente ſunt referti: quia animalis ſpiritus luminoſus è cerebro ad oculos plurimus comportatur, qui cum imbecillus, aut paucus fuerit, tum ſymptomata iam dicta contingunt, & vt color in peius, aut melius vertitur, ita eorum colorem totius affectio comitatur: Si enim bene ſint colorati, corpus totum in ſalubri ſtatu eſſe ſignificant. Si malo colore ſint infecti, ſtatim totum offenſum declarant. in eis enim propter eorum munditiam, & nitorem celerius, quam in alijs partibus colorum mutatio perſpicitur. Oculus autem ſi minor fiat ex Hipp. & Gal. indicat intermori vim à qua regulatur. dum autem lumen refugiunt indicãt imbecillitatem facultatis videndi. Dum vero eorum venulæ pallent, vel nigricant, omnium perniciosiſſimum eſt, nam ſemper extinctionem ſignificant. At vero omiſſis indicationibus, quæ à rebus ſecundum naturam, a viribus ſcilicet, temperatura, & læſis particulis deſumuntur, tanquam manifeſtis, dicimus, quod gratia præcipui organi oportet interdum per contrarium alterare, interdum enacuare, aliquando ſubſtantifice humectare, & albugineum reſarcire, nonnunquam flatus diſcutere, interdum attenuare. gratia vero læſæ facultatis, ſi ſpiritus ſint reſoluti, alimento reſtaurandi. Si eorum tranſitus impediatur, oportet materiam opticos anguſtantem enacuare, vel opticorum tabem nutrientibus humectantibuſque remouere. Si ſpiritus impuri, & craſſi reddantur, materia, quæ cum ſpiritibus miſcetur tum euacuanda, tum reuellenda, & cauſæ materiam generantes eradicandæ, ſiue ſit cerebri, vel totius, vel partium intemperantia, vel alia præter naturam diſpoſitio. Eodem modo gratia vitiorum, quæ in partibus cryſtallino ſubſeruientibus conſiſtit, oportet interdum materiam eradicare quæcunque ſit, & vbicunque reſideat; ſiue ſit vaporoſa, ſiue corpulenta, ſiue ſit in albugineo, ſiue in rhagoide, ſiue in cornea, ſiue inflammationes, ſiue duros tumores, ſiue abſceſſus producat, ſiue pupillam obſtruat, ſiue humores, & tunicas varijs, & noxijs coloribus inficiat, ſemper eradicanda, non ſolum euacuantibus, & deriuantibus, verum etiam repercutiẽtibus, & reſoluentibus. & ſi adhuc fluat ad oculum, reuellenda, & ne regeneretur inhibẽdũ. Quod ſi albugineus deficiat, oportet alimentis occurrere. ſi craſſus ſit, tum cibis, tum medicamentis attenuantibus vtendum. Denique cauſa rhagoidis, & corneæ interdum oportet humectare, interdum exiccare, nonnunquam vnire, & agglutinare. Continuo autem tum pars ne ſuſcipiat roboranda, tum de toto corpore prouidentia habenda eſt. Chryſtallini autem vitia, quã uis multiplicia ſint, attamen de remedijs, quæ ad intemperiem referuntur, tantummodo loquemur, cum cæterorum malorum ablatio, ſi quæ ſunt, quæ curationem admittant, ex his, quæ infra dicentur, elici poſſit. Verum ne fiat inanis repetitio cuiuſcunque intemperiei curationem in medium afferre intendimus, quemcunque oculi locum obſideat. Si itaque intemperies calida ſit, ſiue ſi ſit cryſtallini, aut alterius partis, vel totius oculi: Suppoſita totius & capitis expurgatione, expedit oculo applicare aquam roſaceam, vel etiam aquam frigidam. Si ſit frigida, applicanda oculo actu, & potentia calida, vt eſt aqua fœniculi, eufragiæ, rutæ, chelidoniæ, & aqua, in qua ſint decocta calefacientia, & ocularia dicta medicamenta. Si humida ſit, maxime probantur pulueres ſiccantes, præcipuè ex tutia præparata, & bis, & ter elota, & rurſus ſiccata: abluatur autem aqua roſata, ſi caliditas iuncta ſit, vel vino rubro, vel aqua rutæ, eufragiæ, fœniculi, ſi iungatur frigiditas: Facta lotione ad maiorem exiccationem, inſpergatur in tutia ſuccus purus vel rutæ, vel ex fœniculi radice, aut maioranæ. deinde ſiccetur in vmbra, & immittatur intra oculum: nam valet etiam ad abſumendam materiam pituitoſam. Quod ſi ſenſus oculi ſit exquiſitus, vt perferre medicamentum non poſſit, præſertim ſi iungatur caliditas, immittatur puluis in panno lineo, & ligetur, deinde mittatur pannus lineus in aqua roſata, quæ vim ſiccantis ſuſcipiet, & aqua hæc intra oculum imponatur. Denique ſi intemperies ſit ſicca, optimum eſt lac humanum adoleſcentulæ optimè nutritæ, illico ex vberibus in oculos proiectum pluribus vicibus, & per plures dies, & vt alimentum in oculum decumbat, non nihil oculus calefiat, oportet etiam vt laxetur, humecteturque, vt facile ſuſcipiat. ideo præter lac humanum delingatur oculus moderatiſſime ab eo qui amygdalas dulces maſticauit. Victus ad portionem reſpondeat. Quod ſi lædatur facultas, ſi ſpiritus reſoluantur alimentis, cibis, potionibuſque occurrendum eſt. Si impediatur tranſitus eorum affectus opticis propter ſcirrhum, nil agendum, præſertim ſi viſio ſit ablata in vtroque oculo, quia ſi vnicus neruus ſit affectus, oportet alterum oculum expurgantibus totum, & reuellentibus, de quibus in cura obſtructionis, ne ſcirrho afficiatur, præſeruare. Si autem in opticis ſit inflãmatio, oportet feſtinare ne cęci fiant, ideo & diuertentibus, & deriuantibus vtendum. Dum igitur incipit inflammatio, & fit noxa ſecundum viſionem, neceſſario adeſt inſignis capitis dolor circa oculorum radices. ideo tunc non eſt vtendum repercuſſiuis, quia cæci fierent, & materia magis figitur, ſcirrhoſaque redditur. Sed ſtatim eadem hora, niſi per aliquot dies aluus fuerit ſtipata, ante alui lenitionem, illico aperienda cephalica eiuſdem lateris: & ſi dolor occupet vtrumque oculum, vtraque cephalica eadem hora aperienda (virtus, & ætas ſupponitur) & ſi vnica cephalica aperiatur educenda ſanguinis libra, & quandoque maior quãtitas pro copia, & virium robore. Si vero vtraque cephalica ſecetur, extrahantur ſex vnciæ ex vna. & ſex ex alia: deinde & clyſterijs, & frictionibus, & ligaturis partium extremarum, & calidis lotionibus crurum progredi oportet, vt reuulſio fiat. Eadem die leniatur aluus cũ

*[Margin notes, left:]*
*Gal. loc. cit.*
*Gal. 3. prædic. com tex. 20.*
*Gal. 4. in 6. epid. com. 28*
*Hip & Gal. 1. progn. 10.*

*[Margin notes, right:]*
Indicationes.
A læſo orga. principali deſũptæ.
A læſa facultate.
A læſione par. famulant.
Curatio.
Ad læſum criſtallinũ
Ad intemperiem.
Ad intemperiem ſiccã, phthiſim, & atrophiam
Ad ſpũs, & facultatem læſã.
Ad opticorum inflãmationẽ.

vnc.quinque ſyrup.roſa.ſol. & vnc.ſem.thamarindorum, & ſi corpus eſſet potius bilioſum, quia bilis feruorem ſanguinis auget, & ad locum inflammatum vehit, pro totius euacuatione, quæ quamprimum fieri debet, licet propinate ij. vel iij. drachmas electuarij de ſucco roſarum cum vnciis tribus ſeri lactis caprini, poſt quem potum illico oportet exhibere duas vel tres libras ſeri lactis. Facta reuulſione per ſectionem venæ, & per medicamentum leniens, vel purgans (quæ omnia eadem die fieri poſſunt) circa veſperas, vel ſaltem in principio alterius diei, oportet adhuc diuertentibus, & deriuantibus vti: diuertentia applicantur parti capitis poſteriori, vnde applicandæ cucurbitulæ potius ſcarificatæ, & dorſo, & occipitio. Expedit etiam poſt aures hirudines apponete. Sed gratia deriuationis duo ſunt præſidia, quorum vnum eſt venas narium reſerare, vel feris ſuillis, vel hirudinibus, quia citra dolorem aperiunt, & non fit attractio. alterum eſt ſectio venæ frontis. Si autem ſit obſtructio, vel procedat ex inflammatione, vel ſit incipiens, quam citiſſime occurrendum; dum enim malum producitur eſt incurabile, & vtendum detergentibus, & attenuantibus: oportet autem eadem die, ſi ſanguis redundet, vt tuto poſſimus ad topica confugere, venam aperire.

Ad obſtructionem. Si non redundet, ab hoc præſidio abſtinendum, & primum remedium ſit, vt euacuemus pituitam medicamento à capite etiam attrahente, vt cochijs cum elleboro, vel etiam valentioribus, vt fœtidis, vt recipiendo fœtidarum drach. 1. trochiſcorum alhada grana 15. cum ſyr. de ſtœchade fiant pillulæ 4. & erunt validiſſimæ, & dentur, quamuis materia non ſit præparata (ſupponitur enim corpus robuſtum) quamuis enim accendatur febris, attamen multi mori malunt, quàm cęci fieri, & oportet vt ſpacio 5. horarum purgatio fiat. facta totius purgatione, illico accedendum ad euacuantia per os efficaciſſima, ſiue ſint maſticatoria, ſiue gargariſmata, vel inunctiones, de quibus in dolore capitis, & vbi per duas, vel tres horas vſi erimus maſticatorijs, confugiendum ad ea, quæ incitant ſternutamentum, vt inſignis agitatio fiat. ideo ex efficaciſſimus componantur, & pituitam allicientibus, vt ſunt quæ parantur ex elaterio, euphorbio, colocynthide. poſt hæc confeſtim occipitio cucurbitula ſcarificata affigenda, nam ſæpe contingit adhuc incumbente cucurbitula hominem reſpicere. *Aet li. 7. capit. 48.* maxime etiam probantur veſicatoria, & ſetaceum in parte poſteriori. celerrime enim materiam ſouentem euacuat. probantur etiam applicita ſuturæ coronali, vt materia obſtructionis calefacta, attenuata, & agitata ad ſuperiora euocetur. ideo probantur medicamenta ex thapſia, ex fimo columbino, & ſinapiſmata. idem de cauterio dicendum eſt. Intrinſecus autem admirabilis eſt confectio anacardina, de qua in paralyſi dictum fuit.

Victus rō. Oportet autem imprimis diętam valde tenuem iniungere, ita vt eis ſolum melicratum concedatur per quatuor dies. & caueant omnem motum, vt neque etiam loquantur, ne materia ad oculos fluat. dormiant capite eleuato quaſi ſedendo. & ſi aluus non fluat, cum ſuppoſitorio, vel leui clyſtere fęces educantur. quidam enim hoc modo in quarta die curati fuere.

Ad ſpirit' craſſos, & impuros, & ſpirituū humorūque turbulentiam. Si ſpiritus ſint craſſi vel impuri ſiue hoc fiat vitio cerebri, vel totius, vel partium:

Chirurgia. Quantum attinet ad chirurgica remedia, dum adeſt virtus & ætas, ſtatim vel mediam, vel humeralem venam aperire oportet. cauenda autem ſummopere nimia ſanguinis euacuatio, quomodocunque fiat, quia ſpiritus paucificantur, quorum magna copia, vt ſupra diximus, ad viſus fortitudinem neceſſaria eſt. Quod ſi plenitudo ex menſium, vel hæmorrhoidum ſuppreſſione ortum duxerit, ſaphenæ, vel hœmorrhoides aperiendæ. poſt totius autem euacuationem & expurgationem laudantur cucurbitulæ ſcarificatæ occipitio affixæ, nec non venarum frontis, & narium apertio. denique non ſufficientibus alijs, maxime probatur cauterium actuale, vel potentiale in occipitio, vel coronali ſutura. *Celſus. l. 6. cap. 6.* vnde ſetaceum in hoc caſu, & in omni ad oculos fluxione præſtantiſſimum eſt.

Pharmacia. Medicamenta vel reſpiciunt totum, vel ad caput, & ad oculos diriguntur. priora varia ſint, pro peccantis materiæ varietate.

Cōmunia. Lenētia. in materia pituitoſa pro leniente maxime probantur ſpecies hieræ cum melle roſ. ſolut.

Præparantia. pro præparante probatur oxymel ſimplex, ſcilliticum, ſyr. de ſtęchade, de hyſſopo, & mel roſatum cum aqua fœniculi, euphragiæ, hyſſopi, maioranæ, vel betonicæ.

Purgātia. pro purgāte, præcipua in hoc malo ſunt pilulæ cochiæ, arabicæ, aureæ, ſine quibus, aut lucis, addito præparato agarico. accipiendo drach. 1. vel ſcrop. 4. alicuius ex dictis pilulis, cum ſcrop. 2. aut drach. 1. agarici. & cum ſucco fœniculi, vel ſyr. de ſtœchade fiant pilulæ. & ſi adeſſet vel aer calidior, vel calida diſpoſitio, ſuperbibant vel vnc. 2. ſyr. roſ. ſol. cum decocto endiuiæ, vel cyathum ſeri lactis caprini.

Pilulæ appropriatę, quæ dum caput purgatur, & p interualla ſunt exhibendæ. & poſt purgationem expedit ex interuallis infraſcriptis pilulis vti, recipe agar. troc. ſcrop. 2. pulueris hieræ ſimpl. drach. ſem. trochiſcorum ex myrobalanis chebulis (hi enim habent in hoc prærogatiuam) ſcrop. 1. cum aqua fœniculi, vel ſyrupo de ſtœchade fiant catapotia, & exhibeantur. ita poſt purgationem ordinariam frequenter vtantur pilulis lucis cum myrobalanis chebulis conditis.

Topica. Poſt totius purgationem ad determinata ſtatim accedendum, & primo ad ea, quæ caput reſpiciunt. Vnde caput apophlegmatiſmis, errhiniſque euacuandum eſt. de quibus in dolore capitis dictum fuit. Semper tamen caputpurgia per nares quantum fieri poteſt poſtponenda ſunt, quia materias ad oculos trahunt.

Oculis applicita. Denique accedendum ad ea, quæ extrinſecus oculis applicita ipſos roborant, ſpiritus & humores illuſtrant, & ſi quid nocumenti impreſſum ſit, eradicant. vnde communiter laudatur aqua confecta ex fœniculo, ver-
„ bena, roſa, chelidonia, ruta, ſiue per deſtillationem, ſiue per decoctionem. ita poſſunt
„ fieri illinitiones ex melle, aut oleo veteri. inſuper offuſcationem, & etiā ſuffuſionem incipien
„ tem, vt ait Galenus, perſanat omne fel cum marrubij ſucco, ac melle Attico. licet etiam croci *Gal. lib. de med loc. circa finem.*

Notandū. & piperis æquas portiones felle taurino excipere, & in collyria redigere, & illinire. ſed de his infra in cura ſuffuſionum vberius dicemus: Non ſolum autem in craſſitie, & impuritate, verū etiam in ſpirituū paucitate maxime proſunt cordialia intus exhibita, præſertim dū topicis

L vtimur.

Ad vitia totũ oculum affligentia.

Præſeruatio.

*Aet. lib 7. cap 39. Galen. 4 de med. lo c 4. circa fin. Trall. li. 2. ca. 5.*

tur ſepiæ teſta combuſta cum melle in puluerem redacta. Similiter ex propoſitis manifeſtiſſimum eſt, quibus remedijs oculo ſecundum ſe totum affecto ſuccurrendum ſit. propterea ſufficiat proponere quemadmodum oculi prominentes cum ſint ad fluxiones,& plures morbos valde parati, ſint corroborandi, vt non ita facile à cauſis morbificis afficiantur. & hoc erit agere de præſeruatione oculorum à quacunque præter natutam diſpoſitione. Quæ quidem præſeruatio oculis debilioribus præcipue competit ex quacunque cauſa fuerint imbecilles. Quæ igitur oculum ſanum tuentur & conſeruant vel exterius applicantur, vel intus ſumuntur.

Extra applicita.

Extergentia.

Quæ extra applicãtur vel conſeruant oculi ſuperficiem terſione decenti & naturali, vel conſeruant oculi temperiem. Quantum attinet ad oculi ſuperficiem conſeruantia, ad hoc maxime probatur tanquam medicamentum appropriatum ſuccus fœniculi, necnon collyriũ ex eo, quod recipit ſucci fœniculi per reſidentiam depurati, & decoctionem facilem in vaſe æneo cum nũmis auri puri (verbi gratia ponendo in vnc. ſucci fœniculi quinque folia auri) recipit inquam huius ſucci optime colati vnc. 1. mellis puri clari vnc. 3. fiat ebullitio leuis, & facta colatura, ponatur in vaſe vitreo ad ſolem & permutetur de vaſe in vas abijciendo ſemper hypoſtaſim. & inſtilletur ex eo in oculum ſecundum exigentiam. Ita ad hoc valet ſuccus menthæ, quæ eſt ſpecies chelidoniæ, præcipue in oculis calidis. eodem modo ex fœniculo, verbena, roſa, chelidonia, ruta fit aqua, quę lumina reddit acuta, ſi ex his quinque deſtilletur, & ſeruetur in vaſe æneo, vel etiam in vaſe vitreo vbi egemus minori exterſione. Pariter viſum acuit, & oculi ſanitatem cuſtodit hoc collyrium, ℞. ſucci fœniculi drach. 40. ſucci rutæ drach. 20. mellis drach. 15. ponantur in vaſe vitreo, cuius orificium obturetur, & dimittatur in ſole per tres menſes, abijciendo fęcem bis vel ter in menſe. & ſi opus ſit minori calfactione, addatur ſucci granatorum dulcium, & acetoſorum an̄. drach. 10. & dimittatur in ſole, vt ſupra. ita antimonium lotum, & tutia præparata cum aqua roſata, & aqua fœniculi permixta ſanitatem oculi calidi conſeruat. Plura quoque oculum & viſionem exacuentia tradit Galenus 10. ſimpl. ſermone de felle. & li. 11. probat hirũdines viuas, & incinerem redactas. Quod ſi interdum in oculo aliqua materia educẽda reperiatur, ipſam ſenſibiliter per lachrymas educit ſal. vt ſi in oculũ inijciatur aquæ roſatæ ſalitæ cum ſale, aut ſale ammoniaco portio aliqua.

Alterãtia

*Galen li. de Ther ad Piſo. c. 3.*

Oculi autem temperamentum conſeruant, quæ ipſum, dum eſt temperatus, cum ſimilitudine in gradu, & forma tuentur. & dum eſt diſtemperatus, per contrarium alterant. & ex his quæ ſunt oculo à proprietate amica eligi debent. ſicuti eſt tutia in exiccando: viola, pſyllium, oui album in humectando: fęniculus in calefaciendo: roſa in refrigerãdo. ab occulta autem qualitate, vt ait Galenus, aſpectum acuit, imò etiam ſuffuſionem diſcutit hyęnæ fel cum melle miſtum & inunctum. ita aſpidis ſenecta ex melle trita & inuncta acutiſſimum aſpectum reddit. ita accipiter in ſuſino vnguento decoctus oculorum hebetudini medetur.

Intrinſecus aſſumpta.

Euacuantia.

Alterantia.

Quæ autem intus ſumuntur, vel oculis conferunt euacuando vt ſunt pilulæ lucis, & chebuli conditi: vel ” non euacuando, ſicuti ſunt triferæ, magna ſcilicet, & minor. ita maxime conſortat viſum, ” præcipue vbi humores ſint craſſi & viſcidi, vſus aceti ſcillitici. Denique maxime tuetur ſanitatem oculorum, & ſpiritum viſorium clarum conſeruat electuariũ, quod recipit euphragiæ vnc. 2. ſem. fœniculi drach. ſem. macis, cubebæ, cinnamomi, piperis longi, caryophyllorum ana drach. j. ſubtiliſſime puluerizentur: deinde recipe mellis deſpumati lib. 1. ſucci fœniculi cocti depurati, ſucci rutæ depurati ana vnc. 1. ſucci chelidoniæ vnc. ſem. coquantur ſucci cum melle donec mellis tenuis habeat conſiſtentiam, & tunc miſceantur ſpecies, & conſeruetur in vaſe vitreo, & detur ad drach. 3. abbreuiando cœnam, vel dimittendo, & detur ſimiliter in mane.

Vinum artificiatũ.

Optimum etiam eſt vinum artificiatum ita confectum, Recip. vini nouiter expreſſi lib. 50. euphragiæ Manip. 2. ſaluiæ, rutæ, maioranæ, chelidoniæ, roriſmarini, betonicæ, ſem. aniſi, fœniculi, an. Manip. ſem. cinnamomi vnc. ſem. miſce & permitte bullire, & in cauſa frigida, & humida cum hoc vino poteſt ſumi theriaca, vel puluis hic. Recip. foliorũ betonicæ, rutæ, euphragiæ, ſem. aniſorum, cinnamomi, gingiberis, cardamomi, ſem. fœniculi, petroſelini, ſileris montani, origani, hyſſopi, cubebæ, liquiritiæ ana drach. 2. ſacchari optimi ad pondus omnium: detur mane ad medium cochleare cum pauco ſuptaſcripti vini. In cauſa calida licet vti hoc puluere, Recip. myrobal. citrin. vnc. 1. chebulorum indorum, belliricorum, emblicorum ana drach. 1. terantur in vaſe lapideo tribus diebus bis in die ſemper aſpergendo cum aqua roſata, & ſinendo exiccari, cuius pulueris accipiatur vnc. 1. ſandalorum rubr. coriandri præparati an. drach. 1. euphragiæ drach. 2. miſce & detur, vt ſupra, ad medium cochleare alternis diebus cum ſucco roſarum, vel pauco dicti vini cum tertia parte aquæ roſatæ permixti.

Victus ratio.

Victus autem ratio ſit illa, quæ in ſpirituum craſſitie, & turbulentia fuit propoſita. Nam multiplicant ſpiritum viſorium, & ipſum illuſtrant carnes aſſæ, & elixæ animalium de rapina viuentium, & eorum iura præcipue picæ. idem præſtat ius ſerpentium non venenoſorum, & carnes eorum. cerebella hædorum, & gallinarum, vinum euphragiatum, quod tempore vindemiarum poteſt parari adeo ab Arnaldo de Villa noua celebratum. vinum album aromaticum tenue, & inter omnia margaritæ. Ita pectinationes ex pectine eburneo, ſuper caput vapores viſum impediẽtes ad cutim diuertũt. pariter viſum roborat rerũ viridium aſpectus, ſmaragdi, & litterarũ pulchrorum, & mediocriũ lectio. Suffuſionib. autẽ depoſitis, ne rurſus generentur, mirifice valet hoc electuarium ſi frequenter vtantur, ℞. olibani ſcrop. 2. caryophyllorum, nucis muſcatæ, nucis indicæ, galangæ ana ſcrop. ſem. caſtorei optimi vnc. 1. omnia bene puluerizentur, & cribelentur, & cum melle optime deſpumato conficiantur. & mane cum ſurgunt è lecto, ieiuno ſtomacho, ad quantitatem auellanæ vnius vel amplius accipiatur, & ſimiliter in ſero dum eunt dormitum.

## *De Aurium affectibus, & primo de ipſarum dolore.*
## *Cap. XXX.*

QVEMADMODVM viſus cæteris ſenſibus nobilitate præſtat, ita poſt viſum auditus inter reliquos præſtantior ſtatuendus eſt. ad acquirendas enim diſciplinas, vt inquit Philoſophus, omnium vtiliſſimus exiſtit, quia per ipſum maxime ſcientes efficimur inſuper quamuis materialiter fiat, ad differentiam viſus; attamen præ cæteris, qui materialiter mouentur, tenuiſſimus eſt, & aereus: ea enim proportione in tenuitate diſtat à viſu, qua ſenſus olfactorius ab auditu differt. Itaque ab oculorum affectibus expediti, ad eos, qui aures exercere ſolent, tranſeundum nobis eſt. & quoniam hi vel communes cum alijs partibus functiones, vel eam tantummodo, cuius gratia audiendi organum conditum eſt, peruertere poſſunt: à prioribus tanquam ijs, qui communiores ſunt, & nobis notiores initium ſumendum eſſe arbitramur, & imprimis ab aurium dolore, quia tametſi aures quouis morborum genere affici poſſint, hoc tamen ſymptoma præſertim illud eſt, quod artem ad curationem ſæpius incitare conſueuit, cum & frequentiſſimum, & interdum valde periculoſum exiſtat. Aurium igitur dolor vel à morbo, vel ab intemperie, vel mala compoſitione, vel ſoluta vnitate dependent. intemperies poteſt eſſe vel ſimplex, vel cum materia calida, vel frigida, quæ frequentior eſt, & vt ait Gal. potiſſimum à ventis, ab aqua & balneo, & frigido ambiente oritur. mala compoſitio ſimiliter poteſt eſſe tumor calidus, vel frigidus, ſed vt plurimum calidus, ſanguineus videlicet, vel bilioſus. ſoluta vnitas vel eſt vulnus, vel vlcus, quorum illud à „ cauſa extrinſeca, hoc vero ab humore intrinſecus corrodente, vel putrefaciente gignitur. „ Quod ſi à cauſa morbifica oriatur, hæc eſt ipſa materia, quæ poteſt eſſe vel vaporoſa, vel hu- „ moroſa. Si ſit vaporoſa, tunc, vt notat Gal. à flatulento ſpiritu circum membranas coercito, dum exitum non reperiens, vehementer illas diſtendit, ab oſſeque diuellit, acerbus excitatur dolor. Si ſit humoroſa, vel eſt frigidus, & craſſus humor intime auri impactus, vel eſt ichor ſaniuſue humor in aurium corpore genitus, vel alius mordax ſuccus per aurem forinſecus illapſus. Cognoſcitur autem dolor aurium in puerulis, quia ad tactum augetur ploratus, vel quia præter conſuetudinem ex aure aliqua fluit humiditas, vel forte quæ fluere conſueuit fuit retenta. Si fiat à morbo, ſimplex intemperies cognoſcitur, quia eſt ſine grauitate, „ ſine tumore, ſine obturatione foraminis, & quia aliqua primitiua cauſa præceſſit, nec mul- „ tum impeditur auditus. vnde ſi intemperies fuerit frigida, præceſſit, v.g. iter in frigidis ven- „ tis, balneum frigidum, dolor alte infeſtabit fixus quidem citra grauitatem, vel diſtentionem, vel ardorem. Si fuerit calida, præceſſit cauſa calefaciens, vt inſolatio, æſtuatio, venti calidi, balneum calidum ex aqua medicata. dolor erit feruidus ſine grauitate, & tenſione; iuuantur à frigidis, & in hora diei frigidiori. Si intemperies ſit cum materia, adeſt grauitas, tumor, foraminis obturatio, & impeditur auditus, ſi ſit in profundo, & magis pendet à cauſa corporea. Si autem ſit mala compoſitio, cognoſcitur tumor ex dolore continuo, grauitate, & obturatione foraminis, niſi ſit in parte valde intima. Si ſit ſanguineus, dolor eſt pulſatilis cum caliditate, magna adeſt grauitas, & tumor, & durities, & rubedo tendens in obſcurum. Et ſi ſit valde profundus, dolor eſt intenſiſſimus cum delirio, & interdum cum motibus conuulſiuis, & ſyncopi, & extremorum frigiditate, & febris eſt intenſa, interdum cum rigore, & horrore. in extrinſeco vero febris eſt leuis ſicut ephemera. Si ſit bilioſus, dolor eſt pungitiuus cum calore intenſo & mordaci, tumor eſt paruus, & parua foraminis obturatio, rubedoque clara per compreſſionem deliteſcens. Pituitoſus vero eſt cum exiguo dolore, & pauca febre ſine calore, & coloris mutatione. Melancholicus vero eſt cum duritie & fuſco colore. Quod ſi tumor ſuppuretur, augetur febris, & dolor fit magis pulſatiuus, cæteráque ſymptomata augentur, abſceſſu vero diſrupto, pus foras per auris meatum emanat magna doloris lenitione, grauitatisq; leuatione. Si vero ſit ſoluta vnitas, cognoſcitur ex ſanguinis egreſſu, vel faniei. Verum quoniam ſanies non ſolum ab auris vlcere, verum etiam a cerebro poteſt emanare, ſiue in eo aliquod apoſtema fuerit diſruptum, ſiue ſanies ſit genita in cauitate venarum cerebri, & deinde ad aures per venarum orificia, quæ in ipſas deſinunt, tranſmiſſa: Idcirco hoc modo diſtinguere oportet, quia ſi procedat à cerebro, vel præceſſerunt ſigna apoſtematis cerebri, & tunc primo ſanies in maxima copia effunditur, deinde paulatim imminuitur, donec ex toto conſumpta ſit: vel ſi non præceſſerunt indicia apoſtematis cerebri, & tamen ſanies fluat, à cerebro fluit imprimis pluribus diebus, & in magna quãtitate, poſtea paulatim abſumitur, & deinde aliquando rurſus reaggregatur, & iterum fluit, imò ſi violenter retineatur, parit vertiginem, vel alias cerebri ægritudines. Si vero ſanies fluat ab vlcere in aure, paulatim incipit fluere (niſi fluat propter diſruptum abſceſſum) deinde ſicut vlcus augetur, ita augetur ſanies, donec vlcus ſit proximum conſolidationi, quia tunc incipit minui. Sed vera vlceris auris indicia ſunt dolor, ardor, & punctio cum ſanie, & præcipue ad tactum, & immiſſionem alicuius acuti. & interdum ſimul cum ſanie ſanguis egreditur. quod ſi vlcus ſit in oſſe, cognoſcitur ex ſanie tenui in citrinum vergente, & ex morbi diuturnitate. Si ſit profundum, cognoſcitur ex multitudine exeuntis. Si ſit mundum, cognoſcitur ex bona ſanie:

*Ari. 1 meta. & lib. de ſenſu & ſenſ. Gal 4 de l. aff. c. 2. poſt medium.*

*Galen 1. de ſymp. cau c. 3.*

*Galen 3. de comp. med. loc. c. 1.*

*Alex lib. 3. c. 1.*

*Pau. l. 3 c. 23.*

*Galen 2 de cõp med l. l. Cels de rem. par fac 7.*

*Gal. l. cit.*

*Auic 4 pri. me c. 3.*

Continuatio.

Cauſæ.

Signa.

Signa intéperici.

Signa tumoris.

Signa vlceris.

deponatur, corpus præparandum, ad hoc vt citra dolorem, & inflammationem fiat. ideo ait Galenus. Si quis enim velit aliquem repletum, aut prauis humoribus refertum, vel etiã ſecundum caput dolentem ad hanc operationẽ deducere, inflammationem in membranis punctis facile excitabit, & totũ caput male afficiet, quod ne fiat, arte pręparatoria opus erit, cuius inſtituturum eſt corpus totum ab excrementis, ſuccisque ſuperfluentibus expurgatum & vacuũ & caput ab omni dolore immune reddere. ideo ſecanda vena, purgandum corpus, materia præparanda ſyrupis refrigerantibus, & ratione pituitæ mitioribus: præcipue autem humores tenues præparantur & purgantur tanquam ad fluxionem magis proni. ideo à cichoraceis, à ſyrupo roſato non eſt deſiſtendum. & corpore expurgato, vtẽdum ſaccharo roſato. & abſcindendo vinum, victu tenui & refrigerante vtendum eſt. & dum fit depoſitio, inquit Galenus, longiori tempore agenda res eſt, quum demiſſa acus diu contineri ea parte debeat, qua non fluere, ſed vehementer inſidere ſuffuſionẽ volumus. imò dum ſuffuſio fuerit citrina, quia omnium duriſſima eſt, & rotunda, dum capitur acu non debet inferius deponi, quia propter eius duritiem & rotunditatem non permanet, ſed in parte minoris anguli ponenda, & ibi figenda eſt. & dum extrahitur acus, manus verſus naſum vertẽda eſt. & deinde acus ſenſim & paulatim torquendo, & retorquendo digitis, extrahenda eſt. facta depoſitione goſſipium in medicamento ex croco & oui albumine confecto madefactum, oculo imponendum eſt. & ambo oculi vitta deligandi ſunt, etiam ſi vni tantum oculo depoſitio adminiſtrata fuerit. & ita detinendi vſque ad ſeptimam cum victu valde tenui. Si autem materia poſſit reſolui, & ſit attenuanda, vel ſit principium ſuffuſionis, vel alia materia, ſiue ſit in albugineo, vel in rhagoide, vel in cornea, ſuppoſita totius, & capitis purgatione, ad topica accedendum, ea tamen ratione, vt citra dolorem materia diſcutiatur. Hæc autem futura ſunt attenuantia, incidentia, detergentia, & non nihil emollientia, & vltimo loco corroborantia. vnde è memoria non excidat quod ſcriptum reliquit Galenus, ſic habens. Medicamenta quæ humectant, & calefaciunt, & ea quæ omnes relaxantia ſolent appellare, & ex ijs, quæ ad ſiccius vergunt, neque tamen perſpicue, neque euidenter contrahunt, ſunt omnium effuſionum remedia. nam quæ valenter ſiccant reliquias perduras relinquunt. quæ ſententia ſuffuſionibus optime adaptari poteſt. Primo autem mitioribus occurrendum, & oportet experiri oculi naturam & ſenſum, & pro oculi tolerantia ſenſim ad valentiora aſcendere. Omnem autem (inquit Galenus) ſuffuſionem incipientem curat ſel vulturis cum marubij ſucco, & melle attico. eſto autẽ tum ſucci marubij, tum mellis dupla ad ipſum fel portio. idem poſſunt fel taurinum liquidum cum æquali pondere ſucci fœniculi, & duplo mellis, & fel vrſinum cum aquę duplo. ita probat Galenus hirundinis cerebrum cum melle. Similiter 7. ſimplic. laudat ſuccum cæpæ, nec non ſuccum cyclaminis cum felle illitum. & 8. ſimplic. ad oculorum cicatrices, ſuffuſiones, & hebetudines oculorum, quæ ob humorum prouenĩunt craſſitiem, ſagapenum laudat. & paulo poſt inquit, quod chamæſyce eius præſertim liquor cum melle craſſas oculorum cicatrices detergit, hebetudinem viſus à craſſitie natam adiuuat, & ſuffuſionum principia. Quo etiam in loco eandem vim chelidonij ſucco tribuit. Sed imprimis licet vti aqua panis, quæ ex pane feruente ex furno detracto extrahitur; dũ in tres partes ſcinditur, & in duplici vaſe vitreo obturato imponitur. quæ aqua deinde in oculum inſtillatur. ita licet vti decocto meliloti, verbenacæ rectę, & hinc ad aquam panis aſcendere cum copioſo ſale, fœniculo, & euphragia confecti. deinde aſcendere ad tutiam præparatam modo ſuperius propoſito lotam, aqua fœniculi, rutæ, & eius ſucco inſperſam. ita admirabile quoque eſt ſaccharum candum in arundinem virentis fœniculi prius immiſſum, & folijs tectum, & per noctem ita dimiſſum, & intra oculũ impoſitum. & valentius fiet ſi pro ſingula drachma ſacchari Grana 3. vel 4. ſalis mineralis accipiantur. licet etiam vti collyrijs ex fellibus primo piſcium, deinde quadrupedium, & auiũ ex rapina viuentium, mitigando pro neceſſitate eorum feruorem lacte, ſero, decocto meliloti, fœnigræci, quia etiam emolliunt. præterea confugiendum ad olea deſtillata ex fœniculo, aniſo, caryophyllis, cinnamomo, oculis applicata, quia maxime penetrãt & reſoluunt. ita efficaciſſima eſt aqua ex frumento, ita parata. ℞. frumenti viridis, ſed maturi vnc. 4. foliorum rutæ, anagallidis, chelidoniæ, ſampſuci ana M. ſ. ſeminũ fœniculi, euphragiæ ana vnc. j. cinnamomi, caryophyllorum ana drach. 2. vini albi generoſi q. ſufficit, vt propoſita infundantur. deinde hæc mittantur in vas vitreum, & ſub radiis ſolaribus detineantur per triginta dies, & ſæpe agitentur: deinde fiat deſtillatio. & aqua hęc optima erit. & vt applicita facilius, & tuto operentur, ante eorum applicationem lingatur oculus ab aliquo, qui fœniculum maſticauerit, vel ſal in ore detinuerit. Quidam præterea fel galli cum melle, & fœniculi ſucco commendant, aut loco fœniculi ſucco rutæ, vel enphragiæ, chelidonii, ſeu verbenæ vtuntur. expedit quoque vti hac euaporatione, ℞. medullæ colocynthidis drach. 1. calamenti montani, dictamni cretici, euphragiæ, foliorum rutæ ana pug. 1. ſeminum fœniculi drach. 2. fœnigræci tantundem. ſemina contundantur, & herbæ incidantur, aquæ lib. 3. fiat decoctio ad conſumptionem dimidii pro euaporatione, vt vapor per calamum ad læſum oculum aſcendat. Sed primo oportet oculum ſanum munire (ne inflammetur) panno lineo; vel goſſipio in aqua roſata infuſo, & applicito oculo ſano, & etiam fronti ſecundum regionem illius oculi ſani. ita ad firmandum oculum ſanum licet applicare tempori ſecundum regionẽ illius oculi hoc medicamentum, ℞. ſandalorum rubrorum, boli armeni, ſanguinis draconis ana ſcrop. 2. aquæ roſatæ, plantaginis ana vnc. 1. miſce, & madefiat in eo pannus lineus, qui parti propoſitæ applicetur. Sed tutius eſt primo mitioribus vti. vnde omnes ferè ſuffuſiones incipientes tolluntur hoc medicamẽto, ℞. aquarũ emphragiæ, chelidonii ana vnc. 1. maluarũ vnc. ſem. aquę vitæ drach. j. ſ. miſce. & ſi oculus non ferat, minuatur aqua vitæ, quemadmodum augenda, ſi

Gal. lib. de par. ar. med. c. 4.

Gal. 1. de ſſ. med. com. 6.

Ad materiam quæ poteſt diſcuti in quacunq; oculi parte reperiatur.

Gal 1. de humor. com. 14

Galen l. de Ther. ad Piſo. c. 7.

## *De vermibus aurium.* *Cap.* XXXI.

Cauſæ. Signa. Curatio.

EX diuturna ſordis, ac faniei ſuppreſſione, & ex impuro, ſordidoque vlcere, vermes generari ſolent, qui non modo ex titillarione, prutirnque, verum eriam ex dolore, qui vt plurimum eſt pungitiuus, & interdum valde intenſus, & ſpaſmoſus, deprehenduntur. cum præterea vermis aliquis interdum ab aure egrediatur. educuntur autem ſi ſub radijs ſolaribus aure collocata imponatur in ipſius orificio cottum infuſum in lacte, aur melle, vel in penidijs cum lacte diſtemperatis in ſucco carnium pinguium aſſatarum, & deinde commoueatur ſternutatio, naribus, & ore clauſis. Si hæc non ſufficiant, oportet eos interficere cum ſucco mentaſtri, vel foliorum perſicorum, vel oleo ex nucleis ipſorum, vel aloe cum aqua diſſoluto, ex ipſis duas, vel tres guttas inſtillando. vermes enim interficiunt, aures extergunt, & a putredine præſeruant. ita laudat Gal. præter ſuccum abſynthij quod inſtillatum optimum eſt, tam nepitæ, quam rubi ſuccum immiſſum. eodem modo laudatur abſynthium, praſium, centaorium, & calamentum, ſi bulliant in vino, vel aceto, ſuccus tamen ipſorum potentior eſt, quia vermes interficit, & dolorem ſedat. cæteris non conferentibus, vtendum ſulphure viuo, vel calce viua tritis, & cum melle compoſitis, & cum aceto in aurem inſtillatis. Dum erunt interfecti, educentur ſi impleatur auris vna uice poſt aliam ex vino, & oleo tepidis, vel ex melicrato, & cum turundis ex cotto factis circumducendo educantur.

*Gal. lib. de remed. par. fac. c. 7.*
*Galen. 3 de comp med. loc. c. 1.*

## *De læſo Auditu, & primo de ablato, & imminuto.* *Cap.* XXXII.

Nomen. Cauſæ læſi auditus vnde ſint petendæ.

AVDITVS, quemadmodum de viſu dictum eſt, vel omnino auferri, vel imminui, vel deprauari poteſt. & quoniam ablati, & imminuti auditus eædem ſunt cauſæ, ſecundum magis, & minus ſolum differentes, ideo duplicem hanc auditus læſi differentiam eodem ſermone, vt fecit Auic. perſtringemus. Auferrur itaque & fit ſurditas, vel imminuitur & ſurdaſtri vocantur, vel præcipuo audiendi organo, nempe aere congeoito, male habente, vel læſa audiriua facultate, quæ à cerebro per neruos quintæ coniugationis ad meatum illum defertur, in quo aer complantatus reperitur, vel partibus principali audiendi inſtrumenro famulantibus male affectis. Cur autem hæc trimenbris diuiſio in læſi auditus cauſis omnibus explorandis conueniens ſit, ex dictis de læſa viſione clarum eſt. vnde „ Galenum imitari debemus, qui & ipſe de læſo auditus ſenſu poſt læſam viſionem verba fa„ciens, dicebat. ergo ad eius exemplar (ſupple læſæ viſionis, ſeu viſiuæ facultatis) reliquæ ſen„tiendi potentiæ ſunt adeundæ, & æſtimandæ, in vnaquaq; tum primum eius inſtrumentum, „tum cætera quæ illi vſum aliquem præſtent. ad hæc diſcernendum qui nam ipſius potentiæ „laborantis ſint morbi, qui nam inſtumentorum cuiuſque, cuius culpa lædi functionem con„tingit. ſiquidem audiendi grauitas, & ſurditas aut propter aurium ipſarum particulam ali„quam, aut propter neruum qui in has à cerebro pertinet, aut propter cerebrum ipſum in ea, ſcilicet parte læſum vnde neruus exoritur, animali incident. atque in neruo & cerebro vitia ſunt ſimiliter ijs, quæ in oculis. Verum oritur dubitatio, quia dum particularum vitia decla„rat, ait deinde. quæ vero in reliquis particulis ſunt ad portionem quidem, non tamen omni„no ſimiliter lædent. Quam enim habet in oculo cryſtallinus humor ratonem, hanc habet in „auribus audiendi meatus finis, vbi neruo dilatato coniungitur. Sed nos pro principali organo non finem auditorij meatus, ſed aerem congenitum propoſuimus. Ad hoc dicendum Galenum per finem auditorij meatus, vel nil aliud voluiſſe innuere, niſi meatum ad intra membranam, quam tympanum vocant conſiſtentem, ad differentiam externi meatus, & ſubinde aerem congenitum in eo concluſum: vel quia cryſtallois magis ad ſpecies illuſtrandas, aer congenitus vero ſolum ad recipiendum ordinatur, ideo cryſtallinum non aeri congenito, ſed potius meatus fini, qui à neruo auditorio dilatato circumplectitur, & vt interpretatur Auic. ipſi neruo conferre fuiſſe coactum: quamuis enim neruus neruo. & proinde auditorius neruus optico neruo rectius comparandus erat, attamen neruum auditotium cryſtallino cõtulit, quia neruus hic dilatatus eſt præcipua cauſa, vt aeris congeniti à ſonitibus affecti commotio, alteratioq; percipiatur, quemadmodum etiam cryſtallinus proprio lumine eſt principalis cauſa, vt ſpecies viſibiles illuſtratæ in ſpiritibus recipiantur earum autem receptio, & ſpirituum alteratio per neruorum opticorum ſubſtantiam in cerebrum defertur, quemadmodum per auditorios neruos aeris congeniti alteratio à ſonitibus facta ad cerebrum vſq; vehitur. Quod autem aer congenitus ſit principale ſonitum recipiens inſtrumentum, ex

Dubitatio. Prima ſolutio. Verior ſolutio.

*Auic. lib. 3. Fen. 4. tract. 1. c. 3.*
*Galen. 1. de ſymp cau. c. 3.*
*Lib. 3. F. 4. tr. 1. c. 1.*

LS

*Gal. 1. de ſym cau. ca 6. poſt me dium.*
*Gal li. de inſtrumẽto odor. c. 2.*

ex Gal. colligitur tum ex alibi traditis, tum præſertim dum habet. Eſt autem ſplendoris quidem ſenſus viſus, aeris vero auditus, halitus odoratus, æquè ſcilicet vt humidæ naturæ guſtus & ſolidi corporis tactus. vnde cum ſimile recipiatur à ſimili, vt cecinit Empedocles, ſicuti oculi luminoſi facti ſunt, quia colores ſplendidos, & luminoſos ſuſcipere debebant: ita auditorium organum, quia ſonitus, qui aerei ſunt, recipit, aereum effingi par erat. & ideo ſi audiendi ſenſatio fieri debet, neceſſe eſt, vt externus aer à ſonitibus agitatus, & impulſus per auriũ tortuoſos anfractus, qui in aure externa, & parte cartilaginea primum, & deinde in petroſo oſſe exculpti ſunt, motu placido, & ſine alterius alienæ materiæ permixtione, feratur, & vſq; ad aerem congenitum tympanomembrana concluſum penetret. Huic autem membranæ aſſidens, blande eam concutit, vt ea agitatione tota ſtrepat, & perſonet. ad quod, vt quidam Moderni tradiderunt, valde conferunt parua quædam oſſicula, quæ à ſimilitudine quam præſeferunt, malleus incus, & ſtapes nuncupata fuerũt: ſed quomodocunq, poſt huius membranæ percuſſionem externus aer cum interiore illo continuatur, & adhæreſcit, ſicuti etiam in viſione celebranda externum lumen cum interno copulatur, quare externus aer agitatus interni & congeniti aeris interuentu, audiendi neruo, qui cum illo implicitus, dilatatusque eſt, confertur. quo quidem neruo exploratore, & miniſtro recepta in aere congenito ſonitus imago, & ſpecies ad cerebrum vſque tranſmittitur. pariter Auicenna de hoc aere loquens, dicebat. concauitas intrinſeca eſt ſicuti vuea comprehendens aerem quietum, qui audit voces ſua vndoſitate. Quod autem neruus auditorius principale organum ſonitus recipiens eſſe non poſſit, ex eo facile demonſtratur, quia cum ſit cerebri communiſque ſenſationis principij ſoboles, & propago, quemadmodum de cæteris neruis res ſe ſe habet, ita hic quoque neruus ad omnes ſenſationes indifferens eſſe debet, & non magis ad ſonitus, quam ad odores, colores, aut ſapores percipiendos accommodatus: ergo neceſſe eſt, vt ad ſonitus ſpeciatim explorandos contrahatur merito proprij & peculiaris organi, quod non aliud, quàm aer congenitus eſſe poteſt. Ab huius itaque aeris ceu principalis organi vitijs exordientes, dicimus ipſum male affici, dum vel deficit, & in quanto imminutus euadit, vel impurus redditur. & hoc maximo iure, nam tunc naturaliter diſpoſitus eſt, & ad ſonitus ſuſcipiendos maxime accommodatus, vbi & in debita quantitate, & purus, vniformis, ſimpliciſſimusque reperitur. ex hac autem ipſius ſimplicitate, & puritate facile colligimus cur de vocum complexione loquentes quædam conſonantes ſint, auditnique iucundæ: quedam vero diſſonæ, & interdum adeo ingratæ, vt auditorium meatum quodammodo diuellere videantur: & inſuper cur conſonantium quædam perfectæ ſint, vt quinta, & octaua: quædam imperfectæ, vt tertia, & ſexta. & qua de cauſa quarta mediam quodammodo naturam habens, partim conſonans, partim diſſona ſe ſe offerat. quæ quidem non explicauit Galenus. nam licet de voluptate & dolore in vnoquoq; ſenſu loquens, dixerit,leniſſimas tardiſſimaſque voces iucundiſſimas: aſperrimas vero celerrimaſque infeſtiſſimas eſſe; non tamen explicauit cur vocum complicatio, quæ ſeptima, nona, vel ſecunda eſt auditui ingratiſſima: tertia vero, quinta, ſexta, & octaua iucundiſſima ſit, quamuis ab iiſdem hominibus, vel muſicis inſtrumentis, & eadem velocitate, & vehementia complicationes iam dictæ promanent. imò ſi tertia velocius, & vehementius, ſecunda vero tardius & blandius proferatur, nihilominus hæc ſemper ingratiſſima, illa vero grata ſemper percipitur. ſed huius rei cauſam, quam aliàs in Veneta Academia ex ſecunda congeniti aeris conditione explicauimus, tanquam ad ſuperiorem contemplationem attinentem omittere, & ad congeniti aeris conditiones & vitia, quorum cauſa hæc adduximus, orationem conuertere debemus. Deficit itaque vel quia ſimpliciter & vniuerſaliter in toto corpore alimentum deficit, vnde Auicenna auxilijs nutrientibus vtebatur: vel quia deficit ſecundum quid, quoniam licet alimentum in toto corpore reperiatur, non poteſt tamen in meatum, in quo aer hic reſidet, diſtribui, & proinde reſarciri non põt, quia obſtructio aliqua & impedimentũ, ſeu anguſtia in oſſeis meatib. ad internum meatum, in quo aer ille reſidet, pertingentibus reperiatur. ita aer hic poteſt deficere, vt ait Auicenna, quia meatus hic ex parte, vel ex toto ſit repletus & explanatus, & vitium hoc ſolet eſſe natiuum. Impurus autem redditur à materia præſertim humoroſa, quando ſcilicet redundant excrementa, quæ petentia meatum illum, aerem connatum inficiunt. Hæc autem excrementa quamuis ſæpe craſſa, & frigida ſint, & pituitoſa, quæ omnium maxime ſenſus, & eorum functiones conſopiunt, non minus tamen bilioſa eſſe poſſunt. ideo ex Hip. quibus deiectiones bilioſæ exeunt, eæ ſurditate ſuperueniente ſiſtuntur, & quibus ſurditas adeſt, bilioſorum deiectione finitur. ita Hipp. dum loquitur de Horofonte, qui quinta morbi die obſurdeſcebat. inquit Galen. in cõmen. quod excrementis alui bilioſis repreſſis ſubſecuta ſurditas eſt, vt quæ in caput aſcendiſſent. hinc etiam aurium excrementa bilioſa ſunt, quia ad loca illa ita anguſta tenues, & bilioſi humores promptius fluunt. hæc autem excrementa quæcunque ſint, interdum prodeunt à toto, ſicut in febribus contingit: interdum à parte, & præcipue à cerebro, & quomodocunque interdum ad aures per criſim permutantur: aliquando vero ſine criſi. & cum fit criſis, interdũ materia petit aures, & fit grauedo, auditus difficilis, & diu remanens poſt criſim. interdum non petit aures, ſed ſolummodo agitata, per quemcunque locum fluat, multi vapores ab ea eleuantur ad aures, & grauant auditum, quæ tamen grauedo criſi completa facile recedit. Quod ſi lædatur audiendi facultas, tunc, vt ex Gal. ſententia ſupra dictum fuit, vel neruus læditur auditorius, vel cerebrum ipſum, in ea ſcilicet parte, vnde neruus emergit. neruus autem, vt in læſa viſione diximus, poteſt affici tumore calido, frigido, obſtructione, & ſi integra ſit anguſtia, fit ſurditas, ſi non integra, ſubſurdi fiunt. Denique ſi lædatur auditus uitio partium famulantium, primo poteſt vitium eſſe in tympano, dum craſſior, vel denſior redditur, quod fit dum inflã- matio-

Side notes (left margin): *Aui. l. ci. c. 3* — *Galen. 1. de ſym cau. c. 6.* — *Auic. lo. cit.* — *Auic. l. cit. c. 3.* — *Hip. 4. aph. 18.* — *Hip. 3. in primum e. pid. tex 20. Gal. in com.*

Side notes (right margin): Auditus ſẽſus quo mõ fiat. — Cauſæ imminuti, & ablati auditus. — Vitia aeris congeniti. — Defectus. — Impuritas. — Vitia facultatis. — Vitia partium famulantiũ.

ſanie: ſi ſordidum, ex craſſitie, & copia exeuntis. virulentum cognoſcitur ex ſaniei tenuitate, putridum ex pure ſeu ſanie fœtente: corroſiuum ex eo quod poſt ſaniem egreditur ſanguis: fiſtulloſum ex vlceris antiquitate, & ſanie virulenta, & carne calloſa, & duriori.

Signa cauſæ morbificæ.

Si autem dolor fiat à cauſa morbifica: ſi ſit materia vaporoſa, ex eo diſcernitur, quod neque ardor, neque grauitas, ſed ſola ineſt diſtentio cum tinnitu, aut ſtrepitu valido, præceſſitque cauſa refrigerans, & dolor valde acerbus eſt.

Signa vaporis.

Signa humoroſæ materiæ.

Si autem ſit frigidus, & craſſus humor, dolor multo lenior exiſtit citra ardorem & diſtentionem, cum aliqua tamen grauitate: adſuntq; cauſę manifeſtę pituitæ redundantis. ſonitus autem & fragor quodammodo confuſus percipitur, non autem manifeſtus & clarus, qualis in materia vaporoſa perſentitur. ſi deniq; ab alia materia proritetur dolor, dum exit, ſe ipſam oſtendit, ſiue ſit aurium ſordes, ſiue bilis, vel alius humor acris & mordax.

Prognoſtica.

Pro cauſarum autem diuerſitate diuerſimode prognoſticandum. vnde dolor, qui fit ab inflammatione profunda cum febre continua, delirium inducit, & quãdoque ſtatim interficit, quia ratione fortis doloris & vicinitatis, eſt in cauſa, vt cerebrum conuulſionem patiatur. ideo ſtatim inter initia occurrendum. & ob id dicebat Hip. aurium acutus dolor cum febre continua, vehementique coniunctus, grauis eſt: nam delirij, mortiſq; periculum minatur. nam vehemens dolor, inquit Gal. nunquam aures externas inuadit. ſed tunc neruus auditorius dictus, qui non longo interuallo cum cerebro copulatus eſt, afficitur. itaque plurimi præ vehementia doloris interierunt, cerebro in conſenſum doloris perducto. quare multi ægri delirant, & quidam etiam repente moriuntur vt attoniti, vbi fluxio, quæ dolorem auriũ concitauit, in cerebrum confertim peruenerit. Vt plurimum autem, vt in praxi obſeruamus, natu minores ſeptimo die, aut citius ab hoc malo intermiuntur: natu vero maiores multo tardius. ita frequentius interficiuntur adoleſcentes, quàm ſenes, quia in ſenibus ſenſus eſt obtuſior, ratione cuius perferunt dolorem, donec inflammatio ſuppuretur. in pueris vero non poteſt tolerari ob ſenſus acutiem.

*Celſ. li. 6. c. 7.*

*Hip. 3. prog. tex. 13.*

*Gal. in com.*

Si dolor fiat ab vlcere mundo ſuperficiali, periculo vacat. vlcera autem profunda vſque ad neruum peruenientia, quamuis conſolidentur, auditus tamen nocumentum relinquitur. quæ vero vſque ad os perueniunt, raro vel nunquam curantur. idẽ de fiſtulis profundis aſſerendum. quod ſi ſint profunda, corroſiua, vel putrida, ſæpe ſunt pernicioſa, cum frequenter vſque ad cerebrum aſcendant. ideo dicebat Hip. propter aures, & ex auribus ferè pereunt. quia, vt inquit Gal. ſæpe grauis morbus aures corripuit, qui ſerpendo ſerie quadam propter continuitatem ad cerebrum peruenit, mortiſque cauſa fuit. quod non ſolum de vlcere ſerpente, verum etiam de inflammatione, vt ſupra notatum fuit, intelligendum eſt. Indicationes à dolore, & cauſa deſumuntur, vt in dolore capitis dictum eſt. vnde ſat ſit illas in medium afferre, quæ ab affecta particula deſumuntur, quæ cum ſui natura ſit cartilaginea, & proinde frigidi, & ſicci temperamenti, ideo dum egemus exiccantibus, v. g. in vlcere, hæc debent eſſe validiora: vnde, quemadmodum dicebat Galenus, meatus auditorius, ſtrenue ſiccantia medicamenta ſuſtinet. ea quoque de cauſa, quæ in auribus imponuntur, nõ debent eſſe actu frigida (nam frigida inimica neruis, & cartilaginibus) ſed tepida, ſicuti etiam multum calida ſunt euitanda.

*Hip. 6. in 6. epi. 13. & Gal. in com.*

Si vero de materijs præſidiorum loquamur, dum dolor ab inflammatione oritur, cephalica eiuſdem lateris quamprimum aperienda, deinde frictionibus ligaturis, cucurbitulis vtendum eſt, vt humorum fluxus inhibeatur, & in ſumma & pro euacuatione, & reuulſione, & deriuatione omnia ea peragenda, quæ in oculorum inflammatione fuere propoſita.

*Ga. 1 a. met. c. 8.*

Indicationes.

Similiter, dum dolor ab vlcere progreditur, ſi vna cum cacochymia adeſſet notha plenitudo; & aliqua ſanguinis redundantia, ſectione venæ, vel alio phlebotomiæ genere ipſam imminuere oportet. Medicamenta vel ſunt communia, vel determinata. Communibus autem, ſiue ſint lenientia, ſiue præparantia, ſiue purgantia, potiſſimum vtendũ eſt, vbi in toto, vel ſaltem in capite craſſorum humorum aderit redundantia. ſecus ſi velimus ſtatim ad topica deſcendere, magis irritabitur dolor.

Curatio. Chirurgia.

Quantum attinet ad topica, ſi dolor fiat ab intemperie frigida, laudatur oleum amaracinum, nardinum, ex Gale. qui etiam laudat oleum in quo incocta ſit cæpa, vel etiam ruta, inſtillatum. Ita maxime extollit adipem vulpinum liquatum, & inſtillatum in omnibus aurium affectibus. laudatur etiam oleum laurinũ, rutaceum, de caſtoreo, irinum. & ſi frigiditas ſit intenſa, licet vti oleo, vt ait Galen. cui piper tenuiſſime tritũ addatur, vel exiguum euphorbij. ita cum oleo veteri licet miſcere ſtiracem, cinnamomum, calamum aromaticum. pro pauperibus laudatur allium in oleo contuſum, vel feruefactum.

*Galen. 3. de comp. med. loc. 1. & lib. de rem par. fac c. 7.*

Pharmacia.

Simili modo probatur cæpa oleo imbuta, & in feruenti cinere moderate calfacta, qua expreſſa oleum auriculæ infundatur. Si vero ab intemperie calida dolor excitetur, laudatur oui albumẽ tepidum cum lacte muliebri paulatim in aurem infuſum. ita probatur oleum amygdalinum, vel lumbricatum. eodem modo coriandri ſuccus cum lacte muliebri maxime laudatur. ita ad igneum ardorem ſine pulſatili dolore laudat Galenus acetum cum roſaceo.

*Gal loc cit.*

Ad intemperiem frigidam.

Si autem ab inflammatione proficiſcatur dolor, poſt phlebotomiam, & biliosorum humorum (ſi opus ſit) expurgationem, per ea, quæ bilem leniter educunt, adminiſtratam, oleum dulce calens, vel roſaceum cum adipe anſerino, ſeu vulpino cum ſpecillo lana inuoluto, inſtillare oportet. forinſecus lenientia dolorem, & materiam impactam concoquentia ſuperimponendo. ita butirum impoſitum in concoquendo aurium inflammationem, in emolliendo, reſoluendo, & dolorem leniendo omnia alia ſuperat medicamina, & præcipue in mollibus corporibus.

Ad calidã.

Si vero dolor fuerit vehemens, laudatur oui albũ cum lacte muliebri tepidum infuſum. Gal. quoque vtitur caſtoreo ex lacte muliebri, aut oui albo tepido. ita probat oleum roſatum cum ſucco polygoni, vel portulacæ, vel ramentorum cucurbitæ optime conquaſſatum, ſi tepidum inſtilletur, vel etiam lumbrici terreſtres cum oleo roſaceo cocti, ac oleo amygdalino permixti: vel ℞. olei roſ. partes 2. amygdalini par. 1. aceti partes 3. coque lento igne, & cola, & tepidum adminiſtra. ita probatus mucillago pſyllij cum.

*Gal. loc. cit.*

Ad inflãmationẽ.

44

mationes in tumores ſcirrhoſos abeunt, quod ſæpe propter opiata cõtingere ſolet. ita poteſt
eſſe noxa in oſſiculis, quorum primus ante Veſalium meminit Carpus, dum ſcilicet vel ob i-
ctus, vel ob impetentes, & immodicos humorum confluxus è proprio loco dimouentur. vn-
de grauis auditus, & ſurditas natiua ex horum oſſiculorum mala conformatione ſæpe fieri
poteſt. Denique poteſt eſſe vitium in meatu externo, dum, vt ait Gal. obturatur aut ratione
*Galen. 1. de ſym. cau. c. 3*
inflammationis, aut carnoſi tuberculi, dum in vlcere humido, nec tempeſtiue ſiccato caro
ſuccreſcit, vnde Galenus 1. de humoribus, comm. 20. inquit, quod in aurium meatu germen,
quod toti ſpeciem aut carnis repreſentat, gignitur. idem de callo, ſcirrho, abſceſſu, & œdema
te dicendum eſt, & de quacunque cauſa primitiua, ſiue ſit calculus, vel aliud imprudentibus
in aurem incidens. quidam enim dum caput lauãt, meatum goſſipio replent, quod tractu tem
poris cumulatũ, & obdureſcens, auditum impedit. ita, vt ait Gal. è numero eorum quæ mea-
*Gal. loc cit.*
tum obſtruunt, ſordes ſunt, quæ in auribus colligi ſolent. Inter cauſas autem primitiuas ex
Hip. ſunt auſtri auditum hebetantes, ſiue, vt ait Gal. grauiorem reddentes, quia auſtri natura
calida, & humida eſt. omnia autem talia ſunt apta replere caput, ideo & ſenſuum inſtrumen-
*Hip. 3. aph. 5.*
ta plurima implent humiditate, & capitis grauitatem efficiunt. Si itaque aer congenitus defi
ciat ob alimenti penuriam, in toto corpore inedia, vel fortis euacuatio præceſſit, & adeſt no-
*Gal in com.*
xa in vtraque aure, & in reliquis ſenſibus. Si vero adſit anguſtia in meatibus oſſeis, in cæteris
ſenſibus læſio non eſt, & ſtrepitus diſtantes non audiunt, & magnos ſonitus maxima cum dif
ficultate perferunt, & vitium in vnica aure potiſſimum erit. Si aer ſit impurus, ſtrepitus facile
ferunt, ſed exiguos ſonitus vix percipiunt, aderuntque indicia cerebri imbecillis, & excre-
mentoſi. Vtrum vero excrementa prodeant à toto, vel à cerebro, aut alia parte, ex proprijs ſi-
gnis cognoſcitur, & ſi permutentur ad aures per criſim, ex eo deprehenditur, quia præcedens
morbus terminatur, vel imminuitur. Quod ſi auferatur, vel imminuatur auditus vitio facul-
tatis, præter id, quod non erunt ſigna noxæ auris, ſi vitium ſit in cerebro, nocumentum erit
in reliquis ſenſibus, & alijs animalibus functionibus. Vbi enim inquit Galenus 4. de loc. 2. præ
ter facultatem, nihil læſum eſt, neruum proprium affectum eſſe, haud abſurde conijcimus.
Vbi vero reliquæ faciei particulæ ſimul cũ ipſa læduntur, in cerebro vitium eſſe exiſtimamus,
ipſo vel vt ſimilari, vel vt inſtrumentali parte affecto. Si ergo lædantur nerui quinti paris, re-
liqui ſenſus erunt illæſi, & ſi afficiantur calido tumore, prægreditur dolor acerbiſſimus (vn-
de aliquando poſt aurium dolorem, interdum auditus imminuitur, vel aufertur) conſequi-
tur febris, & ſenſus feruoris intra aurem, & nihil extra apparet. Si vero ſit ſcirrhus, tumorne

Signa.

frigidus, qui aliquando inflammationi ſubſequitur, aliquando per ſe incipit, is tunc cogno-
ſcitur, quia ſit dolor ſine ſenſu caliditatis, ſine febre, ſine ſignis iam dictis, caput frigidũ eſt,
& præceſſere cauſæ ſuccos frigidos generantes. Quod ſi fuerit obſtructio, illico aufertur au-
ditus ſine dolore, nullus calor, vel dolor præcedit, nulla febris, ſed potius capitis repletio. v-
trum autem materia ſit pituitoſa, biliosa ve, ex proprijs indicijs cognoſcitur. Si vero læſio ſit
in partibus famulantibus, vtrum ſit in externo meatu cognoſcitur inſpiciendo aurem ſub ra
dijs ſolaribus, & auricularia inſtrumenta intromittendo, & percunctando an præceſſerit vl-
cus, vt ſit carnoſitas, vel inflammatio, an nil præceſſerit, & dum nullum iſtorum fuerit, neque
cauſa primitiua præceſſerit, in tympano potuit præceſſiſſe vlcus, & dolorificum, & cicatrix eſt
cauſa, vt durior reddatur illa membrana, quod etiam indicari poteſt ex inſigni dolore, qui
exacerbatur ad inſtrumentorum auricularium immiſſionem, ad differentiam partium inti-
marum. Si vero aliarum cauſarum ſigna non adſint, & repente lædatur auditus, & potius au-
feratur, indicium erit dislocatorum oſſiculorum, præſertim ſi poſt ictum auferatur auditus.
ita ſi fluxus ſit ad aures inſignis, vt dolor à copioſa materia excitetur, & repente auditus au-

Prognoſtica.

feratur, ſignum eſt oſſicula laxata fuiſſe. Surditas autem à natiuitate incurabilis eſt. ita anti-
qua difficile tollitur: noua vero nonnunquam difficulter remouetur, interdum auferri nõ po
teſt. nam obſtructio auditorij nerui à pituita, vel melancholia difficile admodum remoue-
tur, & curationem ferè non admittit, ſi fiat a bile non ita difficulter. Intemperies autem cor-
rigitur, non tamen facile, & præſertim vbi cum materia coniuncta ſit. poteſt tamen materia
humoroſa eradicari, vnde etiam antiqua ſurditas interdum fuit ablata. Si aer congenitus de-
ficiat ob anguſtiam meatuum propriorum, & hæc à materia craſſa valde promoueatur, vitiũ
eſt incurabile, ſecus ſi materia non ita craſſa ſit. Si meatus exterior fuerit obturatus, poteſt
" curari, maior autem eſt difficultas ſi membrana ſit affecta, vnde huius cicatrix poſt vlcus in-
" corrigibilis eſt. idem de oſſiculorum luxatione ſtatuendum eſt. Grauis autem auditus eſt ma
" gni momenti vitium, quoniam, vt inquit Galenus, paulatim augeſcens perfectam ſurditatẽ
*Galen 3 de med loc c. 1*
tractu temporis inducit. Surditas autem in acutis morbis, & turbulentis conſequens, inquit
*Hip 1. prædic tex 32.*
Hipp. mala eſt, & ex eodem: quibus deiectiones bilioſæ exeunt, eæ ſurditate ſuperueniente
ſiſtũtur; & quibus ſurditas adeſt, bilioſorum deiectione finitur. dum enim hæ affectiones ob
*4 aphor 28*

Indicationes.

bilem ſurſum vergentem oriuntur, facile liberantur bile inferius deſcendente, vel ſanguine
ex naribus fluente. Indicationes variæ ſunt, prout etiam diuerſæ ſunt cauſæ, quæ ex dictis in
*Galen. 1. de loc 2.*

Curatio.

affectibus oculorum claræ ſunt. Si itaque de præſidiorum materijs loquamur, de ea ſolum
loquendum, quæ ad diminutum, vel ablatum auditum ex obſtructione, ex craſſa, & impacta
materia dirigitur. nam remedia, quæ ad alias cauſas referuntur, ex traditis in capite de aurium
dolore elici poſſunt. Dum itaque æger vel vix audit, vel non audit ratione craſſæ materiæ,

Communia.

ante topicorum vſum corpus expurgare oportet, & expurgatum conſeruare, verbi gratia,
hiera, agarico, pilulis cochijs (nam Galenus vtitur catapotijs ex colocynthide) vel etiam co-
*Gal li. de re me. par. fa. c 7.*
chijs cum elleboro. Præparantia ex alibi traditis clara ſunt. ita in affectibus aurium conferũt
pilulæ arabicæ. In materia calida probantur pilulæ aſſaieret, aureæ, & multoties euacuatio-
nes reiterandæ. ita dum opus eſt, ſanguis euacuandus: cochię igitur ſingulis decem, vel quin-
decim

*Gal. loc. cit.* decim diebus exhibeantur, etiam tempore topicorum. præterea oportet etiam caput euacuare maſticatorijs, gargariſmis, inunctionibus palati: vtitur autem Galenus apophlegmatiſmo ex pyrethro, & maſtiche. quibus vtendum antequam topica applicentur, & etiam quando applicantur topica, quia ſemper excrementa generantur, capite per os euacuato. oportet etiam vt per ſternutamenta euacuetur, quia caput purgant, & agitant materias in auribus exiſtentes, ſic ad euphorbium, ad elaterium cum lacte confugiendum, & tum eo tempore, tum etiam ante topica, iſta peragenda ſunt. Præterea vt fiat euacuatio per modum deriuationis, veſicatorijs vtendum: ſed primo excitanda veſica ad magnitudinem manus in primis colli vertebris hoc medicamento. ℞. flammulæ iouis, ſeu cantharidum drac. 9. fermenti drach. 3. ſinapis drach. 1. cum modico aceto ſcillitico fiat paſta, & excitetur veſica: & *Ga. 6. meth. in fine.* aperta detineatur: poſt quod veſicatorium, aliud excitetur poſt aures, & oportet per quindecim dies has veſicas apertas detinere, antequam ad topica accedamus, aſpergendo locum puluere cantharidum, vel flammulæ, ſacrum ceratum, vel cerines ſuperponendo. Quibus peractis, ad topica deſcendendum, quæ in fine poſſunt eſſe fortiſſima, nam auris validiſſima ſuſtinet, dicebat Galenus. in principio vero mitiora ſint. vnde laudatur aqua panis, præcipue ſi cum pane miſceatur puluis cyclaminis, ſtœchados, potiſſimum colocynthidis, ſunt quoque olea, & ſucci, vt oleum amygdalarum amaratum, nardinum, coſtinum, ſuccus rutæ, cepæ, abſynthij cum ſale. ſuccus cyclaminis, oleum ex pice, ex cera, ex aniſo deſtillatum, ex fœniculo, caryophyllis, cinnamomo, quæ etiam ad flatus efficaciſſima ſunt, ita à proprietate probatur vrina capræ, & ex Galeno fel taurinum, vel caprinum roſaceo miſtum, & inſtillatum, & ex Apollonij auctoritate etiam anguium ſenecta aceto trita, & inſtillata. Admirabilis autem eſt euaporatio per arundinem ex mitioribus, vt chamæmelo, anetho, radice althææ, cucumeris agreſtis ad emolliendum, & digerendum. Galenus quoque laudat idem fomentum per calamum ex abſynthij decocto, cui deinde inſtilletur acetum album, & aqua par. portione, in quibus ferue factum ſit nitrum. ita laudat decoctum foliorum, aut baccarum lauri. Sed expedit ad hoc aſcendere, ℞. medullæ colocynthidis vnc. ſem. origani, calamenti mõtani, dictamni cretici ana pug. ſem. radicum veratri albi, & nigri ana drach. 2. euphorbij. cinnamomi, caryophyllorum, ana drach. 1. vini albi generoſi quantum ſufficit ad infuſionem, & decoctionem iſtorum, aquæ ardentis vnc. ſem. miſce, & erit efficaciſſimum euaporatorium, & fiat ieiuno ventre, primo per quartam partem horæ, deinde per amplius ſpacium vſque ad dimidium horæ, ſemel, vel bis in die per quinque, vel ſex dies, & ſtatim poſt euaporatorium applicetur meatui aliquod digerens validum: validum autem eſt, vt ait Galenus, cæparum ſuccus cum melle, necnon oleum amygdalarum amararum in cœpa decoctum, ſi tepidum inguttetur, vel raphani ſuccus cum roſaceo infuſus. Inſuper laudatur tabella cupreſſi auri applicita ea caliditate, vt poſſit perferri, ſed inter aurem, & tabellam immittatur ſacculus calefactus colocynthide, & origano repletus, & optimum erit, ita poſſemus accipere colocynthidis, albi veratri, aloes ana drach. 1. conterantur omnia in aceto feruenti, deinde ſiccentur, & hic puluis miſtus cum tenta ex melle intra aurem ponatur, & detineatur per tres dies, & aliquando per quinque, loco mellis licet accipere carnem ficus, abiectis granis. ita hi puluetes ſucco raphani excipi poſſunt, vel ſucco cœpæ, ſed præcipue cum illis, in quibus eſt conſiſtentia, & hæc poſſunt allicere pituitam, & melancholiam, præſertim ſi detineantur per tres per quinque dies, non enim oportet applicare, & remouere. Victus ad portionem medicamentis reſpondeat.

*Gal li. de reme par. ſa. c. 7. & 3. de med loc 1. Gal loci de rē. par. fac.*

*Gal. loc. cit.*

Topica.

## *De Auditu deprauato.* *Cap. XXXIII.*

AVDITVS tunc deprauatus eſſe dicitur, cum abſq; vlla aeris externi commotione, illiſione ve aures intra ſe ipſos ſonant. Hoc autem fit vel cauſa auditiuæ facultatis, vel cauſa alicuius obiecti facultatem mouentis. Si fiat vitio facultatis, tunc facultas vel eſt nimis exquiſita, vel debilis: eſt autem nimis exquiſita propter nimiã caliditatem, quam Galenus appellat ardorem. nam propter inſignem caliditatem non ſolum ſenſus exquiſitus in aure fit, verum agitatio congeniti aeris ſubſequitur. ideo quemadmodum affirmant Galenus, & Auic. quidam ſonitus ex flatuoſo ſpiritu generantur, quidam ob exquiſitam ſenſus audiendi ſubtilitatem fiunt, quemadmodum in oculis imaginariæ ſuffuſiones propter vapores ex ore ventris exhalantes. Si vero auditiua virtus ſit debilis, hoc ex intemperie, vt ait Auicenna. & præcipue in ijs, qui ex morbo ſe recolligunt, accidere conſueuit. Simili modo dum vlcus in aure intrinſeca multo pure manauit, niſi probe coaleſcat, perpetuum ſonitum relinquit, quia ſpiritus per arterias impulſus, impetu læſum, & debilem auditum offendit. Si autem deprauetur auditus ab obiecto facultatem mouente, hoc fit à materia frigida, quæ, dum cum aere congenito permiſcetur, eſt in cauſa agitationis illius. hæc autem vt plurimum eſt vaporoſa. nam ex ea, inquit Galenus, quæ in capite redundat, humiditate ſpiritus flatuoſus procreatur, ideo & aurium tinnitus fiunt. Sed interdum etiam humoroſa eſſe poteſt. Vnde, vt inquit Fern. ex flatu tenui exiliter elabente, fit ſibilus; tinnitus verò ex illius flatus tenuis curſu interrupto; ſonitus ex craſſiore penitus erumpente; ſtrepitus ex impulſu valido: fluctuatio ex humoris iactatione. vt plurimum tamen ex humore, & materia humoroſa cum aere conge-

Nomen.
Cauſæ.

*Ga. 3. de cõpo. med. loc. 1.*
*Auic. li. 3. c. 4. trac. 1. c. 9.*
*Auc. lo. cit.*
*Fern. 5. de par. morb. c. 6.*
*Gal. 1. prædic 18. & 3. de cõp. med. loc. 1. Fern. loc. cit.*

congenito permixta, auditus potius imminuitur, vel aufertur. At vero iam dictorum ſympto
matum nullum obauditur ſi cauſa interior quieſcat. Hæc autem materia vaporoſa quando-
que generatur in aure ex humore, & frigida intemperie ibidem exiſtente, interdum auri a-
liunde communicatur. hæc autem commuuicatio vel fit à toto, vel à parte. à toto ſicut acci-
dit in ſebtibus præcipue in principio paroxyſinorum, & in criſi præſertim per vomitum. nã
a materia agitata vapores reſoluti petunt aures. ita melancholici conqueruntur de tinnitu,
quia non ſolum a capite, verum etiam à toto petunt aures vapores melancholici, & etiam
pituitoſi. Si autem communicatio fiat à parte, hoc præcipue fit a cerebro. dum enim ex ma-
teria in cerebro congeſta, vel ratione caloris imminuti cerebri eleuantut vapores, facile per
quintum par neruorum, necnon per venas, & arterias auribus communicantur, ſimiliter cõ-
municatio poteſt fieri à ventriculo, & à matrice, & alijs membris. dum enim è ſubditis viſce-
ribus calida, copioſaque expiratio in caput effertur, tum hac, tum flatuoſo ſpiritu diſtentæ ar
teriæ vehementius pulſant, multumque calidi ſpiritus in cerebrum, & aures effundunt; vn-
de audiendi ſenſus confuſa obaudit, & oculus aliena cernit in ſuffuſione, quæ ventriculi con
ſortio fit, tumque maxime torquentur, quum impura ſunt viſcera. Differentiæ capiuntur a
Differentiæ. cauſis, & à forma, alijsque ſymptomatis conditionibus, vel enim eſt ſibilus, vel tinnitus, aut
ſonitus, aut ſtrepitus, aut fluctuatio, & ex Galeno, vel paulatim fit, vel coaceruatim irruit ſo- *Gal. loc. cit.*
nitus, & vel per interualla repetit, vel continenter perſeuetat. Tunc autem cognoſcimus ma
Signa. lum fieri vitio facultatis exquiſitæ, ſeu ratione ardoris, dum percipiunt caliditatem in capite
circa aures, dum cauſæ calefacientes præceſſerunt, dumque flatus diſcutientia malum augẽt. *Gal. loc. cit.*
quinimo id etiam ex eo deprehenditur, quod homines etiam ſanitatis tempore magnos ſtre *de com. med.*
pitus propter ſenſum exquiſitum perferre non poſſunt. Si vero ob facultatis, & locorum im- *loc.*
becillitatem ſonitus oboriatur, ex his qui præceſſerunt morbis facile cognoſcitur. Si vitium
fiat ab obiecto, dum fit à materia frigida, tempore ſanitatis omnes ſtrepitus perſerunt, non
perſentiunt caliditatem, & iuuantur à calidis: & ſi materia ſit flatuoſa, ſonitus nunc excitan-
tur, nunc ceſſant, & ſpatio interpoſito reuertuntur. ſonitus eſt clarus, præceſſere cibi flatuoſi,
necnon cruditates multæ. Quod ſi propter craſſos, & viſcidos humores ſonitus fiat, non repẽ
te oboritur ſonitus, ſed paulatim increſcit, & eſt magis confuſus, & fluctuatio, & percipitur *Alo. li. 3. c. 6.*
grauitas, præceſſere cruditates, intẽpeſtiuorum balneorum vſus, & alia crudos humores ge-
nerantia. perpetuo vero permanente ſonitu, aures per eſſentiam affectas eſſe ſuſpicareli-
cebit. Si vero per interualla repetat, per conſenſum. ita dum fit per conſenſum a ce-
rebro, ſolet adeſſe dolor, aut capitis grauitas, & vt plurimum nocumentum pluribus
ſenſibus communicatur. ita de reliquis partibus dicendum eſt. Corruptio autem audi-
Prognoſtica. tus natiua incorrigibilis eſt: chronica vero ægre tollitur: recens vero facile, dummodo tin-
nitus non ſit gallicus, nam tunc ægerrime poteſt auferri, & ſicuti facilius tollitur, dum fit à
Indicationes. cauſa calida: ita difficilius, dum fit à cauſa frigida, remouetur. Quid nam autem ſit agendũ,
apertum eſt. ſi enim malum fiat ratione ardoris, refrigerare oportet: ſi ex flatibus, ij diſcutiẽ
di ſunt, & ſic de reliquis. Ratione igitur ardoris, & facultatis nimis exquiſitæ vtendum ſuccis
Curatio. Ad ardorem. refrigerantibus, vt portulacæ, hyoſciami, imò ad papaueris ſuccum aſcendit Galenus, ſed
prius mitioribus occurrendum, vt decocto hordei, violarum, lactucæ, nenupharis, pa-
paueris albi, addendo penetrationis gratia aliquid meliſſæ, vel chamæmeli, & tepida ap-
plicentur. laudat autem Galenus, ex Archigenis auctoritate, caſtoreum, & cicutæ ſe-
men cum aceto trita inſtillata, quibus non conſerentibus, vtendum opio. caput etiam
oleo roſaceo refrigerandum. Victus ſit potius reſtigetans, & humectans, & vinum
Ad facultatem debilem. cauendum eſt. Si vero facultas ſit debilis propter morbum prægreſſum, temperatum *Galen. 3. de*
aliquod oleum nõn nimis calidum, aut frigidum, prout vrget neceſſitas, & intempe- *med. loc. c. 1.*
Ad flatus & materiam frigidam. ries, infundendum, vt eſt chamæmelinum, anethinum, vel roſaceum. Si malum fiat a fla-
tibus, vel alia materia frigida, eadem requiruntur, quibus vtimur ad auditum dimi-
nutum vel ablatum ex obſtructione, à materia humoroſa, de quibus dictum eſt. Vn-
de poſt totius, & capitis expurgationem diſſecantia, attenuantia, & diſcuſſoria auribus
erunt applicanda: præcipue vero laudantur ſacculi ex milio, & ſale torrefactis, & vino
potenti aliquo modo aſperſis auri, & partibus circunſtantibus admoti. ita poſſunt para-
ri ex betonica, ruta, ſampſuco, hyſſopo, floribus chamæmeli, ſolijs pini, lauri, & calſacti au-
ribus imponantur. Similiter ſpongia madefacta in decocto calido chamæmeli, & iam dicto-
rum, necnon meliloti, calamenti, abſynthij, origani, ſtœchadis, mentaſtri, auti per fomentum
applicita, & ſæpe iterata optime valet. idem dicẽdum de caſtoreo cum oleo roſ. aut amygda
larum amararum diſſoluto, & alijs in ſuperiori capite propoſitis, quouſque ad valentiora a-
ſcendamus. vnde laudat Galenus, cæparum ſuccum cum melle, & acetum acre ſolum tepidũ *Gal. li. de re*
inſtillatum. ita laudatur ſomentum auris ex abſynthij decocto, cui poſtea acetum, & roſaceũ *me par. fac.*
inguttantur, aut raphani ſuccus cum roſaceo, aut elleborus niger cum aceto coctus, præſer- *7. & 3. de*
tim in ſonitibus ex morbo obortis, tandem ad valentiora licet aſcendere, vt ad euphorbiũ, *comp. med.*
ad elleborum album. ita proponit Galenus, ex Appollonij auctoritate, cucurbitæ ſilueſtris, *loc. 1.*
vel cucumeris ſilueſtris medullam oleo dilutam, & infuſam. Si malum fiat per conſenſum, ſi
fiat in febribus, nil agendum, quia ſtatim ſedatur. Si poſt ſebrem perſeueret, laudatur deco- *Gal. loc. cit.*
ctum abſynthij, quo aures foueantur. ita Meſues ex auctoritate filij Zachariæ maxime pro-
bat oleum decoctionis abſynthij, cum oleo roſato auribus inſtillatum, nam maxime robo-
rat, & diſcutit. Si fiat per conſenſum ab ore ventriculi, eidem parti proſpiciendum erit. Ex
quauis autem cauſa ſonitus ortus fuerit, vbi inueterauerit, confert medicamentum, quod re
cipit ſeminis porri, garyophyllorum ana ſcrupulum vnum, muſci grana quinque, cum



Digitized by Google

ſampſuci, & rutæ decocto, interim pauco vino dulci addito, auribus inſtilletur. Victus ratio medicamentis reſpondeat.

## *De vitijs narium, & læſione olfactus, & primo de fluxu ſanguinis narium.*

## *Cap. XXXIV.*

ABSOLVTIS aurium affectibus, ad eos, qui nares irritare, &
prehendere conſueuerunt, accedendum. cum enim per nares om
nes illas partes, quæ ad naſi meatus omnes interiores attinent, in-
*Gal li. de in ſtr. odor c 3. & 4. de loc. 4.*8.* telligamus, ſiue ij ad collatoria oſſa cerebrum verſus, ſiue ad ſupe
rioris mandibulæ oſſa ſuperna, ſiue ad oris partes intrinſecus de-
ducantur, in dictis meatibus, & anfractibus, vt infra apparebit, ol
faciendi ſenſus perficitur. Sed olfactus, Galeno teſte, tertium lo-
cum inter ſenſus exteriores ſibi vendicat. Verum quoniam nares
non ſolum ad odorandi functionem, verum etiam ad reſpiratio-
nem, & cerebri expurgationem cōcurrunt: & inſuper partes ſunt,
quæ naturalibus facultatibus, vt reliquæ omnes, gaudent; idcirco
vt ſemper à communioribus ad minus communia, & tandem ad magis propria progredia-
mur, primo loco lóquemur de fluxu ſanguinis narium, ceu de ſymptomate ad narium facul-
tates naturales ſolum ſpectante: ſecundo agemus de ſternutamento, quod quidem ad cere-
bri expurgationem, reſpirationemq́ue magis dirigitur, & ſubinde oon à ſola narium, ſed e-
tiam cerebri expultrice, & thoracis motu producitur, & tandem de vitijs odorandi functio-
*Gal. lib. de dif ſym c. 2.* nem lędentibus, tanquàm narium maxime proprijs, pertractabimus. Fluxus itaque ſanguinis
*Ga. 5. met. 2* per nares, qui etiam ſanguinis eruptio à Galeno ſæpiſſime nuncupatur, ſymptoma eſt de ge- Nomen, & natura.
nere exeuntium, & proinde ſecundum ſymptoma, quod, vt inquit Galenus, actionem læſam,
venarum ſcilicet narium retentricem, ceu primum ſymptoma, comitatur: Fit enim ſanguinis
*Gal. 3. præd. com. 23.* è naribus eruptio vel aperta, vel rupta, vel exeſa vena eo deſinente, vel eius tunica rarefacta. Cauſæ.
eam vero aperit ſanguinis tenuitas, vel exuberantia, vel ipſa natura: conſtat enim, inquit
Galenus, quod interdum granata ſanguinis multitudine natura excitata quidem fit ad ipſius
euacuationem, ſed modum obtinere non valens ſuperuacuationem facit. venam autem rū-
pit vulnus, vel contuſio; exedit ſanguinis, vel cuiusvis humoris acrimonia; rareſacit atte-
nuans victus, & inedia. Et ſi fluat ſanguis propter vaſorum ruptionem, copioſe fluit. &
præceſſit contuſio, ſeu alia cauſa violenta. Si propter venarum eroſionem, adſunt ſigna ca- Signa. Dięreſis.
cochymiæ, vlcerisve, vnde poſt ſaniem ſanguis egreditur, & vlcus putridum, corroſiuum-
ve ſignificat, quæ vbi non adſint, & tamen ſanguis copioſe fluat, hoc fit propter vaſorum o-
rificiorum apertionem (quam Græci vocant anaſtomoſim) & hanc ſolent præcedere aer
calidus, mora in ſole, in balneo, cibi caleſacientes, & ſimiles potiones, repletio multa, ni- Anaſtomoſis.
mius motus, ira, & alia, quæ ſanguinem caleſaciunt, attenuant, & multiplicant: & ſi ape-
riantur vaſorum ora à ſanguinis tenuitate, hæc in ſanguine egrediente conſpicitur, atte-
nuantiaque præceſſere: Si à ſanguinis exuberantia, adſunt ſigna plethoræ: ſi ab ipſa na-
tura, præceſſit acutus morbus, & criſis indicium: ſunt enim plerique morbi, qui per flu-
xum ſanguinis narium terminari ſolent: præcipueque phrenitis, & ſanguineus capitis do-
lor. idem dicendum de angina, de variolis, & morbillis, de ſynocha febre, de terriana,
& cauſone, in quibus præcipue bilis cum ſanguine permiſcetur. hoc etiam accidere ſolet Diapedeſis.
in hepatis inflammatione, & lienis tumore, & interdum in pleuritide, & nonnunquam,
licet raro, in peripneumonia. Si autem fluat propter tunicarum rarefactionem, ſanguis
paucus eſt, & valde tenuis. Quod ſi ſanguis ex naſo immediate exeat, per applicatio-
nem lichinij adſtringentis ad intra nares facilè ſedatur, & nullibi capitis dolor perci-
pitur. contra, ſi fluat ex cerebro, in aliqua parte determinata dolor percipitur, flu-
xus difficulter ſedatur, & in naſo poſita nihil conferunt. & ſi ſanguis fluat ex arteria,
vites maxime proſternuntur, & ſanguis calidus, rubeus cum claritate, & ſubtilis obſer-
uatur: & cum ſpuma frequenter, & impetuoſe egreditur: ex vena vero rubeus in fu-
ſcum tendens, craſſus, ſine ſpuma. & cum paruo impetu egreditur. & ſi fluxus fit pe-
riodicus, ſeruat periodum determinatam; vnde interdum in mulieribus, in quibus
menſtrua præter naturam erant ſuppreſſa, ſingulo menſe fluit. Si vero ſit criticus, ali-
quos morbos ſequitur, qui cum ipſo, vt plurimum, finiuntur. Sunt autem ad hunc flu-
xum præparata citrina, tenuemq́ue ſanguinem habentia corpora; Vel etiam, vt inqui-
unt Hippocrates, & Galenus tertio in ſextum epidemiorum vigeſimo primo, pallida, ni-
graq́ue propter pallidam bilim admiſtam, quæ ſua acrimonia recludere vaſculum po-
teſt. & textu vigeſimo quinto inquit Hippocrates, quod cum rebus vti venereis aut hir-
cire inceperint, tum ſanguinis eruptione tentantur. idque non ſolum ægri, sed etiam ſa- Prognoſtica.
ni, ait Galenus. cum enim pueri eſſent, multo ſanguine affluebaor: pro incremenro ve-
ro non ſolum copioſus in eis eſt, ſed calidior fit. Sed in morbis potiſſimum hunc

fluxum

Digitized by Google

fluxum futurum præcognoſcimus, & ſubinde quod humores ſurſum feraurut, vt docent Hippocrates, & Galenus, ex capitis dolore, & oculorum caligine, & præter hæc in febre non mortifera ex ſplendoribus oculis obuerſatis, & tenſione bypochondriorum ſine dolore, & inflammatione, præſertimque ſi iuuenes ſint: minus vero ſi triginta annos iam nati ſunt, aut prouecta magis eorum ætas ſit: in bis enim expectari vomitus potius debet. alibi autem (addit Galenus) Hip. dixit eos etiam inuitos illachrymare, quibus ſanguis per nares eſt exiturus. & alio in loco dicebat Hipp. in ardentibus, alijſque febribus, quos colli dolor, temporum grauitas, & reliqua iam dicta detinent, ijs è naribus ſanguis profluit. Horum autem cauſam reddit Galenus, dum inquit, ſplendores, & oculorum obtuſiones præcedunt, ſiquidem humor hic flauus totus ſimul ad ſuperiora elatus ſpiritus meatus obſerat, & ob id tiam oculi illachrymant, & aliquando rubidi apparent, cum malis nõnunquam, & naribus. nde ſi rubor ſit magis in vna parte naſi, & malæ, quàm in alia, ex eadem parte fluet, dicebat iem Galenus. Qui etiam 7. in 6. epid. 14. inquit, quod ſi Medicus poſt concoctionem inuenet caput grauatum eſſe, ſanguinem proruptturum eſſe pronuntiabit, & ſubinde inferius labim concuſſum iri; & ſplendentia quædam eſſe oculis obuerſatura. Similiter præcordia tendnıur, ſine dolore tamen, & anhelitus ſubſequitut difficultas, ſanguine ad thoracem tranſferre. dolor autem capitis grauans, extendens, pulſans, calidusque, & viſcerum ſub præcordijs inflãmationis ſunt ſimul cauſæ, & ſigna futuri fluxus ſanguinis narium. Sicuti etiam reliqi morbi, de quibus ſupra apti per hunc fluxum iudicari. pruritus autem, & titillano naſo accIens cum prædictis ſignis ſanguinis fluxum proximum ſignificant. Fluxus aurem ſanguinis vicunque ſit, interdum facile ſiſtitur, interdum difficulter, interdum non poteſt ſedari. Sed/t inquit Auicenna, viuunt patientes quouſque viginti libræ, vel vigintiquinque egrediantur: deinde moriuntur. Qnare fluxus moderatus, & in parua quantitate ſolet eſſe proficuus præcipue in temperatis corporibus, & ſanguineis. præterea fluxus ſanguinis narium recto tramite bonus eſt, dicebat Hipp. contrarius vero malus, veluti ſi in liene indurato ex dextra flat nare, aut ex ſiniſtra hepate inflammato. & idem Hip. dicebat. menſtruis deficientibus, ſnguis ex naribus fluens bonum. ex fluxibus vero, qui difficulter curantur, & vt plurimum male terminantur, eſt ille, qui fit ex fracta arteria. Similiter ex his, qui malum portendunt, eſt fluxus ſanguinis narium, qui oritur in febribus quarta die. multitudinem enim in toto, at in capite ſignificat, quare niſi, vt addit Hipp. in coacis prænotionibus, aliud quid boni coinciderit, prauum ſignum eſt; in quinta vero minus periculoſus exiſtit. Si vero non modo fiat n quarta, verum etiam ſit ſtillicidium, peſſimum ſignum eſt, præſertim in ardentiſſimis febribus, nam tunc abſoluta morbi malitia indicatur: nihil enim eorum, quæ decretoria ſun, exigue ſecerni conuenit, quare aut copiam, quæ tolerari à facultate nequit, indicabit, aut imbecillitatem naturæ quæ proponit ſuperflua excernere, ſed non valet. Quare pernicioſiſſimum eſt in ardentibus nares parum ſtillare, ſicuti eis familiariſſimum exiſtit largum ſanguinis profluuium, præcipueque in his, qui ſunt in iuuenili ætate conſtituti. Quod autem in febribus ardentibus ſanguis è naribus effluens optimus ſit, ſtillicidium vero malum, Hippocrates Philiſci, Epamenonis, & Sileni exemplo declarauit. & quoniam Glenus reddens cauſam cur ſtillatio è naribus ſemper mala ſit, & abſolutam morbi malitiam ſignificet, ſi quarto die fiat, inquit, videtur ſiquidem natura collectam in cerebro abudantiam conata eſſe, vt expelleret, ſed nequiuiſſe; ideo alibi idem Galenus hanc impotentiam retulit, vel in naturæ imbecillitatem, aut ſanguinis craſſitiem, aut partium deuſitatem, aut quædam ex bis, aut omnia. & ſubdit deinde. Sanguis autem multus quocumodo excretus ſpem ſalutis affert. quod in febribus ardentibus præſertim intelligend m eſt. Quod ſi ſanguinis fluxus quicunque ſit ſuperfluus fiat, vt plurimum nocuus exiſtit vnde in bilioſis facies cittina euadit ebulliente bile, ſanguiniſque reſiduum adurente, in pituitoſis pallida fit, & plumbea pituitoſo bumore multiplicato, in melancholicis fit fiſca, & ſæpe in omnibus in mortui colorem tendit, ſpiritibus abſumptis, & euacuatis, & extremitates refrigerantur, & fit lipotbymia, & ſyncopes, & interdum pereunt, præcipue dum magna ſanguinis copia paruo tempore egreditur. Si vero multa quantitas in pluribus diebus fluat paulatimque, hepat debilitatur, & refrigeratur, vnde cachexia, & tandem hydrops ſuboritur. In ſanguinis vero per nares eruptione, ait Galenus, ſæpius vidimus in hæmorrhagijs aliquos conuulſos non ſolum ob exuberantem purgationem, ſed etiam proper refrigerationem, ſi Medici caput refrigerauerint ſanguinis profuſionem retinere volentes. pro huius autem mali curatione, quinam ſcopi ſint eliciendi, in tractatu de cruenta expuitione ceu in proprio magis loco clarum fiet: ſiue hi totius refrigerationem, & ipſum ſanguinem, ſiue partem affectam reſpiciant.

**Indicationes.**

**Curatio.**

Vnde ſicuti, dum fluxus hic criticus eſt & vtilis, quod ex conferentia, & bona tolerantia cognoſcitur, nihil prorſus agendum eſt ita dum eſt immoderatus & nociuus, cohiberi debet. quod fit, vt docet Galenus, vel remedijs quæ reſpiciunt ſanguinem, & prohibent ne amplius fluat, vel ijs quæ reſpiciunt vaſa, & eorum diuiſionem, & apertionem claudunt, vel vtriſque ſimul remediorum generibus, quod eſt tutiſſimum.

**Chirurgia.**

Prohibemus autem ſanguinem fluere illum imprimis ad contraria reuellendo, deinde ad vicina deriuando. Reuellitur autem tum venæ ſectione, tum cucurbitulis, ligaturis, & frictionibus. quare ſi reſolutus adhuc æger non ſit, ſecanda baſilica dextra, ſi hepar ſit pars mandans, & è nare dextra fluat. ſiniſtra vero vbi è nare ſiniſtra exeat. Nam vehementis hæmorrhagiæ auxilium, dicebat Gal. eſt venæ ſectio recto tramite ſeruato, & aperta humerali vena. Si vero ex vtraq; nare fluxerit ſecare vtraſq; nihil prohibebit non vacuationis, ſed reuulſionis gratia. euacuandus autem ſanguis paulatim potius, & moderatè, & anteq̃ egredientis ſanguinis impetus flacceſcat, & per iteratã venæ ſectionẽ,

*Hip. 1. prog. 32 & 3 progno 38. & Gal. in com. Hippo 1. de vulg. morb. Hip 2. in 1. epid tex 55 Galen. 3. de criſ vlt & 1. ad Glauc. vlt.*

*Gale. lib de præcogn. ad poſthu. c. 13*

*Hip. 3. prog. 16 text. 33. Galen 3. de criſ 1. vlt. Hip. 5. aph. 33. Aet. lib. 5. c. 124.*

*Hip. & Gal. 1. proret. 1. & lo. 3. tex. 49. & 56. et 2. in 1. text. 63. 2 in 1. epid. 63. 1. prædic. 1. Gal 4. de ratione vic. in acut. ſt. 67.*

*Gal. 3 præd. com. 53.*

*Gal. 5. met. 3.*

*Gal. 3 præd. 55. & 3. in 6. epid. 22.*

vt maior fiat reuulſio. Quod ſi magna ſit repletio, oportet primo ſecare venas pedũ: & ſi fluxus ſit impetuoſus magna q̃titas euacuetur, dummó cætera permittant. Si vero plenitudo ſit parua, ſecetur humeralis, & q̃uocumque ſemper ab eodem latere euacuetur. eodem tpe pro reuulſione licet vti frictionibus partium extremarum, & ligaturis, quæ ſunt applicanda brachijs prope ſcapulas, & coxis prope inguina, & debent eſſe doloroſæ, ſæpeq; immutatæ. Præterea laudantur cucorbitulæ ſcarificatæ, præcipue vbi propter viriũ imbecillitatẽ non licet venam ſecare, & applicantur tibijs, ſcapulis, & demum occipitio, eædem quoque non ſcarificatæ maxime probantur ſi magnæ hypochondrijs; ſeu præcordijs appliceotur, vt docet Galenus, videlicet ſuper hepar ſi fluat è dextra nare, ſuper lienem vero ſi è ſiniſtra, vel vtrique viſceri, ſi ex vtraque fluat. Idem præſtant calidæ crurum lotiones, & calidiora, vt ſunt ſinapiſmata plantis pedum applicita. Simili modo vitioſo exiſtente ſanguine, purgatione vtendum, ratione cuius humores quoque ad inferiora reuellantur. Quare vbi bilis calefaciens, attenuans, & mordens, ſtimulanſque expultricem fuerit cauſa fluxus ſanguinis, vtendum decoctione prunorum, thamarindorum, myrob. citrinorum cum pauco caſſiæ, vel mannæ. Si vero aquoſitas eſſet in cauſa, educatur cum decoctione ſucci ireos, vel ſimilis, quæ cum chebulis myrobalanis miſcenda ſunt, bdellio, & ſimilibus adſtringentibus. demum prohibemus ſanguinem fluere refrigeratione totius, & partis affectæ. vnde frigida pota ſæpe hæmorrhagias ſuppreſſit, ita foris affuſa. idem præſtat poſca, & vinum acerbum, & alia adſtringentia, vel ſimpliciter refrigerantia. quare ſummopere laudantur ſyrupi cichoracei, & vrgente neceſſitate ſyrupus de papauere. Sed vbi ſanguis fluit ratione aquoſitatis permixtæ, hæc refrigerantia totum ſunt prætermittenda. mirifice etiam prodeſſe ſolet immiſſio teſtium in aqua frigida, vt enim in eunuchis apparet, maximam cum toto corpore conſpirationem habent. Simili modo pars affecta refrigeranda, & adſtringentibus roborãda. vnde laudatur ſpongia qua frigida, ſeu roſacea infuſa, & vniuerſę fronti ſæpius adhibita. ait enim Hippocrates frigido vtendum, vnde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, non ad ipſa (nam frigidum vlceribus mordax, inquit alio in loco) ſed circa ipſa, vnde influit. vnde ſpongiæ frigida infuſæ poſſunt quoque collo, & venis iugularibus applicari, & ſubinde prout caleſiunt, ſtatim immutari. Ita laudatur ſuccus equiſeti, vel herba trita, quibus non eſt ab re parum aceti addere licet quoque fronti applicare hoc medicamentum, quod recipit ſucci polygoni, ſempruiui, portulacæ, ſeu ſolani, vnius, vel alterius vnc. ſemis, boli armeni, terræ lemniæ a. drach. 2. gallæ immaturæ drach. 1. lapidis hęmatitis drach. 1. ſem. cum ouorum albumine, pauco aceto, & aqua roſata fiat medicamentum. Galenus vtitur gypſo, aut luto figulino fronti illito: eadem circa collum applicari poſſunt, præcipue frigida. Similiter frigida aqua in ore detenta, & vbi incipit incaleſcere, ſtatim, & ſæpius immutata, valde confert. pariter conferunt folia plantaginis ſuper ſuturam coronalem, & frontem ſimpliciter detrita. Sed vbi ſanguis euadat tenuis, & fluat ratione aquoſitatis permixtæ, laudantur calida, ſtiptica tamen, & emplaſtica, ſicut thus, maſtix, alumen, nux cupreſſi, & ſimilia.

*Gal. lib. de rat. cu. mor. per venæ ſec. cap. 11.*
*Gal. lib. de remed. par. fac. c. 9.*
*Gal. loc. cit. & Paul. lib. 3. ca. 24.*
*Aet. li. 6. capi. 94.*
*Gal. 5. met. 3. & lib. de præcogn. ad Poſth. c. 23. & lib. de rem. par. fac. ca. 9.*
*Gal. 2. de ſemine.*
*Hip. 5. aph. 23.*
*Aet. lib. 6. cap. 94.*
*Gal. lib. de rem. par. fac. 9.*

Pharmacia.
Reſpicientia totũ, ſeu cõia. Purgãtia.
Refrigerantia, & adſtringentia.
Topica. Refrigerantia partem.

Tandem ſunt medicamenta, quæ reſpiciunt vaſorum aperturam, & naribus applicantur. Vnde principio, ait Galenus, concretum in naribus ſanguinem ſpecillo, cui lana ex aqua madens addita ſit, abſtergere oportet: & deinde lanam ſpecillo obuolutam in lycio aqua diluto imbuere, & locum ſanguine manantem illinire, aut linamentum longum lycio imbutum indito, deinde forinſecus cum digitis apprehenſum naſum comprimito, donec ſanguis conſtiterit. aut chalcitidem mediocriter leuigatam, & linamentum ex ellychnio contortum in frigidam aquam demittito, deinde in chalcitidem obuoluito. ita laudatur ſpongia in acre, & feruidum acetum coniecta, & impoſita: eius autem principium filo per acum tranſmittatur, vt facile extrahatur cum opus ſuum perfecerit: & ſi inareſcat, & intus agglutinetur, per auricolarem clyſterem frigida aqua immittatur, ac infundendo humectetur, & ita extrahatur. idem de reliquis agglutinantibus dicendum, vt eſt oui album, farina volatilis, charta combuſta, ſpongia marina combuſta, pili, & coagulum leporis, thus, eius cortex, aloes, gypſum, gummi aſſum, draganthum vſtum, pennæ combuſtæ, raſura lebetis terrei, qui ſæpe ad ignem ſterterit. vehementiora adſtringentia ſunt roſa, ſemen eius, ſuccus barbæ hirci, gallæ, ſuccus palmæ, malicorium, balauſta, alumen, hæmatites, myrrha, charabe, bolus armena, ſanguis draconis; terra lennia, acacia, ſuccus rubi, foliorum pirorum. ita laudantur carnes cochleæ cum thure tritæ naribus inditæ. Sed præſtantiſſimum eſt medicamentum Galeni, quod recipit thuris partem vnam, aloes partem ſemis, ſubige oui candido ad mellis craſſitudinem, & excipiendo molliſſimis pilis leporinis naribus indatur. Sed quomodo hoc admirabili præſidio vtendum ſit, melius in cura externorum vulnerum docebimus: à proprietate vero laudatur puluis ſtercoris aſinini vſti naribus inſufflatus, vel ſuccus ſtercoris aſinini recentis cum linamento naribus imponatur: vel ſi hoc cum iucunditate mederi minime videatur, idem ſtercus feruefactum cum pauco aceto fronti applicetur. ita mirifice ſiſtit omnem ſanguinis fluxum, etiam in vulneribus lanugo, quàm emittunt gemmæ populorum, ex quibus fit populeon vnguentum, ſi menſe Maij decerptæ, in vmbra reponantur donec dilatentur, & lanuginem ad inſtar bombicis emittant. Victus ratio frigida ſit, & adſtringens, & tenuis vbi ex ſanguinis copia fluxus oriatur: & ſi ſanguis fuerit vitioſus, cibi ſint boni ſucci, & concoctu faciles, & ſemper ſint contrarij qualitati ſucci cum ſanguine redundantis. Aer declinet ad frigidum, & ſiccum, & aliqualiter obſcurus ſit. Sternuntur folia ſalicis, pirorum, citoniorum, meſpilorum, ſorbarum. ægrotans parum ſit coopertus, præcipue circa collum. ſtet capite eleuato, detectoque, comedat pedes, & capita animalium, & viſcidos piſces, & ijs quibus continenter ſanguis fluit, non cũ morbis, ait Gal. ſed cũ non decumbunt,

*Gal. loc. cit. & 3. de cõ. med. c. 4.*
*Gal. 5. met. cap. 4.*
*Pro vino dãdo vide Hip. & Gal. 6. in 6. epid. 17. Gal. 3. in 6. epid. 22.*

Quæ reſpiciũt vaſorum diuiſionem.
Victus rõ.

Digitized by Google

cumbunt, ex incraſſantibus cum ſiccitate boni ſucci victus parandus: ex quo genere eſſe alicam, & amylum, & lac, & recentem caſeum, itemque ſuillas carnes, agninaſque, præſertim agnarum lactentium, & etiam hœdorum confirmant. De potu vero inquit Hip. 6. in 6. epid. 17. quod quibus magna ſanguinis copia ac ſæpe è naribus fluit, iis ſi malus color fuerit, merum modice datum, prodeſt. Quibus autem coloris rubri fuerint, iis non æque confert. Præterea quorum caput facile tolerat, hos merum iuuat, quorum non, minime. dum enim ait Galenus, totum corpus euacuatum eſt, alendum eſſet carnibus multum ſanguinem gignentibus & itē pane. ſed ipſa edulia per ſe non concoqueret, con danda quæ facile concoquuntur, & diſtribuuntur quale vinum eſt: niſi capitis dolorem vereamur; tūc enim dilutius eis præberemus. dum tamen ſanguis actu fluit, & feruidus & bilioſus eſt, tutius agent, ſi bibant aquam chalybeatam; aut ſi ventriculus, & vires non ferant, vinum nigrum auſterum, in modica tamen quantitate. Somnus ſit multus, ſed interruptus ne ſanguis ad pulmones, vel ad ventriculum *Gal. 5. met.* declinet, lenibus clyſteribus ventris ſolutio procuretur, non autem agitantibus. animo & *c. 4.* corpore quieſcat, ita vt vix loquatur: caueat ab ira, furore, & gaudio: timor vero confert, quia ratione ipſius ſanguis ad cor reuellitur, idem præſtat animi deliquium.

## *De Sternutatione. Cap. XXXV.*

Definitio. STERNVTATIO eſt cerebri, thoracisque motus velox ad expellendam materiam nares irritantem, cum auxilio aeris per eas attracti. Per cerebrum autem aggregatum ex eo, & ex eius membranis intelligimus, imò dura meninx potiſſimum oſſi frontis ſubſtrata, qua in parte à cerebri corpore magis diſtat, eſt illa, quæ in hoc ſymptomate præſertim contrahitur, & commouetur. & ob id dum caput eleuamus facilius ſternutamus, quia tunc ea membranæ pars in eminentiori loco ſituatur, & facilius contrahitur deorſum, cui etiam contractioni cerebrum deorſum vergens opem ferre valet: & inſuper dum caput attollimus materia irritans, quæ vt plurimum vaporoſa eſt, & ſurſum ſui natura fertur, facilius ad narium meatus deducitur. Cur autem cerebri corpus non ita moueatur, ex dictis in capite de epilepſia facile colligimus. Quare ſternutatio eſt ſymptoma, quod, *Galen. 1. de* quemadmodum ſcriptum reliquit Galenus, imprimis, & principaliter ad naturalem cerebri *ſympt. cau.* (eo modo, vt dictum eſt accepti) facultatem pertinet. vnde diſtinguens Galenus ſternuta- *c. 1.* mentum à tremore, & palpitatione, dicebat, quod ſicut palpitatio eſt ſolius morbi motus: tre *2 de ſympt.* mor vero naturæ, & morbi, ita ſternutatio ſolius naturæ expultricis, videlicet irritatæ motus *ca. c. 4.* eſt. Verum quoniam in hoc ſymptomate præter cerebri motum, ſecundario & veluti coadiuuans thoracis motus concurrit, ideo Galenus infra dicebat, ſternutamentum eſſe ſym- *c. 4. in med.* ptoma animalis facultatis, nec ob id ſibi contradicit, quia non dixit, ſolius animalis facultatis, neque tunc temporis illud cum tremore, aut palpitatione confert, ſed cum ſingultu, qui cum ſolius expultricis, & proinde naturalis facultatis ſymptoma ſit, à ſternutamento dif-
„ fert, in quo animalis quoque facultas concurrit, ſed ſecundario, quod vt declararet Galenus,
„ dicebat: Nec mirum vno impulſu, tum à pulmone, tum à capite ſpiritum emitti, monſtratum
„ enim eſt, vbi de iis diſſeruimus, caput quidem pectori motus principium tradere, pectus au-
„ tem pulmonem & dilatare, & contrahere. cum igitur, quæ in naſo offendunt, perſequi pro-
„ perat, vtriſque emittendi ſpiritus viis ſimul vtitur, altera quidem ea, quam ipſum per ſe facit: altera quam per neruos veluti per quædam longa brachia, quæ in pectus deſcendant (quippe per hos id contrahit) halituoſum autem ſpiritum per colatoria oſſa, ipſum per ſe exturbat. & ex hoc etiam obiter colligimus thoracis motum aliqua ex parte naturalem eſſe: quamuis enim prout à muſculis cietur animalis ſit, attamen quatenus in ſternutamento ipſum cohibere non poſſumus, & proinde inuoluntarius quodammodo eſt, naturalis vocari poteſt. Quod autem motus hic propter materiam irritantem, & proinde mordacitatis non
„ expertem excitetur, Galenus his verbis declarauit. Soli enim ex his ita affectis illi ſternu- *Gal. 7. aph.*
„ tant, quibus mordax eſt ea, quæ à capite fluit humiditas, ceu & ſi quid mordax naribus impo *com. 51.*
„ nas. Sicut enim tuſſis caſus quidam naturalis eſt ad expurgandas eas, quæ ſunt in pulmone, aſperas arterias, ſic & ſternutamentum manifeſte videtur expurgare narium meatus. Ex qua etiam auctoritate, necnon etiam ex ſuperius adducta, dum dicebat: cum igitur quæ in naſo offendunt perſequi properat, aperte colligimus materiam hanc mordacem, vt in definitione dictum eſt, nares potiſſimum irritare: membrana enim, quæ illis ſubſternitur, illa eſt, quæ *Galen. 2. de* ſenſum exquiſitiſſimum habet, vt in ſequenti capite apparebit. idem ex Galeno colligimus, *ſym. cau. c. 4* dum habet: Quippe propter ea, quæ in naſo, non propter ea quæ in aſpera arteria offendunt, *Cap. 3.* emittitur in his ſpiritus vehementer, & in ſuperiori capite dicebat. cuius generis & ſternutatio eſt, ad protrudenda ea, quæ nares offendunt, inſtituta. quæ ipſæ quoque reſpiratus ſunt viæ à natura inuentæ. Quippe expurgat ſpiritus ſibiipſi violētet, & cum impetu delatus vias, non aliter, quàm tibias, & fiſtulas expurgant harum opifices. Ita hac de cauſa optimus Auicenna, non in vitiis cerebri, & poſt tractatum de catarrho, vt quidam Moderni perperam fecere, ſed in tractatu de vitiis naſi, de ſternutatione ſermonem habuit. Sed quoniam quis inſtare poſſet, quod quamprimum caput detegimus, ſternutamentum cietur, vt propterea videatur dicendum non nares, ſed cerebrum tunc temporis irritari: ideo ſciendum inſtantiam

Auic. lib. 3. f. 1. tract. 2. c. 13.

adhuc magis ſententiam noſtram comprobare: cum enim dictum ſit irritationem ab acri materia promoueri, ambiens frigidum non quatenus in cerebrum immediate agit in cauſa ſternutationis eſt, quamuis enim frigidum mordax ſit, attamen dum per capitis poros ingreditur, adeo obtunditur, vt ratione frigiditatis non poſſet cerebrum irritare; ſed potius ſternutamentum excitat, quia caput membranasque, & cerebrum exprimendo, eſt in cauſa, vt acris materia ad narium meatus deſcendat: nam ambiens aer etiam æſtiuo tempore frigidiſſimo cerebro frigidior eſt. vnde quamuis in hoc ſymptomate etiam cerebri membranæ poſſint interdum irritari, attamen non prius ſternutatio promouetur, quàm noxa ad narium membranam, quæ ſenſu eximio prædita eſt, communicetur. ob id enim imprimis natura præter cerebri motionem thoracis vtitur motu, vt ſcilicet narium meatus, qui cũ ſpiritus vijs ad pectus progredientibus communes, & contigui ſunt, expurget: ea accidenti vero id euenit, vt cum aer à thorace per nares violenter protrudatur, propter ſucceſſionem ad id, quod euacuatur, etiam materia ſeu vaporoſus ſpiritus, qui in capite reperitur, commoueatur, & ipſum conſequatur: & ita, vt ait Auicenna, adiuuat virtutem expulſiuam ad incidendam materiam, & expellendum eam. Sternutatio igitur à materia ſemper producitur, &, vt inquit Hippocrates, potiſſimum exiſtente in parte inani capitis, & præſertim inter duram membranam, & cerebrum. quæ quidem materia mordacitate deſtituta eſſe non poteſt, & vt plurimum vaporoſa eſt: poteſt autem talis euadere vel vitio cerebri calidioris, nam cerebri caliditas ne dum benignam materiam mordacem reddere poteſt, verum etiam humoroſam in vaporoſam transmutare. adeo Hippocrates ſternutamentum, calefacto quoque cerebro, fieri dicebat: vel etiã talis euadit extra caput, ſiue id contingat in toto, vnde in febribus, vt inquit Auicenna, ſternutamenta fiunt, quia à toto materia vaporoſa, & mordax in caput effertur: ſiue id accidat in aliqua parte, vt in iecore, vel alia particula. Ex quibus cauſis huius ſymptomatis differentiæ capiuntur. necnon ex eo, quod motus hic, vel eſt à toto genere præter naturam, vel non à toto genere: eſt autem ſecundum totum præter naturam, cum fit intempeſtiue, vt in principio catarrhi cruda exiſtente materia, & cum ægri detrimento: & tunc hoc ſymptoma ſedari debet. Secundum partem vero præter naturam eſt, dum expultrix opportuno tempore irritatur, & cum ægrotantis beneficio, & tunc nil agere debemus. Vtrum autem materiã ſtimulans vel in capite, vel in alio loco generetur, ex ſignis capitis calidioris vel totius, aut partis deprehendere licet: & ſi ſit motus à toto genere præter naturam, citra tolerantiam, & conſetentiã ægrotantem affliget, & ſigna cruditatis aderunt, fluxus ſanguinis narium, aut dolor capitis intenditur, quia dum intempeſtiue fit, caput maxime repletur. Hoc autem vitium ex ſe omni prorſus periculo vacat. in principio tamen catarrhi, & coryzæ valde nocet, quia humor concoquendus eget quiete. interdum autem in febribus adeo viget, vt virtutem deijciat, & nonnunquam fluxum ſanguinis narium vehementem excitat, & in principio acceſſionum ferè contingit. Cui autem ſternutamenta prouocantia admouentur, & non ſternutat, non ſperatur, vt ſanetur vnquam, dicebat Auicenna. Sternutamentum vero partum facilem reddit, & ſecundinas expellit, & ſingultum tollit, & vt remoueatur, materia eradicanda, attemperanda, diſcutienda, & cauſa generans auferenda: & ſi caput ſit, refrigerandum, & ſic de reliquis dicendum eſt: Horum autem præſidiorum materiæ, & præſertim flatus diſcutientes, in capite de dolore capitis proponuntur. Auicenna vero pro materiæ attemperatione proponit oleum roſaceum, quo nares inungi debent. necnon oleum chamæmelinum, & euaporationem ex cimino, & olei calidi in ambas aures infuſionem pro flatuoſæ materiæ diſcuſſione. In puerulis autem plus iuſto ſternutantibus laudat Auic. vt per nares exugant ichorem ex rene hirno aſſato prodeuntem. ita fricandi ſunt, & eorum tempora prope exteriores oculorum angulos aliqua ex parte ſtringenda ſunt. Quibus etiam pennæ ciconiæ à proprietate illico ſuccurrunt.

Aui loc. cit. Hip. 7. apho. 51.

Aui. loc. cit.

Aui. loc. cit.

Aui. loc. cit.

Aui. loc. cit. c. 14.

Cauſæ.

Differentiæ.

Signa.

Prognoſtica.

Curatio.

Præſidiorum materiæ.

## De læſo Olfactu. Cap. XXXVI.

QVONIAM principali odoratus organo ignorato, neceſſario eſt eius læſionis cauſas ignorare: Ideo antequam ad cauſas ipſum lædentes accedamus, videndum eſt in quo nam potiſſimum loco, & qualis nam organi principalis merito odorandi functio celebretur. Galenus in libello de odoratus inſtrumento voluit eius locũ, & principale organum eſſe carunculas mamillares, quæ nil aliud ſunt, quàm duo oblongi, tenuesque proceſſus, ea ipſamet cerebri ſubſtantia conflati, ſed tenui ſolum membrana inuoluti, circa cerebri baſim anteriorem exorti, qui inter cerebrum, os cuneale (quod Græci polimorphon, quaſi dicas multiformem, Arabes vero baſilare nominant) & os frontis vſque in os ithmoide, quod & ſpongoide, & colatorium vocant, deferuntur, & iuxta huius oſſis foramina, quæ multa, & tortuoſa, ſeu obliqua ſunt, tandem deſinunt. Sunt autem obliqua ne aer irrefractus in cerebrũ aſcendens ipſum tractu temporis ſua vehementi qualitate labefactaret. Verum quoniam hæc Galeni ſententia nobis ſemper maxime ſuſpecta viſa fuit, idcirco pro exacta huius difficultatis diſcuſſione tria conabimur demonſtrare. Et primo, carunculas has ſeu proceſſus principale odoratus organum eſſe non poſſe. Secundo, in narium anfractibus, meatibusve de neceſſitate hanc ſenſationem obiri probabimus. Tertio & vltimo Galeni rationes diluendo ſimul

De principali odoratus organo.

Proceſſuũ mamillarium deſcriptio.

mul declarabimus, quod eæ ad ſententiam noſtram corroborandam apprime faciunt. Primũ
Proceſſus mamillares nõ eſſe odoratus inſtrumentum.
ſic probatur. Cerebrum primũ ſenſorium paſſim à Galeno vocatur: nam communis ſenſus
ſedes eſt, non proprij: ergo non odores particulatim percipiendi, ſed ad omnes ſenſatio-
nes iudicandas facultatem indifferentem habere debet. Secundo Galenus tradit hanc regu-
lam, quod ea pars alicuius propriæ functionis organum præcipuum ſtatuenda eſt, cui alia ſi-
milis in reliquo corpore adinueniri non põt. Sed proceſſus hi quo ad partem contentam à
cerebri ſubſtantia nullo modo differunt, & quo ad partem continentem, qua ſunt inuolnti,
Prima rõ. à tenui meninge nullatenus diſcrepant. Tertio, proceſſus hi ad expurganda cerebri excre-
Secunda. menta deſeruiunt; ſed indecorum & inconueniens eſſe videtur, vt pars ſenſationi deputata
Tertia. aſſiduis ferè ſcateat excrementis. cum enim cerebrum omnium maximum membrum, & fri-
gidum valde ſit & humidum, & proinde viuido calore deſtitutum, innumeris redundat ex-
crementis craſſis, & viſcidis, quæ ſui natura deorſum feruntur. vnde cum expurgatio per pa-
latum non ſufficeret, Natura alium ductum in eadem cerebri baſi excogitauit, ſed ad ante-
riorem partem magis vergentem; & id non alia de cauſa, niſi quia etſi expurgatio per pala-
tum, tum ratione inclinationis materiæ expurgandæ, tum ratione maioris latitudinis viarũ,
facilior ſit; attamen fit cum maiori animantis periculo, quia ad thoracem, & nobilia viſcera
excrementorum impetum, & inclinationem exhibet. vnde vhe nobis niſi Natura aliam ex-
purgationem ad anteriorem partem, & ad naſum excrementa reuellentem excogitaſſet: nã
omnes fere breui tempore in peſſima thoracis, pulmoniſque vitia dilaberentur. Quarto odo
Quarta. ratus inſtrumentum, vt ait Galenus, cum odores, qui vaporoſi ſunt, recipiat, vaporoſum eſſe
debet. Sed proceſſus hi nihil in ſe habent, niſi ſpiritus animales, qui longe tenuiores, quàm
vapor, imò tenuiſſimi ſunt, & cerebri ſubſtantiam atque tenuem membranam, quæ vapore
Quinta. ipſo multo craſſiora ſunt. Quinto quamprimum aerem vaporibus refertum per nares attra-
himus, illico, & ferè momento temporis odores ſentimus, quod fieri non poſſet ſi ad has carũ
culas vſque deferri deberent, cum via longior ſit propter tortuoſa, & indirecta ithmoidis oſ-
ſis foramina. quamuis enim per ea tum aer, tum vapores permeare, & vſque ad cerebrum de-
duci poſſint; id tamen non adeo breui tempore fieri poteſt, præſertim cum cerebrum, vt alibi
demõſtrauimus, aſſiduo dilatationis, & conſtrictionis motu, vt exiſtimauit Galenus, non mo
ueatur. Thorax vero quia mouetur, & velociſſime, ideo poteſt eſſe in cauſa, vt odores ad ſpi-
Sexta. ritus vias attracti, quam citiſſimè percipiantur. Sed dato, quod cerebrum moueatur, ſi per ſo- Gale lib. de odor. inſtru.
lam contractionem attrahit, vt exiſtimauit Galenus, ergo in olfactione datetur intermiſſio:
nam quando cerebrum dilataretur, odorandi functio ceſſaret, quod tamen falſum eſt, quia
Odorandi ſenſum in naſi interiorib. anfractibus fieri.
ſemper, dum primum ſpiritum ducimus, odoramur, & ad libitum. motus autem, quem Gale.
cerebro tribuit, non ad libitum, & voluntarius eſt, ſed naturalis. Itaque odorandi ſenſus in ca-
runculis mamillaribus obiri nullo modo poteſt. Sed in naſi interioribus meatibus, & anfra-
ctibus, qui ſub oſſe ſphenoide, & intes intrinſeca, & altiora mandibulæ ſuperioris oſſa
conſtituti ſunt, & quadam exquiſitiſſimi ſenſus membrana inueſtiuntur, de neceſſitate
perficitur. Quod pleriſque rationibus comprobari poteſt. Et primo ex ijs, quæ ex harum
Prima rõ. partium, & huius ſenſus conſtructione, & natura deſumuntur: imprimis itaque ſi ſimile
iudicatur à ſimili, & ſuæ naturæ cognato, vt ſæpiſſime fatetur Galenus, neceſſario in illis an-
fractibus odoratus fieri debet, quia in ijs (ſunt enim ſatis profondi, obliqui, & cauernoſi)
copioſi vapores inter aqueam, & aeream naturam exquiſite medij, ad odores, qui vaporo-
ſi ſunt, ſuſcipiendos maxime idonei, continentur. non aliter atque in lingua humor ad Cap. 6.
Secunda. ſapores, qui aquei ſunt, recipiendos: & in auribus connatus aer ad ſonitus aereos percipi-
endos, continearur. Secundo dicebat Galenus primo de ſymptomatum cauſis, quod gu-
„ ſtus, & odoratus ſunt cognati. Sic enim habet. Quoniam autem cognati generis eum gu-
„ ſtu odoratus eſt ſola ſubſtantiæ tenuitate ab eo diſſidens (eſt enim halitus humor attenua-
„ tus) de ambobus ſimul agemus. ergo & eorum organa debent eſſe cognata, & aliqua ex par-
te ſimilia, & hoc rei natura nobis oſtendit. Nam eadem ferè membrana vtrunque organum
ſenſorium, guſtatorium videlicet, & olfactorium, & proinde linguam, palatum, & nares
inueſtit, ſed ea pars, quæ naribus ſubſternitur, tenuior eſt, vt ipſemet Galenus in libello de
odoratus inſtrumento fatetur, & ob id ſenſum magis exquiſitum, & tenuioris quoque ſub-
ſtantiæ perceptiuum habet: & hoc etiam potiſſimum fit, quia ſicuti membrana, quæ lin-
guam, & palatum contegit, carne molli, ſpongioſa, & valde humida tegitur, & perpetua
aquoſitate rigatur, ita tunica narium anfractibus ſubſtrata perpetuum cum halituoſo vapo-
re commercium habet. vnde ſi cum Ariſtot. in libro de ſenſu, & ſenſili ſtatuere velimus, odo-
res exhalationis, quæ potius ad ſiccum vergit, naturam redolere (vnde olfactum igneum eſ-
ſe debere affirmabat) cum membrana hæc oſſibus ſui natura ſiccis adhæreat, talem ſiccita-
tem contrahit, quæ vaporem contiguum ad vapores ſuſcipiendos accommodatum reddere
poſſit. quemadmodum aer per nares attractus in pulmonem per moram in eo factam facile
præparatur, vt in ſpiritum vitalem poſſit abire: inter linguam vero, & proceſſus mamillares,
cerebrique ſubſtantiam, nulla cognatio aut conuenientia, vt opinor, reperiri poteſt, quemad
Tertia. modum in iam dictis tunicis manifeſte cernitur. Tertio, cum impoſſibile ſit, vt odores ſentia-
mus, niſi thorax eleuetur, & dilatetur. ergo neceſſarium eſt, vt aer, & vnà cum eo vapor odo
riferus, ne detur vacuum, ad illos anfractus, qui ſpiritus vijs contigui ſunt, attrahatur. Pro-
ceſſus autem cerebri non ſunt ſecto tramite cum ſpiritus vijs, quæ ad thoracem, & pulmonẽ
Quarta. eleuatum deducuntur, collocati. Quarto, congruum erat, vt quemadmodum guſtus in cibo-
rum ingreſſu locatur, vt ipſos priuſquam ventriculum ingrederentur, examinaret: ita olfa-
ctus in via ſpiritus, qui cor, & partes ſpiritales petit, ſedem haberet, vt aeris ingredientis qua-
Quinta. litates, & conditiones exploraret. Quinto canes ſagaces, qui ſenſum odoratus exquiſitiſſi-
mum

Digitized by Google

mum habent,quorum capita,vt hanc ambiguitatem rectius diſcenterem, ſæpius diſſecui,hos
anfractus in collatione ad alios, numeroſiſſimos ſortiti ſunt: in cerebri vero ventriculis,
& proceſſiuus mamillaribus à cæteris canibus nihil differunt, quod validiſſimum eſt pro-
poſitæ veritatis argumentum. Sexto reliqui omnes ſenſus, & earum præcipua organa ex- Sexta.
tra caluariam ſituata ſunt, vnde ſi idem de olfactus organo fateri debemus, cogimur illud
in narium foraminibus, & anfractibus reponere. Septimo, aquatilia, & inſecta exquiſitiſ- Septima.
ſimo olfactu prædita ſunt,& tamen non in cerebro:non enim reſpirant,ſed in vltima ferè ca-
pitis extremitate,& in parte extrinſeca organum odoratus habent. Tandèm idem ex Ga- Octaua.
leni regula confirmatur, quia vt paulo poſt dicemus, nullibi ſimilem membraoam, qua-
lis eſt naribus ſubſtrata, poſſumus reperire. idem ex ſymptomatibus, & accidenti-
bus contingentibus confirmatur. nam ozęnis laborantes odores externos probe perci-
piunt, non tamen vlcerum fœtorem, & hoc non alia de cauſa niſi quia ſenſibile, vt
ait Ariſt. poſitum ſupra ſenſum non ſentitur, præſertim ſi de ſenſibus, qui medio indi- Nona.
gent, in quorum numero odoratus eſt, ſermo fiat. Quod ſi fieret olfactus in extremitate
ventriculorum cerebri,& in illis proceſſibus,nil obſtaret,quin fętidus halitus vnà cum exter
no aere attractus,commode percipi poſſet. Inſuper nos manifeſtiſſime perſentimus odores Decima.
illos anfractus ferientes, & ab odoribus valde acutis, mordacibusque in eiſdem narium
anfractibus quidam veluti dolor vnà cum odore derelinquitur. Tandem pleroſque na- Vltima.
ſum valde reſimum habentes, tum à natiuitate,tum poſt ex percuſſione ortum obſerua-
uimus, qui odorandi ſenſu penitus deſtituti erant, cum tamen per nares cõmodiſſime,& co-
pioſiſſime expurgarentur, quare ſignum erat,tum ithmode os, tum proceſſus cerebrum ex-
purgantes ſecundum naturam ſe ſe habere. Sed olfactus non alia de cauſa abolitus eſſe po-
terat,niſi quia nerui membranæ narium ſenſationem deferentes,qui,vt infra apparebit,pro-
pe ſupernam naſi ſummitatem nares ingrediuntur, compreſſi,& omnino anguſtati erant. Sed
Gal. li. de in- Galeni rationes, quibus oppoſitum probare conatur,diluendas accedamus, & primo loco Reſpõſio ad Gal. rationes.
ſtru. odo. c. 3 eas conſideremus,quæ nos à naribus abducunt.inquit igitur; tunica vero, quæ naſi internis
» eſt prætenta partibus,vt ei,quæ cœlum,palatumq; tegit, ſimillima eſt,ſic eam acumine ſupe-
» rare nullo modo poteſt. huius autem fundamenti probationem ſubdit, dum paulo poſt in-
» quit.quippe cum tantum ſit nacta neruorum,quantum ad ſenſum tactus opus erat.aliud au-
» tem fundamentum addit,dum ſubdit,quinetiam eius tunicæ natura non eſt earum rerum eſ-
» ſentiæ, quæ ſenſus mouent, vt in alijs vſu venit. etenim guſtandi inſtrumentum humidum
» eſt,& ſpongiæ ſimilitudinem gerit,tangendi durum ac terreum;quod natura quòdq; inſtru-
» mentum ad ſimilitudinem rerum,quæ caſuræ in ſenſum erant.compararit: quare odorandi
inſtrumentum non durum,& terreum,qualis eſt tunica naribus adiecta,ſed vapori ſimile eſ-
ſe debebat.hoc autem ſecundum fundamentum noſtram ſententiam potius probare clarum
eſt ex prima ratione,quam ad probandum odoratum in narium anfractibus fieri, ſuperius
adduximus. rurſus autem primum fundamentum adhuc magis probare aggreditur, dum
poſtea ſubdit: atque ea tunica non etiam neruos notabiles conſequuta, quos certe habuiſ-
ſet,eaq; in re linguæ eſſet præpoſita,cum in ſenſuum inſtrumentis tertius ei ad tenuem natu
» rã dignoſcendam tributus ſit locus. Verum in hoc maxime deceptus eſt Galenus,vt opinor,
» primo,quia tunica hæc non ſolum à tertio neruorum cerebri pari neruos primi eius rami ſor
tita fuit,qui naſum ingredientes innumeros propemodum ramulos procreant, verum etiam
aliam neruorum portionem ex ſecunda tertij neruorum paris propagine, naſi cauitatem in-
gredientem,obtinuit. præterea non licet arguere,lingua maiores neruos habuit, ergo ſenſu
magis exquiſito prædita eſt, quam narium membrana, quia lingua craſſa, & ſatis magna eſt,
& multis humiditatibus,quæ ſenſum tactus obtundunt, perfuſa. narium autem membrana
ſi penes loculos,in quibus odoratus perficitur,conſideretur,minima eſt, & oſſibus ſiccis ad-
hæret,tenuiorq; eſt,quam tunica linguam obuoluens,& proinde parua neruorum portio ad
ſenſum exquiſitiſſimum ei condonandum ſufficiens erat. vnde cum tres ſint ſenſus, ad quo-
rum organa ſpecies ſenſibilis vnà cum materia corporea defertur, verum eſt, quod inquit
Cap. 2. Gal. nempe quod tangendi facultatem valde hebetem natura creauit, ideo cutis ei ſufficiens
fuit.guſtandi vero facultati magis ſenſibilis membrana tributa fuit, adhuc magis exquiſiti
ſenſus tunicam olfactui,qui circa tenuiorem materiam verſatur, condonauit.hinc ſæpiſſime
experientia comprobamus,quod interdum vapores acres ex ventriculo ad nares aſcendunt,
vel etiam è cerebro ad eaſdem deſcendunt, & eas vehementi dolore,qui tamen breui admo
dum temporis ſpacio perdurat,excruciare ſolent, quod in lingua, & palato minime fieri con
Cap. 3. fueuit. Quare dum pro rato accipimus ipſam exquiſito ſenſu præditam eſſe, Galeni ratio in
reliquis noſtræ opinioni maxime fauet. dum deinde ait Galenus, quod ſi quis per exiguum
domicilium bitumine,vel in ſumma vehementiſſimo odore repleuerit, & illud ingrediatur
eo ſolum tempore odorem ſentiet,quo ſpiritum attrahet hæc ratio inanis eſt, & non minus,
imò magis probat odoratum in carunculis mamillaribus fieri non poſſe, cum odores, & ſuf-
fitus ſui natura ſurſum ferantur.inſpiratio autem neceſſaria eſt,quia,ne detur vacuum, eius
Cap. 4. merito odores vnà cum aere ad penitiores illos anfractus trahuntur. Nõ minus leues ſunt ra
tiones, quibus odoratum in carunculis obiri probare conatur.ad primum enim argumentũ
ex nigellà puluerizata deſumptum. dicendum, quod dolor potuit excitari potius ratione
morſus membranarum cerebri,ratione cuius attractio conſequi potuit, & ſubinde acutiſſi-
ma inflammatio ſuboriri, vt etiam in aurium dolore intrinſeco ſæpe contingit: nec enim
negamus,quin dum pulueres tenuiſſimi in nates inſufflantur, aliqua eorum portio ad pro-
ceſſus mamillares,& membranas cerebri deduci poſſit. dum addit, quod quibus caput gra-
uatur, quòd cerebrum craſſorum vaporum plenum ſit, ijs ſternutamenta euidenter iuuant,

hos

hoc concedendum eſt: Sed dum colligir, ergo olfactus in ventriculis cerebri, & proceſſibus ſit, conſequentia neganda eſt. cur autem id contingat, in capite de ſternotamento declarauimus: ad tertiam rationem dum inquit, cerebrom inſpitatiooe iodiget ad refrigerationem, hoc eſt falſum, quia cerebrum frigidum eſt, & ex Ariſt. ad cor refrigerandom, & ſpiritus calidiſſimos contemperandos concurrit. ita non eget expiratione, quia ſola naturali expultrice a craſſis excrementis per ſellam. & per ithmoidem commode expurgarur: ſomoſa vero & vaporoſa excrementa per ſururas, & alia cranei foramina, & per capillorum generationem proprio impoto poſſunt exire. Ad vltimum dum ait, in exuſtis ſub ſole prodeſt roſarum odor, quia cerebrum refrigerat, fatendum hoc eſt, quia vapor odoriferos per partem poſt partem per medium aerem poreſt tum per ithmoidem, tum per alios ductus vſque ad cerebrum permeare, ſed falſo ex hoc concludimus, odotatum in extremitatibus venticulorum cerebri perfici debere. Principali odnratus organo adinuento, huios ſenſatioois oblæſæ cauſas omnes rradere non erit difficile, quemadmodum læſi quoq; odoratus definitio ex læſæ viſionis tradita natura faciliime colligi poteſt.

Cauſæ ablati, & imminuti

Olfactus itaque, quemadmodum de viſu & auditu proxime dictum fuit, & ipſe triplicem noxam incurrere poteſt, vt docet Galenus, quatenus vel omnino aufertur, vel imminuitur, vel deprauatur. aufertor aorem vel læſa facultate odoratrice, quæ ab ipſo cerehro per duas tertij neruorum paris propagioes in nares defertur, vel læſo principali organo, membrana videlicet naribus ſubſtrata, intimisq; ipſarum anfractibus, vel partibos principali orgaoo ſamulantibos, per quas ſcilicet vapores, odoramentaq; ad ipſum deferontur, vitiatis.

*Ga. 1 de ſym. cau. c. 4.*

Vitia facultatis.

At vero læditur odoratrix faculras, dum ſpiritus aoimales vel reſoluuntur, vt in proximis morti, ſuperfluisq; euacuationibus contingit: vel indecenti copia non generantur, quod fit proprer cerebri intemperiem, quæcunque ſit, ſiue ſimplex, ſiue cum materia aſſociata fuerit. præſertim ſi cerebrum ſecundum anteriorem baſim, & vnde nerui tertiæ conıogationis emergunt, afficiatur: vel non traoſmittuntur, quia eorum tranſitus impeditor, & hoc euenit proprer noxam in propaginibus rertiæ neruorum coniugationis conſiſtentem, ſiue ſit intemperies, & præſertim frigida, & humida, ſiue mala compoſitio, & potiſſimoin anguſtia, ſiue ſoluta vnitas. Hoc aotem in loco animaduertendum eſt, qood qoamuis vnicus horum neruorum ramus lædatur, attamen fieri poteſt, vt

» odoratus auferatur. cum enim, vt docet Galenus, odoratus ſit cognati generis cum guſtu, &

» ab eo obiecti percipiendi, & organi tenuitate ſolum diſcrepet: ſicuti non alio neruo guſtus,

atque alio tactus in lingua vtitor, vt in motu videre eſt: nerui enim à tertia coniugatione

» orti, ſubdit Gal. (quod tamen de quarta, vt in guſtus læſione oſtendemus, intelligendum eſt)

» non ſolum tangendi, verum etiam guſtandi vim obtinent. verum crebrius læditur guſtaodi,

» quam tangendi facultas, quamois iiſdem neruis vtraque vtatur. nam ad guſtum qoidem exacto iudicio opus eſt: ita iiſdem nerui tum tactum, tum odorandi facultarem narium membranæ deferunt, ſed cum ad odorondum exactiori ſenſu & exquiſitiſſimo opus ſit, fieri poteſt vt vel vna horom ne uorum propagine exacte anguſtata, intemperata, & oblæſa, vel etiam ambabus, ſed noo exacte læſis, odorarus ramen propter rationem aſſignatam auferatur. cauſæ autem hos neruos anguſtantes ex dictis de læſione viſiuæ facultatis claræ ſunt, præſertim internæ. nam obſeruauimus non raro ex naſi attritione, & percuſſione odoratum fuiſſe ablatum, quod ex neruorum quoque attritione, & tumore derelicto contingere potuit. intemperie autem afficiuntur præſertim à materia frigida, & potiſſimum frigida & humida, vt euenit in catarrho, & coriza.

*Gal. 4. de l. aff c. 2. poſt medium.*

Vitia organi principalis.

Si vero principale organum afficiatur, tunc vitium oritur in membrana naribus intrinſecis prætenta, & poteſt eſſe vel intemperies, & potiſſimum frigida, & humida: & cum materia pituitoſa, vt ſæpiſſime in grauedine & catarrho fieri ſolet, quæ quidem materia non ſolum membranam, verum etiam proprios eius anfractus, in quibus vapor ad odores recipiendos idoneus continetur, occupare poteſt. ita membrana hæc poteſt aliquo tomore, & phlegmone corripi, nec non etiam carnis excreſcentia, quæ poſt eius vlcera ſolet oriri, ſiue ſit ſarcoma, ſiue polypus: vocatur enim ſarcoma, dum excreſcens caro iotra nares perſiſtit: polypus vero dum exit, vel ſecundum nares extimas, vel ſecundum foramina ad palatum pertingentia, vnde ſarcoma in polypum migrare conſueuit.

Sarcoma. Polypus.

*Galen. 1. de ſym. cau. c. 4*

hæc aotem carnis excreſcentia non ſolum ex ſanguine piruitoſo fieri poteſt, verum etiam melancholico, & tunc polypus non raro in cancrum abire ſolet.

Vitia partium famulātiū.

Poſtremo poteſt eſſe vitium in partibus famulantibus, tumque ſit anguſtia in aliis narium partibus ad naſi extremitatem, & ad eius partem cartilagineam vergentibus, & in olle magis externo, quod ab Arabibus alcaiſſim, ſeu raeſim uocatur. Quæ quidem anguſtia poteſt referri vel in ſubſidentiam, qoæ ex vehementi naſi contuſione oboritur, vel in conſtipationem, dum, vt dictum eſt, carnis excreſcentia generatur, vel in obſtructionem, quæ poreſt fieri tum ex materia deſtillante, vt in catarrho, tum ex purulenta materia dum vi ozænarum non modo copioſa generatur, verum etiam colligitur, & collecta nares obrurat: tum ex vermibus, qui ex eadem purulenta materia procreantur: tum denique ex ſanguinis grumo, qui in ſanguioolento narium fluxu colligitur.

*Gal. lo. cit.*

Cauſæ olfactus diminuti.

Ab iiſdem cauſis ſecundum ſpeciem minus tamen vehementibus olfactus imminuitur, magis, & minus, prout cauſæ magis vel minus inteoſæ fuerint. Quibus licet addere ſupraſcriptarum partium imbecillitatem, natiuam, vel ex ætatis decurſu contractam, & malam earundem à natiuitate conformationem. Vnde nooi iuuenem quendam à natiuitate olfactu carentem, qui naſum valde reſimum habebat, cui vox omnino illæſa, facilis reſpiratio, nec non copioſa præſertim poſt ſternutationem per oares expurgatio aderant: eius autem capitis temperatura ad calidum, & humidum vergebat, guſtu præterea valde vegeti, oculorum acie acutiſſima, & optimo ingenio præditus erat: & ex alicuius rei ſtimolantis in nares immiſſione quamprimum ſternutabat.

Cauſæ olfactus deprauati.

Denique deprauatur olfactus, dum in naribus reperitur materia,

quæ

Digitized by Google

quæ non copia, ſed odore, & proinde ſola ſecunda qualitate agit, quod in habentibus odoratum valde acutum contingere ſolet, in quibus aliquis odor, qui extrinſecus non eſt, in medio apparere ſolet. vnde ſi materia hæc fœtida ſit, omnia fœtida ſentiuntur: ſi ſuaueolens, vt forte ſit pituita dulcis, omnia ſuauem odorem præſeferre videntur. Ideo dicebat Gale. quod vitioſus, erransq; ſenſus hoc loco ſit propter vitioſum aliquem, qui in eo continetur, ſuccum, qui ſcilicet mali odoris aliquid exhalans, aſcendentes ab admotis corporib. ad odorandi facultatem halitus obturbat. Taleque eſt in hac facultate hoc ſymptoma, quale arquatis in guſtatrice accidere eſt dictum, & ſicuti in ſuffuſis viſiua vis ſoris ſe cernere arbitratur, ea quæ in oculis inſunt: ita odorandi facultas ea, quæ ſunt in organo, ſenſibilibus imputat.

*Galen. 1 de ſym. cau. ca. 4.*

Signa.

Ex his autem quæ de viſu, & auditu dicta ſunt, non eſt difficile facultatis vitia cognoſcere. dum enim ſpiritus reſoluuntur vel obruuntur, ſecundum omnes ſenſus læſio percipitur. quod ſi ſpiritus, ſicuti decet, non regenerentur, erunt ſigna intemperantiæ ipſius cerebri ſiue ſimplicis, ſiue cum materia, & cæteri quoq; ſenſus noxam percipient. quod ſi cerebrum obſideat intemperies aliqua, vel materia, vt in catarrho contingit, ſed penes illam partem à qua nerui odoratus emergunt, tunc, præter odoratus nocumentum, guſtatus quoque ſenſus læſionem ſubibit: eo quia guſtatorij, & olfactorij nerui ſunt adeo propinqui in ſuo exortu, vt ab eadem fere cerebri parte exoriantur. ex hoc autem noſtra ſententia de principali odoratus organo validiſſime comprobatur. nam frequentiſſime experientia nobis oſtendit, & potiſſimum in grauedine & catarrho. quod hi duo ſenſus ferè ſemper ſimul læduntur, nam coriza laborantes præter id, quod nihil prorſus odorant, guſtum valde diminutum habent, quod non ob aliud contingit, niſi quia & penes propriorum neruorum exortum, & penes principalis organi ſimilitudinem, & propinquitatem, colligantiamq; ſunt valde cognati & vicini. odoratus tamen ferè ſemper maiorem læſionem incurrit quàm guſtus, quia circa tenuioris obiecti receptionem verſatur, & proinde ſenſu magis eximio opus habet. quod ſi, vt ait Galenus, odoratus potius in carunculis & cerebri ventriculis anterioribus fieret, vna cum odoratu potius ſenſus viſus afficeretur, quod tamen falſiſſimum eſt. anguſtia vero neruorum narium membranæ ſenſum deferentium, & eius ſpecies ex dictis de viſorijs, & auditorijs neruis, facile deprehenditur, ſiue ab interna, ſiue ab externa cauſa ortum duxerit, hoc autem peculiare indicium erit, quod anguſtatis ſolis neruis olfactorijs, nulla erit læſio in cerebro, neque in cæteris ſenſibus, neque aderit vox obſcura, neque difficilis reſpiratio, neque alia noxa in cerebri per nares expurgatione, dummodo vnà cum neruis etiam naſi oſſa, & meatus anguſtia, & ſubſidentia, non corripiantur. Intemperies vero ex ſenſu frigiditatis, vel caliditatis ex cauſis prægreſſis, & iuuantibus, & lædentibus facile cognoſcitur. ita materia, quemcunque obſederit locum, ex grauitate deprehenditur. & ſi egrediatur, ex colore, odore, conſiſtentia, nocumentiq; ab ea impreſſi ſpecie cognoſcitur. & ſi ſit inflammatio, adeſt febris, dolor, tenſio, grauitas. Si vitium ſit in organo principali ex iiſdem fere indicijs facile patet. Nam ſi membrana corripiatur intempetie ſine materia, nulla vel in reſpiratione noxa percipitur: ſecus ſi vna cum intemperie fuerit aliqua materia, quæ anfractus illos obſideat. Quod ſi inflammatione, vel carnis excreſcentia fuerit correpta, aut etiam in partibus organo principali ſubſeruientibus huiuſmodi vitia, aut anguſtia reperiatur, ſemper vox obſcurior, & reſpiratio difficilior euadit, magis vel minus, pro maiori, vel minori harum partium, ſeu meatuum anguſtia.

Signa vitiorũ organi principalis.

Cuius anguſtiæ cauſa in naribus cum ſpeculis dilatatis ſub radijs ſolaribus aſpiciendo, facile deprehenditur. apparet enim an ſit apoſtema, an caro, an humor viſcidus, aut pus, aut cruſta, aut vermes, aut grumus ſanguinis. quæ ẽt ſi æger nariũ dilatationem non admittat, ex proprijs deprehenduntur indicijs. Verbi gratia apoſtema ex febre, tenſione, intenſoq; dolore cognoſcitur. In ſarcomate & polypo, præter id quod ſpiritus via intercluditur, & fit in voce mutatio, vt accidit in grauedine, & alijs vitijs: attamen ad differentiam grauedinis hæc ſymptomata diu permanent, nec erebinis tollũtur, & vlceris ſigna, de quibus infra, iam diu anteceſſerunt. Aduertendum autem quod ſi forte pinnæ narium ſicciores apparuerint, & duriores, periculum eſt ne ſit cancer, vel ſaltem polypus in cancrum tranſibit: contra ſi laxiores, & humidiores fuerint. in grauedine vero ſeu coriza caput ingraueſcit, reſpiratio difficilior fit, vox deprauatur, & liquor perfluit è nare primo tenuis, deinde craſſiuſculus; pus vero, cruſta, & vermes cognoſcuntur, quia ſæpe exeunt, & adſunt vlceris, & ozænarum indicia.

Signa vitiorũ partium famulantiũ.

Vnde vlcus natium adhuc recens hinc noſcitur, quia ſanguinis non nihil frequenter eructet, præcipue dum attingitur, vel irritatur, quodque nares hoc ſæpe madeant, & ſi ſinitur, cruſtula ſicca, & nigra obducitur, quæ emunctionis impetu interdum procidit. Si vero ſit vetuſtius, & putridum ozæna, cruſtula ſordidior, & graueolens mucus excidit, laboransque tum vicinis. tum interdum ſibi graueolentia moleſtus eſt. in vermibus vero, præter iam dicta, adeſt titillatio ſatis moleſta. Si ſit ſanguinis grumus, fluxus ſanguinis præceſſit.

Signa Oxenarum.

*Gal. l. de inſtr. odor. c. 6.*

Prognoſt.

Eſt autem olfactus læſus affectio non negligenda, præſertim vbi cerebrum nedũ intemperie fuerit affectum, verum etiam materia oppletum, quia imminet caros, epilepſia, apoplexia. ita neruorum olfactui inſeruientium inflammatio valde periculoſa eſt, quia, vt plurimum vel adeſt, vel imminet phrenitis. Si ſcirrhoſo tumore corripiantur, affectio eſt incurabilis: ſi ſola intemperie afficiantur, poteſt remoueri: ita eorum obſtructio, licet maiori cum difficultate. ita principalis organi intemperies, niſi ſit admodum antiqua, poteſt auferri, nec non etiam materia ipſam membranam & eius anfractus obſidens, præſertim ſi validioribus ſternutatorijs vtamur. Quod ſi vitium ſit in partibus magis externis, vlcera, quæ fiunt ex acrium duntaxat humorum influxu, recentia, ſuperficialia, & munda, facile curantur. contra ſi fuerint antiqua, ſordida, profunda, & non modo ex acrium, verum etiam putredinoſorum humorum influxu procreentur, vt ſunt ozænæ, ægrè adimuntur, ægerrime vero ſi

*Gal. 3 de cõpo. med. loc. c. 3.*

ſint

ſint corroſiua,& colatorijs oſſibus communicata. vnde inquit Celſus, quod ozænis vix ſuc-
curri poteſt. Carnis vero excreſcentiæ albæ, molles,& ſine dolore adimi poſſunt. Si vero fue- *Cel.lib.6.c.8.*
rint duriores, cum dolore, difficillime. Cancer vero, etiam ſi ſit incipiens, non poteſt tolli, ni-
ſi tota ſubſtantia cui affixus eſt eradicetur. Sanguinis autem grumus ſola violenta emun-
Indicationes. ctione aufertur. Huic autem vitio prout cauſarum varietas poſtulabit, ita diuerſimode oc-
currendum erit. Vnde interdum euacuare, nonnunquam alterare, quandoque exiccare, ex-
Curatio. tergere,& agglutinare oportet. Si itaque lædatur olfactus ex materia neruos obſtruente, *Gal.l.de in-ſtr.odor.*
Ad obſtructionē neruorum. poſt exactam totius euacuationem, laudatur medicamentum ex nigella in tenuiſſimum pul-
uerem redacta, in partibus narium intimioribus inſufflata, vel etiam cum oleo vetuſtiſſimo
per nares infuſa,& per inſpirationem vehementer attracta, aqua tamen in ore continenda
prius ægro præbenda eſt. ita licet vti reliquis euacuantibus caput, præſertim per nares, vt
in capitis dolore. vnde licet vti ſternutatorijs, vt cyclaminis ſucco,& licet aſcendere ad colo-
cynthidem, ad album veratrum, ad elaterium cum lacte. efficaciſſimum erit ſi cortex mali
aranzij diaſinapi obliniatur,& intra nares immittatur. efficacius adhuc euadet ſi pro ſingu-
la vncia diaſinapis addamus ſcrop.2. vel etiam drach.1. pulueris ſinapis. Si nares inflammen-
tur, vel exulcerentur, oleo amygdalino, aut butiro loto in decocto hordei, vel acetoſæ inun-
gantur. Intus uero laudatur acetum ſcilliticum quotidie à ieiunis trium cochlearium men-
ſura acceptum. idem dicendum de caſtoreo,& Theriaca, quæ maxime proſunt, ſi intus ſæpe
Ad craſſā & viſcidā materiam membranam occupantem. ſumantur.& idem de his quæ valent ad paralyſim dicendum eſt. Victus autem ratio ſit atte- *Pau. lib.3.c.24.*
nuatoria, vt in eodem capite dictum fuit. eadem probantor dum membrana naribus ſubſtra-
ta à materia viſcida & craſſa fuerit obſeſſa, præſertim ſecundum anfractus profundiores. in
quo caſu adhuc magis laudatur nigella ſi prius infundatur in aceto forti, deinde exicetur,&
inſtilletur,& inſtilletur, vel corpore ſopino capite ad poſteriora conuerſo aliquo liquore in-
ſtilletur. hæc enim ſola ſufficit in intemperie frigida, & humida ſine materia, & cum mate-
Ad eius frigidā,& humidam intemperiem. ria, ſiue membranæ ſimpliciter affuſa, ſiue etiam obſtruente. Sed ad frigidam, & humidam
huius membranæ intemperiem, nec non etiā ad frigidam,& craſſam, viſcidamq; materiā ſi-
ue ipſam obſidentem, ſiue etiam neruos obſtruentem,& quocunque modo lædentem, admi-
rabile præſidium eſt euaporatorium ex calidis, attenuantibuſque,& diſcutientibus medica-
mentis, ſiue ſint herbæ, ſiue ſemina, vel aromata, per calamum in nares receptum, de quo in
Ad ſarcoma,& polypum. auditu labefactato, propter ſimilem materiam neruum, & meatum auditorium infarcien-
tem, dictum eſt. Victus autem ratio attenuatoria ſit. Si autem nares à ſarcomate, & polypo
Chirurgica operatio. anguſtentur, ſuppoſitis quæ reſpiciunt totius euacuationem ſiue per pharmaciam, ſiue per
phlebotomiam adminiſtrentur, præmiſſaq; ſemper capitis euacuatione, & roboratione, de
qua in cura ozænarum, ſi opus ſit (vnde laudantur euacuantia per os, quia malum ex craſſis,
& viſcidis humoribus gignitur) dum malum medicamentis non cedit, ad ferrum confugiē-
dum, quo carnis excreſcentia inciditur,& cauterizatur; fronti autem & temporibus defenſi-
ua ex ſtipticis confecta applicentur. inciditur autem vſque ad radicem cum forſice ſubtili,
ſtricta, vel cum ſimili raſpatorio, vel cultro ſolum in extremitate ſua, quæ lata ſit, incidente.
& ſi ſit periculum fluxus ſanguinis, inſtrumenta hæc ignientur, & deinde ferro ignito reſi-
Medicamenta. duum auferatur: vel acutis medicamentis, de quibus infra abſumatur. & ſi hæc ignita perti-
Vehementiora. meſcant, acutis,& cauſticis adimatur. Medicamenta vero vel ſunt vehementiora, vel mitio-
ra, quibus in fœminis, eunuchis, mollioribuſq; corporibus vtendum eſt. Vehementiſſima
ſunt quæ fiūt ex chalcantho, miſi, chalcitide, ſquamma æris. ideo laudatur medicamentum ex
pari portione viridis æris, & mellis bene depurati ſimul miſtis, vt exacta fiat miſcella, quo
vtendum mane,& ſero, quouſq; fortis eſcara generetur. fortius medicamentum,& reme-
dium eſt,& citius expediens lichinium infuſum in aqua forti ſuper radicem impoſitum. eſca
ra perfecta remoueatur oui vitello cum oleo roſato mixto, donec cadat. & replicetur ſupra
ſcriptum medicamentum donec tota ràdix fuerit abſumpta.& lichinia cum filo, quod extra
pendeat, ligentur. ita poſſumus ſtylum coto inuolutum in extremitate ſua in aqua forti in-
tingere,& per os & nares ſuper radicem polypi applicare ſæpe ſæpius, donec fiat eſcara. ſed
maxime animaduertendum, quod dum imminet cancer, non oportet eum veluti dormien-
tem excitare: ab his enim materia magis accenditur, quare dum tumor eſt durior, hæc acu-
Mitiora. ta cauenda ſunt. dum vero tumor non eſt durior, ſed pituitoſus, poſſumus audacter ægrum
cito liberare medicamentis propoſitis, Quæ ſi æger non poſſit perferre, vel ſunt mitioribus
attemperanda, vt ſi recipiamus chalcanthi (idem de reliquis dicendum) ſcrop. ſem. pulueris
roſarum, vel gallæ drach. 1. miſce: vel mitioribus vtendum, ſed longiori tempore. ita ſi ægri
ſint adeo delicati, vt nec mediocria perferant, laudatur frequens vſus medicamenti confecti
ex ſucco granatorum potius adſtringentium, vt infra dicetur. ita licet vti ſucco roſarum, pul
uere quinque folij, ſalicis, beronicæ, quæ mitia ſunt. Similiter puluis nucum cupreſſi præſtan-
tiſſimus eſt. Si vero tumor ſit durior, & ex ſanguine melancholico oriatur, mitioribus pro-
gredi oportet, & emollientia præmittere. vnde fiat fomentum ita paratum, ℞. maluarum,
fœnigræci, altheæ vnc. s. radicum cucumeris agreſtis drach. 2. fiat decoctio in vino ſubdulci,
vel in aqua,& fiat fomentum, poſt quod applicentur emollientia, vt æquę portiones medullæ
vituli & adipis anſerini, & diligentiſſime locus obliniatur: deinde addatur aliquid ammo-
niaci, bdellij, verbi gratia, ℞. adipis vitulini, anſerini vnc. ſem. bdellij, & ammoniaci drac. 1.
diligenter autem applicentur, vt quantum fieri poteſt, in parte detineantur, vt emolliant.
emollita materia, ad abſumentia,& exiccantia confugiendum, ſed calida, & acriora cauen- *Galen.3. de comp. med. loc c.3.*
da. Laudatur autem à Galeno medicamentum ex malis granatis, ſed oportet accipere ma-
lum granatum integrum, potius acidi ſaporis, quia magis penetrat. vel etiam accipere poſ-
ſumus partes æquales ex tribus granatorum generibus, ſecundum ſe tota acceptorum, &
contu-

Digitized by Google

contundere, & ſuccum extrahere, & decoquere ad conſiſtentiam roob tenuis, & in vaſe ſtanneu depoſitum aſſeruare. deinde oportet terere ſubſtantiam granatorum contritione multa, donec fiat ſicut paſta, & cum ſucco eorum naſalia cnnficere, illaque in ſucco prædicto illinita in nare vſque ad radicem polypi intromittere, vnum poſt aliud, donec tandē polypus abſumatur. ita ſi ſuccus hic exareſcat, poſſumus eum in puluerem redigere, & eo uti, vt dictum eſt. Quod ſi ſuccus hic non ſufficienter imprimeret, licet addere parum medicamenti ex melle, & viridi ære, dummodo non ſit periculum de cancro, & etiam vbi cætera non cōferunt, & vehementiſſima ab ægrotante non admittuntur. Ad polypum vero canceroſum laudatur, ex Dioſcoride, ſemen ſerpentariæ tritum cum ſucco granatorum cum cortice contuſorum, ſi ex eo liniatur ſuper polypo & eius circunſerentia: idem operatur ſuccus radicis eius, lana ex eo imbibita, & in nare immiſſa, & expertum eſt remedium. Si vero periculū ſit ne cancer nouus incipiat, aut polypus canceroſus euadat, ægrotans geſtet cryſtallum, & eo in cibo & potu vtatur, quia vt quidam atteſtatur à cancro præſeruat, idem quoque politricum geſtatum præſtare dicitur. Quod ſi materia obſtruens ſanioſa ſit, vt in ozænis contingit, (quæ ſæpe gallicę ſunt) oportet imprimis totum expurgare, deinde caput ſiccare, & roborare, vnde caput deraſis capilis, ſæpe, & vehementer perfricetur, deinde toto capiti, præſertim ſincipiti applicetur oleum myrtinum, roſaceum, cum puluere corallorum, ſandalorum, roſarum rubearum, maſticis, mannæ, thuris, & pauco aceto. Vel etiam hoc medicamento, ℞. myrrhæ, thuris ana vnc. 1. cochlearum integratum numero 5. albuminum ouorum numero 2. ceræ parum, miſce, & cum linteo diebus ſex continuis capiti inducito. Quibus peractis, vlcus mundificetur, & cicatrizetur, & pars roboretur. qui ſcopi facile abſoluuntur, niſi vlcus ſit canceroſum, vel corroſiuum, vel maxime penetret, vt in lue gallica. Vnde dum applicamus detergentia, oportet ſemper permiſcere roborantia, & adſtringentia, ea tamen lege, vt ſanies non cohibeatur. non cobibetur autem, quia non modo adſtringunt, verum etiā exiccant. ideo permiſcentur valide detergentia, & valide exiccantia, quia nares perferunt ſatis acria medicamenta. quare dum adſunt hæc vlcera, ne intimius depaſcant, ad vehementia confugiendum. ideo laudatur aqua maris, muria, aut acetum ſalitum, quod eſt efficaciſſimum, aqua nitri, vinum ſalitum (oportet ſal cum vino permiſcere) ita expedit miſcere ſal cum alijs, vt cum guaiaci decocto, & aſſiduo oportet iſtis nares abluere, vt exacte vlcus mūdificetur. dum tamen vlcus irritatur, mitioribus occurrendum, vnde laudatur mel cum reſinæ terebinthinæ modica portione, ſi ſpiritu attrahatur, donec in ore guſtu ſentiatur. nam cruſtæ reſoluuntur, & per ſternutamenta deinde elidi debent. Similiter dum adeſt cruſta, quæ agglutinationem impedit, butyro vti licet: & quia periculum eſt de cancro, cum eo oportet miſcere aliquod adſtringens. ideo laudatur vnguentum roſatum Meſue, butirum lotum aqua roſacea, vel decocto plantaginis. & ut cito, & tuto cruſta remoueatur, ſternutatorijs vtendum, qua remota, ad agglutinantia confugiendum. Ideo puris vlceribus primo vapor aquæ calidæ ſubijciendus, deinde adhibendum lycium vino dilutum, vel mentæ, aut mattubij ſuccus, vel omphacium, horum cuiuis mel adijciendo, & linamento oblongo in medicamento intincto vlcera ex eo implenda ſunt, & linamentum in nare dimittendum, & hoc fieri debet bis in die hieme & vere, æſtate vero & autumno ter in die. ita laudatur calaminthæ ſuccus naribus infuſus, vel puluis ex ejus ſucco exiccato naribus inſufflatus. ita laudatur malorum punicorum ſuccus in æneo vaſe vſque ad medietatem coctus. licet etiam ceruſſam, & argenti ſpumam ſimul conterere, & vinum, & oleum myrtinum adijcere ad mellis ſpiſſitudinem, & eo vlcus illinire, cui medicamento, ſi vlcus antiquum ſit, licet addere myrrham, plumbum vſtum, alumen, ſimul cum melle, & aceto, ſed optimum medicamentum eſt, quod recipit ſpumæ argenti, ceruſſæ ana drach. 6. plumbi vſti & loti drach. 4. myrrhæ, aloes ana drach. 2. gallarum drach. 1. vino & myrteo oleo diluantur, & ipſo vtendum non ſolum ad narium vlcera, verum etiam ad vitia, ad vlcera & rimas ſedis optime valet. Victus ratio medicamentis ad portionem reſpondeat.

*Gal. loc. cit. Pau. lib. 3. cap. 24. Alex. lib. 3. c. 12.*

Ad ozænas.

Quæ reſpiciunt totum, & caput.

Topica.

Detergentia.

*Celſ. lib. 6. c. 8.*

Agglutinantia.

*Galen 3. de compo. med. loc. cit.*

*Aet. lib. 6 c. 93.*

Medicamentūorū baſij.

## *Da vitijs Linguæ, & palati.* *Cap.* XXXVII.

QVONIAM linguæ functiones, vt ſcriptum reliquit Galenus, duę ſunt, ſenſus ſcilicet exquiſitus, & motus voluntarius, ut ratione prioris organum eſſet guſtatorium: poſterioris uero ad vocem dearticulandam & ad loquelam, nec non ad cibaria mandenda idoneum inſtrumentum efficeretur: ideo de harum noxis, & ſubinde de omnibus linguæ vitijs tractaturi, ab ijs, quæ guſtatus ſenſui officiunt, vnà cum Galeno auſpicandum eſſe arbitramur, ut ex omnibus ſenſibilium functionum læſionibus nulla prorſus examinanda relinquatur. Guſtandi itaque ſymptomata ſunt, dicebat Galenus, „tum omnino nihil saporum ſentire, tum non legitime ſentire, „vt etiam de odoratu ſtatutum ſuit: non legitime autem „ſentire dupliciter intelligitur, alias cum diminute ſentitur, alias cum vitioſe: ſapores autem omnino non ſentiuntur, & proinde functio hæc auſertur, potiſſimum vitio facultatis guſtatoriæ, dum ſcilicet facultas hæc non tranſmittitur in linguam, quod ſit, vel quia extinguitur, vt dum mors proxima eſt: vel in neruis mollibus quartæ ner„uorum cerebri coniugationis obſtructio, vel tumor aliquis adeſt, vel in ea cerebri parte, vn„de nerui illi originem trahunt, aliqua adeſt præter naturam affectio. diximus autem in neruis quartæ

*Gal. 11 de vſu par. 10. & 1 de ſym. c. 4.*

*Cur dulce voluptuoſū ſit docet Galen 4 de ſimp med c. 9 D & cap. 15 A ſupra toto cap.*

*Galen. 1. de ſymp. cau. 4*

Cauſæ guſtum auferentes.

quartæ coniugationis, nam quartum neruorum par, quod palato & linguæ radici ramulos mittit, adeo proxime accedit tertio neruorum pari, vt quarti origo tertij portio eſſe videatur. & ob id Galenus tertio neruorum pari quarti munus aſcripſit. ſed in nomine potius, quam in re ipſa ab alijs Galenus diſcrepat. Ab his igitur malis, dum vehementia ſunt, poteſt auferri guſtus illæſo tactu, vnde dicebat Galenus: Verum crebrius læditur guſtandi, quam tangendi facultas, quamuis iiſdem neruis vtraque vtatur. nam ad guſtum quidem exacto iudicio opus eſt. Contra vero non poteſt auferri tactus ſeruato guſtu, quia guſtus præſupponit tactum, imò ex Ariſtotelis decretis, guſtatus eſt quidam tactus, hoc eſt exquiſitiſſimus, & eminentiſſimus tactus. *Gal. 4. de lo. 2.* *Gal. loc. cit.* *Ariſt. 2. de anima cap. proprio.*

Imminuentes. Imminuitur autem guſtus non ſolum ob noxam facultatis, dum ſcilicet ſupraſcripta mala minus vehementia ſunt, & præcipue dum nerui molles quarti paris fuerint perfrigerati, verum etiam ob noxam organi. Si igitur noxa ſit in organo, tunc afficitur lingua vel à cauſa morbifica, vel a morbo. Cauſa morbifica eſt ipſa materia, quæ præcipue frigida, & humida eſſe ſolet, vt accidit in grauedine, in qua propter materiam ad linguam, & eius radices, & ad palatum deſtillantem, guſtus imminuitur. Morbus vero poteſt eſſe intemperies quælibet, mala compoſitio, & ſoluta vnitas. qui tamen morbi ad imminutionem guſtus diuerſimodè concurrunt, quatenus ratione intemperiei, ſicuti etiam ratione materiæ, imminuitur ſecundum intenſionem, nec non etiam ſecundum extenſionem. ratione vero malæ compoſitionis, & ſolutæ vnitatis ſemper quo ad extenſionem, non neceſſario autem quo ad intenſionem, guſtus diminutus euadit. Verũ circa intemperiem illud cum Galen. 4. de loc. 2. notandum eſt, quod ſicuti muſculorum ipſius linguę intemperantiæ motum impediunt ita ambientis ipſam extrinſecus membranę intemperies & tangendi & guſtandi ſimul ſenſum vitiat. Inſtrumentalium vero affectionum ſpeciem referunt inflammationes ſcirrhi, oedemata, ſuppurationes.

Puſtulæ. Sed mala compoſitio fit præcipue, dum puſtulæ, ſeu parua apoſtemata per linguam & partes oris diſſeminantur, quæ poſſunt ex quolibet humore progigni, & magis & minus malignæ, & depaſcentes, pro diuerſitate putredinis, & humoris, à quo generantur. Interdum autem oriuntur per eſſentiam in ore, dum in eo adeſt mala diſpoſitio humorum, quos Natura foras expellit. interdum per conſenſum, ſiue à toto, vt accidit in febribus acutis, præcipue malignis, vnde in his plerumque lingua nigra, & veluti cruſtula obducta, conſpicitur: ſiue à parte & potiſſimum à capite, dum ab ipſo putreſcentes humiditates deſtillant, vt crebro in lue venerea fieri compertum eſt: & à ventriculo, dum ab ipſo eleuantur vapores ex materia in eo putreſcente. vnde cibi in ventriculo corrupti, præcipue tamen ad putridum, & fumoſum, & præſertim corruptio lactis in puerorum lactentium ventriculo hæc vitia producere ſolent. & hi vapores ſiue à toto, ſiue à parte eleuentur, dupliciter has puſtulas procreare poſſunt, vel quia fixi in oris cute, quæ ſubtilis eſt & mollis, incraſſati reducuntur in ſubſtantiam humoris à quo eleuantur: vel quia inficiunt partes oris, quas attingunt, & earum humores male affecti has deinde puſtulas producunt.

Vlcera, & Aphthæ. At vero ſoluta vnitas, habet locum in vlceribus linguæ, vel palati, aut aliarum partium oris internarum, quæ eodem prorſus modo, vt de puſtulis dictum eſt, & ab iiſdem cauſis exoriuntur. ideo in infantibus vel propter vitium lactis nimium feroſi ipſius nutricis exoriuntur, quia cum habeat vim abſtergendi, hanc partes oris, vt ait Galenus, præ nimia mollitie ſuſtinere nequeunt: vel quia lac vitioſum quamuis non ſit, tamen non probe ab infantibus concoquitur. Nam aphthæ inquit Gal. 3. in 3. epid. 12. ora puerorum ſæpe ſolicitant: tum quod omnia eorum membra molliſſima ſunt; & quaſi mucoſa: tum quod os eſt adhuc eſculentis & poculentis penitus inſuetum, cum igitur lac in natura ſua aliquid acrimoniæ habeat, ſolet aphthas gignere; quæ facile ſedantur, ſi os infantis modice adſtringas. Si vero humor prauus affluat, aphthæ ſemper malignæ exorientur. Hæc Gal. In adultis vero nedum propter eorum, quæ comeduntur, & bibuntur, acrimoniam fiunt; verum etiam propter vitioſorum humorum ad os defluxum, vnde ſæpius ad puſtulas conſequuntur. *Gal. 3. aph. c. 24.* *Galen. 6. de comp. med. loc. c. 4.* *Aet. li. 8. c. 39.*

Cauſæ guſtum deprauantes. Cum vitio autem guſtus ſit, ſeu deprauatur, dum linguæ corpus, vt ſcribebat Galenus, vel quæ ipſum veſtit membrana uitioſo, & extraneo humore imbuitur tumque vel ſalſus, vel amarus, vel acidus, vel aliter abſurdus ſapor dicibilis, indicibiliſve percipitur in his, quæ guſtantur: nam facultas ipſa guſtatoria ea, quæ ſunt in lingua, ſenſibilibus imputat, quoniam ſuccus qui extrinſecus accedit, vitioſum linguæ ſuccum, qui prius quieuerat, excitat, mouetque: guſtandi autem vis eum, qui in ſe redundat, non autem eum qui foris accedit, perſentit. hinc fit, vt atquati propter amarorem bilis in lingua redundantis iudicent omnia amara, quia, vt ait Philoſophus, intus exiſtens prohibet extranea, vbi per extranea non ſolum extrinſeca poſſumus intelligere, ſed etiam aliena, & diuerſa ab intus exiſtente: vnde lingua exempli gratia in ſe retinens bilem, amarum ſaporem tantummodo non alium poteſt percipere. fit autem maior deceptio in iudicio ad differentiam vertiginis, & aurium tinnitos, quia lingua febricitantium iudicat omnia amara, vt etiam olfactus interdum fœtida, quia cum obiectis ſui natura non vitioſis, qualitas praua & materialis humoris interni permiſcetur, adeo ut tunc praui obiecti vicem gerat, vnde non decipitur ſenſus, quia quod verè amarum eſt iudicatur. ad oculum autem, & auditum qualitas interni obiecti cum externo non miſcetur, ſed vel ſolum externum obiectum, vel ſolum internum in ſenſum agit. tandem interdum accidit (licet raro) vt lingua ex guſtandi perfectione, priuſquam aliquid guſtet, ſuccos, quos in ſe continet, perſentiat, vt ait Galenus. *Galen. 1. de ſym. cau. c. 4 & 8. in 6. epid. 5.* *Ariſt. 3. de anima.*

Signa. Vitia vero facultatis ex traditis de læſo odoratu & viſu facile cognoſcuntur. ita etiam organi affectiones facile deprehenduntur, cum lingua omnibus ſit in conſpectu. Ideo intemperies linguę, pręſertim cum materia, cognoſcitur ex ſapore, colore, humiditate, & ſiccitate, aſperitate, & lenitate. ex motu, nam velox & facilis, quod ex veloci & facili loquela cognoſcitur, caliditatem arguit cum humiditate temperata. difficilis, & tardus frigiditatem, aut ſuperfluã *Gal. loc. cit.*

humiditatem ſignificat:ex craſſitie quæ humiditatem,& tenuitate quæ ſiccitatem innuit. &
demq; ex puſtulis & alijs vitijs,nam calida caliditatem,frigida frigiditatem oſtendunt.idem
de mala compoſitione dicendum, & ſoluta vnitate. nam puſtulæ ſenſui apparent, & ſi ſint
ſanguineæ,cognuſcuntur ex rubore, ſi biliofæ, ex rubedine in citrinum tendente,ſi pituito-
ſæ, ex albedine, ſi melancholicæ, ex nigredine & fuſco colore, & ſi ſint malignæ,partes vici-
nas depaſcunt & dilatantur,& in nigredinem vergunt. Idem prorſus de vlceribus dicendum
quæ ſi fiant ex eſculentorum acrimonia,hoc habetur ab ægrotante. & calidiora ad tactum bi
lem & ſanguinem arguunt,minus calida ſalſam pituitam,aut atram bilem. nam eadem ſunt
ſigna, & ſolum differunt,quia vlcera ſunt cum ſanie,puſtulæ vero minime. Sciendum autem
quod cum puſtulæ nigræ in morbis acutis multiplicantur,mortem breui ſequuturam ſignifi-
cant: ſignificant enim materiæ malignitatem,& virtutem debilem.Ait enim Hip.graue quo Prognoſt.
que eſt,fauces cum febre exulceratas & ſi aliquod malum ſignum accedat, in periculo verſa- „
3 progn. 20. tur homo.nam, vt ait Gal.malitiam ſucci erodentem indicant. Si vero multiplicentur in ex- „
ternis labijs,præſertim ſi non ſint nigræ,magis indicant ſalutem,quam mortem.Vlcera vero, „
quæ fiunt ex atra bile, ſunt omnibus malignora. ita peſſima ſunt gallica,nam pertinaciſſima
ſunt.minus maligna ſunt, quæ fiunt ex pituita ſalſa: adhuc minus quæ ex alijs humoribus o-
riuntur.omnium faciliime curantur quæ puerulis accidunt. aſperæ autem, & aridæ linguæ,
Galen 1.pro vt teſtatur Galenus, phrenitica ſunt. Pro curatione vero ſat erit, ea remedia proponere,
res. com. 3. quæ ad puſtulas, & vlcera diriguntur. nam cæterorum vitiorum curatio ex ſuperius traditis Ad puſtu-
in cura læſæ vitionis clara eſt. Quare, ſi fuerint puſtulæ, quantum ſpectat ad materiam chi- las.
rurgicam, vbi fuerint calidæ, & præſertim adfuerit ſanguinis copia, humerariæ venæ ſectio Chirur-
probatur: vel, ſi quid prohibeat, vt in puerulis, applicentur ſcapulis cucurbitulæ ſcarifica- gia.
tæ,vel ibidem,ſeu etiam cubito hirudines applicentur. Similiter pro eradicatione materiæ
coniunctæ, præſertim ubi in magna quantitate in partibus oris fuerit congeſta, vel aliunde
defluxa, laudatur ſectio venarum ſub lingua, poſt totius tamen euacuationem. Quæ re- Pharma-
media in vlceribus quoque eodem prorſus modo ſunt adminiſtranda. Idem dicendum de cia.
medicamentis communibus reſpicientibus totius expurgationem, quæ aperta ſunt,commu- Cõmunia.
niter autem humores aduſti & corrupti euacuandi ſunt. Topica vero quæ poſt totius eua- Topica.
cuationem,& purgationem primo loco ſunt adminiſtranda, ſunt refrigerantia, & ſiccan-
tia. vnde laudantur myrobalani,roſæ,tragacanthum,balauſtium, ſandali, ſpodium,rhu ob-
ſoniorum, lentes,cortices glandium,granatorum, cadmia. item ſucci frigidi,vt lactucæ,por-
tulacæ, ſolatri, virgæ paſtoris, extremitatum vitis, rubi, camphora, rhob de ribes, roob
acetnſe, granatorum, agreſtæ, ſorbarum, pirorum, diamoron. In progreſſu vero lau-
dantur gallæ fructus, tamariſci, cyperum, nux cupreſſi, ſolia oliuarum ſiccarum. in fine
probantur cortices nucis muſcatæ, caryophilli,mentaſtrum, galla, & ſimilia.aduerte odum
autem, quod ea quæ conueniunt in principio in cauſa frigida. quare oportet, vt miſceantur
ſecundum exigentiam temporum, morbi, & permixtionis materiæ. chelidonia vero, gal-
læ, & myrtus probantur in principio cuiuſcunque materiæ. idem dicendum de aceto, quod
vt plurimum cum dictis debet eſſe permixtum. chelidonia vero cum adſtringentibus miſta
eſt admirabilis,præcipue in vlceribus, & ſimiliter camphora, præcipue vbi valenti egemus
refrigeratione. Quod ſi huiuſmodi puſtulæ ſuppurentur, ſuppuratio adiuuetur cum lacte,
præcipue aſinino in ore retento, vel cum mucilaginibus ſeminum althææ, maluarum, lini, Suppuran
citoniorum, boraginis, vel cum horum decoctione, aut paſſularum. Si vero ex puſtulis tia.
fiant vlcera, vel ab initio inchoarint: Si fiant ab humoribus per ſe calidis, interdum me- Ad oris vl
dicamentis propoſitis ad puſtulas calidas, ſed magis ſiccantibus. dum tamen fuerint nota- cera.
biliter ſordida, præcedat mundificatio cum aqua ſaccharata, aut ſyrupo acetoſo ſimplici:
deinde fiat agglutinatio cum adſtringentibus propoſitis,& vbi fuerint biliosa,magis refrige
rantia eligenda,vt ſuccus ſolani,vel eius decoctum cum cæteris miſtum. Si vero fiant ab hu-
morib. frigidis,qui tamen vt plurimum habent caliditatem accidentalem per aduſtionem,
aut putredinem acquiſitam,ſi ſint pituitoſa, & albeſcentia, primo vtendum detergentibus,
prædictis tamen valentioribus,vt eſt oxymel ſimplex,vel ſcilliticum,quæ ſunt valentiora, ſi
diluantur cum aqua oliuarum ſalitarum.ita licet conficere oxymel cum vino, & addere etiã
modicum aluminis,aut calcanthi. deinde vtendum conſolidantibus, vt decoctione gallarũ,
cyperi,tamariſci,nucum cupreſſi in vino ſtiptico.ſi ſint melancholica,validiorib. extergenti-
bus vtendum,imò etiam erodentibus,vt eſt acetum,decoctio gallarum,chelidoniæ cum mel
le.& in decoctione licet addere chalcanthum & paſſulas.ita efficax eſt vnguentum ægyptia-
cum aceto permixtum.ardor vero mitigetur cum lacte in ore detento,vel aqua plantaginis,
aut ſolani.& deinde iam dictis conſolidantibus vtendum. Deniq; vbi vlcus fuerit putridum,
malignum,& ſerpens,maxime probatur gallarum decoctum cum melle,& centaurij minoris Ad No-
exuſti cinis cum melle,cornu cerui tritum,alumen combuſtum,calcanthum vſtum cum mel- mas.
le.idem dicendum de æris ærugine,& ſquamma cum melle.ita ad extergendam partem cor-
ruptã laudatur vnguentum ægyptiacum.fortius erit medicamentum ſi fiat ex melle,alumine
viridi æris an.quib.pro ſingula vnc.addantur drach.2.aceti acuti,& bulliant, donec habeant
mellis conſiſtentiam.Ita admirabile eſt in vlcerib. malignis calcanthum cum aceto, ſeu etiã
calcanthum cum flore æris,& gallis cum ſyrupo acetoſo.ita gallæ coctæ cum aceto & ſale lau
dantur in quolibet vlcere maligno.Deniq; ſunt aquæ fortes,& reliqua corroſiua ad polypum
propoſita.interdum vero cum aqua fortis nihil proficeret in vlcere gallico,antiquo, & valde
putrido,coacti fuimus cum tenaculis inciſorijs totam carnem putridam abſcindere,& poſtea
præcipitatũ admouere in puluere cũ cotto intincto in eo,ſed prius imbibito in aqua roſacea,
& hoc mõ fuit liberatus,qui ab alijs curari non potuit. Cauendũ autem ne corroſiua propter
viſcera

Digitized by Google

viſcera deglutiantur. & dum vrget neceſſitas, ante iam dictorum applicationem, laudatur frequens oris ablutio cum aceto ſalito tepido. & dum os fuerit corruptum, ferro ignito vti poſſumus, vel deſquametur cũ calcantho, aut alumine combuſto. eſcara autem remoueatur & dolor mitigetur cum lacte in ore retento, ſæpius mutato. tandem vlcus conſolidetur cum propoſitis, ideo ad hoc laudatur, dum vlcus fuerit calidum, ceruſſa cum aqua roſacea, cum ſucco cironiorum, cum vino granatorum, vel ſimili. Idem dicendum de mineralibus frigidis ablutis, quæ ſunt efficaciſſima conſolidantia. dum vero vlcus fuerit pituitoſum, vtendum validis adſtringentibus cum aliqua caliditate, de quibus ſupra in cura puſtularum dictum eſt Aduertendum autem circa adminiſtrationem ſupraſcriptorum medicamenrorum, quod vbi corpora fuerint molliora, & debiliora, vt ſunt mulieres, pueri, eunuchi, mitioribus vtendum. Fortioribus vero, vbi corpora fuerint robuſta & duriora, vt ſunt nautæ, agricolæ, piſcatores, venatores. Vnde exempli gratia in puerulis lactentibus dum aphthæ fuerint ſubrubtæ, licet vti primo ſyrupo roſato, ex porrulaca, ex omphacio, ex plantagine, ex malis punicis acidis. poteſt etiam parari puluis ex lentium farina, ex rhu, ex roſis ſiccis, quæ maxime laudantur. ita poſſunt fieri collutiones ex prædictorum decoctis. ſi fuerint ſubflauæ, his, quæ dicta ſunt, addenda refrigerantia, vt ſuccus ſolani. ſi malum non cedat, addenda prædictis, quæ citra mordacitatem diſcutiunt, vt mel roſatum, vel vinum dulce, in quo aliquod prædictorum diſſoluatur, vel decoquatur. Si fuerint pituitoſæ, laudatur manna thuris, ſuccus liquiritiæ, nux cupreſſi, maſtix, cum decocto foliorum myrthi, aut oleæ miſta, vel cum aliquo ex dictis ſyrupis. ſi fuerint melancholicæ, vtendum vua paſſa exacinata, & aniſo tritis cum melle roſato. Ita laudatur puluis florum chamæmeli, meliloti, anethi, fœnigræci cum melle roſato: & mitius erit ſi alicui ex dictis pulueribus addatur ſyrupus myrrhinus, aut ex moris. vnde diamoron cũ oxymelle eſt medicamentum probatiſſimum in vlcere oris puerorum. ſed oportet imprimis lac nutricis vitioſum cibis & potionibus laudabilibus contemperare, bonamque nutricis, & infantis concoctionem procurare. Nutrix igitur cibis leuibus, qui facile non corrumpuntur alatur, & ſi febriat puer, vtatur aqua, ſin minus vtatur vino diluto. & expedit cum cibis miſcere lentem, citonia, pira, ſorba, meſpila: & ſi opus ſit etiam lactucam, portulacam, ſolanum. & ſi infans quid manducet, ei quoq; tribuantur. eodem modo in maioribus natu victus ratio declinet ad frigidum, & ſiccum vt plurimum. caueant acria, ſalſa, acida, & quæ ſunt mali ſucci. ideo victus ſit optimi ſucci, & facilis concoctionis, cum aliquo ex dictis oleribus, aut fructibus permixti.

Conſolidantia.

In puerulis.

Victus rõ.

*Gal. 6. de med. lo. vlt.*

*Gal. 6. ſimp. ad aphthas probat rubum.*

*Gal. loc. cit.*

## *De læſo Linguæ motu, & Læſione Loquelæ.*
## *Cap. XXXVIII.*

GVSTV explicato, de loquelæ læſione agendum. nam & ipſa functio exquiſitè animalis eſt. illud autem imprimis cum Galeno notandum eſt, idem nõ eſſe vocem, & loquelam. nam vox munus eſt vocalium inſtrumentorum, loquela eorum, quæ ad ſermonẽ pertinent, quorum omnium princeps eſt lingua, tum nares, earum ſ. foramina, palatum, gurgulio, præterea ſymmetrum ipſius linguæ vinculum, & labra, & dentes. vocalia vero inſtrumenta ſunt guttur, ac muſculi ipſum mouentes: itemque nerui omnes, qui ad eos vim à cerebro mittunt. Sermonem vero non omne id, quod ore emittitur, air Galenus, in quo genere ploratus, ſibilus, fletus, & huiuſmodi continentur, ſed ſolam hominum vocem, qua inter ſe colloquuntur, veteres appellabant. Eſt autem lingua principale loquutionis inſtrumentum, quia, vt habet Galenus, in lingua motum omnẽ videre poſſumus. ſurſum enim & deorſum, ante, & retro, ſiniſtrorſum, & dextrorſum apparet circumferri, partim etiam quaſi reflexa, & replicata, partim ingeminata, & ſupplexa, nonnunquam etiam circulariter vndiq; circunducta. Quemadmodũ itaq; linguæ motus tum auferri, tum imminui, tum deprauari poteſt: ita loquutio, quæ linguæ motũ inſequitur, triplici modo lædi ſolet. nã interdum prorſus adimitur, ſiue id poſt ortum, ſiue à natiuitate contingat, nonnunquã imminuitur, vt tarda, vel difficilis euadat: aliquando vero deprauatur, quo fit, vt volentes linguã ad vnã motus differentiã mouere, inuiti ad alterã moueant, proindeq; literam, ſeu ſyllabã vnam pro altera præter voluntatẽ proferant. Aufertur aũt à natiuitate conformantis naturæ vitio. Poſt ortũ vero, quia facultas motiua vel non tranſmittitur, vel non recipitur: non tranſmittitur aũt vel vitio cerebri, vt dũ in eius ventriculis, & poroſitatibus adeſt anguſtia, vt in apoplexia, in comitiali, in caro, & ſimilibus affectibus contingit. vel citra vitium cerebri, vt dum ſpiritus animales abſumuntur, vel ad partes intimiores retrahuntur, vt in proximis morti, in ſyncopi, in vteri præfocatione fit. Non recipitur aũt in lingua, quia adeſt obſtructio, vel tumor in neruis ſeptimi paris. mouendi enim vis, dicebat Galenus, linguæ aduenit à ſeptima neruorum à cerebro ortorum coniugatione non longe à ſpinalis medullæ initio. Quumque hoc in loco vtraque cerebri pars tam dextra, quàm ſiniſtra afficitur, apoplectica infert pericula, & loquela omnino aufertur. vbi vero altera tantum in paraplegiam finit, & alteram dumtaxat linguæ medietatem à motu prohibet. Ad horum itaque neruorum anguſtiam, ſi perfecta ſit, neceſſario ſequitur linguæ paralyſis, interdumque citra vllam guſtus offenſionẽ. & ſicuti ex cõſumata paralyſi linguæ oẽs perpetuo obmuteſcũt, ita leuiori de cauſa quidam ex interuallis

Loquella quid.

Cauſæ auferentes.

*Ga. 1. de humor. cõ. vlt. & 4. de loc. 6.*

*Ga. 1. præd. com. 3. & 3. in 3. epid. 74.*

*Gal. 1. de motu muſcul. c. 3.*

*Gal 4. de loc. cap. 2.*

*Fern. l. de part. mor. c. 9.*

modo loquuntur, modo obmuteſcũt, integre ſano corpore. Aufertur etiam loquela in aphonia, quæ vitio laryngis fit, ſed de hac in præſentia non loquimur. Imminuitur autem loquutio vel citra vitium linguæ, vel vitio linguæ: citra vitium linguæ, vt dum ſpiritus animales aliò reuocantur, vt accidit in ira, timore, & nimio gaudio. quidam etiam propter imbecillitatem muſculorum thoracis, & laryngis non poſſunt ſermonem inchoare, niſi primo multum aerem inſpirent, & poſtea velociter loquuntur. ſed de his affectibus noſtra non eſt intentio. Si vero imminuatur vitio linguæ, vel hoc vitium eſt natiuum, vel adſcititium. Si ſit natiuum, vel non poſſunt incipere loqui, niſi prius multoties linguam moueant, & labia, & deinde expedite loquuntur, & hoc malum ab Arabibus vocatur Tarhas, vel multo tempore dictionem proferunt, vel poſtquam loqui cœperunt, non poſſunt in ſermone progredi, & ſæpe eandem ſyllabam repetunt, & vocantur Trauli. & quomodocunque, hæ affectiones ſolent fieri propter linguæ debilitatem natiuam. Præterea inter vitia natiua loquutionem impedientia enumeratur longitudo ligamenti linguæ præter naturam, dum vſque ad eius extremitatem ſeſe extendit. Si vero vitium linguæ ſit adſcititium, poteſt eſſe vlcus, vulnus, paruum apoſtema, & magna linguæ excreſcentia ſine apoſtemate. vnde, vt ait Galenus, interdum adeo aucta fuit; vt vix in ore potuerit contineri. huius autem augumenti cauſæ vel ſunt proximæ, vt nimia ſanguinis redundantia, vel multa humiditas pituitoſa: vel remotæ, vt eſus fungorum, vel rei venenoſæ, & animalium venenoſorum morſus. denique poteſt eſſe linguæ reſolutio ſecundum eius medietatem, dextram vel ſiniſtram, quæ fit altero duntaxat neruorum ſeptimæ coniugationis obſtructo, vt ſupra dictum eſt. Corrumpitur autem, & deprauatur, vt homines blæſi & balbi fiant, & ſermonem non articulare explicantes, vel propter intemperiem, quæ poteſt eſſe humidior, ſiue ſit natiua, vt in pueris, qui poſtea, abſumpta humiditate ex ætatis decurſu, & interdum poſt febrem exiccantem humiditatem illam, recte loquuntur; ſiue adſcititia, vnde ex affluentis humoris copia modo ex humidiore cerebro, modo ex ebrietate balbutiunt. poteſt præterea hoc fieri propter ſiccitatem immodicam, vt dum lingua ratione febrium acutarum veluti exareſcit. quarum ratione interdum adeo exiccatur, vt ſpaſmo ſicco teneatur, vel propter malam compoſitionem, quæ in linguæ craſſitie, vel breuitate conſiſtit. Similiter, vt ait Galenus, blæſi ſiunt propter vitiatam conformationem muſculorum linguæ. Dum autem loquela à natiuitate aufertur, hi vt plurimum ſunt etiam ſurdi. & ſi lædatur lingua per conſenſum à cerebro, adeſt noxa etiam in alijs cerebri functionibus: ſecus ſi lædatur propter vitium neruorum ſeptimi paris, ad quod ſequitur paralyſis, quæ facile diſtinguitur à linguæ paralyſi, quæ fit propter tenuem humiditatem linguæ muſculos penetrantem, & ipſam reſoluentem. conuulſio autem linguæ cognoſcitur ex eius contractione, & ſi ſit ex inanitione, præceſſit febris valde acuta. verum quoniam ratione febris poteſt materia liquida fieri, & linguæ muſculos implere, & conuulſionem ex repletione generare (quamuis vt plurimum reſoluatur lingua tenui exiſtente humiditate) ideo diſtinguitur ſpaſmus ſiccus ab humido, quia ſiccus paulatim fit, humidus repente producitur. diſtinguitur autem ſpaſmus humidus à paralyſi, quia lingua conuulſa non poteſt per ſe, nec per alium flecti, aut faciliter moueri: reſoluta vero licet non per ſe, per alium tamen faciliter mouetur. Cognoſcitur autem magnitudo ligamenti ſub lingua exiſtentis ex eo, quod patiens linguam emittere non valet, ſed remanet in extremitate curuata. Tumor autem linguæ facile patet, & ſi ſit ſanguineus, adeſt rubor, cum alijs ſanguinis indicijs. Si ſit pituitoſus, adeſt color albus, & multa humiditas pituitoſa ex ore profluit. diſtinguitur autem tumor inflammatorius à non inflammatorio ex duritie, febre, & dolore. Grauedo autem linguæ ſequens apoplexiam, lethargum, & ſimiles affectus, dum progreditur, raro & difficulter curatur. Si autem ſit natiua cum ſurditate non poteſt tolli. Si ſit ſine ſurditate tractu temporis, & ex ætatis decurſu poteſt auferri. & dum lingua tota reſoluitur, vt ait Galenus, grauis apoplexiæ metus impendet. Si itaque loquela impediatur ratione paralyſis, ſiue materia ſit imbibita in muſculis linguæ, ſiue in neruis ſeptimi paris ſit infixa, vel id cum communitate cerebri contingat, vel abſque cerebri communitate. Si de materia chirurgica ſermo fiat, præter ſectionem cephalicæ, quæ in materia ſanguinea probatur, & venarũ ſub lingua, præter cucurbitulas ſub mento applicitas, & etiam ſcapulis, dum non licet venam ſecare, & præter frictiones extremitatum, dum cætera remedia non conferunt, vltimo loco laudantur cauteria nuchæ, & primis colli vertebris affixa, quæ diu aperta detineri debent. Medicamenta vel ſunt communia, vel determinata. Communia, quibus vtendum præcipue dum materia fuerit aquoſa, & frigida, ſunt hieræ primo minores, deinde maiores, pilulæ cochiæ, de hiera cum agarico, & cætera in paralyſi propoſita, quibus vtendum præparata materia cum ſyrupis ibi propoſitis. maxime etiam probantur clyſteria primo lenia, deinde acuta, iteratis vicib. adminiſtrata. His autem corpore expurgato, antequam ad determinata deueniamus, laudantur caput purgia per nares. deinde ad topica confugiendum, quæ vel extrinſecus, vel intrinſecus adminiſtrantur: extrinſecus probantur fomenta, inunctiones, ſtillicidia parti poſteriori capitis, nuchæ, & primis colli vertebris applicita vſq; ad rubificantia aſcendẽdo, quę omnia ex capite de paralyſi patent. Verbi gratia licet recipere rutæ, ſaluiæ, roriſmarini, iuæ, maioranæ, calamenti, vel conſimilium an. q. ſufficit, bulliant in vino & aqua ana cum pauco aceto, & cum ſpongia vel alio modo partibus dictis admoueantur. idem dicendum de ſtillicidio ex aquis ſulphureis thermalibus, & poſt hæc fomenta, & ſtillicidia, fiat inunctio ex oleis, vel linimentis in paralyſi propoſitis. Intrinſecus vero laudantur gargariſmata, frictiones linguæ, & exiccantia in ore retenta à mitioribus incipiendo, & ſenſim ad fortiora aſcendendo. Leuiora ſunt ſuperius propoſita, ſtœchas, hyſſopus, coſtus, origanum, pulegium, thymum,

Cauſæ imminuẽtes

Aui. 1 ʒ tri.

Gal. 14. meth.

Gal. 1 præd. com. 5.

Cauſæ deprauãtes.

5 in 2. epid. 78.

Signa.

Prognoſt.

Galen. 4. de loc. c. 3.

Curatio.

Ad linguę paralyſim.

Chirurg.

Pharmacia.

Communia.

Topica.

Digitized by Google

thymum, radices capparis, acorus. fortiora ſunt gingiber, cinnamomum, pyrethrum, nigella, piper, ſinapi, ſtaphiſagria, ſal ammoniacus, euphorbium, ex quibus poſſunt parari decoctiones, pulueres, pilulæ, incorporando pulueres cum caſtoreo, terebinthina, laudano, vel tragacantho. & dum hæc applicantur, maxime expedit exhibere theriacam, vel mithridatum, vel ſimile ſemel in hebdomada. Præterea caſtoreum retentum ſub lingua eſt admirabile. eodem modo confectio ex pyrethro, & confectio anacardina per interualla exhibita, illinita, & extrinſecus nuchæ emplaſtrata maxime probatur. ita confert frictio linguæ cum acetoſis, ſtipticis, vt eſt fructuum acetoſorum ſuccus, acetum. & ſi timeatur materiæ fluxibilitas, prædictis miſcenda adſtringentia, vt flores granatorum, roſæ, flos ſquinanti, cum ſpodio. denique, dum cætera non conferunt, vtendum propoſitis à Raſi, quæ ſunt valentiſſima: vnde laudatur gargariſma ex aceto, & pyrethro, & poſt gargariſma,

*Raſ.9.ad Alm.c.69.*

*Ad ſpaſmum ſiccum.*

Recipe ſalis ammoniaci, piperis, pyrethri, ſinapi ana & ex eis pulueriʒatis lingua diutius fricetur. & ſi ſequatur ardor, vel linguæ excoriatio, facile corrigitur. Si vero loquutio læditur propter linguæ conuulſionem, & areſactionem ratione febrium acutarum, laudatur ſtillicidium aquæ tepidæ ſuper nucham, & vertebras ceruicis, quæ loca deinde cum oleo, & præcipue violato tepido inungi debent cum ſufficienti frictione, vt vis medicamenti in profundum penetret. Præterea idem oleum in ore detineatur, immo adhuc magis probatur oleum amygdalinum, ita lac ad hoc conueniens eſt.

*Raſ.lo.cita.*

*Ad ligamenti longitudinē.*

Si vero impediatur propter ligamenti longitudinem, fiat ſectio illius per tranſuerſum, vt totum in latitudine ſecetur. cum lanceola curua, ſubtili in extremitate, & fiat ſectio in loco magis opportuno, ratione cuius lingua ad motum magis facilitari videatur. & poſt ſectionem imponatur in vulnere parum coti infuſi in oleo roſaceo tepido, vel in oui albo, vt partes ſolutæ diſtantes conſeruentur. Auicenna vero imponit filum cum acu, & ſtricte ligat donec rumpatur.

*Aui.c.proprio.*

*Ad magnum linguę tumorem.*

Poſtremo, ſi motus impediatur ratione magni tumoris, quantum attinet ad præſidia chirurgica in materia ſanguinea laudatur imprimis ſectio vtriuſque humerariæ, vel ſaphenarum, dum menſtrua retenta ſunt in cauſa. idem dicendum de hæmorrhoidibus. deinde cucurbitulis, ſcapulis affixis, materia diuertenda, & etiam nuchæ applicandæ ſunt. & ob id etiam vtendum ſectio venarum ſub lingua.

*Purgãtia.*

Medicamenta vero vel ſunt communia, quæ reſpiciunt materiam pituitoſam, vt ſunt cochiæ, vel ſimile medicamentum. idem dicendum de clyſterijs (oportet enim, vt fiat reuulſio, totum per inferiora purgare) vel ſunt determinata.

*Gal.14.meth.c.8.*

*Topica.*

quare materia exiſtente ſanguinea in principio vtendum reprimentibus: ideo laudatur acetoſitas citri, aut ribes, aut vinum granatorū acetoſorum, ex quibus lingua aliquo modo fricetur, & in ore detineantur. fit enim repercuſſio, & ratione acetoſitatis humiditatis eductio cum ſaliua fit. in augumento ſupraſcriptis addatur diamoron; verſus declinationem miſceatur acetum, & diamoron. in materia autem pituitoſa in principio vtendum oxymelite ſimplici; in augmento addatur parum gingiberis, aut ſalis communis, ſalis ammoniaci; verſus declinationem fiat frictio cum ſale & aceto, cum cœpis; tandem addatur gingiber, & ſal gemma, & ſal ammoniacus. ſed in linguæ tumore ſingulare præſidium eſt, vt refert Galenus, ſuccus lactucæ in ore detentus, & fuit multoties experientia probatus; præcipue vero à Galeno in illo, qui per ſomnium hoc remedium adinuenit, vnde prorſus fuit ſanatus, inquit ille, nullius alterius medicamenti auxilio indigens. Si materia fuerit venenoſa ad magnas antidotos, & propria remedia recurrendum, & vitanda purgatoria in principio, quia materiam ad centrum attrahunt.

*Gal.lo.cita.*

## De vitijs Dentium. Cap. XXXIX.

POST linguæ vitia, ad ea quæ dentes exercere ſolent, tranſeundum eſt. Siquidem ij non ſecus atque lingua ad iam dictas functiones obeundas, maſticationem ſcilicet, & loquutionem ordinati ſunt: hoc tamen diſcrimine, quia ſicuti lingua præcipuum eſt loquutionis organum, & comeſtioni deinceps valde confert, ita dentes ſunt principale attritionis ciborum inſtrumentum, ſubindeque loquutioni maxime opitulantur. quo fit, vt dentibus anterioribus deficientibus, loquelæ depranatio ſubſequatur. Dentes igitur varijs tum morbis, tum ſymptomatibus affici ſolent. Morborum vero quidam maſticationem auferunt, dum dentes maiori ex parte deficiunt, vt in vltimo ſenio fieri ſolet: nonnulli eandem imminuūt, dum ij intemperie humidiori laborant, ratione cuius eorum radix multo humore madet, laxiorq; fit alueolus, & tunc dentes vacillāt, mobilesq; fiunt: quod etiam contingere poteſt, dum ab externa vi concutiuntur, oriturq; eorundē malus ſitus: interdum etiam imminuitur functio hæc ratione magnitudinis imminutæ, dum atteruntur aut mandendo, aut externarum cauſarum vi, vel extenuantur propter alimenti defectum, vel excauantur, quod fieri ſolet in frigida deſtillatione ſæpe recurrente. hæc .n. dentes excauat, exedit, putrefacit, ac nonnūquā ab alueolis exturbat. ita poſſunt corrodi ab acriū & erodentium humorum influxu. Quidam deniq; actionem hanc corrumpere poſſunt, dum dentes præcipue laterales aut exerti, aut longiores prominent; quo fit, vt in mandendis cibarijs ſæpe interiores genarum partes dilacerentur. Symptomatum vero quædam in actione læſa, quædam in mutata qualitate (quę ſaltem mulierum pulchritudini non minimum obeſt) conſiſte-

*Gal 6 in 6. de vul mor. com 24. Gal loc cit. Galen. 5. de comp. med. lo paſsim.*

conſiſtete poſſunt. In actione læſa, quotieſcunque vel ſtupore corripiuntur, vel dolore cru-
ciautur, quem odontalgiau Græci vocant, In qualitate mutata dum nigreſcunt, & fœdo len-
tore obducuutur. ſiue id ex detergendi incuria, ſiue ex dulcium, & calidorum vſu, ſiue ex-
pitatione cruditatis, & crapulæ oboriatur. Fit autem ſtupor non ſolum ex acerborum ace-
toſorum, & ſtipticorum eſculentorum eſu, præcipueque fructuum crudorum, verum etiam
ratione humorum, ſiue hi à capite, ſiue hi à ventriculo ad dentes confluant, acetoſi- Cauſæ doloris dentium.
tate, vel ponticitate participantium. Dolor autem poteſt excitari ab intemperie, à mate-
ria, quæ ſolet eſſe præcipua, & frequentiſſima cauſa, nec non à vermibus, qui ex materia ex-
crementitia, vel ex cibi reliquijs, quæ in dentibus excauatis derelinquuntur, putreſcentibus,

*Auic. c. pro-prio.*

generari ſolent. Materia autem poteſt eſſe tum humoroſa, tum vaporoſa, quæ in radice den
tium retinetur. ſed nocumenti principium, vt tradit Auicenna, aut ex ventriculo, aut à capi-
te deriuatur, vel ab vtriuſque ſimul. & ſi totum corpus fuerit illa materia referrum, tunc cur
ſus illius ad dentes erit ex his duabus vijs, & dentibus ſub forma vaporis, vel humoris com-
municatur. Materia autem humoroſa ad dentes deriuata, vt plurimum ſolet eſſe pituitoſa,
& interdum ſalſa, deinde ſanguinea, quæ ſolet inflammationem producere, rarius biliofa, ra
riſſime vero melancholica, & quomodocunque, materia hæc, ſiue frigida, ſiue calida, vel pro
priam dentis ſubſtantiam inuadit, vel neruulum ad ipſum delatum, vel gingiuam, & proin-
de modo in hac, modo in illa parte dolorem promouet: quæ quidem pars ratione vicinita-
tis etiam ab ipſo patiente difficulter diſtingui poteſt. cauſæ autem primitiuæ doloris den-
tium ſolent eſſe percuſſio, ventus, aer frigidus, mora in ſole ardenti, crapula, capitis madeſa- Cauſæ procatarcticæ.
ctio, & reliqua mala victus ratio. Relictis autem illorum affectuum ſignis, qui per ſe mani-
feſtiſſimi ſunt, tantummodo circa notas, quæ cauſam doloris, & locum dolentem manifeſta-
re poſſunt, diſcurremus: proindeque de ſignis intemperiei, materiæ, & particulæ, quæ dolo- Signa.
re vexatur, pertractabimus. Si igitur à calida intemperie dolor oriatur, erit intenſus, facies
ſubruſa, caliditatis ſenſus, ætas, temperatura, anni tempus, & alia communia omnia erunt ca-
lida ſiue ſint præcedentia, ſiue concomitantia: à frigidisq; iuuantur. Frigidæ affectionis
contraria erunt indicia. Si autem à ſicca intemperie excitetur, dolor erit ferè intolerabilis,
aderit ſitis, niſi coniungatur frigiditas; totum corpus, & præcipue caput ſicca intemperie

*Galen 2. de comp. med. loc...*

erit affectum, minimum ſputi eijcient, nullus aderit tumor, ſed potius dentis commotio,
præceſſere exiccantia, vt vita ærumnoſa, tenuis diæta, & aeris autumnalis conſtitutio. Hu-
miditas vero nullum dolorem infert. Si compoſita fuerit intemperantia, ſigna erunt com-
plexa, verbi gratia, ſi calida & humida fuerit, caput calidum & humidum erit, quod fa-
cile humiditate replebitur, coma plurima erit, & ſubruſa, aeris ſtatus calidus & humidus,
qualis eſt auſtrinus, aderit craſſities & rubedo gingiuæ, quæ citrina erit, ſi intemperies cali- Signa materiæ.
da & ſicca fuerit: fuſca ſi frigida & ſicca: alba ſi frigida & humida. & ſic de reliquis. Quod
ſi dolor fiat à materia, ſi ſit vaporoſa, dolor facile permutatur, niſi ſit concluſa, & tunc do-
lor eſt perforatiuus, vel extenſiuus. Si ſit humoroſa, dolor eſt magis permanens, & ſi ca-
lida ſit, cognoſcitur ex velocitate nocumenti, ex caliditate, quæ ab ægrotante, vel à tangen-
te acuta perſentitur. contrarium euenit in frigida, & inſuper frigidæ materiæ ad dentes de-
ſtillantis malarum tumor ſæpe comes exiſtit, tenuis, & calidæ raro, huiusque dolor acerbior,
illius vero mitior. Adhuc magis diſtinguitur particularis humor ad dentes influens ex re-
liquis circa corpus ſignis, ex colore, ſapore (ſiquidem amaritudo bilem, ſalſedo pituitam,
aciditas melancholiam denotat) & ex conſequenti dolore: flauæ namque bili dolor pun-
gitiuus eſt comes. pituitam ſequitur frigiditas cum diſtentione locorum. nigra affligen-
te bile, ſenſus aderit veluti ſi corpuſcula quædam in profundo confringantur. Vbi æqua-
liter omnes humores aucti fuerint, horum multitudine in corpore coaceruata grauitas
concomitatur. præterea dolor pulſatiuus humorem calidum, & præſertim ſanguinem ar-
guit, vel apoſtema, quod maturatur. Vtrum vero deriuetur à capite, vel a ventriculo
ex repletione, & nocumento ſenſato in hoc, vel in illo, aut in ambobus, facile cogno-
ſcitur. & ſi fluat ad dentes ratione imbecillitatis ipſorum, hoc ex eorum nimia humidita-
te cognoſcitur. vnde totius, & capitis temperatura ad humidum vergit, victus ratio de-
licata præceſſit in humida habitatione, idem de aeris humida tempeſtate, & alijs dicen- Signa loci affecti.
dum; & præter id, quod gingiuæ erunt laxiores, dentes mobiles de neceſſitate fiunt. Vt
autem locus affectus diſtinguatur, primo gingiua inſpicienda an ſit inflammata, an tumi-
da, & ſanguinolenta, an ſit in ea corroſio, aut putrefactio, an ſanies exeat comprimen-
do; & ſi hæc apparebunt, nocumentum erit in gingiuis; ſin minus cauſa doloroſa erit in den
te, vel in neruo: & ſi fuerit in dente, forte apparebit corroſus, aut magis tumidus ſolito, &
forte vermis erit in foramine, quod comprehenditur ex dolore interpolato, cum motu vermis,
& forte dens totus dolebit ſecundum longitudinem ſuam, & non ſecundū mandibulæ exten
ſionem. Si nocumentum fuerit in neruo, dolor, cæteris paribus, magis acutus erit, & erit in

*Galen 5. de comp. med. loc c. 8.*

profundo in radice dentis. & expandetur in carne tubea, & ſecundum exteuſionem mandi-
bulæ, & forte dens erit etiam ſtupidus, & exempto dente, parua adhuc doloris portio re-
manet. Prognoſtica varia ſint pro malorum, & cauſarum varietate. Dolor autem dentium Prognoſt.
ſui natura acerbiſſimus eſſe ſolet, & interdum adeo intolerabilis, vt quidam, ſicuti refert
Galenus, ſibi ipſis mortem conſciuerint dolorem hunc amplius perferre non valentes.
pro cauſarum autem, & loci affecti diuerſitate facilius, vel difficilius tollitur. Similiter Indicationes.
ſcopi, vel dolorem, vel doloris cauſam reſpicere debent, vt in tractatu de capitis dolo-
re dictum eſt, hoc tamen in dentium dolore ceu peculiare notandum eſt, quòd mitigantia

*Hip 6. in 6. epid tex 14*

ſeu anodina parum prodeſſe ſolent, præſertim vbi prius fluxio non fuerit ablata. Quare opor
tet potiſſimum ad doloris cauſam oculos dirigere, & imprimis Hippocratis ſententiam tanquā
admi-

admirabilem ob oculos habere, qui ait. Quibus in dentium dolore tenuia à ſupercilijs de-
» ueniunt: ijs ſi piper bene imponatur, poſtridie craſſiora prouenient: idque ſi alia non vice-
» rint: nam in Hegeſippo medicamentum ſoporiferum non vicit, ſed dolorem prouocauit.
» Quam ſententiam interpretatus Galenus, ſic habet. Admirabilis hæc ſententia eſt, non faci- *Gal. in com.*
» lis tamen, niſi quis prius ſciat excitari quandoque dentium dolorem, iſque a fluxione ero-
» dente gignitur. cum enim illa materia terrea ſit, ſtridorem in dentibus parit: ex quo vehe-
» mens dolor excitatur: præſertim cum in dentibus guſtandi, tangendique ſenſus ineſſe videa-
» tur. hunc dolorem cum leuare Medicus ſtudeat, an aliũde ad dentes dolor confluat, an quod
» ipſi perforati ſint ob id patiantur, diligenter inueſtigat. Si igitur defluere aliquid ad dentes
comperiat, quærit etiam an ex toto corpore, an ex ſuperioribus partibus, an ex inferioribus
illuc confluat. id autem ex ſuperioribus deferri compertum habet: verum multæ ſunt ſupe-
riores partes. ideo ſupercilia exempli gratia adhibuit: quare fit, vt quia inde dolor manat, cu
rari nullo modo poſſit niſi pars, quæ eum immittit, cohibeatur, & comprimatur, quod adſtrin
gentibus, & refrigerantibus perficitur. quo pacto ad loci affecti curationem deinceps acce-
dit, & vtitur medicamento, quod ex tribus piperis generibus conſtat, ac poſtero die, quod
craſſum eſt euacuat: quod ſi vires non ſufficiant ad tolerandum, ſtuporem inducere refrige-
rantibus oportet. Quare oportet ſemper, dum fieri poteſt, materiæ fluxum intercipere, & po-
ſtea materiam doloris contentiuam cauſam eradicare. Quantum igitur ſpectat ad dentium *Gal. 5. de cõ*
defectum, vt inquit Galenus, poſſumus etiam ſenes præſeruare a caſu dentium ſi auxilia gin *poſ. med. loc.*
giuis adhibeantur. vnde oportet adſtringentibus medicamentis ipſas robuſtiores, & adſtri- *cit.*

Curatio. Ad caſum dentium.

ctiores reddere. Aduertendum autem, quod dum dentes cadunt in lue gallica, antequã vta-
mur adſtringentibus: primo oportet vti materiam putridam, & veneficam extergentibus.
ideo oportet dentes inſpicere, & ſi gingiuæ gallica ſorditie refertæ appareant, poſt totius ex-
purgationem, cum oleo ex ſulphure inungendæ ſunt, deinde cum oxymelle ſcillitico, in quo
ſit maceratum guaiacum cum ſucco plantaginis, deinde inſpergatur puluis adſtringens ex
ſucco ſiccato plantaginis, ex galla immatura, maſtiche, nuce cupreſſi. ita poſt deterſionem li-
cet frequenter dentes abluere decocto guaiaci parato cum vino adſtringenti, malicorio, ma-
ſtiche, plantagine. Iiſdem adſtringentibus vtendum, dum dentes vacillant, & quomodocun-

Ad dẽtes vacillãtes & eorum tenuitatẽ.

que mobiles fiunt. Galenus autem laudat ceruini cornu ſcobes crematas, & ex vino tritas, tũ *Galen. li. de*
illitas. necnon etiam bubulum talum: ita valet ex eodem vlmi cortex in vino decoctus, & *ther. ad piſ.*
hoc decoctum in ore continetur. Tenuitatis autem dentium ob alimenti inopiam remedium *cap 7.*
nullum eſt: laxari enim, & moueri ipſos neceſſarium eſt, cum non ſolum dentes, ſed etiam lo *Gal li de re*
celli ipſos complectentes ſint attenuati. Ad gingiuas autem laxas Galenus 9. ſimp. med. pro- *me par. fac.*
bat pumicem, & 11. lib. laudat cornu cerui. ſed eodem libro ſcribebat, quod oſtreorum, dein- *cap 12*
de buccinorum, & porpurarum combuſtorum cinis cum ſale mixtus dentium ſmegma red- *Galen 5. de*

Ad dentiũ eroſionẽ.

dit efficacius non modo ad laxitatem mollitiemque gingiuarum deſiccandam, verum etiam *compo. med.*
vlcera putreſcentia adiuuanda. Si vero dentes corrodantur, vtendum his, quæ habent vim re *loc. cit.*
ſiccandi vitiati humoris influxum. &, ſi paucus fuerit humor, localia medicamenta ſufficiũt:
Inter quæ oleum de chalcãtho cum aqua plantaginis vel roſarum mixtum, & caſtigatum præ
cipuum locum tenet ſi cum pauco goſſypio hoc medicamẽto imbuto ope ſpecilli in eroſi dẽ-
tis foramen imponatur & ibi per diem integrum detineatur. Si vero multus fuerit, capitis
ratio, & prouidentia prius adhibenda. & ſi caput ratione totius affectum ſit, etiam reliqui cor
poris procuratio habenda erit. & ſi dentes præ nimia mollitie corrodantur, duriores redden-
di per auſtera, & acerba medicamenta: exiccabitur autem humiditas putrida, & reſoluetur,
ſi applicetur acetum, in quo nigella fuerit incocta cum cotto. ita laudatur nigella trita cum
gingibere illita. ita probatur acetum in quo decoquantur cappares, aut gingiber. probatur
etiam oxymel ſcilliticum. & galla ſola prohibet putrefactionem. Similiter camphora in cau-
ſa calida mirifice prodeſt, ſiue illinatur, ſiue impleatur dens corroſus. ita laudatur ſuffumi-
gium per arundinem dentis corroſi ex hyoſciamo cum ſtirace miſto. propria autem eſt galla
cum cypero, vel maſtice, ſi dens impleatur: aduertendum tamen, vt citra laborem impleatur,
& in cauſa calida cum frigidis, in frigida cum calidis, & vbi non fuerit receſſus à mediocrita-
te, impleatur cum folijs auri. Simili modo dum dentes liuidi, vel nigri redduntur, per reſi-

Ad dẽtes nigros vel liuidos.

cantia ſunt curandi, vt qui ex vitiatorum humorum influxu id patiantur, quare ſimili, cum *Galen. 5. de*
perforatis, curatione indigent. Si autem ſint prominentiores reliquis, vtendum cum Galeno *compo. med.*

Ad dẽtes prominentiores.

ferrea limula, & vt celerius, & abſque dentis commotione opus ſuccedat, oportet linteolum *loc. cap. 8 in*
molle vſque ad radices dentium circundare, deinde cum digitis ſiniſtræ manus leniter am- *fine.*
plecti, ſimulque tutò, & citra compreſſionem chirurgiam aggredi. Quod ſi dolorem perci- *Galen. 5. de*
piat, ſtatim quieſcere oportet, & vbi ex pharmacis, quæ dentes vacillantes roborant, aliquid *compo med.*
exhibuerimus rurſus, vt dictum eſt, curatio aggredienda, iterumque modice ceſſare opor- *loc. cap. 9.*
tet, donec extremitates deterantur. atque id non prima tantum die bis, & ter, ſed etiam ſe-
quenti faciendum eſt. ac imperandum ægro vt neque loquatur, nec durum aliquem cibum

Ad dẽtiũ ſtuporem.

accipiat. vtatur autem ſucco ptiſanæ, & ſorbitione ex alica, & pane madido. At vero dum den
tes ſtupore laborant, probatur portulaca manducata. ait enim Galenus: cumque hic affectus
ab acidis, aut acerbis excitetur, obſeruatum eſt portulacam eſſe accommodatam, quamquã
dentium ſtuporem a fluxione, aut propter vomitum, aut a ferræ ſtridore, aut attritu molę ex-
citatum nihil plane iuuerit. quare laudatur etiam oleum calidum in ore detentum, vel maſti

Ad dẽtiũ dolorem.

catio ceræ, aut caſei. hæc enim ſui viſciditate ſtipticitatem derelictam remouent: idem de pa-
ne calido, & de ſale confricato ſtatuendum eſt. Si vero dentes dolore affligantur, dum dolor

Ad intẽperiẽ calidã.

ab intemperie calida oritur, detineant in ore aquam roſatam cum tertia parte aceti, vel ſuc-
cum plantaginis, ſolatri, ſemperuiui, vel decoctionem ex roſis, myrto, folijs ſalicis, vel oleum
ompha-

Digitized by Google

omphacinum, vel roſaceum. vel myrtinum, vel nenupharinum, & vrgente neceſſitate, ratione maioris penetrationis, & repercuſſionis pro ſingula vncia ſucci, aquæ, vel olei, licet addere ſemiſcropulum camphoræ; & dum adeſt neceſſitas, licet etiam addere acetum in ſubquadrupla proportione.

*Notãdũ.*

Aduertendum autem, quod vbi gingiuæ fuerint affectæ, remedia, quæ nudis locis affectis adhibentur, debent eſſe mordacitatis expertia, vel mediocriter acerba, & tertei

*Aet. lib. 8. c. 37.*

temperamenti. vnde acetum ipſum, vt hoſtilem gladium tunc deuitare oportet, quia gingiuas corrodit. quare (vbi ſorte doluerint, & inflammatæ fuerint) maxime conſolatorium eis exiſtit lac aſininum, necnon pimpinella herba trita. Vbi vero dentes tantummodo patiuntur, aut ſubſtratus neruus, penetrantia, & acetum præcipue adijcere oportet. vnde etiam in morbo frigido calida renuium partium applicamus, vt infra apparebit: Calida igitur exiſtente affectione conducit decoctum in aceto albo radicum halicacabi, ſempet viui, portulacæ, per-

*Hip. & Gal. 3. aphor. 18.*

dicij, ſeu parietariæ, glicirizę. immodice enim frigida ſunt cauenda, quia ab eis dentes læduntur. ita licet in vino violas decoquere; & ore vinum ipſum detinere; &, ſi intolerabilis ſit dolor, vtendum hyoſciami folijs, vel ſemine papaueris hortenſis, vel lactucæ in aceto albo decoctis. in aurem vero propinquam oleum lumbricatum inſtillare conducit. item oleo roſ. vel de nenuphare, & de papauere partes dolenti denti vicinæ inungendæ ſunt.

*Ad intemperiẽ frigidam.*

Si vero dolor ex frigiditate oriatur, probatur vinum calidum in ore detentum, & decoctiones ex rebus calidis, vt ex ſandaracha, maſtice, ſaluia, hyſſopo, origano, calamẽto, pipere, gingibere, pyrethro, dictamno, ſatureia, vel ſimili. & licet addere octauam, vel decimam partem aceti. ita magnæ confectiones dentibus illitæ probantur, & valentiſſima eſt aqua vitæ: auribus autem caſtoreum cum nardo in oleo decoctum infundatur.

*Ad ſiccitatem.*

Quod ſi dolor fiat ex ſiccitate, laudatur frictio dentis cum butiro, adipe anatis, vel ſimili, vel etiam collutio dentis ex decocto liquiritiæ, maluarum, ex ptiſanæ ſucco, aut amylo cum ſapa, & lac aſininum maxime confert, & in quacunque intemperie hæc localia ſunt adminiſtranda poſt totius procurationem, & dũ dolor vrget, & ab eo fit humorum attractio ad dentes, conducit applicare repercutientia, & adſtringentia temporibus, quæ ſunt è directo dentis dolentis: vt oui album cum pulueribus adſtringentibus calidis, vel frigidis, prout humor fluens, vel fluxurus, vel capitis intemperantia exigit. Victus autem ratio ſemper ſit intemperantiæ contraria, & ſemper cauſæ procatarcticæ ſuperius propoſitæ, & ſomnus meridianus præcipue poſt cibum, & repletionem remoueãtur.

*Ad dolorem à materia ortũ Chirurgica remedia.*

Si vero dolor fiat à materia, dum eſt ſanguinea, & præcipue inflammationem producẽs, & apoſtema; pro totius euacuatione, necnon pro diuerſione, & reuulſione, laudatur ſectio cephalicæ ab eodem latere, dum materia tranſmittitur à capite, & etiam baſilicæ, aut ſaphenæ, dum à membris inferioribus mittitur. ita laudantur cucurbitulæ ſcapulis affixæ, frictiones, extremitatum lotiones, crurum ligaturæ doloroſæ, inciſio venarum ſub lingua, cucurbitulæ ſub mento, ſcarificatio gingiuarum, applicatio hirudinum in radicibus dentium, necnon applicatio allij triti in vola manus in parte domeſtica per noctem, quia reuellit præcipue è directo dentis dolentis.

*Cauterizatio.*

Ita inter præſidia chirurgica, dum dentes ſunt perforati, laudatur cauterizatio aut cum oleo feruenti, vel oleo de chalcantho de quo ſupra (quod eſt præſtantiſſimum) applicito cum extremitate ſtyli cotto inuoluti, & in dentis foramine inſtillato, vel cũ extremitate ſtyli tenuis igniti peruenientis ad radicem dentis, aut ad partem putridam, & corroſam, ſed prius gingiuæ, & dentes ſani defendantur cum pecia in aqua roſata infuſa, cum paſta, vel aliqua re viſcoſa applicita.

*Extractio*

Denique dum malum alijs remedijs non cedit, & dolor vehementer perſeuerat, probatur dentis extractio præcipue ſi liuidus, aut perforatus, ac vacillans fuerit, & potiſſimum vbi timemus ne nocumentum corroſionis, vel putrefactionis dẽtibus vicinis, aut mandibulæ communicetur: quod etiam fieri debet, vbi loquutionem, aut maſticationem impedit. Notandum tamen, quod ſi dens ſit ſanus, & nocumentum ſit in gingiua, eradicatio magis obeſſe, quàm prodeſſe poteſt. ante extractionem verò præcedat totius euacuatio; & ſi dolor fuerit fortis, prius ſedetur ſaltem per ſtupefacientia, de quibus infra. Extrahitur autem, vel cum ferro conſueto, facta prius gingiuarum, & ligamentorum circa radicam dentis ſcarificatione, vel cum cauterio actuali, ſiue ſit ſtylus ignitus multoties in foramine dentis applicitus, aut circa radicem, ſi non adſit foramen, ſiue ſit oleum ferуens, ſæpe, vt ſupra dictum eſt, applicitum, ſiue ſit granum olibani feruens ſæpius admotũ. vel denique poteſt extrahi medicamentis, inter quæ laudatur hoc, quod recipit radicis apij

*Raſ. 9. ad Alm. c. 49.*

ſiluestris, piperis an. puluerizetur, & cum pice liquida incorporentur, & hoc medicamento dens impleatur, vel circumuoluatur. ita laudatur inunctio dentis frequens, eo prius ſcarificato, ex oleo in quo decoquantur ranæ fluuiatiles donec diſſoluantur, donec dens facile dimouetur, & extrahitur, vel digitis, vel ſola fili ſuſpenſione aliquo impetu in rectitudine dẽtem trahendo.

*Pharmacia. Cõmunia. Topica.*

Quantum ſpectat ad medicamenta communia, varia ſint pro materia diuerſa. præcipue tamen probantur catapotia, & medicamenta in forma ſolida, vt ſunt cocbiæ, dum materia eſt pituitoſa, & cum elleboro præparatæ, dum fuerit melancholica. nam pilulæ paulatim deducuntur de potentia ad actum, quo fit, vt maior à capite fiat reuulſio. Ad interceptionem vero fluentis materiæ adſtringentia, quæ fronti, vel temporibus applicantur. vel pro oris ventriculi adſtrictione, & corroboratione intus ſumuntur, præſertim à cibo, ex ſuperius propoſitis clara ſunt.

*Ad gingiuarum inflammationem.*

*Gal. 5. de cõpo. med. loc. c. 9.*

Si vero loquamur de topicis, quibus vti expedit poſt totius, & capitis purgationem per apophlegmatiſmata, dum dolor ſit propter gingiuarum inflammationem, præſentiſſimum remedium eſt oleum lentiſcinum caliditate temperatum, recenſque in ore retentum. nam moderate reprimit, & diſcutit.

*Gal. loc. cit.*

*Ad dentis vel nerui ſubſtrati affectioné*

ratione vero inflammationis valde adſtringentia, & digerentia euitanda ſunt. Dentibus autem ipſis in propria ſubſtantia affectis, aut ſubſtrato eius neruo, vehementiſſimis vtendum, ſiue quis repellere, ſiue diſcutere velit, & ideo pleraque ipſorum ex aceto acerrimo præparantur, & in principio debent

eſſe

Digitized by Google

eſſe reprimentia; deinde partim reprimentia, partim digerentia vſque ad medium ſtatus: poſtremo ſint reſoluentia, aut maturantia vſque ad finem. Quo ad repellentia, in cauſa calida laudatur ablutio ex aceto in quo decocta ſit galla, vel radix halicacabi, vel eius folia, aut alterci ſemen, vel mirti folia, & cætera propoſita ad intemperiem calidam. in cauſa frigida in principio fiat repercuſſio cum oleo roſ. miſto cum maſtiche, aut ſandaraca. ab Auicenna vero probatur alumen aduſtum aceto extinctum cum æqua ſalis portione adminiſtratum, & deinde os cum vino abluatur, vel decoctione gallarum in vino, & aceto. in augmento vero laudatur oleum roſatum cum vino, in quo decocta ſint maſtiche, paſſulæ, vel fœnumgræcum, & ſandaraca cum aceto maxime prodeſt: nam prohibet fluxionem materiæ, ſtringit gingiuas, & dolorem ſedat. Demum deueniendum ad reſoluentia, vel maturantia, ſicuti eſt vinū in quo paſſulæ, ficus, & fœnumgræcum fuerint decocta. ita laudantur ficus maſticatæ, & in ore retentæ: maturant enim, & ſedant dolorem. idem præſtat oleum decoctionis radicis altheæ, fœnigræci, chamæmeli, meliloti, ſingulariter vel coniunctim, & hoc in cauſa calida. in frigida vero conuenit vinum in quo decoquatur hyſſopus, thymus, ſuccus porri. notat autē Galenus, ex Hippocratis mente, quod in naribus, & in gingiuis materia potiſſimum ſuppurat, quia propter partium denſitatem materia per halitum diſcuti non poteſt. & hæc de reſpicientibus potiſſimum cauſam doloris dicta ſint.

*Mitigantia.*

Ad mitigandum vero dolorem maxime probatur euaporatio per arundinem ore ſuſcepta, vſque ad radicem dentis ex decoctione maluarum, anethi, altheæ, parietariæ, chamæmeli, meliloti, fœnigræci, ſeminis lini, ſeminis canlis, ſeminis porri, ex quibus poſſunt etiam fieri emplaſtra, & exterius applicari. Similiter

*In aures, & nares inſtillata.*

valde extolluntur, quæ in aures ab eodem latere inſtillantur, vt eſt oleum amygdalarum dulcium, amararum, ſambucinum, quodcumque horum coctum fuerit in cepe concauo, & poſtea cum eo miſceatur aliquid caſtorei, vel euphorbij, vel etiam, dum dolor vehementiſſimus eſt, aliquid opij. Ait autem Galenus, ſolum radicis betæ ſuccum naribus immittito, & dentium leuabis dolorem.

*Ad naturam vaporoſam.*

Et ſi dolor fit à materia vaporoſa, reſoluatur cum ſagapeno, galbano, granisque rutæ ſilueſtris. Quod ſi mitigantia non conferant, & dolor nimis vrgeat, confugiendum ad ſtupefacientia, quibus tamen paulatim vtendum, præcipueque in calidorum humorum defluxu. ideo laudatur ſuffumigium ex hyoſciamo, vel etiam licet accipere olei roſ. vel ſyrupi acetoſi vnc. ſem. cum ſcrop. ſem. opij, & ſuper dentes illinire. valet etiam pyrethrum, & camphora æquis port. ita probatur decoctio hyoſciami, vel eius radicis in aceto, cum oleo roſato qua dentes abluantur, & ſolatrum cum aceto, & expertum eſt, & hæc in cauſa calida. In cauſa frigida. ℞. hyoſciami albi, ſtyracis, opij, galbani, ana drach. j. aſſæ fœtidæ, piperis ana drach. ſem. miſce cum rhob, & liniatur dens. vel recipe opij, caſtorei ana gra. ij. miſceantur cum oleo roſato, & in aurem è directo inſtillentur. vel ℞. oxymellis ſcillitici drac. ij. opij gr. v. cum cotto in hoc inuoluto dens, & radix eius inuoluatur.

*Gal. li. de co*
*med. per. ſe.*
*c. 12.*

*Stupefacientia.*

*A proprietate agentia.*

Ex quacunque autem cauſa fiat dolor, laudatur à proprietate ſuffumigium ex dente canis. ita licet dentem illum exuſtum, & modico aceto tritum calidum in ore retinere. Similiter laudatur decoctum in aceto ſpolij ſerpentis, radicum capparorum, corticis & ligni pini, radicis, & pulpæ colocynthidis, vnius vel alterius ſeparatim. idem dicendum de radice raphani, de folijs almezereon, pyrethro, gingibere, cucumere aſinino, ariſtolochia rotunda, in aceto decoctis, vt ſupra præcipueque in cauſa frigida, & elleborus in vino decoctus vltimus eſt. Maxime etiam probatur piper, & pix ſimul mixta dentibus appoſita; vel etiam opoponacum cum pyrethro; ſeu

*Ad vermes.*

puluis ex origano, & nitro ſuper dentes, & gingiuas aſperſus. ita laudatur puluis ſubtilis ex drach. 1. pyrethri, & vna ſtaphidis cum cera incorporatus, quo dens inuoluatur. admirabile autem eſt ſpolium ſerpentis combuſtum, cum oleo mixtum ad formam vnguenti denti appoſitum. Tollit etiam dolorem, & vermem occidit ſuffumigium cum traiectorio, ſiue cum arundine, ex ſemine porri cum pice, vel etiam ex puluere ſeminis hyoſciami cū pauca cera incorporati ſuper ferrum candentem proiecti, & ore ſuſcepti.

*Ad dētes ab omnibus vitijs præſeruādos.*

Dentes autem optime detergit ac tuetur, ne putreſcant, neve erodantur, ſal theriacale, vt teſtatur Galenus, & ex eodem Galeno lauato dentes bis menſibus ſingulis vino, in quo ad medias decocta ſit tithymali radix, & nunquam dolebunt. ita ad præſeruandum a dolore, firmandas gingiuas, & conciliandum cādorem lanam ſuccidam linteolo alligatam torreto, adiecta deinde tertia ſalis portione, terito omnia ſimul, & perfricato hoc puluere dentes. idem præſtat puluis vſti, contritique capitis leporis, vel contritum ex melle ſalem ad ceræ craſſitiem, linteoque mundo illigatum vrito, quo deinde addita iridos portiuncula, dentes perfricato. Ad candidos autem dentes efficiendos, Gal. 6. ſimpl. laudat ariſtolochiam. & lib. 9. ſcribit pumicem ſplendorem dentibus conciliare non tantum facultate, ſed etiam aſperitate, & eodem modo cornua deuſta eoſdem dentes ſplendidos efficere. & lib. 11. ſcribit cornua capræ vſta tū ad dentium candorem, tum ad contrahendum mollitie fluidas gingiuas probari. idem vero ait fieri ſi ſæpia non vſta contrita, & læuigata admoueatur.

*Gale. lib. de ther. ad Piſ. c. 16.*

*Gale lib de rem. par. fa. c. 14.*

»
»
»

*Vt infantes dentes emittant.*

Ouillum autem cerebrum exiccatum cum melle apparatū maxime probatur à Galeno, vt infantes dentes emittant. Dum autem dentibus putrida, & vitioſa fluxione vexatis, aut alia de cauſa os male olet, laudat Galenus, vt præter purgationem, aut medicamentorum ad hoc facientium potum, huic rei ſuccurramus quotidie parum, quid aut amomi, aut folij malabathri, aut aliorum huius generis odoratorum ore aſſumendo, priuſquam domo egrediantur.

*Ad oris fœtorem.*

*De oſcitatione.*

De oſcitatione vero, quæ muſculorum, qui maſticationi inſeruiunt, & inferioris mandibulæ propria eſt, quemadmodum in omnibus muſculis pandiculatio ſymptoma eſt, non eſt vt pluribus agamus, quia cum ambo hæc, inquit Galenus, a natura fiant, vt halituoſa excrementa euacuentur, vt in lib. de cauſis ſympt. demonſtratum eſt; ſiue ſit humiditas flatuoſa, ſiue ſpiritus vaporoſus; per ſe ipſam curari ſolet ſpiritu a calore, & muſculorum extenſione breui tempore diſcuſſo. dicebat

bat

Digitized by Google

bat autem Galenus, ſpitationem longam continuatum oſcitationum, aut ſignum, aut cauſam medicatoriam exiſtere.

## *De affectibus Tonſillarum.*

## *Cap. XL.*

DVPLICITER affici ſolent tonſillæ ſeu glandulæ illæ, quæ ſibi ex aduerſo in otis termino vtrinq; iacent. Vel .n. deſtillatione frigida imbutæ tument, (quod ſæpius contingit) tuncque ſub maxilla tumor tactu, viſúque intus animaduertitur, hicque ceu fruſtulum quoddam faucibus inhæreſcens mole ſua premit, obſtatque ne cibus, potus, & ſaliua facile vorentur, idque ſine ſiti, ſine ardore: Vel inflammatione vexantur, & tunc, præter tumorem adeſt dolor, rubor, ardor, atque ſitis. quoquomodo autem afficiantur, tonſillæ potiſſimum vocantur, dum inflammatione corripiuntur: is enim ſcribit. Tonſillæ vero earum glandularum, quæ » in principio faucium mutuo opponuntur; vt pariſthmia, eorum » corporum, quæ in ipſis ſunt faucibus, inflammationes ſunt. & alibi ait: quarum primas Hipp. » tonſillas nominat, quæ ſunt locorum ad iſthmum attinentium inflammationes. ita apud » Græcos ex eodem Galeno, tonſillarum affectus antiades vocantur. Vbi vero partes tonſillis contiguæ tale quippiam patiuntur, pariſthmia Græci vocant, fortaſſe, vt ait Galenus, per metaphoram ab his, qui proprie dicuntur iſthmi, nomenclaturam ſuſcipientes. Quarum partium affectiones ſimiles iam dictis notas præſeferunt. vnde dum inflammantur, præter dolorem, & deglutiendi difficultatem, interdum febris, & ſpirandi difficultas adnectitur: excitantur autem dictarum partium inflammationes præſertim lactentibus ratione lactis, & pueris, quia multo cibo ſe explent, & teneram habent texturam, vt affirmauit Hippocrates. adultis autem ſæpe ex nimia meri potione eueniunt, & à multa ac auidiore deuoratione ciborum maxime acrium, & aſperorum. Freqnentiſſime vero tonſillæ cum partes calidæ, & humidæ ſint, inflammationem incurrunt, & præcipue in his, qui plurimo ſanguine abundant. concocta autem inflammationis materia, interior cuticula facile diſrumpitur, abſceſſuque facto, pus in os, & in fauces emanat. hinc vlcus ſequitur ſordidum, & quo graueolens fit reſpiratio. Oritur etiam eiuſmodi vlcus frequenter citra phlegmonem ex humore ſalſo, vel acri, qui molles, humidas, calidaſque tonſillas protſus exedit. nonnunquam & ex contagionis labe incipienti lui venereæ familiare eſt. Dum autem in tonſillis vehemens fuerit inflammatio, vt periculum ſit ſuffocationis, ſtatim cephalica ſecari debet, repetita detractione, ſi ætas permittat, & multa adſit plethora, vel ſi adſit maxima ſanguinis copia, primo balica, deinde cephalica aperiatur: & ſi vnà cum ſanguine calidi, vel vitioſi ſucci redundarint, leniente medicamento vtendum erit. Deinde ad topica erit tranſeundum, quæ primo debent eſſe reprimentia, &, ſi moderatus fuerit influxus, ſint auſtera, vt eſt decoctum palmularum, roſarum, pampinorum vitis, rubi, cythinorum, cidoniorum, pirorum, ſorbarum, interim cypeti, ex quibus fiunt collutiones. Si autem vehementior ſit influxus, ſint acerba, nam acerba validius adſtringunt, quàm auſtera. ideo laudatur myrti, & baccarum eius decoctum, vel arbuti, & vniuerſi quercini generis, meſpilorum, cornorum decoctum. generoſiſſimum eſt gallarum decoctum, rhois coriarij, myricæ fructus, floris mali punici. Aduertendum tamen ne mel in principio ad gargariſmos adijciamus, ne propter acrimoniam malum irritemus, remittente autem inflammatione, licet immiſcere. quo etiam tempore calidiora proſunt; quamuis etiam inter initia medicamenta tepida adhibenda ſint: frigus enim non tolerant inflammata, ſicut nec plurimum calorem. Poſt reprimentia ptiſanæ ſuccum, in quo decoctæ ſint paſſulæ, gargarizent, aut calidam ſurfurum decoctionem, aut ſapam, aut decoctum liquiritiæ, ficuum, hyſſopi. Extrinſecus vtendum fomentis ex ſpongia madida in decocto chamæmeli, altheæ, maluarum, fœnigræci, meliloti. ita licet vti cataplaſmate ex iam dictis cum farina hordei, ſeminis lini, fœnigræci, & ſi ex vſu acriorum gargariſmatū exaſperetur inflammatio, abluatur ſucco ptiſanę tepido, vel lacte tepido. Quod ſi inflammatio permanear, & dictis non cedat, ſuppuratio expectanda erit. hæc autem cognoſcitur, quoniam inflammationis ſigna augeſcunt. & exacerbationes ad veſperam fiunt fortiores cum horrore, & inæqualitate, & aliquando cum febre. quare tunc ſuppuratio adiuuanda erit collutionibus ex aqua mulſa calida, ex decocto caricarum, hyſſopi, liquiritiæ. Extra vero cataplaſmata iam dicta imponantur donec ſuppuretur, & ex ſe aperiatur: & ſi per ſe non aperiatur, exhibenda gargariſmata acriora ex pulegio, hyſſopo, thymo, calamentho in ſapa, aut aqua mulſa decocta. & ſi tumor non rumpatur, incidatur eo modo, quem docet Aet. lib. 8. cap. 45. & 48. deinde vtendum mulſa calida ſimplici, deinde roſatum decocto admiſta, donec ad cicatricem perducatur, ſed iſtarum partium vlcera curanda ſunt, quemadmodum dictum eſt in capite de curatione vlcerum otis, ſiue ſint ſerpentia, ſiue non: ſiue gallica, ſiue non.

*Gal li de tumor præter. natu. c. vlt. Gal 3. aph. com 26. Galen 3. de ſymp. cau c. 2. in prin. Gal. 3. apho. com 26. Aet li c. 45 Hipp 3. aph. 26. Aet. loc. cit.*

*Galen. 4. de ſymp. med. c. 7. & 6. de comp. med. loc. ca 3. Aet. loc. cit.*

Pariſthmia. Curatio. Topica. Extrinſecus.

De

## *De vitijs Columellæ.* *Cap. XLI.*

COLVMELLA, ſeu gurgulio duplicem affectũ imprimis ſubire ſolet: interdum enim laxior, longiorq́ue euadens in ſauces, & laryngis principium illabitur, titillatione moleſta, qua qui afficitur hanc perpetuo vorare fruſtra contendit, metnitque ne eius impetu ſtranguletur. & hoc vitium oritur, quum ea humore multo ſuperne defluente perſunditur. Interdum vero (quamuis rarius) inflammatur, tumetq; cum dolore, rubore, ardore, febre, & deglutiendi difficultate, ac tunc in ſauces illapſa columella maiore tædio, quàm relaxata, ſuffocationis metum concitat. prouenit autem affectus hic cum ex capite ad ipſam defluxio defertur, quæ poteſt eſſe tum ſanguinis, tum aliorum humorum. at veru cum per inflammationem columellæ pars ima craſſa, & rnrunda, ſumma vero tenuis apparet, ſtaphili apud Hip. ideſt vua nominari ſoler. Denique quemadmodum de tonſillis dictum eſt, columella erodi, & exulcerari poteſt. Eſt autem columellæ inflammatio pericnloſa, præcipue vbi vehemens fuerit, & affectus ille, qui ab Hipp. vua dicitur, ægerrime medicamentis tollitur, vt cogamur inciſione vti, quæ niſi rectè adminiſtretur, ſolet eſſe periculoſa, tum propter ſanguinis fluxionem, quæ non poteſt arceri, vt infra apparebit, tum quia deficiente columella, patienres ſolent euadere phthiſici. Ita in voce læſio neceſſario ſubſequitur propter varias huius particulæ vtilitates, nam cerebri excrementa ſuſcipit, aeris ad pulmonem ingredientis exceſſus refrangit, laryngis rimulam, & eius interiores muſculos humectat, madéſacit, & irrorat, necnon etiam vocis modulationem, & optimum ſonum conciliat, vnde non oportet ipſam ex toto abſcindere; & ſolummodo vbi multum fuerit elongata, gracilis facta, & eius extremitas pendens fuerit rotunda, tuto inciditur; quia tunc venæ illæ ſunt extenuatæ, & ſine ſanguine. Ideo dicebat diuinus Hippoc. Gurgulionem quamdiu rubet, & magnus eſt, incidere, aut ſcarificare periculoſum eſt. nam & inflammationes, & ſanguinis profuſinnes inde proueniunt: ſed eo tempore alijs artibus extenuare conandum eſt: cum vero iam totum id, quod vuam vocant, ſeparatum eſt, imaq́ue gurgulionis pars craſſior, rotundaq́ue eſt: ſuperior autem gracilis facta ſit, tunc & manu moliri aliquid tutum eſt: ſed præſtat aluum prius ſubducere, quàm manus admoueas, ſi & tempus permittit, & æger non ſuffocatur. Vbi itaque columella fuerit inflammata, probatur venæ ſectio præcipue cephalicæ. Laudantur cucurbitulæ occipiti affixæ, ſectio venarum ſub lingua. Ita reuulſionis gratia probantur cucurbitnlæ ſcapulis affixæ, necnon ligaturæ, frictioneſq́ue partium extremarum, & ſi vitioſi ſucci redundent, ij expurgari debent, præcipue lenientibus, & ſoluentibus, ſi opus fuerit, ijs tamen prius concoctis, ſi dabitur occaſio. Quibus peractis, ad topica deſcendere licet, imprimiſque vtendum reprimentibus ad inflammationem tonſillarum propoſitis, & non modo gargariſmis, verum etiam aridis, & tritis, vnde licet imponere puluerem roſarum, hypociſtidis, vel omphacij ſicci puluerizati ſuper cochleare, vel ſuper ſpecilli concauum, & columellæ paulo ſuperius eleuatæ applicare. & ſi fluxio fuerit frigidior, laudatur aloe, cyperus, iunci odorati flos, rhu ponticum, vel conſimile. paulo vero poſt principium miſcenda digerentia, & ſi dolor affuerit etiam mitigantia, vt ſunt flores chamæmeli, melilorum, altheæ radix, fœnumgræcum, erui farina, aut dulcis radix: procedente vero tempore, ſi non cedat inflammatio, diſcutientia tuto poſſunt adhiberi. & ſi tendat ad duritiem, emollientibus vtendum, vt eſt althea, lini ſemen, fœnumgræcum, quibus poſſunt parati gargariſmata admiſcendo hyſſopum, aut glicitizam. Quod ſi inflammatio ſuppuretur, occurrendum ei, quemadmodum de tonſillis dictum eſt. Si vero columella laxior, longiorq́ue euaſerit, poſt adhibitam vniuerſi purgationem & procurationem, licet vti gargariſmo ex origano, vel hyſſopo in aqua, & aceto decoctis, caticarum cremore admiſto. ſed præcipue probantur arida, verbi gratia ex gallæ immaturæ, aluminis ſciſſilis, & ſalis ammoniaci partibus æqualibus, quibus tritis & ſimul miſtis expleatur cochleare, & tangatur vua: diſcutit enim, & repellit. laudatur etiam à Galeno ægyptiæ ſpinæ fructus. ita probatur hoc, Recipe piperis, cinnamomi añ. ſcrop. ſem. corticum thuris, gallarum añ. ſcrop. 1. roſarum rubearum ſiccarum drach. 2. conterantur ſimul, & applicetur, vt dictum eſt. Ita in principio licet vti diamoron cum ſubduplo aceti, cum decoctione paſſularum, & gallarum, quæ decoctio ſit dupla ad reliqua: vel hæc decoctio miſceatur cum oxymelle, vel aceroſo ſimplici, & fiat gargariſma, deinde gradatim aſcendendum ad piper, gingiber, cinnamomum, ſal ammoniacum, ſinapi, & ſimilia. ſiue vtamur decoctione iſtorum cum melle roſato, vel oxymelle ſimplici, vel ſcillitico: vel miſceantur pulueres iſtorum cum oxymelle, & fiat electuarij forma, & applicentur cum inſtrumento ad hoc idoneo, ſiue etiam accipiantur ſoli pulueres, vt dictum eſt. Quidam vero applicant ſuturæ coronali emplaſtrum confectũ ex acaciæ ſucco cum aceto, aut ex gallis aduſtis cum aceto, quia eleuant columellam. Si vero columella putrefiat, aut ſupramodum elongetur, & gracilis fiat, vt non poſſit amplius ad benignum reduci, ne continuo irritetur tuſſis, vigiliæ, & ne ſtrangulatio ſubſequatur, excidenda erit eo modo quem docet Paulus libro ſexto cap. 31. & Aetius libro 8. cap. 41. ita licet vti cauterio actuali vel potentiali, vt aqua forti, quæ cauteria adminiſtrantur per cãnulam ferream ſatis amplam, per quam immittitur ſpecillum ignitum, vel goſſipio cum aqua forti imbuto inuolutum, ſpeculo linguam cõprimendo, & ægro in loco lucido collocato, & capite ipſius à miniſtro retẽto. aduer-

tendum

Left margin notes:

Cauſæ.

Vua.

Prognoſtica.

Columellæ ſeu vuæ vtilitates.

Curatio. Ad columellam inflãmatã.

Topica.

Ad relaxatam.

Vuæ exciſio.

Right margin notes:

*Gal. 6. de cõpo. med. loc. cap. 3.*

*Gal. 6. de ſa ni. tuen. c. 9. et 3. de ſym. cau. 4.*

*Gal. lib. de tumor. præter natu. in fine.*

*Hipp. 3. prognoſt. text. 26.*

*Gal. 6. de compo. med. loc. c. 53.*

*Gal. l. de ſſi dio. cap. 8.*

Digitized by Google

tendum tamen, vt dictum eſt, ſi fieri poteſt, ne tota auferatur, ſed aliqua portio relinquatur. & tota ablata, ægrotans caueat potiſſimum aeris frigidi inſpirationem, vel, dum cogitur per frigora iter peragere, os & nares, quo magis fieri poteſt, cooperta detineat.

## De Angina. Cap. XLII.

SI partium ſitum, & colligantiam ſpectare velimus, (ea enim principalis intentio noſtra eſt) ab affectibus capitis, qui omnes, vt opinor, diligentiſſime explicati fuere, ad eos qui ceruicem, (quæ caput fulcit) ſeu collum obſident, deſcendere æquum eſt. Cum autem humana ceruix capitis motionibus principaliter cõferat, deinde vero voci, ciborum, potuum, & aeris ingreſſui, & ſpiritus egreſſui ſubſeruiat, & angina has omnes ceruicis vtilitates lædere ſui natura nata ſit: propterea de hac primo loquemur, quia omnia fere ceruicis vitia ad præſens inſtitutum attinentia clara fient. Nam ipſam in præſentia non quatenus ex partibus ſimilaribus cõflatur, ſed prout organum diſſimilare, & quædam via eſt, perpendere debemus. Angina itaque clarioris doctrinæ gratia dupliciter accipi poteſt. videlicet vel quatenus exquiſita eſt, & vt ſic eſt morbus inflammatorius, ſeu tumor ſanguineus, ſiue a pituitoſo & frigidiori, ſiue à bilioſo & calidiori ſanguine generetur. ad quam exquiſitam anginam reſpiciens Galenus, dicebat. Angina eſt inflammatio partium, quę in faucibus ſitæ ſunt: vel prout eſt potius notha, & non exquiſita, & tunc morbus eſt magis in via, ſed citra inflammationem. de qua loquens Galenus ſic ait. Si angina & ſtrangulatio omnino poteſt eſſe ſine dolore, & ſubinde ſine inflammatione ex talibus cauſis erit. Poſſibile eſt multitudine humiditatis pituitoſæ, præſertim madefaciente tunicam gutturis interiorem, fieri abſque dolore tumorem: poſſibile eſt etiam aperientibus ipſum muſculis craſſioribus factis meatum reddi anguſtiorem. contingit etiam vtrunque coniungi. illudque impoſſibile non eſt, vt propter ſuperfluam ſiccitatem muſculorum gutturis intrinſecorũ ſupra modum extentorũ, meatus reddatur anguſtior. pariter inter ſpurias anginas eam, quæ ex ceruicis vertebris intro luxatis oritur, licet recenſere. Quamuis enim huius nothæ anginæ ſpecies principaliter in malo ſitu conſiſtat, attamen cum à vitioſo vertebrarum ſitu anguſtia ſecundario producatur, in anguſtiam & morbum in via & ipſa referri poteſt. & proinde principaliter quidem capitis motionem impedit: ſecundario autem reliquis ceruicis vtilitatibus obeſt. Huius autem cauſas, dũ de luxationibus loquemur, ex Hippocratis mente in libro de articulis, aſſignabimus. Sed ad exquiſitam anginam, de qua noſtra eſt intentio, reuertamur. Quæ, vt ex Galeni decretis colligimus, nil aliud eſt, quàm inflammatio muſculorum ceruicis. & per inflammationem non ſimplicem inflammationem ſine materia, ſeu phlogoſim, ſed tumorem inflammatorium, quemadmodum in capite de phrenitide declaratum fuit, intelligimus. Huius autem vitij differentiæ ab ipſo Galeno traduntur ex Hippocratis mente 4. de loc. affect. cap. 3. Vnde ſi ab inflammationis materia deſumantur, tunc dicimus quod angina poteſt fieri à ſucco ſanguineo, bilioſo, pituitoſo, & melancholico: à melancholia tamen raro generatur. Si vero a loco affecto capiantur, dicimus inflammari muſculos gutturis vel gulæ. Si inflammentur muſculi gutturis, vel ſunt interni, & oritur cynanches: vel externi, & fit paracynanches. Si vero inflãmatione afficiantur muſculi gulæ, vel ſunt interni, & dicitur ſynãches, vel externi & vocantur paraſynanches. Sic enim ſcribit Galenus. nominant autem Medici quidem talem diſpoſitionem, ideſt gutturis internorum muſculorum inflammationem non per ſ, ſynanchem, ſed per c, cynanchem. quibus placet faucium inflammationem per ſ, ſynanchem nominare. Nonnulli vero & paraſynanchem, & paracynanchem nominant: paraſynanchem quando adiacẽtium faucibus muſculorum inflammatio fuerit: paracynanchem autem quando extra guttur. quod etiam ex Hippocrate, & eodem Galeno alijs in locis colligere licet. Aduertendum autem, quod quemadmodum humores tenues, quia anguſtiores venas facile penetrant, in eas, quæ guttur ambiunt (cum tales ſint) potiſſimum decumbunt; ita craſſiores, frigidi, viſcidique cum non ingrediantur vniuerſas venas, quæ admodum ſtrictæ ſunt, in capacioribus detenti, & ſunt illæ quæ in gula poſitæ ſunt, in ipſis impacti in tumorem eas attollunt. Quo fit, vt muſculi gutturis à ſucco bilioſo, & ſanguineo: muſculi vero gulæ à ſanguine pituitoſo, & melancholico potiſſimum inflammentur. Solet autem angina multiplicari in vere frigido, & humido, nec non etiam autumno, præcipue dum homines vtuntur balneo, forti exercitio, & inſueto corpore repleto, vel conſimili in ratione victus errore. ideo ſcribebat Galenus. At vero Hippocrates dixit vere hiberno anginas fieri, licet angina morbus autumnalis ſit. Fit autem autumno ex humoribus bilioſis in fauces decumbẽtibus: vere autem ex humoribus pituitoſioribus conſtat, quod magna vis excrementorum ſit ad fauces comportata. vel quod deſtillationes a capite in faucibus impactæ, ſitmatæque ſint. & alibi inquit. Anginæ veru ex bilioſis humoribus ortum habent, qui ad fauces autumno decumbunt: ab illis, quæ vere fiunt, differentes, quoniam illæ ſunt quodammodo pituitoſiores. ex quibus etiam, vt ait Galenus, Hippocrates colligit anginæ ſpecies eſſe potiſſimum duas, quo ad cauſas videlicet, non quo ad locum affectum, quarum altera à glutinoſa, & frigida fluxione fit, altera à calida & acri. Cognoſcitur autem angina exquiſita, & proprie accepta ex difficili reſpiratione, acerbo dolore fauces occupante, & difficili deglutitione, vt ob id potus in nares reſiliat: &, ad differentiam

Marginal notes (left): *Gal 4. de ratione vic. cõ. 20.* — *Ga 4. ap. 34* — *Hip. 2 epid. & Galen 4. apho cõ. 31. & 2. pradi. com. 55 & 7. in 6. epid. 1. circa fi.* — *Gal. 4. de ratio vic. acu. c. 3. & 4. de cau. pulſ. c. 20.* — *Gal 4. aph. com 34.* — *Hip. & Gal. 3 progn. 21. 22 & 24. & Gal 4. de lo. c. 3. Pau. li. 3. c. 27 & Ale. li 4. c. 1 Gal. 3. prog. com. 21 & 22. & 4 ap. com 34. Gal 4. de ra tio. vic. cõ. 30. Gale. 3. de humor. com 10. Gal 3. aph. 21. & 4. de rat. vic. 31. Ga 4. de ra. vic 30.*

Marginal notes (right): Nomen. — Angina notha. — Anginæ exquiſitæ definitio. — Differentiæ. — A cauſa effectrice — A loco affecto. — Cãæ procatarcticę — Signa.

tentiam anginæ nothæ, ex rubore, calore, & febre. vt.n. ait Galenus, angina non eſt ſine febre, quia reſpexit ad exquiſitam anginam, quæ ratione febris potiſſimum à notha diſtinguitur. *Gal. 7. lib. 6. epid. 1.* Quamuis enim in vtraque adſit difficilis reſpiratio, citra thoracis, pulmoniſque vitium, attamen in exquiſita & inflammatoria adeſt dolor, calor, & rubor in partibus gutturis, & faucium, febriſque comitatur. in notha autem, in qua non adeſt inflammatio, nullum dictorum apparet, ſiue fiat à nimia muſculorum ceruicis ſiccitate, vel nimia eorundem craſſitie ratione craſſi alimenti, ſiue ex ipſorum ſcirrhoſo tumore, & frigido, ſiue tandem, vt ait Galenus, ex repletione gutturis, quæ fit ex pituitoſa deſtillatione in fauces, ceruiciſque muſculos decumbente, quod in graui catarrho ſolet contingere. *Gal. loc. cit. & 4. de loc. cap. 3.* Angina vero, quæ fit ex ceruicis vertebris intro luxatis, cognoſcitur, quia nullum ex ſignis dictis in alijs apparet, & ceruix pone excauatur, ægreque, & cum dolore inflectitur, ictus, aut caſus præceſſit, vel humor præter naturam vertebrarum vincula laxauit, vel eas ſua copia de propria ſede diſiecit.

**Signa differentiarum. Cynanches**

Quod ſi afficiantur muſculi gutturis interni, vt fit cynanches, difficillima erit reſpiratio, &, vt ait Hippocrates, ſpiritus reuulſio fit, ideſt, vt declarat Galenus, frequens & violenta reſpiratio. vnde coguntur recti & ſedentes ſpiritum ducere, quia decumbere non poſſunt. vox abrupta eſt, ait Hippocrates, ideſt diſperijt, vt interpretatur Galenus, acerbiſſimus adeſt dolor, inſignis calor, febris admodum acuta: nihil apparet extra, nec in ceruice, nec in faucibus, ſeu in partibus oris internis, quia neque color immutatur. *Hip. & Gal. 4. de rat. vic. 34. & 31.*

**Paracynanches.**

Si vero ſit paracynanches, difficulter ſpirabunt, doloreque vehementi cruciabuntur, ſed circa fauces color immutabitur, nam partes illæ erunt rubicundiores. *Hip. & Gal. 4. de rat. vic. 33. & 4. de loc. 3.*

**Synãches.**

Si vero ſit ſynanches, inſignior eſt difficultas deglutiendi, quàm ſpirandi: difficillime enim deglutiunt, noxa autem reſpirationis non eſt inſignis. Ideo poſſunt decumbere. in ceruice color mutatus non percipitur, neque partes tumidiores ſunt.

**Paraſynãches.**

Si ſit paraſynanches in collo percipitur color mutatus, eiuſque partes tumidiores ſunt, noxa autem reſpirationis minima eſt.

**Signa cauſarum.**

Materia autem inflammationis ex colore, ſapore, motu veloci, vel tardo, & alijs proprijs humorum indicijs cognoſcitur. Verbi gratia, ſi fiat à ſanguine bilioſo, dolor erit mordicatiuus, aliqua aderit amaritudo (non ſolum enim linguæ color, inquit Galenus, redundantes humores indicat, ſed etiam guſtandi facultas, qua prædita eſt) incendium erit intolerabile circa guttur, nec non febris peracuta, & lingua viridis, ſeu pallida. *Gal. 1. in 6. epid. com. 17* cum enim, vt monet Galenus, lingua magnas venas habeat, ſubſtantiaque rara, & ſpongiam referente prædita ſit, ideo promptius, quàm cæteræ duræ, denſæque particulæ, ſeroſos humores intra ſe recipit, & ab illis veluti lana coloratur. *Gal. 1. in 6. epid. cõ. 14.* Si fiat à ſanguine dolor erit extenſiuus, lingua rubra, ſapor dulcis, vel inſipidus, caput ſanguine refertum apparebit: febris & calor non erit ita mordax. Si vero ſanguis fuerit frigidus, craſſus, tumor erit cum pauco dolore, cum nullo, vel exiguo rubore, & exigua, lentaque febre. laxior autem apparebit, vbi ſanguis fuerit pituitoſus, & lingua alba. durus vero ſi fuerit melancholicus, & lingua nigra, & tunc præter dolorem exaſperatiuum, & acidum ſaporem, aderunt reliqua melancholici ſanguinis indicia. *Alex. lib. 4. cap. 1.*

**Prognoſtica.**

Eſt autem omnis angina morbus acutus, & valde periculoſus, vt in ea, quemadmodum ait Galenus, vnica ſit salutis ſpes, virium ſcilicet robur. *Galen. 10. meth. 5.* Omnium autem acutiſſima eſt cynanches, quam Auicenna caninam appellat, eo quia patiens cum anhelitu crebro linguam emittit ad inſtar canis ſub æſtu ſolis defatigati. de qua loquens Hippocrates, ita ſcribebat. *Hip. 4. aph. 34.* Si febrem habenti ſuffocatio repente ſuperuenerit, nullo tumore in faucibus exiſtente, lethale. nam Galenus in com. à ſufficienti partium enumeratione demonſtrat, quod ſolum guttur inflammatum ſubitam poteſt facere ſtrangulationem. & alio in loco habet Hippocrates. *Hip. 3. progno. tex. 21. & 22.* Anginę terribiles maxime ſunt, ac celerrime iugulant, cum nec in faucibus, nec in ceruice quicquam apparet: nam & eodem die, & altero, & tertio, & quarto ſtrangulant. &c. quæ ſequuntur, & per nil extra apparere cum Galeno, oportet colorem, calorem, & tumorem intelligere. in pluribus autem inter quartam, & ſeptimam terminari ſolet. Minus autem periculoſa eſt paracynanches, quamuis dolorem ſimilem inferat cum prædicta: in hac enim rubor in faucibus apparet. adhuc minus periculoſa eſt ſynanches, omnium minime paraſynanches. ob id Galenus 4. acut. com. text. 30. inquit, inter omnes anginas facilius curari eas, quæ cutim, quàm quæ imás partes attingunt commune tamẽ in vtriſque & colli & capitis, à quo fluxiones deſcendunt, auxilium ſumendum. Si vero cauſam effectricem perpendamus, dum à ſanguine gignitur bilioſo, periculoſiſſima eſt, & vigintiquatuor horarum ſpatio nonnunquam interficit. Vnde cum bilioſus ſanguis præſertim cynanchem gignat, de hac ſcribit Hipp. 4. acut. 35. quod ſic affectis arteria ſ. aſpera vlceratur, pulmo ardet, nec attrahere externũ aerem poſſunt & ideo, niſi ſua ſponte in exteriores colli partes affectus efferatur, grauiſſimum & ineuitabile periculum minatur. hæc omnia vero fieri ait Hipp. quod etiam confirmat in com. Gal. quia ex humoribus acrioribus affectus exoritur. in reſpirationis aũt priuatione inquit Galenus animal non perit ob alimenti defectum, ſed propter caloris ſuffocationem. Non adeo autem periculoſa eſt ſanguinea, adhuc minus ſi à ſanguine pituitoſo, vel melãcholico producatur, quãuis tunc tpis longiori ſpatio adimatur. *Hip. 6. aph. 37. 7. apho. 49. & 3. progno. 23. & 25.* Ab angina aũt habita, ſcribebat Hipp. ſi tumor fiat in collo bonũ, foras .n. morbus deducitur. & rurſus ab angina habita tumor & rubor in pectore ſuperueniens bonum, quia extra vertitur morbus. Si vero in pulmonẽ conuerſio fiat, alienationem parit, fiuntque ex ea vt plurimum purulenti, vnde Hippocrates ita inquit: Quicunque ab angina liberantur, ijs ad pulmonem vertitur, & in ſeptem dieb. pereunt, ægris videlicet ſtrãgularis, ait Gal. *Hip. 5. aph. 10.* Si vero hos effugerint, ſuppurãtur. ex Gal. aũt monitis ſi pulſus inæqualis fiat & frequens, ſi cõuulſio ſuccedat, ſpumaq; in ore cernatur, ſi tria hæc ſimul adſint, de neceſſitate pereunt. *Gal. 4. de cau. pulſ. 12.* Si non ſuccedat conuulſio, non eſt ex toto deſperandũ: nam bilis facile

*Aui. proprie ſcap.* euacuatur, quamuis ſpuma nobis ſeſe offerat. ideo dicebat Auic. ſi ſpuma appareat, lethale eſt, niſi virtus fuerit valida, & niſi etiam abfuerit appetitus deiectio. vnde virture valida, cum aliqua appotentia, et ſi ſpuma appareat, adeſt ſalutis ſpes. craſſities vero linguæ, eiuſque denigratio malum indicium eſt. ſimiliter ſi cum ſeruore præſocati facies viridis fiat, oculorumque ſinus denigretur, moriuntur. pariter ſi pulſus minor euadat, extremaque refrigerentur, lethale eſt. Qui nam vero ſcopi hauriendi ſint, ex dictis in capite de phrenitide planum eſt. oportet enim reſpicere intemperiem, dum ſcilicet angina fuerit bilioſa, vel ſanguinea, & materiam, quæcunque ſit angina. vnde quæ extra venas exiſit, digerentia requirit: Si ſit in venis partis affectæ, oppoſita repugnantia. Si ſit in parte, & tum in venis, tum extra venas poſita ſit, ad hanc deriuantia auxilia, quæ per locum laeſo proximum euacuant, diriguntur. Si materia ſit in fluxu, vel ſtatim poſſit, reuellentibus agendum. quæ tamen adminiſtranda non ſunt, niſi prius totius procuratio adhibeatur. Horum autem præſidiorum ſeriem & ordinem pulcherrime deſcribit Galenus, dum habet. Oportet igitur totum corpus euacuare vena ſecta, *Gal 4 de rat. vic. 30. com.* purgatione, & clyſtere: affectas autem partes medicamentis adſtringentibus, quæ profluentes humores extrudant, atque ex firmatis, eo qui non admodum infixi, glutinoſique, & craſſi ſunt: tum vero calidis, & acribus, quæ contentos in affectis membris humores digerant. Venę autem, quę ſub lingua ſunt, faucium inflammationē ſine medicamentis euacuant. ſed quoniam ex humoribus alij craſſi, glutinoſique ſunt, ideo hi medicamenta acriora poſtulant, quæ ſecare, & intentia diuidere, & tum glutinoſa, tum craſſa poſſint confringere. præterea vero ad exteriorem extremitatē reuellere humores oportet, circumpoſitis collo attrahentibus medicamētis: ſatius enim eſt externas, quàm intimas colli partes affici. Totum autē corpus vacare excrementis debet, & non eſſe plethoricum: tum propter reuulſionem, quæ ab euacuatione eſt, & quòd euacuato corpore, cum id quod influit, ab affecta parte expellimus, id facilius ſuſcipit; tū quia ſi aliquo calido digerere voluerimus, nihil à corpore ad affectā partem tranſmittetur. Dolor autem, quo magis fieri poteſt, mitigandus eſt. Quamprimum itaque phlebotomia vtendum eſt. & cum Galeno, & Raſi aperienda cephalica eiuſdem lateris; vel primo baſilica, vbi vehemens fuerit plenitudo, & iecur fuerit pars mittens, & deinde aperienda cephalica. & ſi angina, & dolor occupet vtramque partem, vtraque cephalica aperiatur per quatuor vel quinque horarum interuallum. & ſi ſufficiat per vnicam partem euacuare, venæ ſectio repetenda, quia larga indigemus euacuatione. quæ ſi fiat vnica vſque ad ſyncopem, vt quidam volunt, ſed excluſiue, non eſt admodum tuta euacuatio. ideo ſtatim vena reſeranda, etiam ante clyſterem, deinde vtendum clyſtere. & poſt horas quinque, venæ ſectio repetenda. & prima vice extrahatur ad vnc. 7. vel 8. ſecunda vice ad 4. tertia ad tres, & foramen fiat amplum, prout ſanguinis tenuitas, vel craſſities indicabit. & ſi malum ex menſium ſuppreſſione oriatur, aperiendæ ſaphenæ, vel venæ tali, aut malleoli: nam duplex commodum ſubſequi conſueuit, conſuetarum vacuationum reditus, & affectus liberatio. idem dicendum de hæmorrhoidibus vbi fuerint ſuppreſſæ. Si malum perſiſtat, aperiendæ ambæ venæ linguæ, quia, vt inquit Galenus, harum ſectio magnifice prodeſt, ſed poſt principium ac ipſe. & quia malum fouetur à capite, vt ipſum euacuemus, oportet aperire venas prope angulos oculorum exiſtentes: nec non venas frontis, narium: nam quidam per fluxionem ſanguinis narium curantur. ideo licet etiam his partibus hirudines applicare, nec non etiam ceruici. Si virtus, vel ætas prohibeat venæ ſectionem, pro totius euacuatione, cucurbitulis ſcarificatis vtendum, quæ cruribus, & infra renes applicantur: non autem dorſo ne malum, vt conſueuit, in vitia pulmonis abeat. poſt totius autem euacuationem, licet ipſis vti in parte affecta, dum ſcilicet rebellis materia digerentibus non cedit. ideo poſſunt affigi ſub mento, ſi tumor circa fauces, & maxillas exiſtat. in collo vero inter primam, & ſecundam vertebram, dum tumor extrinſecus non apparet, & afficiuntur interni gutturis muſculi. & tunc oportet locos ſcarificatos oleo, & ſale perfricare, vt aperti detineantur: ſecus, ſi male tractetur, in ſcirrhum migrat, ad quod quidam reſpicientes, vtuntur veſicatorio in collo cum melle anacardino excitato circa ſecundam vertebram diuerſionis gratia. Inſuper reuulſionis cauſa vtimur extremarum partium frictionibus, ligaturis, & etiam lotionibus cum aqua calida, præcipue pedum. cucurbitulæ vero non ſcarificatæ ſunt in vſu dum deglutire non poſſunt. vnde applicantur magnæ, & cum flamma, & impetu, vt vertebræ extra moueantur, & gula aperiatur. & oportet vt cucurbitula adſit eo tempore, quo potionem accipiunt. quo præſidio non conferente, vtendum cannula ænea, vel argentea in partibus penitioribus immiſſa, in cuius extremitate ſit appoſita veſica repleta potione, vel hordeacea, vel mulſa dilutiore, vel deſtillato, & veſica illa comprimenda eſt. Ad priuata autem, & topica confugiendum, corpore iam expurgato. Poſt ſanguinis miſſionem Hipp. & Galenus, alui ſubductionem, & totius expurgationem præcipiunt, quæ confert tum gratia euacuandi totum, vt poſſimus tuto ad localia deuenire; tum gratia transferendi ad partes inferna motum humorum, qui ad partem affectam transferuntur. ideo interdum vtitur Galenus clyſterijs, quandoque purgantibus per os: verum ratione febris acriora cauenda ſunt, vt niſi febris ſit vehemens liceat vti acrioribus clyſmatibus. hæc autem probantur, dum virtus debilis eſt, vt non poſſit medicamenta per os perferre. inquit enim Hipp. 4. acut. 20. quod ſi æger ob ſanguinis miſſionem copioſam, imbecillior eſſe videatur, loco purgantis per os dati, clyſterem tertio quoque die infundere debemus: id autem iubet, inquit Galenus, non vt ſolum alimenti excrementa ſubducat, verum etiam vt affectum locum expurget. & ob id clyſteria debent tunc cum purgantibus parari. Ideo Raſis in pituitoſa, & melancholica angina, quæ ſit à ſanguine frigidiori, vtitur pilulis cochijs, de hiera, imo ad pilulas de euphorbio aſcendit.

Left margin notes: *Alex. lib. 4. cap. 1.* — *Gal. lib de rat. cur. cap. 19. & 4 de rat. vic. cit.* — *Raſ. 5. ad Alm ca. proprio.* — *Pau. l. 3. ca. 27.* — *Hip. li de lo. in homine poſt mediū. Galen 4. de rat. vic 20. & 20 & 6. de cōp. med. loc cap 3 de M.p & Gal. 7. in 6. epid. & citati ſunt*

Right margin notes: Indicationes. — Curatio. Venę ſectio. — Hirudines. — Cucurbitulæ ſcarific. — Veſicatorium. — Frictiones. — Ligaturæ. — Lotiunes. — Cucurb. non ſcarificatæ. — Cānula argentea. — Pharmaca cōmunia, & purgantia totum.

dit.vnde licet vti decoctione agarici,diacatholico,epithymo, pilulis indis.in bilioſa vero mi-
tioribus occurrit,vt caſſia,manna,thamarindis,prunis:ita laudatur ſyrupus roſ.ſolut.viol.ſo-
lut.ſaccharum violatum, quia febris peracuta calidiora prohibet.ideo oportet videre an ma-
ior ſit vis febris,vel materiæ.Si febris maiorem vim habeat, validum ſoluens cauendum: Si *Alex. loc. cit.*
materia,præbendum ſoluens,& celerrime agens. ideo Alexander non in omni angina bilio-
ſa,ſed ſolum in ea,quæ non dat inducias,vt cuius imminet ſuffocatio, ſcammoneum præbet,
ſed cum ptiſana hordeacea, quod etiam cum violarum decocto, vel ſimilr propinari poteſt.
propterea, dum ſecta vena malum non cedit, illico eadem die exhibet ſcammoneum, quia
affectus hic ſpacio 24.horarum, & citius interficit. ideo prima die licet propinare ℥.4.vel ℥.
grana diagridij. Si non poſſint deglutire,ad clyſteres confugiendum modo acriores, modo
Topica. minus acres,pro febris,& materiæ vehementia.Præparantia,& alia aperta ſunt. Topica vel
Interna. intus,vel extra adminiſtrantur. Si intus,vel ſunt reprimentia,vel digerentia: primo autem
Reprimẽtia. vtendum reprimentibus,ſed poſt purgationem,vel ſaltem poſt venam ſectam.deinde miſcẽ-
da cum digerentibus,demum ſynceris digerentibus vtendum,vt nulla, vel exigua ſit portio
Ad bilioſam. reprimentium,& eorum,quæ mitia ſunt. Laudatur autem ad reprimendum à Galeno, rhob
nucum,& diamoron.Si itaque angina ſit bilioſa, diamoron conficiatur ex ſucco mororũ im-
maturorum,& fiat cum ſaccharo,quia præſtantius erit.Si non adſit diamoron ita confectum,
laudatur ſuccus ſolatri,ſandali,camphora,mucilago pſillij,& alia pontica,& acerba. vnde ex
pedit ita parare medicamentum,Recip.extremitatũ rubi man.1.gallarũ immaturarũ ruditer
cõtuſar;malicorij ruditer contuſi ana vnc.ſem.aquæ plantaginis lib.5.fiat decoctio ad cõſum
ptionẽ dimidij,deinde exprime, & cola,& adde aquæ roſatæ vnc.5.diamoronis vnc.2.miſce,
& nõ gargarizẽt,quia partes inflãmatæ quieſcere debẽt,ſed illud actu frigidũ in ore detineãt
(in pituitoſa enim,& melancholica debent eſſe tepida) idem dicendum de rhob nucũ,quod
fiat cum ſaccharo. Sed quia hæc ſolent partes inflammatas exaſperare, ideo ſi dolor exacer-
betur,illico debent caueri,& addenda mitigantia aſperitatem illam,vti ſi propoſito medica-
mento addantur liquiritia,caricæ,decoctum videlicet iſtorum,capillorum veneris, & ſi ma-
gis vrgeat dolor,abluendum os cum lacte,in quo licet immittere extremitates rubi. & vrgẽ-
te neceſſitate cum lacte miſcenda emulſio amygdalarum dulcium, ſeminum melonum, &
etiam papaueris albi,præſertim enim diligentia vtendum in bilioſa,quia in ea egemus repri-
mentibus,& refrigerantibus, & mitigantibus.vnde ſcribit Galenus 10. ſimpl. ſer. de ſeto la-
ctis,quod lac ore detentum,præſertim ſi muliebre recensq; ſit,tonſillas,& columellam,& an *Meſ.c. prop.*
tiadas phlegmone affectas admodum mitigat, & proinde etiam ſynanchem,ſiue anginam.
Inſuper quidam probant nedum in ore detenta,verum etiam bibita. ideo rhob de papauere
bibitum maxime confert,præcipue cum aqua ſumach, & emulſio ſeminum papaueris cum
aqua roſata,& ſuccus ſolatri depuratus mane,& ſero bibitus ad duarum teſtarum oui menſu
ram,& mucilago pſillij cum coriandro,& gran.2.ſem.camphoræ.Similiter dum materia eſt te
nuis,licet diacodium in ore detinere,& ſumere ſyrupum de papauere nocte,& die, ad repri-
mendum,refrigerandum,incraſſandum,& ſomnum conciliandum, necnon etiam ad dolorẽ
Ad ſãguineam. ſedandum.Si fuerit ſanguinea,admirabilis eſt ſuccus ſolatri com ſemine roſarum, ſuccus ci-
toniorum,ſorbarum,pirorum ſilueſtrium,admiſcendo quoque gallas,balauſtium,ſemen ro-
ſarum,alumen.ita ſuccus agreſtæ prædictis admiſtus admirabilis eſt, ſi primo fuerit inſpiſſa-
tus.ita laudatur hoc,Recip.aquæ plantaginis vnc.3.aquæ portulacæ vnc.2. aquæ roſaceæ tan
Ad pituitoſam. tundem,diamoronis vnc.4.miſce,& vtatur actu tepido. Si ſit pituitoſa, mitioribus vtendum,
vnde ſi pituita fuerit craſſa,& viſcida,probatur ſyrupus acetoſus,oxymel ſimplex com deco-
ctione myrti, aut gallarum, aut cum diamoron. Si pituita fuerit tenuis, conuenit decoctio
myrti,thuris,gallarum,aluminis cum diamoron,aut rhob nucum,& quæcunque ſit materia
pituitoſa,laudatur hoc medicamentum,Recip.foliorum menthæ pug.1.nucum cupreſſi vnc.
ſem.maſtiCis drach.2.aquæ roſatæ lib.2.fiat decoctio ad conſumptionem dimidij,deinde co-
la,& exprime,& adde rhob nucum, vel diamoron cum melle confectorum vnc.5. miſce pro
Ad Melãcholicam. gargariſmat.quod calidum exhibeatur,non tamen admodum calidum. Idem de melancho-
lica ſtatuendum eſt,ſed differentia eſt: quia,ne abeat in ſcirrhum,cum reprimentibus miſcẽ-
Digerentia. da aliquantiſper emollientia,vt decoctum althææ,caricarum,fœnigræci, liquiritiæ, paſſula-
tum dulcium. ideo laudatur decoctio paſſularum,& liquiritiæ cum diamoron, vel rhob nu-
cum,aut lac cum eiſdem. Quo ad digerentia, eiſdem vti licet in quacunque angina, expedit
tamen calidioribus vti ratione anginæ pituitoſæ,& in maiori copia, longiorique tempore, &
cauſa inflammationis melancholicæ cum digerentibus emollientia permiſcenda ſunt. Dige-
rentia itaque poſſunt confici ex ſerpillo,origano,pulegio,calamento montano,ſinapi,aroma
tis: ſemper enim grata accipienda,quibus vti licet abluendo os, in modum euaporatorij, li-
cet redigere ad formam conſiſtentem,& in partes penitiores immittere, vel in puluerem, &
cum melle permiſcere.ita efficaciſſimus eſt puluis hirundinum combuſtarum (quæ a Galeno
11.ſimpl.adeo probãtur) in partes intimiores inſufflatus,vel com melle miſtus,vel vrgẽte ne-
ceſſitate cum diaſinapi. modus autem comburendi hirundines eſt, vt caput abſcindatur, &
permittatur ſanguis exire,& deplumentur,& ſaliantur, & ponãtur in vaſe vitreo lutato luto
ſapientiæ in furno,donec deſiccentur,vt poſſint puluerizari,quod ſi incinerentur, conueniũt
non tantum ad reſolutionem,ſed etiam ad apertionem, & poſſunt etiam comburi cum pen-
nis,vt ſint efficaces. idem dicendum de ſtercore canis puluerizato, de ſtercore albo gallina-
rum,de puluere cochlearum,& cancrorum crematorum,vt quidã habent pro ſecreto.Admi
Externa. rabile ẽt eſt medicamentum ex tuta adeo celebratũ. Extra non ſunt applicanda reprimẽtia, *Alex. lib. 4. c. prop.*
quia metus ſuffocationis impendet,& periculũ eſt ne materia ad pulmones,& alia mẽbra no-
bilia,vt fieri ſolet, permutetur. & ideo admouenda ſunt dolorem mitigantia,digerentia, &

V. F. O 2 ratio-

Digitized by Google

ratinne durioris materiæ emolliẽtia. Emollientia vero clara ſunt: ſunt.n. pinguedines, medul-
læ, butirũ pręſertim lotum in maluarum decocto, althea, oleum amygdalinum. Mitigantia ve Emollien
ro poſſunt eſſe propoſita, ſed præſtantiſſimum eſt medicamentum ex ſapa, & flore caſſiæ tia.
nuiter extractæ. ideo ſi velimus vti digerente, & dolor inhibeat, cum pulegio, & alijs; Mitigan-
& præſertim cum nido hirundinum, quod ſolet eſſe admirabile: licet recipere verbi gra- tia.
tia illius nidi vnc.3. ſapæ vnc.1.ſem. floris caſſiæ nouiter extractæ vnc. 1. miſce, & extra ap-
plicetur. nam digerit, & mitigat. Probantur etiam, quæ parantur ex pane trito, ex lacte, ex
luteo ouorum, vnde admirabile eſt hoc, quod conficitur ex medulla panis, lacte, floribus roſ.
rubearum, & floribus chamæmeli ſimul miſtis, & poſſunt apponi poſt ſanguinis euacuatio-
nem, quia in virtute huius medicamenti ſolent expuere in maxima copia, & mirifice adiuua-
uari. ita vrgente dolore, licet prædictis addere oleum amygdalarum dulcium. Ad digeren-
dum vero Gal.2.ſimpl. proponit hirundines vſtas, ſi cinerem melli miſcentes, deinde ſynan
chicos inungamus, & omnes, qui in gutture & columella conſiſtunt, affectus. Sed quo ad di- Digeren-
gerentia, aduertendum, vt confugiamus ad valentiſſima, præſertim in angina pituitoſa, na.
necnon etiam in angina notha, quæ ſit citra inflammationem, ne materia vſque adeo hæ-
reat, vt poſtea non poſſit eradicari. ideo confugiendum ad ſinapiſmata. Raſis & alij vtun-
tur melle anacardino, & longo tempore detento, vt excitentur veſicæ, vt per eas apertas ma-
teria ſenſim exeat. idem de his, quæ recipiunt ſinapim, & alijs valide euocantibus materiã,
dicendum eſt. Sed tempore opportuno ad hæc valentia confugiendum, ideſt cum dura ma-
teria fuerit emollita. nam ſecus lapideſceret. In exacte peracuta autem angina, quæ non po Victus ra-
teſt quartam pertranſire, extreme tenuiſſimo victu, vt aqua hordei cum ſaccharo vtendum tio.
eſt. Si pertranſit quartam, non debet eſſe tenuiſſimus in extremo, ideo licet vti ptiſanæ cre-
more cum pauco ſaccharo. Si pertranſit ſeptimam, ſit tenuis exquiſitus, ſi longior tenuis,
ita ſucceſſiue, quare moderatiore facta inflammatione, & vbi vires fuerint debiles, licet vti
tum luteis ouorum cum prædictis, tum ptiſana hordeacea, cum iure pulli, vel panatella cum
eodem iure, vel iure gallinæ: & vrgente virium imbecillitate, contuſo vti cogimur, ſeu iure
conſumato ex prædictis. ideo cibi ægrotantis viribus reſpondeant. idem de potu ſtatuen-
dum eſt. Vertebrarum autem luxatio repoſitionem expoſceret; ſed, vt in ſermone de lu-
xationibus oſtendemus, curationem non admittit,

## *De leſione Vocis.* *Cap.* *XLIII.*

VOX in ceruicis fere medio quo ad longitudinem, ſed anteriora Vocis lo-
*Gal. in fragmento vocalium inſtrumentorum, cap.21.* verſus, quo ad profunditatem, in larynge, quæ in aſperæ arteriæ cus, & or-
ſummitate conſiſtit, vt à ſufficienti partium enumeratione demõ- ganum.
ſtrauit Galenus, ex omnium conſenſu, procreatur. vnde priuſquam
ad thoracis vitia deſcendamus, de læſione vocis hoc in loco agere
debemus. Hanc vero prius non aggrediemur, quam illud cum
Gal.1.de loc.cap.6. ſciuerimus, quod exufflatio materia quidem
vocis eſt, & efficiunt eam contracto thorace intercoſtales muſcu-
li. igitur his nihil agentibus, animal vocem amittit, nullo inter-
dum in proprijs vocis particulis, genito affectu. Sunt vero hæ
partes ſummatim quidem loquendo, totus larynx; ſed particu-
latim ſunt tres cartilagines, & qui eas mouent muſculi, quibus accedunt nerui à cerebro
demiſſi. ac præterea in gutture ligula, quæ maxime proprium vocis inſtrumentum eſt.
Quum .n. à muſculis moderate aperitur, & committitur, vocem efficit. licet vocem reddi
impoſſibile ſit niſi vehementer ſpiritus egrediatur. Id autem intercoſtales muſculi perfi-
ciunt. Tunc igitur homines vocis læſione laborare dicimus, cum vel nullam prorſus ede-
re poſſunt: vel etiam ſi vocem edant, eam tamen vel inculpatam emittere nullo modo Nomen.
queunt: vel, ſi interdum, & per aliquod tempus inculpatam edunt, id tamen non citra
difficultatem faciunt. & quoniam vitioſæ vocis cognitio, non niſi ex optimæ & inculpatæ
dignotione conſurgit; ideo cum Galeno ſciendum eſt, eam optimam, & omnibus nume- Optimæ
ris perfectam vocem ſtatui debere, quæ partium & organorum voci deſeruientium opti- vocis con
mam temperaturam, & conformationem conſequitur. Ea igitur erit imprimis lenis. Si ditiones.
*Galen. l. ar. med. c. 68.* quidem, vt teſtatur Galenus, lenis uox arteriæ lenitatem conſequitur: lenitas autem
arteriæ moderatam ſequitur temperaturam. Inſuper præter lenitatem, quæ vocem dul-
cem quodammodo, & delectabilem reddit, debet inter magnitudinem, & paruita-
tem, grauitatem, & acutiem, exactam mediocritatem ſeruare. Quæ enim in his me-
diocris, & moderata eſt, vt infra apparebit, aſperæ arteriæ, laringis, thoracisque me-
diocrem latitudinem conſequitur. horum autem mediocris latitudo mediam, & opti-
mam tum cordis, tum harum partium temperaturam inſequi, ſui natura, nata eſt. Ex Vox tri-
bis autem facile colligimus, quod quemadmudum in reliquis animalibus functionibus pliciter læ
contingit, ita quoque in voce triplicem læſionem licet aſſignare. Vel enim auſertur, ditur.
vel vitioſe editur. & dum vitioſa fit, id euenit, vel quia imminuitur, vel quia depra-
*Galen. lib. de uoc. inſt. diſ. ſec. c. 2.* uatur. Cum autem omnia, vt ſcribit Galenus, in hac vita à tribus efficiantur, vt ar- "
tificibus, inſtrumentis, atque materia. & vocis materia aer ſit (eſt enim vox aer per- "
cuſſus) de vitijs materiæ non loquemur, quoniam hæc, quæ in quantitate potiſſimum "
dimi-

Digitized by Google

diminuta conſiſtunt, inſtrumentorum, & artificis, ſeu principalis agentis vitia conſequuntur.

*Cauſæ vniuerſales.*

Quare ſtatuendum eſt quamcunque vocis læſionem, vel ex principalis agẽtis, ſeu facultatis, vel ex inſtrumentorum noxa proficiſci. Et quoniam, vt ait Galenus, omnis actio voluntaria ab animali facultate proficiſcitur, & noſtro arbitratu vocẽ mittimus, & cobibemus, certe animalis ſacultas vocem in nobis artificioſe fabricabit. Porrò cum voluntariæ actiones per muſculos, neruoſque efficiantur; vox autem voluntarium opus ſit, imò exquiſite voluntarium, certe, per quæ vox fiat, inſtrumenta inuenta eſſe, planum eſt.

*Gal. loc. cit.*

*Cauſæ vocis ablatę*

Si itaque de cauſis vocis ablatæ ſermo fiat, dicimus cum Galeno vocis priuationes fieri & propter voci aſſeruientium inſtrumentorum læſionem, & propter principij neruorum affectum. & per principij neruorũ affectum potiſſimum facultatem animalem innuere voluit.

*Gal. 1. prædic. cõ. 23.*

Verum quoniam inſtrumenta voci deſeruientia ſunt duplicis generis, vel enim ad thoracem ſpectant, a quo vocis materia, quæ aer eſt, vel ſpiritus, præparatur; & ad vocis præcipuum organum mittitur: vel ad guttur, in quo tanquam in præcipuo organo ex aere vox efformatur: ideo alibi Galenus priuationis vocis, ſeu aphoniæ cauſas clarius proponens, dicebat. In ægrotis autem vocis priuatio fieri poteſt, vel læſis ſolum ijs inſtrumentis, quæ voci efformandæ ſubſeruiunt, vel etiam ijs, à quibus efficitur reſpiratio: vel poteſt etiam accidere ob aliquam recentem exolutionem, & viriũ afflictionem. per quam animalis etiam facultatis læſionem ſubintelligimus. vnde alibi eandẽ læſionem tetigit, dum dicebat. Interdum etiam vox deficit propter naturæ extinctionem.

*Ga. 4. de ra. vic. com. 23.*

Ex eius igitur, dictis tum hoc in loco, tum primo de loc. affec. cap. 6. & 4. de loc. affec. cap. 6. clarè colligimus vocem deficere, vel auferri, vel propter organorum vocem facientium læſionem, cuius. r.õne per ſe & primario afficiuntur: vel quia ad eadem organa materię ipſius vocis aut facultatis ſuppeditatio corrumpitur: & tunc vocis inſtrumenta (quæ ſunt guttur, muſculi ipſum mouentes, & nerui, qui a cerebro ipſis vim deferũt) non læduntur per ſe, ſed ex accidenti ſiue per conſenſum, & illum quidem præcipuum. Si ergo lædantur vocis organa, inquit Galenus, quod ſi vel claudentes, vel aperientes guttur muſculi immobiles reddantur, qui ſic afficitur obmuteſcet: Vbi vero vel difficulter mouentur, vel palpitant, aut tremunt, pro ipſius affectionis modo vox lædetur. Similiter ſi vel conuellendo, vel quatiendo mouentur, & ſane ſi imbecilles fuerint ipſis vires, ſiue ob ſuam ipſorum, ſiue ob neruorum ipſos mouentiũ affectionem, obſcuram & paruam efficient vocem. Quod ſi alius quiſpiam ex mouẽtibus guttur muſculis quoquo modo afficitur, lædetur quidem vox, ſed paruum erit vitium: atque ſic affectus nec obmuteſcet omnino, neque ita exiguam habebit vocem. Vnde ſicuti ex muſculis guttur mouentibus præcipui habentur ij, qui ipſum aperiunt, & claudunt; ita ex vocalibus neruis, ij, quos recurrentes vocamus, qui & ipſi ſextæ coniugationis pars ſunt neruorum, qui a cerebro oriuntur, quemadmodum & alij, qui quidem per ipſum diſperſi differunt ab illis, eo quod a neruis ſextæ coniugationis non in ceruice, ſed cum ad thoracis regionem peruenerint, ſeparantur. Item vehementer læditur vox, vbi membrana, quæ faucibus & gutturi communis eſt, multa humiditate rigatur. & ideo. 6. quoque de tuend. ſan. cap. 9. ſcribit quod larynx ab ijs, quæ a capite decidunt, madefactus, principio quidem raucam vocem facit, procedente vero tempore, paruam, & ſi etiam longius procedit malum, totam adimit. quippe cum larynge arteria quoque ipſa humectatur. Quod autem deſtillationes eadem ratione vocem raucam efficere poſſint, nemo non intelligit. Vehemens quoque exclamatio ſimiliter vocem afficit, vtpote quæ ſimilem inflammationi circa iam dictam membranam, atque muſculos gutturis parit affectum. Quum vero interni gutturis muſculi inflammantur in angina, conſtat & vocem, & ſpirationem lædi. Idem facere ſolent omnes præter naturam tumores ſiue in ſpiritalibus vijs exoriantur, ſiue extrinſecus ipſas comprimant. ſic enim gula quoque vbi inflammatione affecta eſt, vt comprimat aſperæ arteriæ tunicam, qua cartilaginum ipſius partes extremæ, ſigmoides vocatæ, coniunguntur, & ſpirationi, & voci noxam afferre conſueuit. Et idem de luxatione vertebrarum ceruicis ad anteriora dicendum. De eorundem pariter inſtrumentorum læſione loquens, ait, quod inciſis muſculis qui ligulam, ideſt epiglottida, mouent, animal penitus mutum euadit. Nam ligula (vt etiam inciſis neruis vocalibus) continuitate, quam ad mouens principium habet, priuatur. Id enim fieri ſolet, ſiue neruus, ſiue muſculus incidatur, aut laqneo intercipiatur, vel cõtundatur, aut quomodolibet aliter vitietur. Eqnidem vocem vitiatam fuiſſe vidit Galenus, vt pene perderetur, infrigidatis vehementer neruis recurrentibus, quum per hyemem in collo adhibita fuiſſet quædam chirurgia: quod intelligens, calorificis remedijs naturalem temperiem neruis reſtituens, vocem reuocauit. obſeruauit etiam imprudentem chirurgum, qui, dum ſtrumas ex ceruice excideret, & vnguibus euelleret, ſimul recurrentes neruos diſtraxit, & puerulum a ſtrumis liberauit, ſed mutum reddidit. Nec non alium vidit, qui in alio puero ſectionem faciens, ſemimutum reddidit, læſo. ſ. altero duntaxat neruo. Si vero propria vocis inſtrumenta ex accidẽti & per conſenſum afficiantur, & primum quia ad ipſa vocis materia non ſuppeditatur, ſiue corrumpitur; ſcribit Galenus quod licet ad guttur materia ſiue ſpiritus & aer perueniat, ſæpe tamẽ ſufficiens ipſius quantitas non accedit. Quocirca ille, qui ob intercoſtalium muſculorum perforationem obmutuit, is totam vocis materiam amiſit. In commentarijs enim de voce, ait Galenus, dictum iam eſt, quod propria huius actionis materia, generatim quidem loquendo, eſt expiratio; Secundum ſpeciem vero atque propriam differentiam, exufflatio, quæ quidem eſt, quum affatim ſpiritus foras effertur per muſculorum intercoſtalium actionem. Vnde fit, vt per vehementia thoracis vulnera, atque omnino ipſius in altera parte reſolutionem, In primis quidem ſemiſpirans, ac mox animal ſemiuocale euadat, idque per accidẽs. His igitur quinque inter ſe conſequentia quadam conuenientibus, expiratione, exufflatione citra ſtrepitum, ſtrepenti exufflatione, voce, atque loquela: ſi earum prima lædatur, te-

ſiquas omnes lædi neceſſe eſt: Vltima vero læſa, reliquæ non læduntur. At, cum ſecunda, tres
reliquæ læduntur; cum tertia, duæ vltimæ: cum quarta vero, ſola poſtrema læditur. Si enim
nil reſpiret animal, vel ex vtriſque thoracis partibus, vel ex altera parte tantum: & quidem ſi
ex vtriſq;, celerrime ſuffocabitur: ſi ex altera tãtum, ſemiſpirans, & ſemiuocale reddetur per
detq; ſimul reliquarum deinceps duarum actionum partem dimidiam. Quod ſi expiratione
ſeruata corrumpatur exufflatio, reliquæ tres actiones, ſtrepens exufflatio, vox, & loquela ſi-
mul corrumpentur: Sicut voce pereunte, loquelã quoque perire neceſſe eſt. Sane expiratio-
nem faciunt vniuerſi thoracem contrahentes muſculi: exufflationem (quę vehemens eſt ex-
piratio) intercoſtales maxime: ſtrepentem exufflationem ij, qui in faucibus ſunt. Vocem ve-
ro ipſam gutturis muſculi efficiunt. Lingua vero loquendi vſum præſtat. Si vero affician-
tur vocis organa, quia ad ipſa facultatis animalis ſuppeditatio corrumpatur, inquit idem Ga
lenus, quod in apoplexia, ſopore, ſeu caro, morbo comitiali, vigilanti ſopore, ideſt catoche, cõ
muni ratione earum actionum, quæ ab impetu & voluntatis imperio procedunt, vocem lædi
contingit, ſiue ſpinalis medullæ partes primæ, ſiue ſimul cum ijs cerebrum quoq; afficiatur;
ſiue illa cerebri pars, à qua nerui recurrentes prodeunt, quemadmodum in quadam epilepti
ca nos factum fuiſſe vidimus. Si vero vox imminuta ſit, vt ſcilicet parua, ſeu exilis, & obſcu- Cauſæ vocis diminutæ.
ra, ſeu remiſſa & ſubmiſſa, aut gracilis edatur, idem enim fere ſignificant, tunc vel à natiuita-
te talis effecta eſt; vel poſt ortum, & propter vitium adſcititium. Si à natiuitate talis creata ſit,
in aſperæ arteriæ, & gutturis anguſtiam, ceu in cauſam immediatam, & præcipuam referen-
da eſt, quemadmodum vocis magnitudo aſperæ arteriæ, & gutturis amplitudinem comita-
tur. Hoc autem nobis, tum Hippocrates, tum Galenus ſignificarunt. Dum enim ait Hippocra-
*Hip 4. in 6. epid tex 14 & Galen in com.* tes, Quibus calor plurimus ineſt, hi maxima voce ſunt præditi, inquit Galenus in expoſitione
horum verborum: In commentarijs enim de voce probauimus (horum autem ſolum fragmẽ
ta quædam apud nos extant) nullo modo fieri vocem magnam poſſe, niſi multus aer celeriter
expiretur, quod fit vbi aſpera arteria, gutturq; ſunt ampliora. quod ſi totum quoque pectus
magnum ſit non modo magnam mittere vocem homines poterunt, ſed etiam diutiſſime vo-
» ciferari, vt præcones faciunt cum pedem canunt. Sed quoniam in quibus plurimum innati ca
» loris ineſt, cor ſtatim inter initia, dum in vtero conformatur, amplificatur, & augetur, & ad
» eius proportionem pectus quoque amplum plerumq; fit, cuius amplitudinem pulmonis ma-
» gnitudo neceſſario conſequitur, cui etiam aſperæ arteriæ magnitudo fere reſpondet, & huic
» gutturis: ideo merito accidit, vt percalida natura homines, vt plurimum, magna voce prædi
» ti ſint: ait autem, vt plurimum, quia (vt poſtea ſubdit) non vt pulmonum magnitudo pectori
» ſemper reſpondere inuenitur: ita ipſorum amplitudini tria vaſorum genera, quæ in eis ſunt,
» reſpondent: hanc enim proportionem non exquiſite ſeruari in animantium diſſectionibus ap
» paret: Similiter in libro artis medicinalis dicebat: non tamen vocis magnitudo à caliditate
*Gale. l. art. med. c 67.* (& ex hoc plures Moderni practici arguuntur) ſicuti nec paruitas à frigiditate fit: ſed altera
quidem aſperæ arteriæ latitudinem ſequitur, & vehementiorem efflatum, paruitas à contra-
*Cap. 69.* » rijs aduenti causis. Quare neque ſemper, neque primum, ſed ex accidenti, & ſolas naturales
temperaturas, non autem aduentitias vocis magnitudo, aut paruitas ſequitur. & paulu poſt
» dicebat. ita neque acuta natura vox ſine anguſtia faucium, neque grauis ſine latitudine fieri
» poteſt: anguſtia vero ab innata naſcitur frigiditate, latitudo autem a caliditate. Differentijs
*Gal. 2 præd. com. 16.* igitur naturalium vocum hæ, quæ ex affectu aliquo fiunt, ſunt proportionales, quę & ipſæ in-
dicia ſunt cauſarum, à quibus oriuntur. & alibi idem Galenus eandem affert ſententiam, dum
*Gal 2. in 1. epid. cõ 78.* » aſſerit. Ex naturali autem conſtitutione acuitur vox ex vocalium inſtrumentorum anguſtia,
ideo ſpadones, tum pueri, tum mulieres vocem reddunt acutam. & alio in loco dicebat. Vox
» tenuis ob anguſtiam aſperæ arteriæ, gutturisq; fit, gracilis ab innato vitio muſculorum guttu
» ris, ſubdit tamen quod tenuis, & gracilis idem ſignificant. Quod ſi vox parua & gracilis, ſeu
» diminuta euadat poſt ortum, & propter vitium adſcititium, tunc ſciendum eſt, quod ab iiſdẽ
cauſis, quæ vocem auferre poſſunt, remiſſioribus tamen, talis euadere poteſt. vnde ſi integra
obſtructio, magnus tumor, intemperies intenſa, & ſoluta vnitas notatu digna earum partium
quæ voci efformandæ ſubſeruiunt, vt muſculorum gutturis, aut neruorum recurrentium, vo-
cem penitus auferunt: ita dum hæ cauſæ erunt minus intenſæ, vox imminuitur; & potiſſi-
mum, vbi vnico ex duobus recurrentibus neruis noxa communicetur, vox ſecundum medie-
tatem auferri ſolet. Inquit autem 4. de loc. affec. c. 6. quòd vitiari vocem haud obſcure con-
*Auic 16. 3. tr. 2. c. 6.* tingit, quom vel acutior, vel maior redditur, ob id quod fauces a ſuis muſculis nequeant in-
tendi. Breuis autem vox fit propter breuitatem reſpirationis, inquit Auicenna, quæ quidem
*Gal. 2 præd. 20.* reſpirationis breuitas potiſſimum ex thoracis, & pulmonis anguſtia ſolet oriri. Si autem Cauſæ vocis deprauatæ.
vox euadat deprauata; de huius cauſis loquens Galenus dicebat. acuitur autem præter na-
*Gal. 1. præd. com 3.* turam vox vel propter inſtrumentorum ſiccitatem, vel muſculorum phlegmonem, vt in
*Gal. 3 in 3. epid. cõ. 22.* angina: vel quia hypochondria intro trahuntur, vt in alijs morbis; vel propter vocalium
inſtrumentorum anguſtiam, quam in febribus ſiccitas efficit. ita tum acutæ, tum clangeo-
*Galen l. art. med c 66.* tes, quas Auicenna gruum, Moderni vero anſerum vocibus comparant, ob vocalium in-
ſtrumentorum, quæ circa guttur ſita ſunt, ariditatem, fiunt: raucæ vero propter eorum
*Cap. 68.* humiditatem. & idem habet. clangoſa, acutaque vox à vocalium inſtrumentorum ſiccita-
te, rauca vero ob humiditate efficitur. & alibi de pulmonis temperaturæ ſignis loquens,
ait. pulmonis ſiccitates excrementis vacant, & pituita, & vocem claram efficiunt, quem-
admodum humiditates obſcuram reddunt, ac raucam; & cum vehementius, aut acutius lo-
*Gal. 2. in 1. epid. cõ. 78.* qui ſtuduerint, tunc incidunt excrementa. & de vocis aſperitate verba faciens, aſſerit ip-
ſam arteriæ aſperitatem conſequi: aſperitas vero ſiccitatem comitatur. idem alibi affirmat,
dum inquit, Aſpera vox ex organorum aſperitate fit, aſperitas vero ex ſiccitate oritur. voco
autem

autem organa vocis, ait ipſe, per quæ ſpiritus emiſſus, vox fit. hæc autem ſunt aſpera arte-
ria, guttur, & fauces. Ex tot igitur auctoritatibus colligimus, quòd uox deprauatur, fitq; caco
phogna, dum organa prædicta, & potiſſimum gutturis ſuccingens interior membrana, vel
ſicceſcit, & exaſperatur, quod præter cauſas iam allatas, etiam propter aſſiduos, vel ingentes
clamores euenire ſolet, nec non interdum propter frigus, vt frigidi aeris inſpirationem, vt te-
ſtatur Galenus, vel humore multo madeſcit, vt in grauibus deſtillationibus fieri ſolet. & ſi ma *Galen. 7. de*
,, teria fuerit ſicca, non ſolum aſpera, verum etiam inæqualis euadit. Obtremiſcit autem vox, *comp. med.*
,, inquit Galenus, propter infirmitatem muſculorum, quæ ab intemperie dependet. & plora- *loc 1.*
,, bunda, eodem Galeno auctore, quæ difficilior eſt, quam clangoſa, maiorem affectionem, *Gal. 1. præ-*
& ſiccitatem indicat, ſicuti vox interciſa, ſeu interrupta conuulſionem inſequitur. Differen- *dic. 19.*
tiæ vel ab affectus forma, vel à cauſis enumeratis capiuntur: à forma prout vel omnino vox pe *Gal. 2 præ-*
rit, vel imminuitur, idque magis, vel minus: vel deprauatur. Et tunc, vt ait Gal. poteſt *dic. com. 12.*
Signa. fieri rauca, reſonans, tenuis, aſpera, obſcura, aut alio modo vitiata. Harum autem affectio-
,, num tum cognitio, tum ablatio facile ex dictis de paralyſi, catarrho, læſa viſione, & ex di-
,, cendis de difficultate reſpirandi, patere poteſt. exempli gratia, dicebat Galenus, Qui in acu *Gal. 1. præ-*
,, tis morbis ſine voce fiunt, quidam horum non ſentiunt propter principij affectionem: alij ſo *dic. 31.*
,, lum voce priuantur, atque horum quidam læſis omnibus alijs voluntarijs functionibus, alij
,, ſola voce oblæſa. Si igitur tum vocis, tum aliarum functionum oblæſio fiat, principij ner-
uorum affectio eſt; ſi ſolius vocis, ſolum voci aſſeruientium organorum. Deprauatæ autem
vocis differentiæ proprias cauſas facile pandunt, vt ſupra ex Galeni etiam auctoritate dictũ *Hip. 3. aph.*
Progno- fuit. Si verni ætas ſicca fuerit, & aquilonia, autumnus vero pluuioſus, & auſtralis, ad hyemem *13.*
ſtica. raucedines multiplicantur. Auicenna tamen voluit etiam in autumno præcedenti generari, *Aui lo. cita.*
,, qui etiam ait, quod varices cum apparent, ſunt multoties ex cauſis rectificantibus vocem. ait *1 o 3. tr. 2. c. 1.*
,, autem Hippocrates: vocis priuationes cum ſingultu peſſimæ, & Galenus teſtatur, quod voce *Hip 1. præd.*
,, defectum eſſe, deterius eſt, quam obmutuiſſe. nam quibus ſola lingua reſoluta eſt, ij clama- *23.*
,, re interdum altiſſime poſſunt, loqui tamen non poſſunt, quod ſi nec vocem quidem emitte- *Gal. 3. in 3.*
Indicatio re queant, erit extremæ extinctionis facultatis ſignum. Scopi ex iam dictis patent. quod ſi eos *epid. com 7.*
nes, & cu ſolummodo, qui præcipui vocis organi, & aſperæ arteriæ peculiares ſunt, haurire velimus, *4.*
ratio. oportet interdum humectare, & æquare & læuigare, ratione videlicet ſiccitatis, & aſperita-
Ad vocẽ tis, nonnunquam exiccare & extergere, ratione videlicet materiæ humectantis. Ad vocem
ablatam autem ablatam: ſuppoſita totius procuratione, vult Galenus, vt ficus, & eryngium affatim co- *Galen. 7. de*
quamus, huicque decocto addamus gummi pauxillum, ita vt quam mellis craſſior ſit ipſo- *comp. med.*
rum conſiſtentia, & ſub noctem exhibeamus, vel braſſicæ ſuccum cum melle decoctum lam *loc. c. 2. ver-*
bant, quia ſtatim auxiliatur: vel ℞. lini ſeminis toſti, & cribrati, paſſulatum pinguium exa- *ſus finẽ &*
cinatarum, nucleorum pineæ nucis purgatorum, auellanarum præpurgatarum ana. terantur *l. de remed.*
omnia & ſimul melle crudo excipiantur, & ad cochlearij menſuram exhibeantur. & hæc præ *par. fac. ca.*
ſertim laudantur, dum vox propter diuturnas à capite deſtillationes intercipitur: nec non *14.*
Ad raucã etiam ad raucam vocem ob eandem deſtillationem, nam tunc, vt ait Galenus, affectio inter- *Galen. 7. de*
vocem. ceptæ, ac raucoſæ vocis eiuſdem generis eſt, magnitudine tamen differunt inter ſe hæc ma- *comp. med.*
,, la. cum enim vocis organa ab humiditate vehementius, & vt ægre ſolui poſſit, fuerint ma- *loc. c. 1.*
,, defacta, vox intercipitur. Quando vero moderatius ſunt humecta, raucedo oboritur. Iiſdem
,, affectibus à proprietate maxime confert theriaca. de qua ita ſcribit Galenus, eadem interce- *Gal. lib. de*
,, ptam vocem reuocat tum ſola hauſta, tum etiam ore detenta: ſed, ſi potui detur; traga- *vſu Ther.*
,, canthæ duplum admiſce, & cum vino mulſo, vel paſſo propina: ſi contineoda ſub lingua *ad Pamphi.*
,, ſit, liquari paulatim debet, quo ſane modo ijs vti medicamentis ſolemus, quæ arteria-
,, ca nominantur. ſed dum egemus materiæ deterſione: potiſſimum probantur ea arteria-
ca medicamenta, quæ ſunt medij generis inter primum, quod omnis acrimoniæ expers
,, eſt, & exquiſite meatus obturat, & aſperitates leuigat, & huic contrarium, quod acrimo- *Galen 7. de*
,, niæ mordacis non parum habet, & ſi ſanæ particulæ adhibeatur, ipſam exaſperat. Hæc *comp. med.*
,, igitur, quæ medij ſunt generis, conſtant ex priſanæ ſucco, & amygdalis, & fabis freſis *loc. c. 1.*
,, elixis, & alijs huius generis. ita laudatur conſerua dianthos. vnde reperiuntur quidam,
qui cum vocem grauem edere ſummopere expetant, & valde ſonoram, ſingulo mane ven-
tre ieiuno, vel etiam per duas, vel tres horas poſt cœnam accipiunt ſemunciam huius con-
ſeruæ, & vocem emittunt grauiorem, quia huius beneficio guttur & aſpera arteria optime
Ad vocẽ extergitur. Quod ſi vox clangoſa, & aſpera fuerit, vtendum primo arteriacorum phar-
aſperam, macorum genere. ideo iubet Galenus, vt dulcis radicis vnciæ tres minutim admodum con *Gal loc. cit.*
& clango terantur, deinde addita gummi tragacanthæ vncia vna excipiantur omnia paſſo, confor- *& lib. de re*
ſam. menturque ad fabæ magnitudinem pilulæ, ex quibus æger contineat vnam ſub lingua dor- *med. par.*
miturus. ita mirifice prodeſt ſyrupus de liquiritia, conſerua ex floribus maluarum, nec non *fac. c. 14.*
ſyrupus violatus, & ſaccharum violatum, præſertim vbi ex ingenti clamore aſperitas orta
eſt: & vbi aliqua adeſt inflammatio, laudatur præter hæc dyacodion. quæ omnia poſſunt
tum per ſe, in rotulis, vel in modum lambitiui cum ſapa, quæ etiam admirabilis eſt; tum
diſſoluta cum decoctione hordei, radicum maluarum, caricarum, liquiritiæ, radicum al-
theæ, prout erit expediens, per os aſſumi. Sed ad clarificandam vocem mirifice confert
quod ℞. pinearum mundatarum, amygdalarum dulcium ana vnc. 2. infundantur in aqua
roſacea per diem naturalem: deinde adde penidiarum, ſacchari candi ana vnc. ſem. ſyrupi
violati quantũ ſufficit, vt fiat electuarium cui adde iridis drach. ſem. Sed ad raucam obſcuram
aſperamque vocem, optima & pleraque opportuna medicamenta arteriaca vocata deſcri-
bit Gal. tum ex proprio tum Andromachi & aliorum ſententia lib. 7. de compoſ. local. med.
cap. 1. 2. & infra, necnon lib. de par. facil. cap. 14. Cibi, victuſque vniuerſa ratio varia ſit pro
vitij

Digitized by Google

vitij & cauſarum diuerſitate. vnde ſi vox ex deſtillatione deperdita, vel rauca ſit, in capite de catarrho petenda eſt: ſi vero aſpera fuerit, laudat Galenus vt veſcantur lacte, amylo, alica, ouis, & ijs quæ dulciarijs cibis componuntur. Qui etiam 11. ſympl. med. ouum laudat ad aſperitates gutturis propterea acres humores & eroſiones. idem de reliquis dicendum eſt.

## *De vitijs Thoracis, & primo de affectibus Mammillarum. Cap. XLIIII.*

IN Thoracis vitijs perſcrutandis operæpretium eſt, vt perpetuo ab exterioribus ad intimiores, cognituque difficiliores progrediamur, donec tandem ad ipſum Cor, quod inter cæteras partes abditiſſimum eſt, deueniamus. Ab affectibus itaque mammillarum exordientes, cum earum functio præcipua lactis generatio ſit: idcirco earum morbi, affectuſque particulares, & præcipui, in huius læſæ functionis diuerſitate erunt enumerandi. & quoniam lactis procreatio læditur vel quia aboletur, vel quia vitioſe editur: ideo dum aboletur id accidere poteſt vel ex toto, & fit lactis defectus abſolutus, vel ſecundum partem, & fit lactis procreatio diminuta: ſi vero vitioſe edatur, tunc generatur lac, quod poteſt peccare vel in quantitate, dum nimis redundat, vel in qualitate & forma, dum coagulatur, concreſcitque. vnde hoc in loco animaduertendum eſt, quod lac caſeari, ſeu coagulari, & in grumos concreſcere non differt, vt recentiores quidam arbitrati ſunt, ſed, vt ex Galeno colligimus, idem ſignificant. nam proprie grumeſcere ſoli competit ſanguini, qui fibras habet, non autem lacti. Ideo nos de lactis defectu, qui quidem infantib. grauis exiſtit, de ipſius nimia redundantia, cuius cauſa mulieres grauantur, & dolent, & de praua lactis permutatione, quæ tum mulieri, tum infanti obeſſe ſolet, pertractabimus. Denique, quia dictis vitijs peculiaribus inflammationes & vlcera plerumque ſuccedunt, ideo poſtremo loco de vberum inflammatione, & vlcere breuem ſermonem habebimus. Quantum igitur ſpectat ad lactis defectum, per hunc intelligimus & abſolutum, dum omnino deficit, & non abſolutum, dum exiguum exiſtit: Nam vtriuſque defectus cauſæ ſunt omnino eædem, ſecundum magis & minus tantùmmodo differentes. Vt autem clarius appareat qua de cauſa deficiat, ſciendum, quod lac nil aliud eſt, quàm mammarum excrementum ab earum facultate altratrice, & ex probo ſanguine genitũ, pro recentis, tenerique infantis nutritione. Cum enim tenera adhuc ſunt, & imbecilla nuper nata animalia (dicebat Galenus) edulia ſolida concoquere non poſſunt, idcirco ſolers Natura perinde ac ſi vtero adhuc gererentur, alimentum ex matre ipſis comparauit. quod quidem in ipſis mammis elaboratur. Et quoniam alimentum hoc eſt quædam veluti ſuperfluitas nutrimenti partis ipſum generantis ſimilis naturæ ipſius exiſtens: ideo cum quidam in mammis adenes exiſtant, vim habentes id quod ad eos influit alimentum alterandi, ac ſibiipſis aſſimilandi: quoniam hi exangues ſunt & albi, proprium humorem gignunt talem, qualis eſt lac, & plus talis efficiunt, quando plus alimenti ad ipſos defertur. & ideo poſtea colligebat Galenus, quod quanto hæ glandulæ ſunt hepatis carne frigidiores, tanto lac ſanguine. Ex qua tradita lactis natura colligitur, quod per lactis defectum oportet intelligere, dum mammillæ lactis generatione, & præcipuo vſu deſtituuntur eo potiſſimum tempore, quo præſtare debent. eſt autem id à partu, cum fœtus iam ortus fuerit, totoque lactationis tempore: proinde mirabili artificio Natura fecit vt mãmæ maximam haberent cum vtero conſpirationem (dicebat Galenus) cum enim partes vtraſque ad vnum opus obeundum comparaſſet, ipſas per vaſa coniunxit partim quidem ex partibus, quæ ſupra phrenas ſunt, inſra deducendo: partim ex inferioribus ſurſum. & hoc ea de cauſa, vt quando in vtero fœtus augeretur, & conformaretur, illi ſoli venæ communes ex vtriſque alimentum affundant: quando vero natus fuerit, mammis rurſum alimentum totum affluat. quo fit, vt, quibus menſes mediocriter feruntur, ijs lac in mammillis non colligatur: quibus vero hoc large ſuppetit, ijs plane menſes ſupprimũtur: Inſuper ex traditis manifeſtum eſt cauſam defectus lactis vel in ipſam materiam, vel in ipſum efficiens poſſe referri. & ſi in materiam referantur, cum hæc ſit ſanguis in venis contentus quantitate, & qualitate contemperatus, ideo dicimus ſanguinem peccare poſſe in quanto, dum ſcilicet exiguus in toto corpore reperitur: vel in quali, dum deterior, & vitioſus exiſtit. Si vero cauſa referatur in ipſum efficiens, tunc vitium erit in mammillis, quæ propter particularem imbecillitatem ſanguinem attrahere in decenti quantitate minime valent, quamuis in toto copioſus inueniatur. Quæ autem lac lædunt, prout ſcilicet in ſanguinem agunt, & inter cauſas externas recenſeri poſſunt, ſunt ex Galeno 5. ſimpl. 11. quæcunque plus quam expediat calefaciunt, quæque deſiccant aut refrigerant, partim qualitatem ipſius ſanguinis vitiantia, partim ipſum minorem reddentia. At vero ex oppoſita cauſa, nempe ex boni ſanguinis multitudine oritur lactis nimia redundantia, potiſſimumque oppletis communibus venis, quæ à mammis ad vterum pertingunt. Et quamuis id etiam interdum eueniat vtero gerenti, propter conceptus imbecillitatem, vt ait Hippocrates, & interim cum neque grauida eſt, neque peperit, ſed ei menſes defecerunt: attamen de his non loquimur, ſed ſolum de his ſermo fit, quibus à partu, aut reliquo lactationis tempore adeo creuerit lac, vt ipſo non effluente grauentur, doleant-

Gal. l. de cib. bon. & mal. ſucci vbi loquitur de lacte.

Propria mãmarũ vitia.

Lactis defectus.

Lac quid.

Gal. 14. de vſu par. c. 8.

Gal. 5. aph. com. 39.

Gal. 5. aph. com. 40.

Gal. 7. de vſu par. 22. & 14. eiuſdem 1. & de venarũ diſſect. 5. & 8.

Cauſæ lactis deficientis.

Galen. 5. de ſimp. med. cap. 22.

Cauſæ nimiæ redũdantiæ.

Hip. 5. aph. 39. & 52.

doleantque, ac inflammationis metus impendeat. Poſtremo, ſi in lactis qualitate, ac forma vitium obotiatur, quod præcipue à partu fieri ſolet; tunc concurrit cauſa materialis ſiue ſit lactis multitudo, ſiue craſſities, & cauſa efficiens, quæ potiſſimum eſt immodica vberum caliditas, quæ, vt ait Galenus, fundendo, exiccando, & ſecernendo id, quod tenue eſt & ſeroſum lactis, reliquam eius vniuerſam ſubſtantiam cogit, & adſtringit.

Cauſæ lactis depra uati.

*Galen. 5. de ſimp. med. c 12*

Deficiente autem lacte, diſtinguere oportet an defectus cauſa ſanguis ſit, vel potius vbera.

Signa.

*Galen. 5. de ſimp. med. 21.*

Quare ſi fuerit ſanguis, quia peccet in quanto, & exiguus in toto reperiatur, hoc colligitur ex corporis temperamento, & habitu ſicciore, ex prægreſſis immodicis euacuationibus tum ſanguinis, tum aliorum humorum, ex vehementibus exercitijs, laboribus, vigilijs, inedijs, mœroribus, ſolicitudinibus, vel ex arida, æſtuanteque febre, & id genus alijs, quæ corpus nimis calfaciunt, & deſiccant. quamuis & immodice refrigerantia huiuſmodi ſint naturæ. Si vero ſanguis peccet in quali, quia vitioſus & deterior ſit, ſi lac omnino non deficiat, id præcipue ex eius colore, ex ſubſtantia, ex ſapore licet cognoſcere, non tamen poſthabita temperaturæ, habitus, ætatis, & cæterorum contemplatione. Verbi gratia, ſi ſanguis ſit bilioſus, lac erit tenue, flauum, & quodammodo amarum; temperamentum aderit bilioſum, habitus gracilis, ætas florens. Contra, ſi fuerit pituitoſus, lac erit craſſius, album, vel pallidum, acidi ſaporis, & odoris, cæteraque erunt pituitoſa. Quod ſi vehementioris fuerit craſſitudinis, ac paucitatis, obſcurioris, ac velut nigri coloris, & reliqua fuerint melancholica, ſanguinem melancholicum indicabunt. Si vero deficiat vitio mammillarum, tunc eæ macilentæ, graciles, & aridæ apparebunt. cætera autem vitia, quæ in lacte contingunt, facillime cognoſcuntur. Vnde dum eius ſubſtantia & forma vitiatur vt coaguletur, vel in grumos vertatur, vtrũ id fiat ex lactis abundantia, vel ex ipſius craſſitie, facile ex proprijs indicijs cognoſcitur. ſimiliter lac ratione caloris coagulatum facile diſtinguitur ex ſignis intemperiem calidam mãmillarum indicantibus. Lactis autem defectus, & ſi magis infantibus, quàm mulieribus moleſtus ſit, non tamen deſpiciendus eſt, cum abſque aliquo eiuſdem mulieris præter naturam affectu, gigni non poſſit.

Prognoſtica.

Lactis autem nimiæ redundantiæ ſtatim ſuccurendum, quia periculum eſt, ne mammillarum inflammationem patiat, vel lac coaguletur, ſeu in grumos vertatur. imò ſi vitiatum fuerit, lac mammatum venas exulcerat, ſcabiem, panos, & papillarum eruptiones producit. Eodem modo niſi quamprimum grumeſcens, ſeu caſeatum lac curetur, aut inflammationem parit, aut mammarum exulcerationem, præſertim ſi lac fuerit vitiatum. hæc autem vitia propter partis laxitatem & imbecillitatem pertinacia eſſe ſolent, & etiam in peiora mala, vt ſcirrhos, & cancros abire conſueuere. Ait autem Hippocrates, ſi mulier quæ neque grauida eſt, neque peperit, lac habet; huic menſtrua defeceruot. & deinde, quibuſcunque mulieribus ad mammas ſanguis colligitur, furorem ſigificat, quamuis id raro contingat, vt ait Galenus.

*Aet. l. 16. c. 36.*

*Hip. 5. aph. 39. & 40.*

Indicationes & curatio.

Et quid nam agendum ſit, facile patet, ſiue oporteat totum refrigerare, ſiue alere, ſiue expurgare, vel mammillas roborare, calefacere, aut refrigerare, aut fundere, aut attenuare, & diſſoluere. Nos autem monet Gal. 5. ſimpl. 21. lactis & ſeminis effectrices facultates partim eſſe in medicamentis tantum: partim in alimentis. In medicamentis, cum ſuccos pituitoſos excalſacientes in ſanguinem vertimus. In alimentis vero ſecundum ſubſtantiæ totius ſimilitudinem: vbi ſcilicet boni ſunt ſucci, ac moderate humida, ac tepide calida, ceu ipſum lac. ſanguis .n. calorem habet mediocrem, ſupra mediocrem bilis flaua: ſicuti pituita frigiditatis eſt particeps. In medio autem pituitæ & ſanguinis eſt lac. ſed tamen propius ad ſanguinẽ accedit. Cum ergo minus, quam expediat, ad vbera lac venit, velis autem copioſe peruenire, inquit, ipſum contemplator ſanguinẽ. Aut enim parcior eſt, quam conueniat, aut deterior. Itaque qui paucior eſt, totam victus rationem exigit humectantẽ & calfacientem: qui deterior eſt, ſi bilioſus fuerit, primum purgationem deſiderat mox victum iam propoſitum: ſin pituitoſus, medicamenta requirit excalſacientia aut primo aut ſecundo ordine, non tamen deſiccantia. Sed inter ea potiora ſunt, quæ non tantum ſunt medicamenta, ſed etiam nutrimenta.

Chiturgia.

Quemadmodum itaque lactis defectus ſanguinis adiectionem potius, quam ſubtractionem requirit: ita in nimia lactis redundantia præſtantiſſimum eſt, inter initia, ſi nihil prohibeat, ſaphenam ſecare, & ſanguinem copioſum, ſi vires ferant, euacuare: & euacuationem, ſi opus fuerit, iterare. & ſi altera mammillarum magis oblæſa fuerit, vena, quæ fuerit è directo, aperienda erit. & hoc præcipue in puerperis obſeruandum, vbi menſes detineantur; ij ſiquidem totis viribus prouocandi: nam quibus mediocriter feruntur, ijs lac multum non colligitur, vt dictum eſt: ſi vero non propter menſtrua detenta. ſed quia ſanguis in toto redundet, immodica gignatur lactis copia, vena cubiti primo ſecanda; deinde pedis quoque vena incidenda erit.

Pharmacia.

Quantum attinet ad medicamenta. Si primo de lactis defectu ſermo fiat, aduertendum, quod vbi lac imminuitur, vel omnino extinguitur, imò etiam ubi corrumpitur, aut incraſſatur, vel attenuatur, præſtat tunc alterius nutricis lac infanti exhibere. Si vero res aliqua inſtans id non permittat, nutrix victu præcipue curanda eſt, ne in morbum incidat infans, ac ipſa ſibi meliorem vendicet ſanitatem.

Ad lactis defectum

*Aet lib. 4. c. 6.*

Ad ſanguinis paucitatem.

Si igitur lactis defectus ex ſanguinis paucitate proueniat, huic potiſſimum occurrere debemus victus ratione moderate calefaciente, & humectante, de qua infra dicetur. ſed expedit quoque vti quibuſdam medicamentis, quæ habent etiam aliquam vim nutriendi, de quib. fiet mentio dũ de cacochymia pituitoſa pertractabimus.

*Galen 5. de ſimp. med. c. 21.*

Ad ſanguinẽ vitioſum.

Si vero ex ſanguine vitioſo ortum duxerit, ſi fuerit bilioſus, vtendum purgante, quod leuiter bilem educat, & non exiccet, vt eſt manna, caſſia, roſ. ſolutiuus, & ſimilia lenientia. pro ſyrupis, cichoraceis in iure decoctis præſertim vtendum eſt. Si ſanguis fuerit melancholicus, laudatur lenitiuum, decoctum bugloſſæ, vel boraginis in iure, & diacatholicum. Si autem fuerit pituitoſus, medicamenta debent eſſe calefacientia aut in primo, aut in principio ſecundi gradus, non tamen exiccan-

*Gal. loc. cit.*

Digitized by Google

exiccantia. & inter hæc ea ſunt præſtantiora, quæ non tantum ſunt medicamenta, ſed etiam nutrimenta. cuiuſmodi ſunt eruca, fœniculum, anethum, virentia tamen & humida. præterea ſmyrnium, apium, ſyon, & polium ſimiliter virentia. Quæ enim deſiccãt, humorem ſanguinis depaſcentia ipſum craſſiorem ſimul pauciorem que efficiunt, tum ſi natura calida ſint, iuſto etiam calidiorem, ſin frigida, frigidiorem. Debet enim eſſe modice calidus, ac neutiquam craſſus, vt lac generet. ideo quæ ſunt talia potius lac extinguunt, quæ vero moderate calfaciunt, & nullam inſignem habent iunctam ſiccitatem, lac gignentia vocantur. ita vbi lac fuerit extinctum, laudatur porrum tritum aqua dilutum, & bibitum, braſſica, & cythiſi folia, ſi ſimul coquantur, & ſuccus abſorbeatur. idem dicendum de ſucco fœniculi, de ſemine & radicibus ipſius. laudatur etiam paſtinacæ radix, hypomarathrum, & hypoſelinum, ſed viticis fructus in vino bibitus, quem recentiores proponunt, eſt valde ſuſpectus, cum enim ſiccus ſit in tertio gradu, lac potius extinguit, niſi fortaſſe ſanguine pituitoſo, & humidiori exiſtente propinetur: a proprietate proponitur lapis galactites alligatus, & etiam aqua diſſolutus & potatus. poſtremo ſi lac deficiat propter vitium efficientis, hoc eſt propter mammillarum imbecillitatem, laudantur fomentationes per ſpongiam moderate calefacientes, nec non frictiones moderatæ ipſorum vberum. hæc autem ſunt adminiſtranda vna cum medicamentis, & auxilijs lac generantibus. In nimia vero lactis exuberantia, poſt adhibitam phlebotomiam, vtendum leniter repellentibus, præcipue vbi lactis redundantia non fuerit à partu, qualia ſunt palmulæ cum pane, & poſca tritæ, & vberibus applicitæ. vel etiam oui album cum oleo roſaceo. aut myrti decoctum cum ſucco portulacæ, & fabarum, & lentium farina ſimiliter applicitum. his ſi lac non imminuatur, vel ſi à partu omnino extinguendum ſit, ſicuti in diuitibus, & nobilibus male in hoc ſentientibus, quæ ſæpe proprios filios lactare nolunt, contingere ſolet, non amplius repellentibus, ſed exiccantibus, & digerentibus medicamentis, tanquam ijs, quæ tutiora ſunt, vtendum erit: præmiſſis tamen diuerſionibus, quæ per vincula, frictiones, cucurbitulas, & ſaphenarum apertionem, prout vſus poſtulabit, adminiſtrantur. Hæc igitur ſunt quæ lac extinguunt, & illud cogi, aut mammas inflammari non ſinunt. Recipe fœniculi, apij, oreoſelini, maluarum, & altheæ cum radicibus ana pug. 1. foliorum lauri, florum chamæmeli ana M. ſem. aquæ q. ſufficit, fiat decoctio ſecundum artem, & hoc decocto mammillæ foueantur, & deinde abluantur. & poſtmodum oleo roſaceo omphacino illinantur. & hoc tempore, vt leniter exugantur, permittere oportet, vt reliquum lactis, quod in mammillis fuſum & liquatum continetur, foras effluat, nec noua materia ad eas trahatur. poſtremo recipe terebinthinæ q. ſufficit, & vino albo odoriſero, & aqua roſacea ipſam ablue ſæpius, & ſæpius, cui adde oua integra duo, & croci ſcrop. 1. ceræ q. ſufficit, fiat ceratum, ſeu emplaſtrum, quod ſuper panno lineo craſſo extendatur, perforato tamen in duabus partibus, vt papillæ extra prominere poſſint, & mammillis impoſitum faſcijs circumligetur, moderateque conſtringatur. quæ omnia iam dicta iteranda bis ſaltem in die, mane ſcilicet, & veſperi, ante cibum. Vbi vero ab immodico calore lac fuerit caſeatum, laudantur folia alchachenghi cum folijs braſſicæ ſimul contuſis, ſi pauca myrrha, & croco adiectis, & exiguo aceto ſupra mammas imponantur. Similiter proſunt epithemata ex fœnigræci, ſeminis lini, & altheæ decocto cum oleo violato, & pauco aceto. Licet etiam recipere mentham contuſam & cum hordei, fœnigræci, altheæ, & ſeminis lini farina, necnon oleo roſaceo, ac pauco aceto permixtam imponere. licet etiam crocum cum lacte, vel apium viride mammis imponere, & etiam muria fouere. laudantur etiam lentes aqua marina, aut muria decoctæ, & impoſitæ. vel cumini decoctum cum modico croco. laudantur fomenta ex decocto altheæ, apij, & fœnigræci. idem dicendum de chamæmelo, & anetho. ita probantur linimenta ex farina fœnigræci, vel ſeminis lini, cum hydromelite. Similiter laudantur inunctiones ex oleo amygdalarum dulcium, chamæmelino, & anethino. coagulum vero
„ leporinum cum pauco aceto & butiro, aut aliquo ex ſupraſcriptis oleis, mirifice prodeſt, di-
„ cebat Galenus: nam etiam in ventre, ne dum lac, ſed ſanguinem concretum epotum cum vi-
„ no diſſoluit. & idem Galenus ſcribebat. Ad lac autem quod in grumos concreuit, facit ace-
„ tum in potu ſumptum. erit etiam dandum coagulum ex aqua fontanæ, aut laſerpitij, ac thy-
„ mi pares portiones ex poſca leuigatæ. Dum vero à partu volumus lac extinguere, eo quia in mammis more caſei coagulatur, ideo Gal. 10. ſimplic. ſermone de ſudore, valde probat ſudorem qui in palęſtris ſe exercentiũ ſordibus miſcetur. & ſolas ſordes impoſitas ad phlegmonas vberum efficacius remedium eſſe ait, & ſi ſordes ſicciores ſint, eis roſaceum miſceatur, pro lactis extinctione. In lactis autem defectu oportet ea victus ratione vti, quæ ſit augens, & nutriens. vnde cibi ſint boni ſucci, veluti ſunt optimus panis, præcipue cum fęniculo præparatus, carnes gallinarum, pullorum, ac columbarum iuuenum, perdicum, phaſianorum, auicularum montanarum, hędorum, vitulorum, & caſtratorum, oua recentia pręſertim ſorbilia, vuæ paſſæ, amygdalæ, pineæ, pyſtachia. pro potu vtantur vino aquoſo, aut flauo tenui moderate aqua diluto, vel etiam vino dulci. nec non ſorbitionibus. vitent exercitium immoderatum, & animi affectus immodicos, præſertim mœſtitiam, & aliquo ſupernarum partium exercitio vtantur. Contra, vbi lac ſuperabundat, minuens ſit victus ratio. cibi minus alentes, & pauciſſimi tribuantur. potus quoque ſit exiguus, aquæ ſcilicet, & non vini. frictiones, vincula, & infernarum partium exercitia pręcipiantur. ab adultis vero, & peritis mulieribus puerperãrum mammæ leniter exugantur, præcipue vbi non immodice doleant, ſeu inflammatæ ſint. effertur enim foras leni hac exuctione lac in mammillis contentum, neque plus materiæ ad eas trahitur. Quod ſi ab immodico calore lac fuerit caſeatum, victus ratio, quæ ad frigidum inclinet, inſtituenda. Tandem circa lac notandum eſt, ex Hippocratis, & Galeni decretis, quod vbi infantes purgare volumus, purgans quodcunq; ſit,

*Margin notes (left):* *Hip. lib. de mor. mulie.* — *Aet. lib. 16. cap. 33.* — *Aet. lib. 16. cap. 31. Pau. lib. 3. c. 37.* — *Aet. lib. 16. c. 35.* — *Gal. li. de re med. par. fa. in fine.* — *Gal. 2. de antid. c. 7.* — *Pau. lib. 1. c. 4.* — *Hip. & Gal. 3. in 6. epid. 31.*

*Margin notes (right):* Lac generantia. — Ad mãmarum imbecillitatem. — Ad lactis nimiã exuberantiã. — Ad lac in caſeũ, aut grumos, conuerſũ. — Victus ratio. — Lac quomodo purgans fiat.

*Ad mammillarum inflámationes, & vlcera.*

ſit, matri lactanti exhibendum eſt. De inflammatione vero, & vlcere mammillarum paucis agendum, quia horum affectuum conſideratio ad eum artificem magis pertinet, qui morbos exteriores contemplatur. Vnde ſi tumor fuerit ſanguineus, quod ex rubore, & alijs phlegmonis indicijs deſumitur, antequam ad topica deſcendamus, oportet (ſi nil impediat) venam baſilicam eiuſdem lateris ſecare. & ſi menſes fuerint ſuppreſſi, primo loco aperienda ſaphena, deinde baſilica. Si tumor fuerit melancholicus, quod cognoſcitur ex liuore, duritie, & alijs, melancholia imprimis expurganda cum ſenna, epithymo, polypodio; ſed prius præparanda cum bugloſſa, boragine, meliſſa, ſyrupo de pomis, & ſimilibus. idem de cæteris tumoribus dicendum, modò ſi in quocunque tumore mammillarum talitum præparatione, tum expurgatione vtamur, optimum erit, quia faciliime in ſcirrhos, & cancros abire ſolent. eodem modo in vlcere mammillarum ob cauſam aſſignatam, ſemper humorem melancholicum euacuare oportet, præmiſſa ſanguinis detractione, vbi aliqua aderit plenitudo. Quod ſi de localibus ſermo fiat, dum adeſt tumor, digerentia debent eſſe mitiora, vt materiam influxam euacuent, & noua materia, ratione immodicæ caliditatis, ad locum affectum, qui propter nimiam laxitatem faciliime ſuſcipit, non attrahatur. Idcirco laudantur maluæ, althea, lini ſemen, fœnumgræcum, flores chamæmeli, meliloti, pinguedo gallinæ, anatis, anſeris, cum aliqua portione roſarij, vt aliquod inducatur robur: gummata vero, & cætera omnia calidiora ſunt euitanda. ſimili modo ratione vlceris detergentia, exiccantia, & agglutinantia mitiſſima eſſe debent, & omni mordacitate carentia, propter nimiam partis mollitiem. ideo maxime probatur vnguentum de tutia, linimentum ſimplex, vnguentum roſatum, de ſolatro, & conſimilia. Victusque medicamentis pro portione reſpondeat.

*Topicæ.* (beside "oportet, præmiſſa ſanguinis detractione")

## De Pleuritide. Cap. XLV.

*Nomẽ, & definitio. Differentiæ.*

PLEVRITIS, vt plerumque teſtatur Galenus, eſt inflammatio membranæ ſuccingentis coſtas, quæ à Græcis vocatur pleura, à qua pleuritis nomen deſumpſit. Hæc autem inflammatio vel totam pleuram corripere poteſt, vel eius partem; hancque vel dextram, vel ſiniſtram, vel anteriorem, vel poſteriorem, vel interiorem, vel exteriorem. & fit vel à ſanguine bilioſo, vel ſyncero, aut pituitoſo, aut melancholico, ſed potiſſimum ex bilioſo: rariſſime autem ex pituitoſo, & melancholico. nã pleura denſa ſubſtantia prædita eſt, quæ a ſanguine craſſo (ad differẽtiam pulmonis, qui laxus eſt) difficillime poteſt permeari. Cauſa vero, quæ ſanguinis fluxionem, & impetum mouet, aut eſt illius maxima copia, aut tenuitas, aut efferueſcentia, & exagitatio ab æſtu, à balneis, ab exercitio, ab excandeſcentia, ab ictu, à ſubita refrigeratione, aut à potione frigida, quæ concalfactum, agitatũque ſanguinem varie depellit. ad has accedit lateris imbecillitas, qua fluxio promptius excipitur. Ex his cauſis, & differentijs propoſitis, reliquæ differentiæ pleuritidis emergũt, de quibus Gal. 2. de rat. vic. com. 36. loquutus eſt. Cognoſcitur autem pleuritis & ab affectibus diſtincta, cum quibus affinitatem habet, tanquam ex ſignis (vt aiunt Hipp. & Gal.) ſignificatiuis, imprimis ex dolore, qui propter arteriarum carentiam pulſatiuus non eſt, ſed pungitiuus, qui membranarum eſt proprius, & per hunc à iecoris inflammatione, pulmoniſq; & muſculorũ phlegmone, in quibus dolor pungitiuus non eſt, ſeiungitur. hic autem pungitiuus dolor, vt habet Galenus, eſt potius firmatus, & ægre remouibilis: hic enim thoracis indicat phlegmonem, ad differentiam materiæ flatuoſæ, quæ ſua natura errabunda eſt. & inſuper dolor hic eſt coſtis affixus: id enim quod affectum eſt, coſtis adhæret, & late permeat, quod ea ipſa membrana late diffunditur. ex vt ait 5. de loc. affec. ca. 3. dolor hic plerumq; vel ad iugulum, vel ad præcordia peruenire videtur, quia talis eſt affectæ partis ſitus, & colligantia. Secundo ex difficultate ſpirandi, & potiſſimum inſpirationis deprehenditur. fit enim cum dolore, vnde diminuta redditur, parua, frequens, & potius velox quàm tarda: velocitas enim ad quietem feſtinat, præſertim in expiratione, eamque quam celerrime aſſequi cupit, tanquam eam, quæ ſola dolorem ex inflammatione lenire poteſt. hæc autem ſpirandi difficultas, vt monet Galenus, ab ipſo affectu potius, quàm à parte cauſam habet. dolor enim dilatari reſpirandi inſtrumenta non ſinit, vt mox neceſſe ſit alteram celerius illi ſuccedere actionem, tanta non interpoſita quiete, quanta dum naturaliter ſe haberet, indeq; ſpiritus frequẽs redditur, & paruus. Tertio cognoſcitur ex febre, quæ tum affectum ipſum (vt docet Gal.) tum affectæ partis ſitũ neceſſario conſequitur. hæc autem dicitur ſymptomatica, licet morbus ſit, quia gerit rationẽ ſigni. & per hanc à dolore pleuræ pungitiuo, qui fit à flatu, diſtinguitur. cum præterea dolor à flatu vagus ſit (vt dictum eſt) nec diu in eadem ſede perſiſtat, calore, & fomentis miteſcat, & ſæpius diſcutiatur, & à frigore, aut alijs cauſis flatulentis originem duxerit. ita ratione febris diſtinguitur à laterali dolore, qui fit à materia humoroſa, ſed citra inflammationem, & ab eo qui à deſtillatione producitur, qui etiam occupat partes externas & à materia frigida oritur, & quia à capite procedit, in ceruice, vel ſcapula primum affixit, deinde in latus delapſus eſt, in quo preſſu exacerbatur, & fomentis non tollitur: interdum tamen, dum perſeuerat, veram pleuritim, etiam cum ſputo cruento introducit, ſeu quod ſenſim penetrans in muſculos intercoſtales, & pleuram ſe inſinuet, ſeu quod dolor nouam è venis propter fluxionem. Quarto cognoſcitur ex tuſſi, quæ maxima ex parte eſt cum ſputis coloratis: nonnunquam vero ſine his. Has incoctas pleuritides vocant: quæ vel celeriter hominem rapiunt,

*Cãæ contentiuæ. Cãæ antecedentes, & primitiuæ. Differentiæ. Signa. Dolor. Difficultas ſpirandi. Febris.*

*Gal. 6. aph. 33. 5 de loc. 3. li. de conſt. art. 15. 2 de loc. 9. 4 de ca. pulſ. 8. 2. de criſ. 10. Aet lib. 8. c. 68. Pau. l. 3. ca. 33. Gal. 6. aph. 33. Hip. & Gal. 1. aph. 12. Gal. 5. de lo. 3. Gal. l. de conſt. ar. 15. & 2 prædi. 36. Gal. 5. de lo. 3. Galen. l. de conſt. ar. 15. Gal. loc. cit. Gal. loc. cit.*

Digitized by Google

*Gal. l. de cõſt. ar. 15. & 5. de loc. 3.* piuut, vel longo tempore finiuntur, quæ, vt Galenus ſcriptum reliquit, à pleuritide inſeparabilis eſt, quamuis ſcreatus ſeparabilis ſit: ſi enim humor in partem inflammatam irruens, multus ſit, & tenuis, rarior vero particula, plurimum eſt quod effluit: contra cum exigua & craſſa fuerit fluxio, corpuſque denſum, minimum erit. at minimum id tuſſim quidem incitabit, ſed ſine ſputo. ſicuti dum copioſum fuerit, tuſſiunt plurimum, nec parum expuunt. & quod ſputo rejicitur, ſemper eſt aliquo colore infectum, non tamen ſemper eodẽ. quod ſputum tum ab affectu, tum ratione partis prodit. Quare ex tuſſi ſimpliciter ab alijs affectib. non diſtinguitur, ſed ſolum dum tuſſis humida eſt, cum ſputo præcipue cruento, ex quo diſtinguitur à dolore pleuræ citra inflammationem: nam dum fit à flatu, tuſſis ſicca eſt. ita ex hoc diſtinguitur à iecoris inflammatione, in qua, quantum ſit ex propria ratione, ſemper tuſſis ſicca eſt, niſi cum ea deſtillario ſit annexa, vel etiam ſputum cruentum ob alias cauſas prodiens. *Tuſſis.* Quinto cognoſcitur ex pulſu duro & tenſo. nam arteriæ, inquit Galenus, maiorẽ *Gal. loc. cit. & 1 de loc. 3.* celerioremque, & frequentiorem ea ratione, quod febris adſit, pulſum edunt: duritiem vero & contentionem iunctam habet, quia pars inflammatione affecta neruoſa eſt. *Pulſus.* In exquiſita autem pleuritide etiam ſerrinus eſt pulſus. *Gale. lib. de pulſ. ad Tir. 11. ad 4. de cau. pulſ. 8. & lib. empi. infor. c. 6.* ex pulſu autem iam propoſito à pulmonis inflammatione ſeiungitur, in qua pulſus potius eſt mollis, necnon ab inflammatione hepatis, in qua non eſt ſerrinus, nec adeo durus: ab inflammatione muſculorum quoque, cum præterea, dum inflammantur muſculi, quandoque dum thorax comprimitur, dolor exacerbetur, quod ita perpetuum in pleuritico dolore non eſt. ita iecure inflammato faciei, totiuſque corporis color mutatur, pallidi fiunt, & decorem amittunt. Ex quinque autem ſignis ſupra relatis tria, ad indicandam pleuritidem ſufficere videntur, ex Galen. 2. de diſpnœa cap. 8. ſcilicet febris acuta, lateris dolor continens, & tuſſis. *Signa differentiarum.* *Alex. lib. 6. c. 1. Pau. l. 3. ca. 33.* Et dum tota pleura inflammatur quomodocunque decumbant dolor intenſiſſimus eſt, omneſque partes occupat, ſimulque ad iugulum, & hypochondrium pertingit, omniaque accidentia iam dicta intenſiſſima ſunt. Oppoſita vero erunt indicia ſi ſecundum partem affecta ſit. ait enim Galenus. *Galen. l. de conſt. ar. 17.* ſed quod dolor nonnullis ad clauiculam perueniat, alijs ad præcordia, partim hoc eſt inflãmationis ſymptoma, dolorem inquam diffundi, partim ex affecta parte ſuam habet cauſam. ea quippe membrana & ad iugulum vſque aſcendit, & præterea vniuerſum occupat ſeptum. vnde ſi inflammatio in ſupremis eius partibus excitetur, deorſum conuelli clauicula videtur. ſi in infernis, dolor præcordia pertingit. proinde exigua erit inflammatio, & ſecundum partes coſtarum medias, ſi in neutram deueniat partem: magna, ſi in vtramque partem concedat. Vtrum ſit in parte dextra, vel ſiniſtra, anteriori vel poſteriori hoc ex doloris ſitu cognoſcitur, *Gal. loc. cit.* quia vbi dolor, ibi malum. quum autem pleura duplex ſit, inquit Galenus, ſi pars quæ exterius oſſibus hæret valide afficiatur, ſi in morboſum latus decumbunt, compreſſio moleſtiam affert. at ſi interior (quod etiam euenit frequentius) vehementius dolent, ſi in oppoſitum latus reclinent, cum penſilis reddatur inflammata particula, in morboſum vero minus, quum neque ab oſſibus prematur, neque quaſi ſuſpenſa pendeat. Si vtraque afficiatur, par in vtroque latere decubitus eſt. Quod autem dolor aut ad hypochondrium, aut ad clauim perueniat hæc, vt monet Galenus, aſſidentia dicuntur ſigna, *Gal. 1. aph. com. 12. in fine.* ſicuti quod facilius in latus patiens, quam in alterum decumbat, ad idem genus aſſidentium attinet. ſicuti ſputum concoctum inter ea, quæ mox apparent, enumeratur. Inſuper dum inflammatio eſt in parte externa, dolor ad tactum poteſt exacerbari, pulſus eſt frequens, & inæqualis, ſed non ita durus, & tenſus, quemadmodum dum inflammatio in parte interna eſt, in qua febris, & ipſa acutior eſt, ſpiratio difficilior, frequentior, & minor; dolor pungens, & diſtendens, & tactu non ingraueſcens; tuſſis interdum initio ſicca, ſed mox ferè humida, in qua ſputum primo liquidum, & album rejicitur, quum è ſolo pulmone excernitur pituita; deinde flauum, dum ſanies quædam tenuis ex affecto latere excidit; poſtea rubrum, quum patentiore via ſanguis purus emanat; hinc purulentum inſequitur phlegmone maturata. Aduertendum tamẽ quod pleura inflammata muſculis intercoſtalibus internis, & ij inflammati pleuræ facile affectum communicant, ait Gal. 5. de loc. cap. 3. ſed exquiſita, ſubdit, pleuritis fit, vbi pleura primario affectu laborat. & proinde dolor vel ad iugulum, vel ad præcordia peruenit. ad iugulum ſuperioribus partibus affectis: ad præcordia, ſi inferiores afficiantur. Sed quomodocunque vehemens febris talem inflammationem ſemper ſequitur, quia ſedes affecta & parum diſtat à corde, & cum panniculo ipſum inuoluente ac ſepto tranſuerſo cognationem habet. Sed an pleura magis afficiatur, an muſculi ipſam contingentes, ex pulſu dignoſcitur. Nam muſculi minus, pleura magis & tendit, & indurat arteriam. Quod ſi pleuritis ex ſucco biliofo producatur, ſputum erit pallidum, aut flaueſcens, acceſſio inuadit de tertia in tertiam in mane, dolor erit atrocior, & magis pungitiuus, febris peracuta valde. *Signa cauſarum.* ſi ex ſucco fiat ſanguineo, ſputum erit admodum rubrum, ex ſputi enim colore potiſſimum materia inflammationis cognoſcitur, ait Galenus, paſſio erit vniformis. ſi fiat ex ſanguine pituitoſo ſputum ſpumeum *Gal. 6. aph. com 33.* erit & album, non exiſtente adhuc concoctione in inflammatione, acceſſio erit quotidiana in principio noctis incipiens. *Gal. loc. cit.* ſi fiat ex ſanguine melancholico, ſputum ad liuiditatem, & nigredinem tendit, nec adeſt fœtor, aut putredo; & præterea non adſunt pleuritidis malignæ, & peſtilentis indicia. Dum enim adſunt malignitatis ſigna, pulſus languidiſſimus eſt, interdum apparent maculæ, aut exanthemata, & ſputum primo fuit flauum, deinde factum fuit liueſcens, & nigricans. quæ ſi non appareant, dicendum fieri ex ſanguine melancholico, & tunc acceſſio erit de quarta in quartam circa veſperas incipiens. Inſuper dum dolor aſcendit, humor calidus eſt, frigidus vero ſolet eſſe, dum deſcendit. ita minor eſt dolor, & febris minus intenſa in frigida, quam in calida pleuritide. & magis pungitiuus eſt dolor in bilioſa, magis autem extenſiuus, dum fit ex alijs humoribus, & tandem, vt particularis humor diſtinguatur,

com-

Progno-ſtica de Pleuriti-dis ortu.

communia iſta, de quibus toties dictum eſt, contemplanda ſunt. Quantum attinet ad præſagia, poſſumus vel pleuritidis ortum, vel longitudinem, & breuitatem, vel exitum, & terminationem prædicere. Quo ad ortum, magis generatur poſt vigeſimum quintum annum, quàm antea, in ſanguineis temperaturis, in habentibus thoracem anguſtum & imbecillum, & in hyeme potius & veris principio, præſertimque in boreali, & frigida, & ſicca conſtitutione. Vnde ex Hippocrare colligimus, quòd ſi autumnus auſtrinus fuerit, & pluuioſus, hyems vero valde frigida, & ſicca ſubſequatur, pleuritides, & peripneumonias expectare oportet. Dicebat autem Hippocrates, quod qui acidum eructant non valde morbo laterali corripiuntur. ideſt raro, vt explicat Galenus, quia hi pituita ſuperabundant, præſertimque ſi ſalſedinem, aut acrimoniam ſibi adiunxerit: talis enim inteſtina mordens irritat ad deiectionem, in qua contingit tum pituitam, tum plures alias ſuperfluitates excerni: pleuritis vero, vt plurimum, fit ex bilioſis humoribus propter membranæ denſitatem. Dicebat etiam Hippocrates libro de aere, loc. & aquis, quod qui habent ventrem natura humidum, morbo laterali, & alijs morborum generibus minime corripiuntur. Secundo poſſumus præcognoſcere ſtatus velocitatem, & tarditatem, & proinde morbi longitudinem, vel breuitatem.

Hip. 3. aph. 5.

Hip. 6. aph. 33.

De longitudine, & breuitate pleuritidis.

Ideo ſciendum, quod pleuritis, vt plurimum, habet ſtatum circa ſeprimam, & terminum in quartadecima, vel ſaltem in vigeſima, breuiſſima vero eſt quæ fit à bile, minus breuis quæ fit à ſanguine, adhuc minus quæ fit à pituita, longiori adhuc tempore perdurat, quæ ex melancholia oritur. Quæ ſiniſtrum latus occupat, ſtatum habet propinquiorem: nam quanto pars affecta nobilior, tanto ſtatus velocior. Aetas, temperatura, aer ambiens, quo magis calidiora, eo magis morbum abbreuiaut, data tamen in cæteris paritate. Similiter accidentia, vt difficultas ſpirandi, febris, dolor, alienatio, vigiliæ, quo vehementiora, eo breuiorem oſtendunt, & potiſſimum ſi ad mortem iudicetur. quo autem remiſſiora fuerint, tanto longiorem ſignificant, niſi ex pauca materia, & ea benigna originem ducat, quod tamen raro accidit.

Gal. 1. aph. com. 12.

Cãæ contẽplatio. Loci affecti conſideratio. Res naturales, & non naturales. Symptomatũ perpenſio. Sputi animaduerſio.

Inquit autem Hippocrates, in morbo laterali; ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat: ſi poſt appareat, producit; & per principium, ſpatium trium dierum intelligit. ideo crudiſſimas, & grauiſſimas peripneumonias, & pleuritides eſſe ſcimus, dicebat Galenus, in quibus nil expuitur. ſignificat enim, ait ipſe, fluxionem in phlegmone quaſi deuinctam teneri. ideo diutius protrahitur, niſi cito interimat. minus cruda eſt, dum tenuis ſanies expuitur. minus adhuc ſi craſſior, minime ſi perfectam habebit concoctionem. ideo ſi appareat in prima die aliquid ſubrubrum, vel ſubcitrinum, ſeptimam non ſolet tranſcendere. Si non expuat in prima die, & concoctio non appareat niſi poſt quartam, vt in quinta, vel circa, in vndecima, vel quartadecima finietur. Si non expuant niſi poſt quartam, ſputum tamen ſit potius concoctum aliqua ex parte, circa vigeſimam iudicari ſolet. Si non ſit concoctum, ad vigeſimamquartam, vel amplius prolongatur, dummodo in via non deficiat. quod vtrum futurum ſit, ex virtute & pulſu id præſcire licet.

Hip. 1. aph. 12. & Gal. 1. de criſ. 6. & 7. & 5. de loc. 3. Gale. 3. in 3. ep. 4. in pr. Gal. l. de cõſt. ar. c. 15.

De ſalute vel morte.

Poſtremo poſſumus huius morbi exitum, & terminum præcognoſcere. qui cum triplex eſſe poſſit, videlicet ſalus, mors, & permutatio, ſeu tranſitus in alium morbum: idcirco ſi de ſignis ſalutis, vel mortis loquamur, ſciendum, quod pleuritis in latere dextro, in parte externa minus periculoſa eſt, quàm quæ latus ſiniſtrum, & partem intimam occupat. Pleuritis ſanguinea eſt omnium mitiſſima, bilioſa vero magis periculoſa, ratione febris vehementiſſimæ. pituitoſa eſt rebellis, adhuc magis melancholica.

Loci affecti, & cauſæ contẽplatio.

Si materia ſit maligna, vt ſit pleuritis peſtilens, in maximo verſantur diſcrimine: indicantia enim pugnant, vnde vnica ſalutis ſpes eſt, virium, ſcilicet, robur. Sputum in principio apparens, ſalutem & cito futuram ſignificat, dummodo ſubrubrum, vel ſubcitrinum ſit. Sputum facile, velox, copioſum, album, æquale, lene, non fœtidum, non mali ſaporis, non rotundum, ſignum ſalutis eſt; etiam ſi morbus in ſtatu ſit. Si contrarias habeat conditiones, malum eſt. ideo nigrum præcipue, fœtidum, ſpumoſum, mortem ſignificant: liuidum eſt minus malum, quàm nigrum: ſignificat enim aut congelationem, & caloris extinctionem, aut vehementem exuſtionem, & putrefactionem, quod ex fœtore præſente, vel non præſente, facili negotio diſtinguitur.

Spuri cõſideratio.

Sputum autem rotundum, vt monet Galenus, docet humorem eſſe glutinoſum, qui in arteria trachea contentus per multas horas eandem cum illa formam acquiſiuit. id tamen non fieret niſi calor ibi præſens eſſet, qui eum quaſi in ſartagine frixuiſſet, & exiccaſſet. ideo, vt ait Hippocrates, etiam delirium portendit. Sed ſi quis ex ſputo recte, & exacte prognoſticari deſiderat, ipſum ita loquentem audiat. In omnibus pulmonis, coſtarumque doloribus celeriter, ideſt in morbi principio, & leuiter, ideſt facile, & prompte, excreari ſputum debet. vt enim ait Galenus, ſputum facile educitur, cum dolor vehemens thoracem non obſidet, nec facultas eſt imbecilla, nec ſputum vitioſum eſt, ideſt viſcidum, & craſſum, & aquoſum, & addit Hippocrates, quod vehementer permixtum ſputo flauum videri debet. Nam ſubdit. Si multo poſtquam cœperit, dolor, flauum, aut ruſum excreet, aut quod multam tuſſim excitet, nec vehementer permixtum ſit, peius cenſetur: nam quod ſine dolore & cito attollitur, ait Galenus, exiguam tuſſim requirit. deinde ſubdit Hippocrates. Quippe flauum, ſi purum quoque fuerit, periculum ſubeſſe teſtatur (nam affectiones à flaua & atra bile molectæ ſunt, ait Galenus) album vero glutinoſum, & rotundum inutile eſt, quia, vt exponit Galenus, ab aduſta ſit pituita. Addit deinde malum vero etiam eſt quod valde chloron (quod de pallido, quod ab aliquibus æruginoſum nominatur, dici conſueuit) ſpumoſumq; eſt. nam omnis purus humor, inquit Galenus, præter ſanguinem, prauã affectionem indicat. ſpumoſum vero ſputum ex pituitoſa, aereaq; ſubſtantia ſimul miſtis conſtat. in animali autam

Gal. 6 in 6. epid 19. Hip. loc. cit. Hip. 2. prog. a tex 43 vſque ad 48. incluſiue. Gal. in com.

tem igneus calor ex glutinoſo humore ſpiritum flatuoſum parit. tandem ait Hippocrates. Si vero ita putum ſit, vt nigrum appareat, etis alijs deterius, malum etiam eſt ſi nihil expurgetur, nec pulmo reijciet, ſed ob plenitudinem in gutture fetueat. Similiter ſputa quibus dolor non leuatur, mala ſunt omnia, peſſima vero nigra. quæ vero dolorem ſedant, omnium optima ſunt. quæ ſententia, vt monet Galenus, ad omnia excreta pertinet. Vrina vero copioſa ad rubedinem, aut citrinitatem vergens, & craſſa, bona eſt. alba, tenuis, & exigua mala, & plerumque lethalis exiſtit. Vrina purulenta bona, quia bonam indicat criſim. Fluxus ſanguinis narium, potiſſimum ex nare dolenti lateri reſpondente, hæmorrhoidum, & menſtrua lis bonus. ſudor copioſus etiam qui bene conditionatus ſit, ad quem ſequitur conſerentia, bonus. Frigidus vero, fœtens, diaphoreticus, ſpirandi difficultatem inſequens, malus. Faciei rubedo mala, liuiditas magis mala: facies vero modo pallida, modo rubicunda, quam quidam tornatilem appellant, lethalis eſt. ariditas linguæ, citrinitas, & nigredo, mala. mentis alienatio peſſima. paruitas ſitis bona, dummodo mens non ægrotet. Pulſus valde durus, paruus, atque creberrimus mortalis, vt nemo cum tali pulſu, inquit Galenus, fuerit ſeruatus. pulſus ſerrinitas ſi fuerit contriſſa, & mollis, probe maturandam inflammationem indicat; ſi magna fuerit, difficilem, & admodum crudam, quæ ſi cum debili virtute connectatur, periculoſa: ſi cum firma, aut tarde concoquetur, aut ad ſuppurationem deflectet, aut tabidus eam excipiet marcor. Denique ſi pleuritis abeat in alium morbum, hoc poſſumus prædicere ex eo, quod illorum affectuum ſigna ſubſequuntur, & pleuritidis indicia deliteſcunt. Verbi gratia, ſi in phrenitidem migret, vrina alba & tenuis euadit, & delirium ſubſequitur, & plerumque aluus cohibetur. vnde perpulchre nos admonet Galenus, quod ſi morbi, & doloris leuatio facta ſit, aſtantesque læti ſint, Medicus lætari temere non debet, ſed quærere facta ne ſit iudicatio, aut abſceſſus eruperit. quorum ſi nullum factum inuenerit, ſed ægri oculos perturbatos, ſignaque delirij adeſſe intueatur, tum magnum eſſe malum pronunciabit, quia materia in cerebrum impetum fecit: quicunque enim aliqua parte corporis dolent, ac ſæpe dolorem non ſentiunt, ægram eſſe mentem conſtat. Si vero tranſeat in peripneumoniam, ceſſante lateris dolore, ſpirandi difficultas, febrisque, cum alijs inflammationis pulmonis indicijs augebuntur. Dum autem ait Hippocrates, à morbo laterali inflammatio pulmonis malum, videtur Hippocrates, vt notat Galenus, de ſuperuenientibus loqui, quæ ſemper mala ſunt, quia priori manente, alter adijcitur. Quod ſi etiam de permutatione loquatur Hippocrates, veriſſimum quoque erit enunciatum, cum pulmo membrum nobilius, cordique vicinius ſit. Si vero in ſubitam præfocationem abeat, quia pulmonis meatus ſtatim obſtruat, apparebit extrema ſpirandi difficultas, cum magna pulſuum diuerſitate, nec non faciei rubedo ad nigredinem vergens, & ſudor plurimus, cum multo oregmone ſubſequetur. ſi decumbat in cor, prauus ipſius motus, ſeu tremor, cum pulſu omnimoda inæqualitate prædito percipietur. & tandem ſyncope, & feſtina mors ſubſequetur. Si permutetur ad neruos, dolor abſque manifeſta euacuatione mitigatur, ſed ſtupor, tremor, ſpaſmus, vel paralyſis suboritur. idem de faucibus, ſubaxillis, alijsque membris extrinſecis ſtatuendum eſt. nam tumor & dolor harum partium inſurgit, pleuritidisque ſymptomata deliteſcunt. Tandem dicebat Hippocrates, Dolores harum partium, quos neque ſputi expurgatio, nec alui deiectio, nec ſanguinis miſſio, nec victus ratio, nec medicamentum ſedare potuit, ſuppurationem excitabunt; ſi tamen (notat Galenus) nullum aliud mortiferum ſignum appareat. ſubdit autem Hippocrates: inter ſuppurationes vero illæ valde pernicioſæ ſunt, quæ ſputo adhuc biliofo fiunt: ſiue ſeparatim bilioſum ſputum & pus, ſiue ſimul excernantur. præſertim vero ſi à die ſeptimo pus à tali ſputo procedere inceperit. nam quartodecimo die moriturum eſſe ſpes eſt, niſi boni aliquid interea contingat. ideo ſignorum numerum & vim, ait Galenus (cuius maximam in præſagijs mirari ſubeſt diligentiam) perpendere oportet. Bona autem ſunt hæc, ſubdit Hippocrates. Si morbum facile ferat, ſi facile ſpiret, ſi ſedatus dolor eſt, ſi facile ſputum excreet, ſi corpus æqualiter molle, calidumque appareat, ſi nulla ſitis ſit. & vrina, deiectiones, ſomni, ſudores laudabiles ſint. hæc omnia ſi ſuperuenerint, vtique non morietur. ſi alia ex his appareant, alia non, quartumdecimum non excedet quin moriatur. mala vero ſunt his contraria, & inſuper ventrem & latera vehementer calere, frontem, manus, & pedes refrixiſſe. nam ſi aliquid ex his ſputo ſuperuenerit, nono, aut vndecimo die morietur. Pariter idem Hippocrates ita ſcribebat. Quicunque pleuritide laborantes in quattuordecim diebus non repurgantur, ij ad ſuppurationem vertuntur. & dum maturatur inflammatio, augetur dolor, febris, horror superuenire ſolet vnde ſcribebat Galenus primo, de locis 5. quod ſine ratione inuadens rigor, vna cum febre, inflammationis ad ſuppurationem tranſeuntis indicium eſt) ſiccitas linguæ, delirium, ſpirandi difficultas augentur; tuſſis fit ſicca propter materiæ inobedientiam, membranæ denſitatem, & virium debilitatem. facta collectione quieſcit febris, & dolor, & augetur grauitas, aut pro dolore, grauitatem eius partis, quæ dolore conflictabatur, ſentit, & quando diſrumpitur, accidit tremor diuerſus, & dilatatur pulſus cum inæqualitate, virtus decidit, & reſpiratio debilis euadit. & multoties febris fit vehemens ratione materiæ mordicantis. & poſt eruptionem, ſi non repurgetur in quadraginta diebus à die rupturæ, phthiſim procreat. Scopi deſumuntur ex dolore, qui, dum eſt acerbus, & non remittitur ad euacuationem materiæ per venam ſectam, indicat mitigantia; & ab inflammatione, de quibus ſæpe dictum eſt. vnde ratione intemperiei oportet refrigerare, non in quacunque pleuritide, ſed in billioſa præſertim: ratione materiæ oportet futuram retrahere, fluentem & reuellere & deriuare, fluxam ſed non extra venas,

Margin notes (left): Galen 4. de præſag. ex pulſ. c. 3. — Gale. lib. de pul. ad Tyr. 11. & 4. de cau. pulſ. 8. — Gal. 6. in 6. epid. 11. — Hip. 7. aph. 11. — Gal. in com. — Hip. 2. progn. 22. — Gal. in com. — Hip. 5. aph. 8.

Margin notes (right): Vrina, & alia excreta. — Facies, & lingua. — Pulſus. — De tranſitu, & permutatione pleuritidis in alium morbum. — De ſuppuratione. — Indicationes.

Digitized by Google

nas, deriuare, nequaquam reprimere: & hoc peculiare eſt io hac inflammatione, ne
Curatio. Chirurgia. reſpiratio lædatur, materia ad pulmoné, & cor propellatur, & ne materia incraſſetur, & ine-
ptior ad expulſionem per ſputum reddatur: Fluxam denique, & impactam materiam diſcu-
tere, & eradicare oportet. totius tamen præmiſſa prouidentia. Quantum itaque attinet ad Hip. & Gal.
Venæ ſectio. præſidia chirurgica, ſi virtus & ætas permittant, ſanguis per venam ſectam extrahendus 3. in 6. epid.
eſt. aduertendum tamen ex Hippocrate, & Galeno, quod in pleuritide ſanguinea, in qua vlt.
per ſputum ſanguis educitur ad portionem materiæ inflammationis, quod cognoſcitur ex
eo, quod dolor remittitur, à venæ ſectione deſiſtendum, quia tunc, vt ait Galenus, pleuritis Gal. loc. cit.
parua, & placida eſt, ac mitis. Sed ſi magna ſit inflammatio, & expuitio cruenta exigua, opor- & 3. de hu-
tet venam ſecare, quia tunc dolor perſeuerat. nam huius præſidij beneficio fit totius euacua- mor. 33.
tio, reuulſio, & deriuatio, & dolor ſedatur. Vnde dicebat Galenus, quod quamuis io hy- Gal. 1. de
pochondrium dolor pertineat, & quamois Hippocrates pro humorum inclinatione, qui in- rat. vic. cł.
flammationem gignunt, euacuationes faciat, tutius tamen eſt vti venæ ſectione, quàm pur- 11.
Quãtitas ſanguinis euacuandi. gante; quamuis dolore deſcendente febris ſit potius mitis, eo quia humores melancholici,
vel pituitoſi redundant. Expedit autem ſanguinem in magna quantitate euacuare: dicebat Hip. et Gal.
enim Hippocrates in Anaxionis hiſtoria, octaua die ſecui cubitum, & multum, vt debebat, 2. de rat.
effluxit. Hanc autem quantitatem magis adhuc præſcribunt, definiuntque Hippocrates, & vic. 18. &
Galenus, dum iubent ſanguinem detrahendum eſſe vſque ad ipſius de bono ad malum mu- Gal. lib. de
tationem, vt ſi primo flauus egrediatur, ruber euadat; ſi ruber, nigricans, vel liuidus. quod rat. cur. per
tamen perpetuo ſeruandum non eſt. ita enim ſcriptum reliquit Galenus. Non tamen omni vẽ ſec. 14.
ex parte expectanda eſt, ſed eſt, quando antequam fiat mutatio, ceſſare conueniat, idque & Hip 3 in
duplici nomine, ob infirmas ſcilicet vires, aut phlegmones malignitatem. interdum enim ni- 3. epid. 79.
hil ab ea emittitur, ſed inibi fortiter conſtrictus eſt ſanguis. ſi tamen vires exolui euacua- Loc. citatis.
tione nondum videantur (id quod ex pulſu ſcies, & ſi cui ſangois mittitur ætate ſit florenti) Gal. lib. de
expectanda eſt mutatio, potiſſimum ſi ambiens ſit temperatus. Duo enim ſunt, ob quæ maxi- rat. cur. ca.
me coniecturalis efficitur euacuationis quantitas, laborantis natura, & ambientis temperies » 14. cit.
qualis ſit à miſſo ſanguine futura. Quare præter vires, ſi mutationem hanc expectare debe- »
mus, oportet, vt ab eodem latere eoacuatio fiat, & per venam proximam, non aotem remo- »
tam, veluti dum vena pedis aperitor. & præterea inflammationis materia praoa, & craſſa eſſe »
non debet (ſolet autem huiuſmodi eſſe in pleuritide, in qua dolor deſcendit) ſed tenuis: nam »
ſecus per venam ſectam exire non poteſt. Inſuper copioſam ſanguinis euacuationem prohi- Gal. loc cit.
bent laboraotis temperies calida, & homida, quia corpora hæc prompte diſflantur. quo fit, & 4. de rat.
vt in iunioribus, cum videlicet pubertatem attingont, minus detrahamus. Similiter in habi- vic. 19 &
tu molli, in candidis, & quibus mollis, teneraque caro eſt, minus euacuare oportet. & quo 1. ad Glau.
„ minus plenitudo fuerit exquiſita, eo minus detrahendum eſt. in regionibus etiam, anni tem- 14.
„ poribos, & aeris conſtitutionibus immodice calidis, & frigidis, larga euacuatio fugienda; Hip 4. de
„ quia omnia hæc virium imbecillitas concomitatur. Ideo dum Hippocrates ait. & ne verea- rat. vic 74.
„ ris, ſi dolor foerit acutus ad animi vſque deſectionem detrahere. Galenus in com. ait. quod & Gale. in
„ præter dolorem acutum, oportet vt alia adſint: videlicet vt vires robuſtæ ſint, ætas floreat, com.
„ ſangnis abondet, ægri natura denſior duriorque, & difficulter per halitum digeratur, anni Gal. 2. de
„ tempos, conſtitutio, & regio temperata. ex his enim, ait, nobis ſuppetit, vt vſque ad animi de- rat. vic. 10.
fectum ſanguinem mittere non vereamur. notat tamen Galenus, quod melius eſt vires non
exolui, quàm redundantem ſanguinem vacuari. Si vero de diſcreta quantitate ſermo fiat,
Tempus. dum virtus fuerit robuſta, ſanguis vnica vice eoacuandus, quia morbus acutus eſt. Si noo ſit Vide Hipp.
admodum robuſta, venæ ſectionem partiri, & iterare oportet. Quoad tempus, Hipp. ante & Gal 4 de
ſectionem venæ vtebatur fomentis, non ſolom (vt quidam Moderni dixere) vt periculum fa- rat. vic 75.
ceret an materia inflammationis copioſa eſſet, nec ne (qoia dom eſt exigua cedit fomentis,
quibus ſumus contenti, inquiunt iſti, & non ſecamus venam, qoia plenitudo mitis & debilis
eſt) nam inflammationis magnitudo facillime ex ſymptomatum magnitudine poteſt cogno-
ſci; verum etiam Hippocrates fomentis vtebatur, vt dolorem ſedaret, & materiam & ſan-
guinem funderet, vt facilius & commodius per ſectam venam exiret: nam ſanguis, vt di-
ctum eſt, vſque quo in colore, & ſubſtantia mutetur, educi debet, niſi quid prohibeat.
„ Hoc autem nobis inſinuauit Galenus dum habet. at ſi humores, qui iam inhæſerunt excer- Gal 2 in 6.
„ ni permiſeris, cum ipſam dolore liberabis; tum vero facilius reuellentibus remedijs aliquid epid. 8.
„ perficies; cum pars non amplius præ dolore in ſe ipſam humores, ea inclinatione, quam à prin
„ cipio non recte acceperant, irritet. & inſuper fomenta tepida, vt idem Galenus tradit, cu- Galen 2. de
„ tem rareſaciunt, & ſanguinem attenuant. Quare dum materia inflammationis potius craſ- rat. vic. 2.
ſa eſt, vt erat in Anaxione, ante venæ ſectionem licet aliqua ex parte fomentis, & ijs etiam
mitigantibus vti, in quibus tamen parum immorandum, tum quia ſob his ſiccatur pulmo
& ſuppuratio excitatur, vt ait Hipp. 2. de rat. vic. text. 19. tum ne maior fluxio ad locum affe-
ctum proritetur, vnde quamprimum adhibito fomento, vena eadem hora, immiſſo clyſtere,
ſi opus ſit, aperienda eſt. Quinimo Hipp. & Gal. 4. de rat. vic. 75. volunt clyſterem poſt ſan- Gal. lib. de
guinis miſſionem eſſe iniiciendum, oiſi aluus probe ſua ſponte deiecerit. Si vero de loco ſer- rat. cu mor.
mo fiat, oportet oculos dirigere ad locum, in qoem ſanguis decumbit, ad pleuram videlicet, per vẽ c. 16
Locus. & ad locũ à quo materia ſanguinea ſui motus initium ducit. Si reſpiciamus ad locũ recipien- Hip 2 de
tẽ, oportet cũ Hipp. & Gal. iecorariam venam eiuſdẽ lateris reſerare. ait. n. Galenus: Quin & rat. vic. 1a.
pleuriticis, quę è directo laborantis lateris adhibita fuit, ſanguinis miſſio clariſſimã ſæpe atto 11. & 4.
„ lit vtilitatẽ, quæ vero ex brachio oppoſito, aut omnino obſcorã, aut certe poſt tẽporis inter- eiuſdem 73
„ uallum. Quod ſi conſideremus locum, à quo materia ſui motus initium capit, & locũ mandao 74. 71. 76.
„ tem, ſi prodeat à toto, licet ab eodem latere euacuare; quia per quamlibet ſectam venã to- & Gal. in com.

tum euacuatur. quod ſi phlegmone adhuc in generatione exiſtente, fluxio vehementer irruat, aut in toto maxima ſit repletio, & præcipue vbi virtus ſit debilis, vt vnicam ſanguinis miſſionem, quæ vſque ad ipſius mutationem fiat, non ſuſtineat, tunc primo ſecanda vena oppoſiti lateris, ſeruata tamen rectitudine, vt fiat ad longinqua reuulſio: deinde ab eodem latere ſanguis mittendus. Si vero prodeat à iacore, val liene, & pleuritis ſit in eodem latere, patet quid agendum. Si ſit in oppoſito, vt verbi gratia, pleuritis ſit in parte dextra, & materia prodeat à liene, oportet ſecare vtramque venam. ita de iecore dicendum eſt, & etiam de vtero. Si enim prodeat ab vtero, oportet ſecare venas brachij, & etiam pedum eiuſdem tamen lateris. ſed cum duplex vena ſit aperienda, quæ nam prius ſecari debet? oportet abſque dubio ei, quod magis vrgat, incumbare: ideo ſi dolor ſit intenſus, magis poteſt materia loci recipientis, ſin minus, magis vrget ea, quæ à loco mandante procedit. ideo in vehementi dolore primo ſecanda vena brachij, deinde pedis ratione vteri, idem de iecore, liene, & qualibet alia parte dicendum. denique aduertendum, quod dum ſecatur vena brachij, ſi non appareat iecoraria, quæ potiſſimum, ſi fieri poteſt, ſacanda eſt (in acutiſſimis enim morbis, ait Galenus, maxime confert, quia velociſſime, & plurimum ex principibus

Ga. 4. de ra. vic. 34. partibus corpus euacuat) aperienda media, ſeu communis vena, quod ſi neque ea nobis appareat, humeralis, vt ait Galenus, incidenda eſt. Quod ſi vires, vel ætas non permittant — Cucurbitulæ.

Gale. lib. de rat. cur. eu. venæ ſectionem, applicandæ ſcarificatæ cucurbitulæ, non tamen dorſo, ſed partibus inferius, licet etiam, pro totius euacuatione, & reuulſione, applicare hirudines venis brachij — Hirudines.

lateris affecti præcipue in pueris, necnon etiam in pleuritide maligna, in qua peticulæ, ſeu exanthemata conſpiciuntur, cum vrina ſubiugali: in hac enim virtus eſt valde infirma, & hoc modo ſanguis citra ipſius iacturam euacuatur; ſenſim enim educitur, potiſſimum ſi dū admouentur hirudines, brachium in aqua modarate calida detineatur. & ſi hæmorrhoides antea fuerint ſuppreſſæ, licet eiſdem hirudines applicare. Vnde dicebat Hippocrates hæmorrhoidibus laborantes, neque ſcabie, neque furunculis, neque laterali morbo laborant. Poſtremo pro euacuatione probantur etiam cucurbitulæ ſcarificatæ parti affectæ admotæ, & vulnuſcula ſale perfricanda, vt aperta ſeruentur, & materia inflammationis exeat, & in ſuppurationem non abeat. & hoc potiſſimum obſeruandum, dum rubor in parte externa apparet. his tamen non eſt vtendum niſi corpore ex toto euacuato, ſicuti alijs vtimur poſt alui lenitionem. Inter medicamenta vero, ea primum enumerantur, quæ totum reſpiciunt, dum

Hi. & Ga. 4. de rat. vi. 1. & 26. vitioſis ſcatet humoribus, & ſunt lenientia, præparantia, & purgantia, quæ debent eſſa varia, pro materiæ varietate. Quod autem ſi virtus conſtans ſit, purgatio conferat, daclarat Hipp. dum ait, ſi æger per copioſam ſanguinis miſſionem eſſe imbecillior videatur, tum, ſupplee Galenus, loco purgationis clyſterem tertio quoque die inijcito. Ea tamen purgantia ſunt eligenda, quæ mitiora ſunt, & per tuſſim euacuationi opitulantur, vel ſaltem non aduerſantur, Veluti ſunt caſſia, manna, ſaccharum violatum, ſyru. viol. ſolut. mel violatum ſolutiuum, lenitium, diaprunum non ſolutiuum Nicolai, quibus licet miſcere, in parua tamen quantitate, diacatholicum, rhabarbarum, vel agaricum, dummodo vires valeant, & non adſit timor fluxus ventris; tunc enim cauanda ſunt, quia fluxus ſolet eſſe periculoſus. vbi vires fuerint

Hippo. 1. de rat. vic. 2. Gal. l. de vē. ſect. adu. c. 4. Ga. 2. de ra. vic. com. 12. Ga. 4. de ra. vic. 76. debiles, clyſterijs contenti eſſa debemus. Quo ad tempus, dicebat Hippocrates dolora aſcendente venam eſſe ſecandam, at ſi eas partes, quæ ſub tranſuerſo ſepto ſunt, dolor afficit, vel nigro veratro, vel peplio aluus ducenda eſt. (Iuxta enim humorum vergentiam eos inanire Hippocr. conſueuit) & Galen. in comment. ait, cum igitur febris vehemens non fuerit, ſiſque naturæ laborantis expertus, ad purgantis potum te conferes. poſt purgans autem detur priſana, quia eius nocumentum remouet. Verum aperitur vena in principio, ergo & pharmacum in principio exhibendum eſt, ſed poſt venæ ſectionem, ait enim Galenus, nam vel ſtatim in principio antequam aliquam in partem infigantur humores, medicandum eſt: vel poſtea cum ſint ad maturitatem perducti. Aduertendum tamen eſt, cum in principio materia ſit cruda, non eſſe exhibendum pharmacum dolore deſcendente in principio, niſi quādo dolos eſt vehemens, & ita vehemens, vt ab ægrotante perferri non poſſit, quia tunc periculum eſt de vita. & non poſſumus vti opiatis. a Galen. enim maxime improbantur in pleuritide. Similiter dum vehementiſſima eſt febris, vt in pleuritideblioſa (quamuis in hac dolor potius aſcendat) tutius eſt venam ſecare, quàm vti pharmaco, ne ratione caliditatis pharmaci (& ſermo eſt de ſolutiuis) febris intendatur. Dum autem dolor ab ægro perfertur) quidam enim ſtrenue perferunt dolores) tutius eſt ſecare venam, etiam dolore deſcendente. Nam vena ſecta poſſumus cum Gal. occaſionem arripere mulſam potui dandi, in qua parum hyſopi

Gale. 1. quos purgare con. c. 2. decoctum ſit, vt humores tenues, & minime tenaces reddantur, & meatus per quos eſt tranſitura purgatio, aperiantur. Quapropter ſi febris ſit potius remiſſa, & dolor ab ægro non perferatur, dolore deſcendente vtendum pharmaco, & quā primum confugiendum ad euacuationem. nam inflammatio pituitoſa, & melancholica, in quibus dolor deſcendit, febrem adeo intenſam non producunt, mitioribus tamen occurrendum. ideo in pleuritide melancholica, licet vti ſena, epithymo, polypodio, & ſi neceſſitas vrgeat vtendi elleboro nigro in robuſtioribus corporibus, in ſero lactis infundatur, in pituitoſa agaricum propinandum, aut cū Gale. 2. dē rat. vic. com. a. Hiera colocynthid. vbi ſcilicet corpus eſt robuſtum. in bilioſa dolore deſcendente, dum dolor non poteſt ſuſtineri, exhibendum rhabarbarum maturum infuſum, & in virtute potius, quàm in ſubſtantia. & infundatur cum refrigerantibus & pectoralibus, vt cum ſero lactis, cum aqua hordeacea, cum violis. in pituitoſa infuſio fiat in liquiritiæ, & hyſſopi decocto. in melancholica in decocto boraginis, violarum, capillorum veneris, paſſularum, vel ſimilium. Denique in pleuritide maxime probantur purgantia per vrinam, quæ etiam pectori amica ſint, vt ſunt capilli veneris, emulſio ſeminum melonum,

& hu-

& huiuſcemodi alia. nam pleuritis non raro per vrinam iudicatur. ideo de hac loquens Hip.dicebat,huiusmodi ſudores mali ſunt ob vincentis morbi æſtum,impetum, & violentiã, niſi vrinæ multæ & craſſæ prodierint.& ideo ſingula die poſſunt propinari. Si vero de locali-

**Topica.**

bus medicamentis loquamur,& primo de lenientibus dolorem,hæc duplicia ſunt: vel enim his vtimut ante venæ ſectionem,vel poſt,dum ſcilicet dolor perſenerat. priora ſunt fomenta

*Hip.4. de ra ti.vic.78.*

**Mirigantia ante venæ ſectionem.**

calida,de quibus ſermonem habens Gal.ſic inquit. Calidorum autem fomentorum quædam liquida,quædam ſicca,quædam mordentia,quædam non mordentia,vel ex his mixta. humida autem conferũt inflammationi bilioſæ:ſicca ijs, quæ à tenni & aquoſo ſanguine oriuntur, morſus expertia aduerſus ſuccos mordentes:mordentia,quia attenuant,craſſis, & glutinoſis humoribus idonea ſunt. Inchoandum autem ab ijs,quæ per coniecturas certiora videntur eſſe,& ſi nil perficiamus,ad alia tranſeundum.& dolore non ſedato, ad totius euacuationem accedendum,Hipp.autem à fomẽto illo incipit,quod omni periculo vacat. nam ea quæ ex aceto,vel eruo,vel ſale fiunt,niſi conuenientem affectionem ſortiantur, malum magnopere exaſperant:vbi autem non adeſt totius repletio,& fotus blandi non conferunt,craſſities ſubeſt ſuccorum quæ in halitum ſpiritumque flatuoſum ſoluitur,qui quoniam exire non poteſt, moleſtiam affert.hunc ergo flatum & ipſum efficientes ſuccos, hi fotus diſcutiunt præſertim ex eruo confecti. Fiunt autem humida fomenta ex aqua calida in vtre, vel veſica poſita, vel ſpongia molli ex eadem expreſſa,linteoque inuoluta,& dolenti parti applicita. ſicca fiunt ex ſale & milio frictis,& torrefactis,& ſacculis concluſis,& applicitis.idem de furfure, floribus chamæmeli,ſeminibus lini,& fœnogræco dicendum eſt.ſi ex craſſis, viſcidis humoribus oriantur,fiant ex hordeo & eruo prius comminutis,deinde ex aceto & aqua excoctis, quæ ita perfuſa,& feruefacta in ſacculus coniecta,lateri dolenti admouentur. idem dicendum de furſure ſolo,vel etiam cum hordeo: vbi vero melancholicus ſubeſt humor,Ale. extollit fomẽtum ex furfuribus in iure chamæmeli decoctis. tutius tamen eſt ab humidis tanquam ſecurioribus,vt dictum eſt,exordiri, quia ſcientificam prædominantis humoris cognitionem habere non poſſumus,ſed coniecturalem.quæ quidem ex ætate,temperatura,anni tempore, regione & anteacta vita potiſſimum ducuntur.Ea vero,quæ leniunt dolorem, & poſt venæ ſectionẽ,

*Ga.2.de ra. vic.com.2.*

*Tex.5.*

**Mitigantia poſt venæ ſectionem.**

dum ſcilicet perſenerat,admouentur,duplicia ſunt,quatenus vel extrinſecus, vel intrinſecus adminiſtrantur.

**Extrinſecus applicata.**

Extra laudatur fomentum ex decocto maluarum,ex butiro loto in hoc decocto.veſica ſemi repleta ex oleo amigdalino, & aqua maluarum. Si inflammatio ſit feruens, addatur aqua hordcacea,vel decoctum violarum.ſi ſit remiſſa, vt pituitoſa, vel melancholica,præter decoctum maluarum,licet addere puluerem cimini,chamæmeli,vt drac.ſem. pul. pro ſingula vncia butiri,vel olei.addendo drach.2.ceræ ratione conſiſtentiæ. ita præſtantiſſimum eſt in omni pleuritide,quod recipit rad.altheæ vnc.3.anethi,violarum ana vnc. 2. farinæ hordei,fœnigræci,ſeminis lini,ana vnc.2.olei violati chamæmelini,amygdalarum dulciũ ana vnc.8.ceræ,butiri ana vnc.4.fiat emplaſtrum ſecundum artem,& calidum applicetur. & vt emplaſtra calida permaneant, veſica oleo calido ſemiplena frequenter admoueatur. In-

*Gal.3.ſimp. c.30.*

**Intrinſecus exhibita.**

trinſecus vero, dum dolor externis non cedit, optimum eſt per os exhibere oleum de ſeminibus lini:nam lini ſemen mollit,inquit Galen.& non calfacit manifeſte: quæ maxime omnis exigit inflammatio,& mitigat,concoquit,& per halitum digerit. Poteſt autem offerri oleum de ſem.lin.ad vn.4.cum vnc.1.ſacchari optimi:ſed oleum fiat ſinc igne.Sed ſi inflammatio ſit feruidior (quia oleaginea facile inflammantur) detur oleum amigdalarum dulcium ad vnc. 6.cum aquæ hordeaceæ vnc.3.& ſi ventriculus ſit debilis,maſtichino oleo inungatur: Si vero inflammatio eſſet pituitoſa,vel melancholica,oleo amygdal.dulc.addatur oleum amygd. amararum. Inſuper pro dolore mitigando, & materiæ euacuatione plerique vtuntur medicamento ex aqua hordei,farina amyli,& penidijs confecto.Pro concoquenda, & digerenda etiam inflammatione,Galen.4.ſimpl.med.ſermone de butiro ipſum maxime laudat, tum ſolum,tum vbi volumus magis educere per os,cum melle & amygdalis amaris. Sed pro iiſdem intentionibus,nec non etiam pro reſolutione inflammationis, & pro ciendo ſudore admira-

*Gal 4.de ratio.vic.49.*

**Vtiliſſimũ præſidiũ.**

bile præſidium eſt,aqua ſtillaticia,præſertim per vitreum elambicum ex floribus chamæmeli ad vnc.4.cum vnc.2.ſacchari optimi pulucrizati,& miſti, ſi ſummo mane loco ſyrupi per 2. 3.vel 4.dies calida exhibeatur,& ægrotantes,ſi poſſunt, probe contecti ei ſuperdormiant. nã quidam practicantes poſt totius euacuationem,hoc vnico præſidio omnes pleuritide curant. Neque id ab re,cum Galen. 3.ſimplic.30. in omnibus præcordiorum inflammationibus an-

**Euacuantia.**

themidem extollat.Inter euacuantia vero reprimentia cauenda ſunt.& licet vel ſenſibiliter, vel inſenſibiliter euacuare. Senſibiliter euacuantia ſunt illa, de quibus in ſequenti capite dicemus,& ſunt lambitiua varia pro materiæ diuerſitate. Verbi gratia in ſanguinea,& bilioſa pleuritide,licet vti ſyrupo violato,de capillis veneris,acetoſo ſimplici. In pituitoſa,& melancholica ſyrupo de liquiritia,de hyſſopo,oxymelite ſimplici:ſed ſyrupus de farfara ĩ omnibus eſt immiſcendus, quia à proprietate maxime pulmoni opitulatur, & expurgationem per ipſum maxime adiuuat. Sed oxymel,vt Galenus nos admonet 4.de ratione vic. com.47.debet eſſe acidius, vt in pulmones,viribus non diſſolutis comportetur. ſi autem materia ſit in præcordijs, vult dilutum eſſe propinandum. Inſenſibiliter euacuantia, quæ etiam extrinſecus applicantur, debent eſſe calefacientia & humectantia, quæ etiam in empyemate opportuna ſunt,in quo,in ſequenti capite,hæc quoque diffuſius proponentur. Tandem ab Hippocr. & Galen. ſummopere probatur balneum, præſertim ſi patientes tempore ſanitatis illud adamarunt. dummodo in eius apparatu error non committatur. nam lateris, pectoris, dorſique dolorem mitigat: ſputum maturat, & educit, ſpiritum facilem reddit, fatigationem

*Hip.& Gal. 3. de ratio vic.17.*

**Balneum.**

lenit;abientem cutem mollit: vrinam ciet,capitis grauitatem ſoluit:nares humectat.oportet autem vt totum ſit prius euacuatum.nec ſint citatiore, aut ſupra modũ adſtricta aluo,nec vi-

res imbecilles ſint, nec faſtidio, aut vomitione aff. cti ſint, nec biliosa ructent, nec ſanguis è
naribus profluat, niſi minus quàm occaſio expetit, effluat. & quotidie calida lauandi ſunt. tu-
tius autem eſt balneo vti, ait Gal. quando affectus materia fuerit concocta, & corpus euacua-
tum, ait idem Galenus com. 61. Victus ad portionem iam dictis reſpondeat. Aer ſit tempera- *Victus rõ.*
tus, parum ad calidum vergens. nam frigidum neruoſis partibus & earum affectibus inimi-
cum. ſomnus vigilia longior ſit. animo & corpore adeò quieſcant, vt vix loquantur. Aluus lu-
brica non tamen acrioribus, ſed leuioribus clyſterijs ſeruetur. Cibus ſit maxime tenuis, & le-
nis, & præcipue ſorbitio, & potiſſimum ex ptiſana hordeacea largiter decocta, vt flatuoſum
omne deponat. Ait enim Hipp. 1. de rat. vic. Ptiſana frumentaceis pulmentarijs recte præpo-
*Hippoc. 1. de rat. vic. 18.* nitur in acutis: nam viſciditas eius lenis eſt, continua, iucunda, lubrica, & modice laxa eſt, ſi-
tim arcet, & vbi ablutione opus eſt, probe abluit: non adſtringit, non vellicat: neque in vẽtre
tumeſcit, quippe cum decoqueretur, intumuit quantum maxime potuit. Cum enim, vt ait Ga
len. acutorum natura talis ſit, vt eorum febres continuæ ſint. & febris ortus ſit natiui caloris
*Gal. in cõ.* ad igneum conuerſio. in febribus quæ ex humorum corruptela oriuntur, quæ concoctionem *De ptiſanæ exhibitione in omnib. ferè acutis morbis.*
admittunt, concoquenda, & quæ ſunt exuſta, & concoqui non poſſunt, euacuanda. quare eis
dandus eſt cibus talis, qualis ab Hipp. fuit deſcriptus, & qui præterea facile concoquatur, &
» diſtribuatur, & probe abluat, veluti eſt ptiſana. quæ etiam, vt poſtea ait, humectat, & medio-
» criter incidit humores, qui expui debent, & vires roborat (vnde & alimentum, & medicamẽ-
*Tex com. 27* tum pleuritico eſt, ait idem Gal.) vtriſque enim concurrentibus cito expurgantur humores,
*Com 44.* qui inſtrumenta reſpirationis infeſtant, quos humectare, & ſecare aqua mulſa poteſt, non ta-
» men æque, ac ptiſana vires roborare. contrariam vim habent panis & alica: nam vires robo-
» rant, ſed neque humectant, neque ſecant, quod nulli alteri eorum, quæ nunc ægris dari à Me-
» dicis conſueuerunt, ineſt. quod ſi ptiſanam, mulſamque faſtidierit, piſces ſaxatiles erunt ma-
xime idonei ex aqua, porro, anetho, ſale, ac modico oleo parati: atque ex non ſaxatilibus aſel-
» li. ſed oxymel ante propinandum eſt, ſi ſtomacho non aduerſetur, ſi nerui affecti non ſint, vel
» vterus. cuius loco dabis tunc quod ex marubio, irideque conficitur. hoc enim etiam ſi per ſe
cum mulſa bibatur, concoquit probe excrementa, quæ in thorace, & pulmone ſunt, & ad ex-
» puendum præparat. Probatiſſimum autem hordeum eſt, quod plenum eſt, & nihil rugoſum
*Tex 28.* in ſe habet, & per decoctionem minimam plurimum intumeſcit, & plurimum ſucci facit. Fe-
» cibus autem multo tempore retentis, vt aiunt Hipp. & Gal. ptiſana pleuriticis non eſt exhibẽ-
*Hip & Gal. loc cit. Tex. & com 32. Hip tex 33. & Galen. in com & 3 de rat. vic. 61.* da, quia dolor irritatur, vel ſi non eſt, inducetur, frequentior ſpiritus reddetur, quod malum
eſt: nam pulmo exiccatur, præcordiaque & abdomen, & ſeptum tranſuerſum ex tali ſpiritu fa
tigantur, quia frequentior reſpiratio maioris caloris eſt cauſa in reſpirationis inſtrumentis.
& iidem aiunt, Quod ſi quis increſcente inflammatione, quod cognoſcitur ex dolore conti-
nuo, & ſputo inconcocto, & potiſſimum tenaciſſimo (quod non ſolum magnæ, ſed etiam ma-
lignæ pleuritidis indicium eſt) exhibeat ptiſanam, prius quam dolorem aut venæ ſectione,
» aut alui inanitione ſoluerit, hominem iugulat. imo à mulſa, & oxymelle læduntur ſi hæc acci
» piant prius quàm fuerint euacuati. Tandem ex eiſdem viris animaduertendum, quod cum
» vires vſque ad criſim ſine ptiſanæ ſorbitione ſufficiunt (hoc autem erit, ſi quarta, vel quinta
» die indicatio futura ſit) oxymel & aqua mulſa ſatis erunt. ſed quia vt plurimum pleuritis, nõ
» ſolum quintam, ſed etiam ſeptimam pertranſit, & fere ſemper ſaltem vſque ad ſeptimã pro-
» tenditur, ideo, vt ſubdit Hipp. expedit imprimis, & maxime cremorem date, tum ad ptiſanã
*Hip 1. de rat. vic. cit.* paulatim accedere. nam primum ſolo cremore vtendum, deinde miſcere parum ptiſanæ, de-
inde æquas portiones: mox plus ptiſanæ, & tandem ſola exhibenda. nam cremor minus nu-
trit, & facilius concoquitur. Quantum vero ſpectat ad tempus ipſius particulare, cauendum
principium, & augumentum: & exhibenda in declinatione, in qua calor ad pedes deſcendit,
& thorax & venter moderatiſſime ſunt affecti. In pleuritide vero particulatim vt ſputum fa-
cilitetur, probatur amygdala purgata, & leuigata, ſi ptiſanæ incoquenda permiſceatur. idem
dicendum de lacte amygdalarum dulcium cum decocto aliquo pectorali extracto. quod ſi
ptiſanam abhorreant, cum panatella permiſceatur: nam & panatella cum ſaccharo vtiliter
exhibetur. quæ dum virtus eſt imbecilla, quod ſolet ſuccedere dum copioſa fit expuitio, po-
teſt parari cum iuſculo gallinarum, & interdum cum luteo oui recentis, feruore deliteſcen-
te. Ideo obſeruandum ex Hipp. mente, vt, ſi materia non ſuppuratur, ſed per tuſſim expella-
tur, aduentante ſtatu cibus augeatur, quia virtus in reiectione per ſpiritus vias labefactatur.
præterea quia pectus ſolet expurgari interdum per vrinam, & hoc potiſſimum beneficio ve-
næ ſine pari, quæ totam thoracis cauitatem ambit, & cuilibet coſtæ, è regione videlicet ipſa-
rum, ramum tranſmittit, & demum in renes, & ramos emulgentes tendit: idcirco non ſolum
cum medicamentis, verum etiam cum cibarijs diuretica vtiliter permiſcentur, vti eſt emul-
ſio ſeminum melonum, & præcipue vbi vrinarum ſedimenta purulenta apparuerint. Viten-
tur autem omnia acria, acida, ſalſa, adſtringentia, fauces exaſperantia, & potiſſimum actu fri
gida, ſiue ſint cibaria, ſiue potiones, quia expurgationem per tuſſim maxime cohibent. ideo
pro potu laudatur aqua hordacea actu tepida, in qua licet decoquere aliquid liquiritiæ, &
cinnamomi. licet quoque vti aqua mulſa, quæ etiam ab Hippocrate, & Galeno probatur, dũ
*Hip & Gal. 3 de rat. vi. 16.* inflammatio fuerit pituitoſa. Interdum vero ratione virium (in excretione enim per tuſſim,
vt dictum eſt, maxime collabuntur) cogimur vinum exhibere, dum ſcilicet morbus remiſe-
rit, & copioſe expuunt. imo interdum vinum maluaticum fuit exhibitum, in pauca tamen
quantitate, & à morte quodammodo fuere vindicati.

De

## *De Empyemate.* *Cap. XLVI.*

Nomen, & natura.

Gal. 2. prog. cõ. 60. & 7. aph. 44 & 5. aph. 8. 27. & 15. & 6. aph. 45.

PER empyema, ſeu ſuppurationem, purulentiamve, vt Galenus teſtatur, illud vitium audire debemus potiſſimum, quod in thorace & pulmone conſiſtit. dum ſcilicet in thoracis præſertim cauitate copioſa materia purulenta collecta eſt. Quamuis autem de hoc nomine plura ſcripſerit Gal. lib. de tum. pret. nat. ca. 3. generaliter tamen alibi ait, quod „ qui pus intra corpus accumulatum habent, ſiue adhuc in parte inflam „ mata detineatur, priuſquam ea rumpatur, ſiue etiam rupta iam ſuppu „ ratione effuſum eſt, dici ſuppurati recte poſſunt.

Definitio.

Suppuratio itaque proprie ſumpta, eſt thoracis anguſtia à materia purulenta producta: quamuis enim materia hæc plures affectus præter naturam generet, attamen ſi de morbis ſermo fiat, quamprimum in thorace colligitur, & præſertim in eius cauitate, aut etiam in pulmone, anguſtiam creat, & ſubinde cauſa eſt contentiua morbi in via conſiſtentis, à quo morbo poſtmodum in via, ſeu anguſtia immediate ſpirandi difficultas potiſſimum ſuboritur. ab eadem materia quatenus calida eſt, & putreſcit, febris procreatur. quatenus acris eſt, & mordax, tractu temporis pulmonis vlcus parit. ſimiliter ſua praua qualitate irritante, tuſſim excitat. propria mole, & ſui copia grauitatis ſenſum, doloremve grauatiuum parit. ſed de vitijs, quos materia hæc producit, exactius in eius ſignis tradendis loquemur. Cum igitur tot malorum ſit procreatrix, vt facilius eradicetur, oportet eius locum, differentias, & cauſas, recte callere.

Differentiæ.

Quoad locum, vel in vtraque thoracis parte, & intra ipſius cauitate; vel in vnica tantum parte colligitur. hæc autem materia poteſt eſſe vel pus exquiſitum, & materia vere purulenta, vel non exquiſite & vere purulenta.

Cauſæ.

Pau. l. 3. c. 31. Aet. l. 8. c. 63. Hip. 5. aph. 10. & Gal. in com.

Materia exquiſite purulenta pleuritidi, peripneumoniæ ſuccedere ſolet, dũ ſcilicet inflammationes hæ vertuntur in pus, & diſrumpuntur. eodem modo ſolet ſubſequi anginæ. Ideo ex angina, inquit Hippocrates, cum ab ea ægri liberantur, & ad pulmonem vertitur, ſi non in ſeptem diebus pereant, ſed eos effugerint, ſuppuratio fit. denique poteſt ſuccedere ſanguinis eruptioni, dum ex aliquo vaſe ad thoracem, ſeu pulmonem pertingente quocunque modo aperto, ſanguis in thoracis cauitatem transfunditur. Sæpe etiam vulneribus thoracis cauitatem penetrantibus, & immature ad cicatricem perductis, vidimus ſequutam ſuppurationem. quod etiam ratione vlceris pulmonis citra eius inflammationem euenire ſolet.

Pau & Aet. locis ci. Hip. & Galen 7. aph. 38. Hip. 7. aph. 38.

Materia autem non exquiſite purulenta colligitur, dum materia deſtillationis pituitoſa & excrementitia à capite deſtillat, & in thoracem procidens, aliquam cum purulenta materia ſimilitudinem acquirit. ita poteſt generari ex materia feroſa, & tenui ex abdominis cauitate (vt in aſcite hydrope fieri ſolet) in thoracis cauitatem per ductus cæcos prodeunte. vnde de materia deſtillationis verba faciens Hippocrates, ait: Deſtillationes in ventrem ſuperiorem ſuppurantur intra viginti dies. & per ventrem ſuperiorem, ut exponit Galenus, eum intelligit, qui à thorace præfinitur. adeo in ſpatio ſexaginta dierum fit poſtea phthiſis, niſi euacuetur.

Signa.

Auicenna.

Cognoſcitur autem empyema ex anhelitus difficultate, vt ex Auicenna, nares frequenter motu dilatationis, & „ conſtrictionis mouentur, ex anhelitus fœtore, tuſſi, & anguſtia, & grauitate, quam ægrotan „ tes perſentiunt in thorace. & ſi æger de vno in aliud latus conuoluatur, fluctuatio quædam „ perſentitur.

Gal. 4. de lo. 8. Hip. 2. prog. tex. 60.

His præterea notis, ſcribit Hippocrates, ſuppuratos omnes deprehendes: primũ „ ſi febris eos non dimittit: ſed interdiu lenior eſt, noctu maior: multique ſudores oriuntur, ac tuſſiendi cupiditas eſt: & nihil pene in tuſſi excreatur: oculique concaui redduntur; malæ rubent: vngues manuum adunci fiunt, ac digiti, potiſſimum ſummi, calent: in pedibus tumores ſunt; cibi faſtidium adeſt: ac puſtulæ in corpore exoriuntur, ac diuturnarum ſuppurationum hæ ſunt notæ. at breues deprehenduntur, ſi aliqua ex his appareat, quæ inter initia contingunt, ac ſimul difficilius ſpiritum ducat. Sed præcipue vitium hoc ex eo deprehenditur, quod pleuritis, aut pulmonis inflammatio, vel angina ceſſarunt citra euidentem euacuationem; illicoque hæc ſymptomata succeſſere. idem dicendum dum poſt deſtillationem non excernitur materia, & ſymptomata ſubſequuntur. Dum ergo pulmonis grauitat, aut fauciũ anguſtia, aut lateris dolor, ſimulque febris vehementia ſubito remittitur, & nouum grauitatis ſenſum in imo thoracis ad diaphragma ſurrectus percipit æger, certum eſt ſuppurationis indicium.

Signa differentiarum.

Quod ſi malum ſit in vtraque parte ſymptomata grauiſſima ſunt, difficillima reſpiratio, & eodem modo affligitur æger, ſiue in vno, ſiue in alio latere decumbat, & potius angina, vel peripneumonia, aut deſtillatio præceſſit: præterea ſi madefiat pannus, & applicetur vtrique lateri eodem modo exiccabitur. Contra, ſi verbi gratia collectum ſit pus in dextera parte tantum, & applicetur pannus vtrique parti, in dextera citius exiccabitur. pus enim non poteſt ratione mediaſtini de vna in alteram partem tranſmeare. vnde latus ſuppuratum calidius & grauius exiſtit. præterea melius decumbet patiens in dextera parte, ſi ſit in dextera: Si enim decumbat in latus ſanum, pus pulmones vehementer premit, & tuſſis exaſperatur. ita ſi ſuccedat pleuritidi, vnicam tantum partem ſolet occupare, eam videlicet, quę dolore cruciabatur. Si autem materia ſit vere purulenta, præceſſere inflammationes, eruptiones ſanguinis per venas, vnde ſolet ſuccedere ſanguinis ſputo, nec ſunt prægreſſa deſtillationis indicia, & præterea febris annectitur. Contra, ſi prægreſſa ſit deſtillatio, indicium eſt materiæ purulentæ genitæ ex materia excrementitia. & inſuper ſi materia ſit pituitoſa & feroſa, nulla adeſt febris. ita diſtinguitur pus à materia, ſeu humiditate pituitoſa, ex odore,

ſapore,

ſapore,colore,& ſubſtantiæ modo,& quia pus in aqua deſcendit , pituitoſa materia vt pluri-
*Hip. 5. aph. 15.* mum ſupernatat. Inſuper vt Gal.ait 4.de loc.affec.cap.8.vbi pleuritis præceſſit,mox remiſſa
febris vehementia intra latera grauitas in imo thoracis derelicta ſentitur : ac vbi quis affa-
tim à decubitu tranſmutatur, idque maxime ſi ab uno latere in aliud ſeconuertens defluere
aliquid ſentiat, puris ibi contenti non dubia coniectura eſt.ita in ijs ſæpe fluctuatio non ob-
ſcute auditur . Accedit his hoc quoq; indicium, ſi vehementi prægreſſa pleuritide , nil pene
laborans expuerit . ſi vero citra febrem alius quiſpiam ſeroſus aut pituitoſus humor in tho
racis ſpatium ſubito defluens diſponam . excitauerit , laborans tenue ſputum , & ab ini-
tio exiguum , ſed cum vehementi tuſſi : vbi vero concoctum eſt, plus atque craſſius & cum
mitiori tuſſi expuere ſolet. Aduertendum autem non adeſſe neceſſario pulmonis vlcus,ſed
ſolum dum malum protrabitur, videlicet poſt quadraginta dies ſi ſit verum pus, poſt ſexa-
ginta ſi materia non ſit vere purulenta. Imò poſſumus empyema præcognoſcete antequam Prognoſti
fiat,hoc videlicet progreſſu. Dum inflammatio incipit ſuppurare rigor ægrotantem prehen ca.
dit,febris,& dolor augentur,in loco dolenti ponderis cuiuſdam ſenſus ſuperuenit.Pure con-
fecto, dolor & febris mitiores fiunt , attamen inſtante tempore diſruptionis, vehementius
cum horrore quodam iterum febriunt, & in ſermonis proprietate conturbantur . offendun-
turque ſpiritu,ita vt difficilius quam antea ſpirent.Rupto antem abſceſſu vehementes febres
quieſcunt,& magna ex parte dolor,licet continuo febricitent babituali quadam febre . gra-
uitatis autem ſenſus remanet in imo thorace,vt dictum eſt . Ex pulſu quoque diuerſa cuiuſ-
cunque ſuppurationis tempora cognoſcuntur. dum enim inflammatio incipit ſuppurari,pul-
ſum habent talem,qualem in vigore inflammationis habere ſolent , duriorem ſcilicet,magis
*Galen. li. de pul ad Tir. c. 2. & 4 de de cauſ pul. cap 9.* vibratum,crebriorem,velociorem quam antea,ſed minorem, non tamen languidiorem . in-
terdum etiam erit inæqualis & inordinatus,verum omnibus erit hecticus; licet cum pus ma-
turum ſit,æqualior fiat.facta autem eruptione languidior,latior,tardior , & rarior redditur .
ex Hip.autem & Gal. ſi dolor,ſpirandi difficultas,tuſſis,ac ſcreatus continenter , & valde in-
feſtent,eruptio cito futura indicatur,ſi nec continua,nec vehementia,ſerò . Ait autem Hip.
*Hip. & Gal. 2 prog tex. & com. 62.* quicunque morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad ſuppu
rationem vertuntur.& idem habet,ex ijs autem potiſſimum ſeruantur, quos effuſo pure , fe-
bris eodem die dimittit : ac cibum citius appetunt,& ſiti liberantur,& aluus pauca, & conſi-
*Hip 5. aph. 8. Hip. 2. prognoſt. 63.* ſtentia deijcit,& pus album,leue,eiuſdemque coloris eſt,& pituitæ expers. itemque ſine do-
lore,ac tuſſi valida reijcitur . atque ita quidem optime, celerrimeque liberantur . ſin minus
qui proxima his ſint conſequuti.pereunt autem quos febris non deſeruit, aut quamuis deſe-
» ruiſſe videatur,tamen repetit,& ſitis,cibique faſtidium eos tenet,aluus liquida eſt , pus per-
» pallidum,liuidumque excernitur,aut etiam pituitoſum,ſpumeumque : ſi hæc inquam adſint
» omnia, moriuntur . ſi vero horum quædam adſint,quædam non,alij pereunt, alij longo tem-
» poris ſpacio ſaneſcunt . Sed ex omnibus eiuſmodi ſignis tum in his,tum in alijs cunctis facien
» da coniectura eſt.Pariter exitus per vrinam , aut ſeceſſum copioſus ſecundum materiæ exi-
» gentiam neceſſario ſanitatem arguit. quibus vero propter magnam puris copiam totus tho-
» rax in reſpirationem attollitur,ij celerrime ſuffocantur,ait Gal.affectus enim magnus eſt . &
» vires propter pugnam ante actam de neceſſitate imbecilliores redditæ . Quicunque autem
*Hip. 7. aph. 44.* ſuppurati,ſcribit Hippocrates,vruntur,vel ſecantur,ſi pus purum fluxerit & album,euadunt:
ſi vero ſubcruentum , fœculentumque , ac fœtidum , pereunt.& ſuppuratos præcipue nomi-
*Gal.in com.* nat illos,ait Galenus,quibus inter thoracem atque pulmonem aceruatum eſt pus , quos vete-
tes vrere conſueuere,vt Platonis Comici auctoritate probat . Tandem quicunque ex morbo »
*Hip. 5. aph. 15.* laterali ſuppurantur , inquit idem Hippocrates , ſi in quadraginta diebus purgantur à die »
*Gal in com.* qua ſit ruptio, liberantur.Si vero non,ad tabem tranſeunt. neceſſe eſt enim pulmonem exe- »
di,ait Galenus , pure proceſſu temporis putreſcente . Oportet autem materiam hanc puru-
lentam cum à toto genere præter naturam ſit , vndequaque eradicare , & hoc validiſſimis
præſidijs.morbus enim extremus eſt, &, vt dictum fuit ex Hippocratis ſententia , dum qua-
drageſimum pertranſit diem,in pulmonis vlcus pertranſit.quod dictum de materia vere pu-
rulenta perpetuo verificatur . nam deſtillationis materia priuſquam in pus verum pertran-
ſeat,viginti dierum ſpatium poſt eius collectionem requirit . Vnde ſuppoſita totius prouiden Indicatio
*Galen. 1. de rat. vic. 27.* tia Galenus pro huius materiæ expurgatione,inquit , quod tria requiruntur,videlicet hume- nes.
ctatio, inciſio,& virium roboratio . Vnde ad hos ſcopos potiſſimum debemus ſemper oculos Chirur-
dirigere. Inter præſidia autem chirurgica præſtantiſſimum præſidium eſt thoracis perfora- gia.
tio inter quartam,& quintam ſpuriam coſtam cum ſagitella , aut raſorio , vel cum cauterio
præcipue actuali,vt mos fuit apud antiquos . ſed foramen fiat ſatis anguſtum , ita tamen vt
ſanies libere poſſit exire . fiat autem ſecundum longitudinem coſtarum diſtanter à ſpina per
duos,vel tres digitos , & ad locum puris penetrare debet . Prima autem vice extrahatur pus
*Hip 7. aph. 27.* ad dimidij cyathi menſuram: poſt duodecim horas ad cyathum : in tertia vice tantundem »
vel parum plus. & ſicdeinceps vſque ad exactam mundificationem . inquit enim Hippocra- »
tes quicunque ſuppurati aut aquam inter cutem patientes vruntur , aut ſecantur , ſi pus aut »
aqua vniuerſim effluxerit,omnes moriuntur.Oportet autem prius exitum adiuuare, ne dum
tuſſi,verum etiam decubitu ſuper latus ægrum . & poſt puris egreſſum , ob cauſam aſſigna-
tam, vulnus optime claudatur. quod etiam fit ne ab aere alteratio fiat,& innati caloris exha-
latio ſubſequatur.ideo in primis duobus diebus applicentur tentæ, ſeu turundæ ſatis molles
in roſaceo oleo infuſæ, & circum circa eodem oleo locus inungatur . Si autem fuerit eſcha-
ra à cauterio derelicta,oui vitellum addatur. ſi timeatur impetuoſus puris exitus,oui album
addatur,& ſtupæ eo infuſæ extra applicentur . poſt duos dies ad mundificantia accedendum
eſt.ideo cum cathetere melicratū vtiliter inijcitur,ægerq; de vno in aliud latus conuoluatur,
vt

Digitized by Google

vt pectus mundificetur, donec melicratum exeat. & ſi velimus locum à putrefactione præſeruare, iniiciatur decoctum in aqua vel vino ſubdulci myrrhæ, & lupinorum. fortius autem mundificabit ſi addatur ſarcocolla. extrinſecus ponatur vnguentum ex melle roſaceo, terebenthina, & hordei, vel etiam lupinorum farina, & ſarcocolla. & demum, ſicuti cætera thoracis vulnera, agglutinetur. Si abeat in fiſtulam, curatio alibi petenda eſt. Aduertendum autem non eſſe vtendum hoc præſidio in omni empyemate, ſed ſolum in illo, in quo non adeſt ſpes vt materia ante quadraginta dies expurgetur, ſi ſit verum pus, vel ſexaginta, vbi materia collecta prius erat catarrhalis. Cognoſcimus autem an ante ſtatutum terminum poſſit materia euacuari, quia in ſpatio viginti, vel vigintiquinque dierum omnia ſunt tentanda, & ſi hoc tempore obſeruamus, vel non euacuari materiam, vel in parua admodum quantitate, ſcimus in ſpatio quindecim dierum non poſſe eradicari, vt neceſſario pulmonis exulceratio ſubſequutura ſit. Quod ſi videamus in ſpatio quindecim, vel viginti dierum per tuſſim materiam multam expurgari, ſpirandi difficultatem, & omnia ſymptomata imminui, perforare non cogimur. Hoc tamen præſidium, vt Hip. & Gal. 7. in 6. epid. 11. præceperunt non eſt differendum, ſed dum non adeſt ſpes vt pus præfinito tempore poſſit per ſputum & alias vias eradicari, ſtatim ad vſtionem & perforationem confugiendum. Demum perforatio non eſt efficienda niſi virtus conſtans ſit, & membra ſpiritualia, quæ nobilia ſunt, vt pulmo, & diaphragma, à vitio incorrigibili ſint immunia.

Pharmacia.

Medicamenta vero, quæ peculiariter ad empyema diriguntur, ſunt quæ pus in thoracis cauitate collectum euacuant. namq́ue de ſuppurantibus, quæ conueniunt inflammationibus, dum pus fieri incipit, non eſt hic ſermo, quamuis affinitate ſermonis ſcire expediat, quod ſuppurantia ſunt illa, quæ naturæ pus conficienti auxiliantur, & debent eſſe moderate calida, & humida cum aliqua viſciditate, & ſimillima, ſi fieri poteſt, temperaturæ corporis pus generantis. iden laudatur hydreleum moderate calidum cum ſpongia inflammationi applicitum. Idem dicendum de farina triticea, de adipibus, malua, althea, caricis, butiro, reſina terebinthina, oleo chamæmelino, & amygdalarum dulcium: quo tempore, vbi vires præcipue fuerint imbecilliores, pro alimento competunt iura contuſa ex carnibus gallinarum, caponum, perdicum, & ſimilium, etiam cum priſana hordeacea permixta. Pure genito adhibenda diſrumpentia, vt eſt mulſæ ſorbitio, priſanæq́ue cremoris cum melle. &, ſi valentiores fuerint ægrotantes, probatur decoctum thymi, hyſſopi cum melle. extrinſecus probatur emplaſtrum ex caprino ſtercore. decubitus quoque ſuper latus ſanum ad abſceſſus diſruptionem maxime facit.

Suppuratione adiuuãtia, ſeu cõcoquentia.

*Galen. 6. de ſimp. med. c. 6. & 8.*

*Pau. l. 3. c. 32.*

Quæ ad pus iã collectum diriguntur.

Vbi igitur facta fuerit diſruptio, materia purulenta poteſt vel inſenſibiliter, vel ſenſibiliter euacuari. Inſenſibiliter euacuantia ſunt attenuantia, à centroq́ue ad circumferentiam attrahentia, vti ſunt illa, quæ fiunt ex radice cucumeris agreſtis, calamento montano, dictamno cretico, botryde, hyſſopo. imò confugiendum ad emplaſtrum quod fieri poteſt ex iberide. ad diadictamnum, ad cerines, ad vnguentum agrippæ, de cyclamine.

Inſenſibiliter euacuantia.

Alnũ ſubducentia.

Quo ad ſenſibiliter euacuantia ſi natura per aluum euacuaret, quod tamen raro euenit, vt natura adiuuetur exhibeatur manna, vel mel roſatum ſolutiuum, & quandoque agaricum, præſertim in materia deſtillationis. inteſtina autem clyſterijs munienda ſunt ex iure pingui caſtrati, inteſtinorum bouis, vel vituli, addendo lib. 1. huius iuris vnc. 2. vel 3. ſacchari. Si natura euacuet per lotium, exhibenda diuretica (vt naturæ opem feramus) & ea quæ ſunt vere diuretica, ſed cum moderatoribus permixta, & cum ijs, quæ ſunt tenuioris ſubſtantiæ, vt partes muniantur ne exulcerentur, & etiam quia validiora diuretica ratione nimiç caliditatis, & ſiccitatis materiam cogentis, puris expuitioni, & ex thorace expurgationi aduerſantur. ideo hac de cauſa cum ſorbitiunculis, potionibusq́ue homectantibus ſunt exhibenda. vnde ratione et ciborum & potionum humectantiũ eorũ caliditas obtũditur, & ſiccitas immodica. expedit itaq; vti hoc, vel ſimili mendicamento: Recipe iuris cicerũ rubeorum vnc. 8. in quo decoquantur radices petroſelini, fœniculi, & per modicum temporis oportet immittere pug. 1. capillorum veneris; deinde facta expreſſione, adde emulſionis ſeminum melonum confectæ cum decocto liquiritiæ vnc. 4. Mulſa quoq; vt ait Hipp. 3. de rat. vic. 11. efficacius ciet vrinas niſi aliquod ex viſceribus inflammatis obſtiterit.

*Galen. 5. de ſimp. med. c. 13.*

Bechica.

Quod ſi materia per tuſſim euacuanda ſit, quod ſæpe contingit, Nos monet Gal. 3. de rat. vic. com. 10. Quod ad glutinoſum ſputum egemus medicamento vehementer detergente, vt eum glutinoſum humorem, qui pulmonis bronchijs continetur, poſſit abſtergere. ſed ſi talis quiſpiam in medio thoracis atq; pulmonis ſit aceruatus, vt per ſe ſpuatur, maiorem vim incidendi, & detergendi poſtulat; qua à membrana pleura detergatur, diſſecetur, & attenuetur: cum fieri non poſſit, vt talis humor per membranam, quæ viſcus ambit, aliter ad pulmonis branchia comportetur. Igitur vtendum lambitiuis, quibus etiam in pleuritide vti licet, & interdum moderatioribus, aliquando vehementioribus: moderatioribus, ſi materia purulenta feruidior ſit, ſi febris vehemens. contra vero ſi hæc non adſint. Moderatiora ſunt, verbi gratia, Recipe ſyrupi acetoſi ſimplicis, oxymelitis ſimp. de liquiritia, penidiarum ana. vnc. 1. miſce pro lambitiuo. Syrupus autem de iuiubis & earum decoctum caueatur etiam in pleuritide pituitoſa, & melancholica. Vehementiora autem ſunt looch de pulmone vulpis, & in omni pulmonis, & pectoris affectu cum materiam euacuamus, ſiue ſit pleuritis, aut alius affectus, in lambitiuis ſemper expedit miſcere puluerem pulmonis volpis, & puluerem cochlearum. aqua autem ſtillaticia ex his nimis viſcida eſt, vnde magis incraſſat. ſed de his in vlcere pulmonis. ita laudatur decoctum hyſſopi, iridis, & liquiritiæ in mulſa diluta. Hyſſopus, etiã thymus, aut iris contuſa, ſeu pulegium ſeorſum aſſumpta, aut cum melle mixta generoſe expurgant.

*Alex. l. 7. c. 8.*

Victus ratio.

Victus medicamentis reſpondeat. & dum fit expurgatio per tuſſim nil præſtantius, aut familiarius priſana optimo melle permixta. ita poteſt decoqui in iure pullorum, gallinarum, & phaſianorum, vel ſimilium laudabilium carnium, quibus etiam pro virium conſer-

*Pau. l. 3. c. 32.*

uatio-

uarione vti poteſunt ægrotãtes. Quod ſi diuturnior fuerit affectus, vires debiles, & febris moderatior euaſerit, neque thorax multum puris contineat, maxime probatur vſus lactis præcipue aſinini, vel equini, vel item vacciñi, aut caprini. & ſi eius in ventriculo corruptionem vereamur, decoquatur, vt pars ſeroſa minuatur, vel etiam chalybeetur. ſed commodios calculi fluuiatiles igniti & extincti in ipſum inijciuntur. nam vſus lactis aſinini præſertim vlcus purgat, carne obducit, & totum corpus præ cæteris omnibus nutrire poteſt. eoq́ue potiſſimum vtendum cum pus fœtidum, & ſordidum excernitur. Potus ſit aqua mulſa, aut aqua hordei. vel ratione virium imbecillium vinum tenue, tenuis ſubſtantiæ, & ſubdulce concedatur.

## *De vitijs Pulmonis, & primo de Tuſſi.*
## *Cap. XLVII.*

DE pulmonis vitijs tractaturi, à tuſſi, quæ bichos Grecè dicitur, exordiri decreuimus. Primo, quia pleuritidis, empyematiſque ſymptoma eſt inſeparabile, vt in proximis eorum tractatibus dictum eſt. Secundo, quia eius cauſa latiorem aſperam arteriam, & ſubinde pulmonis partem ſublimiorem, vt plurimum, irritare conſueuit. Tertio, quoniam in hoc vitio pulmo vt ſimilaris pars afficitur. vnde tuſſis, inter cæteros pulmonis affectus, magis in eius intemperiem refertur. intemperies autem ſimplicitate, & facilitate malam compoſitionem, & ſolutam vnitatem præcellit. & ob id primo debemus de vitijs intemperiem præſertim comitantibus: ſecundo de ijs, quæ potiſſimum ad malam compoſitionem ſpectant: & tandem de ſoluta vnitate verba facere. Quod autem tuſſis in intemperiem præſertim referatur, ſi cum cæteris pulmonis vitijs conferatur, tum ex ijs, quæ de ipſorum natura traduntur, tum ex Galeni verbis clarum eſt, dum ait. Actuſſes quidem ex organorum reſpirationis intemperie, & faucium aſperitate oriuntur. aſperitas vero, vt omnibus liquet, ex ſiccitate potiſſimum prodit. Ad huius igitur ſymptomatis naturam accedentes, dicimus quod tuſſis, vt ex Galeni decretis colligimus, eſt vehemens efflatio à veloci pulmonis, thoraciſque conſtrictione edita, vt ea quæ pulmonem irritant, ſpirituſque potiſſimum vias interturbant, expellantur. Ad hoc enim vt fiat tuſſis præter naturam, & inuoluntaria, neceſſe eſt, vt aliquid præter naturam pulmonem infeſtet (& per pulmonem quoddam aggregatum ex eo, & aſpera arteria, quæ membrana valde ſenſibili intrinſecus obducitur, intelligere oportet) quod quidem, dum ab ipſius facultate ſentiente ſentitur, mouetur pulmo propria naturali virtute, expultrice videlicet, ad illud expellendum: ſed cum ex ſe impotens ſit, adiumentum à diaphragmate, alijſque thoracis muſculis propria facultate motiua, & magna ex parte voluntaria concurrentibus, mutuatur. ijs denique motibus ad noxium expellendũ aer impetuoſe expiratus maximopere opitulatur, & ex hoc obiter colligimus, quod cum tuſſim, vt plurimum cohibere non poſſumus, thoracis motum exquiſite voluntarium, & animalem non eſſe, ſicuti alias declaratum fuit, & exactius adhuc in ſermone de læſa reſpiratione oſtendemus. Ea vero quæ pulmonem infeſtant, & ſubinde tuſſim mouent, quamuis ſi de his, quæ immediate id agunt, ſermo fiat, vel ad intemperiem, vel ad materiam reducantur; attamen ut omnes tuſſis nedum immediatas, verum etiam principales cauſas, ad quaſque remedia diriguntur, calleamus: oportet ſcire, quod ea quæ tuſſim ciere poſſunt, vel intrinſecus generantur, vel extrinſecus occurrunt. Si intus generentur, vel ſunt morbi, & tunc pulmones per eſſentiam afficiuntur: vel cauſæ morbificæ, tuncq́ue per conſenſum læduntur. Si ſint morbi, poteſt eſſe intemperies, quæ ad excitandam tuſſim concurrit vel ſine materia, vel vna cum materia. Si concurrat ſine materia, de neceſſitate, vt ait Galenus, eſt intemperies inæqualis, ab æquali enim intemperantia cum ea omnino careat dolore, & veluti acquiſititia ſit natura quædam, non gignitur tuſſis. quia moleſta eſſe non poteſt. Inæqualis autem diſtemperantia, præter id quod pulmonis, & pectoris expultricem ſtimulat, ad nexium, quod contriſtat, expellendum, fauces, aſperæq́ue arteriæ locos exaſperare ſolet. præcipue ſi frigida ſit intemperies, quæ frequentiſſima eſſe ſolet. Vnde, dum aer frigidus inſpiratur, reſpirationis organa intemperantur, ſpirituſq́ue viæ exaſperantur. Quod etiam ratione vehementis caloris, & immodicæ ariditatis contingere poteſt. Si vero intemperies concurrat cum materia, tunc poteſt eſſe intemperies æqualis calida, & humida, ratione cuius pulmonis vaſa ita laxentur, vt ſanguis exeat per diapedeſim, a quo deinde extrauaſato tuſſis excitatur. Præterea inter morbos enumeratur mala compoſitio, quæ poteſt conſiſtere tum in via, dum polmonum meatus, & trachex obſtruuntur à materia copioſa, viſcida, & craſſa, quæ ſolet interdum in gypſum, in grandinem, & veros calculos abire: vel vaſorum ipſius orificia nimis aperiuntur unde ſanguis exit, & tuſſim promouet; tum in magnitudine aucta, dum pulmones inflammatione, turberculo, abſceſſu, ſeu vomica conflictantur. Denique poteſt eſſe ſoluta unitas: ſiue ſit vlcus pulmonis, à quo aſſiduu pus emanet: ſiue ſit diæreſis uaſorum eius, ſiue vulnus quod ab aliquo inſtrumento extrinſeco fuerit inflictum. Si vero ſint cauſæ morbificæ, tunc pulmo afficitur per conſenſum, & irritatur ab ipſa materia, quæ poteſt eſſe vel humoroſa, vel vaporoſa. ſi ſit humoroſa, vel à capite in aſperam arteriam, & pulmones deſtillat, vel à pleuræ inflammatio-

*Galen. 3. de humor. com. 13. verſus finem.*

*Galen. 1. de ſym. cau. 3. & 4.*

Definitio.

Tuſſiſque modoſiat.

Cauſæ.

*Galen. 2. de ſym. p. cau. c. 5.*

*Gal. 3. apho. com 5.*

*Gal 2. in 6. epid 23.*

Intrinſecæ.

Morbi, à quib. pulmo eſſentialiter afficitur.

Cauſæ morbificæ a quibus pulmo læditur per conſenſũ.

Digitized by Google

matione, vel à diaphragmate tumore detento, vel vlcerato ſegregatur, vel in thoracis cauitate colligitur, vt in ſuppuratione. & ſiue purulenta ſit, ſiue pituitoſa, ſiue ſeroſa, ſiue ſanguinea, vt in penetrantibus thoracis vulneribus euenit, dum poſtea pulmonis ſubſtantiam contangit, & in ipſam imbibitur, eius expultricem ſtimulat, & tuſſim accerſit. Si autem materia ſit vaporoſa, tunc poteſt prodire vel à toto, vt in febribus; vel à parte, vt ab hepate, à liene, dum viſcera hæc inflammantur, vel obſtruuntur, à ventriculo, dum prauis humoribus, aut vermibus ſcatet. Aduertendum autem quod à liene, & hepatis obſtructionibus, & à materia ſeroſa in abdominis cauitate collecta, non ſolum pulmonibus communicari poſſunt vapores, verum etiam mala intemperies: & inſuper ab his vitijs comprimitur diaphragma, & pulmonum dilatatio impeditur. Ea vero, quæ extrinſecus occurrunt, ſunt veluti puluis,

Externæ cauſæ.

fumus, vapores acuti, ſicuti piperis, cibi acres, acuti, & acetoſi valde, ſimileſque potiones exaſperantes, nec non quæ inter bibendum, & edendum in aſperam arteriam dilabuntur. ita, vt inquit Galenus, male afficiuntur fauces, dum aquilo ſpirat, propterea quod ſiccantur ac refrigerantur, ideoque aſperæ redduntur. Huius autem vitij præcipue differentiæ, vel à cauſis

Galen. 3. de humor. cõ. 13.

Differentiæ.

iam dictis deſumuntur, vel ab eius forma, & magnitudine, vel ab exeunte. vnde tuſſis vel eſt vehemens, & maligna; vel mitis, & benigna. vel eſt ſicca, vel humida. Tuſſes itaque ferinæ, quarum Hippocrates meminit, ſi per ferinum, vt conſulit Galenus, malignum accipiamus, ſiue propter humorem à capite deſtillantem, ſiue propter vlcus aliquam reſpirationis partem obſidens, ſiue propter abſceſſum in iiſdem partibus obortum, ſiue propter eas, quas ſuppurationes vocant, excitantur. Non malignæ vero aut ex intemperie inſtrumentorum reſpirationis, aut faucium, aſperæve arteriæ aſperitate, & quandoque ab eſculentis, potulentiſque exaſperantibus, quandoque vero ex aere nos ambiente gignuntur, vnde in aphor, ait Hippocrates, ſi aquilonia conſtitutio fuerit tuſſes fauces, &c. Tuſſes autem ſiccæ, in quibus nil expuitur, vt ait Galenus, fiunt aliquando ob inſtrumentorum, quæ reſpirationi obſeruiunt, intemperiem: aliquando à faucium aſperitate, vel aliquo tenui, vel pauco humore deſtillante, & aliæ præterea excitantur, vbi reſpirationis inſtrumẽtis humores inhæreſcũt, qui duabus de cauſis non excernuntur, vel quod glutinoſi craſſique ſint, & ita pulmonis fibris infixi, vt ægre auellantur; vel quod humor non ſecus quam aqua tenuis ſit: hinc enim prius per guttur aſperamque arteriam delabendo in pulmonem funditur, quam à ſpiritu per tuſſim concitato ſubduci poſſit. ita tuſſiculæ ſiccæ, ſeu leuiter irritantes, vt idem teſtatur Galenus, ſolent febres laborioſas, quæ ab externis laboribus oriuntur, comitari; præſertim vbi per frigus, per vehementem æſtum, & in via puluerulenta laborauerint. Humidæ autem tuſſes potiſſimum fiunt, dum ab aliqua mediocris conſiſtentiæ materia aſpera arteria, & pulmones irritantur.

Hip. 2. in 6. epid. 16. & 23.

Gal. 2. in 6. epid. cõ. 23.

Gal. 4. aph. cõ. 54 & 1. in 3. epid. com. 12.

Signa.

Dum itaque à cauſa intrinſeca tuſſis exoritur, ſi pulmo lædatur à morbis per eſſentiam, hoc cognoſcitur, quia præter id, quod non adſunt ſigna materiæ à capite deſtillantis, neque morborum à quibus vapor, aut materia humoroſa pulmonibus communicatur, de neceſſitate adſunt affecti pulmonis indicia. & ſi afficiatur intemperie, vt dictum eſt, tuſſis non adeò ita pertinax, aut vehemens, & laborioſa, veluti dum afficitur mala compoſitione, vel ſoluta vnitate. Inquit autem Galenus 4. de loc. affec. c. 8. quod inæqualis pulmonis intemperies tuſſim excitat; æqualis vero, ſi moderata eſt, rhythmon reſpirationis immutat: at ſi vehemens, idque vincente calore, frigidi aeris & potionis cupiditatem inducit: ac tractu temporis finitur in febrem. Per frigidam autem intemperiem contraria euenire ſolent. Quippe ſi modum ſeruauerit, calidi aeris, & calidæ potionis deſiderium excitat. Si modum excedat, replet viſcus ipſum fluxionibus. Hæc ille. Ideo, ſi intemperies fuerit inæqualis, tuſſis erit ſicca, non violenta, neque coacta, ſed adeo exigua, vt & ſupprimi, & ne fiat, omnino prohiberi poſſit; idque vel in totum, vel magna ex parte. imò dum à frigiditate prouenit, ex ſpiritus cohibitione, non modo fieri prohibetur, verum etiam ſanatur, dummodo magna admodum non ſit. augetur enim (inquit Galenus) ex ſpiritus cohibitione in inſtrumentis ſpiritalibus calor, permeatque ſpiritus violenter à pectore preſſus, ac compulſus per omnes anguſtos meatus: quibus peractis, æquantur omnia, atque ad temperamenti æquabilitatem veniunt. hæc præterea frigida, ſimplex, & inæqualis intemperies pulmonis cognoſcitur ex eo, quod reſpirationem ratam facit, & calidi aeris, & potus deſiderium ſtimulat. Inſuper cum ſpiritum ducunt (vt monet Galenus) tuſſis irritatur, ſi loquam ipſis loquentibus, & dehiſcentibus, & ore ſpiritum attrahentibus multus aer confertim intrarit. cum vero externum aerem, qui in domo eſt, calidum quiſpiam reddat, tum vel parum, vel nil omnino tuſſiunt. ideo nonnulli linteolo naribus admoto ſic ſpiritum trahunt: experti nimirum, tum tuſſes irritari, cum aer externus frigidus inſpiratur. & tandem cauſæ refrigerantes præceſſere, & non ſolum ab aere calido, vt diximus, verum etiam à calidis tum cibarijs, tum medicamentis iuuantur. Oppoſita eueniunt, dum calidior fuerit intemperies, quæ frigidum tum aerem, tum potum expoſtulat, & reſpirationem crebram efficit, ſiti moleſtantur ægri, eorumque facies rubicunda apparet. & ſi validior fuerit inæqualis intemperies, præter tuſſim, etiam dolorem infert. Si vero intemperies fuerit æqualis calida, & humida, tunc per tuſſim reijcitur ſanguis tenuis ſeroſus admodum, & in parua quantitate. Si vero afficiatur mala compoſitione, vel ſoluta vnitate, cognoſcitur ſoluta vnitas ex proprijs ſignis vlceris, vulneris, & saniei, vel ſanguinis ſputo, quod non apparet in mala compoſitione, dum in obſtructione conſiſtit. Quod ſi conſiſtat in nimia apertione orificiorum vaſorum pulmonis, vel in magnitudine aucta, quomodo diſtinguatur à ſoluta vnitate apparebit in capite de ſputo ſanguinolento, & de peripneumonia. Signa autem obſtructionis pulmonis, in capite de læſa reſpiratione tradentur. Si vero afficiatur à cauſa

Galen. 2. de ſymp. cau. cap. 5.

Gal. loc. cit.

Gal. 2. in 6. epid. 23.

municau-

Digitized by Google

morbifica, & per conſenſum, tunc ad incrementum affectuum materiam pulmonibus communicantium augetur tuſſis: ad eorum imminutionem imminuitur, ipſiſque recedentibus recedit, & ſi pulmonibus communicetur materia humoroſa, tuſſis ſolet eſſe humida, dummodo materia non ſit valde tenuis, & aquoſa, aut nimium craſſa, & lenta, & excreationi inepta: vnde dum poſtea ad mediocritatem redigitur per concoctionem, tuſſis humida euadit. ita dum virtus expultrix eſt nimium debilis, tuſſis poteſt eſſe ſicca, quamuis materia humoroſa ſit. & ſi materia communicetur à capite per deſtillationem, tum cum titillatione partiũ ab vtraque palati parte excitatur tuſſis. Si communicetur ab alijs partibus, aderunt ſigna pleuritidis, vel empyematis, aut aſcitidis, vel affectuum reliquarum partium. idem dicendũ de materia vaporoſa, in qua ſemper tuſſis erit ſicca. Tandem vt receſſus à naturali ſtatu in intemperiebus pulmonis, & ut in adminiſtratione præſidiorum naturales temperaturæ conſeruentur, pulmonis naturalis temperies cognoſcenda eſt. Inquit igitur Galenus. Non ſolum enim ventriculus ſitibundos, & minime ſitientes facit, & frigidi, calidi ve potus appetentes, ſed ea quoque viſcera, quæ in thorace ſunt, vt cor & pulmo; ſed qui ob horum ſitiunt caliditatem, plus inſpirant, & longius expirant, æſtumque in thorace ſentiunt; non ſicuti, qui ventriculi ratione in hypochondrijs caliditatem patiuntur: & cum potauerint non ſtatim ſedatur ſitis, & magis ſedatur ſitis cum frigidum hauſerint, quam cum calidum nimis. refrigerat autem eoſdem & frigidi aeris inſpiratio, quæ nihil eos iuuat, qui ventriculi ratione ſunt ſitibundi. ita & hi, qui contrario modo ſe habent, à frigida inſpiratione ſenſibiliter moleſtantur. & hoc maximum ſit frigidi pulmonis indicium. vti vero frigidum inſpirantes manifeſte moleſtiam ſentiunt, & frigiditatem, ita & caliditas eſt ipſis amica. ſed & pituitæ excrementa cum ſcreatu & tuſſi expuunt. Pulmonis autem ſiccitates excrementis vacant, & pituita, & vocem claram efficiunt: quemadmodum humiditates obſcuram reddunt, ac raucam, & cum vehementius, aut acutius loqui ſtuduerint, tunc intercidunt excrementa. ex voce autem per accidens, & non ſemper, neque de aduentitia, ſed ſolum de naturali pulmonis temperie ratiocinari licet: nam vocis magnitudo, & grauitas aſperæ arteriæ latitudinem, & vehementiorem efflatum ſequitur, paruitas, & acuties à contrarijs aduenit cauſis. anguſtia autem ab innata naſcitur frigiditate; latitudo autem à caliditate. lenitas vero vocis moderatam ſequitur temperaturam: aſperitas vero ſiccitatem.

*Gal. li. artis med. cap. 64. 65. 66. & 67. 68. 69.*

**Prognoſtica.** Tuſſes autem, Galeno teſte, in durioribus corporibus potiſſimum excitantur, quia hæc facilius exaſperantur. Quod vero tuſſes in aquilonari conſtitutione, & hyeme generari magis aptæ ſunt, teſtatus fuit Hippocrates. vnde dum ver fuerit hiemale ſimiliter tuſſes oriri ſolent. eodem modo dum æſtas fuerit ſeptentrionalis, & ſicca, autumnuſque auſtrinus, & pluuioſus, tuſſis in hieme multiplicatur. Nec illud prætereundum, quod tuſſis intenſa, frequens, & diuturna ad ſputum ſanguinis propter vehementem thoracis motum, & venarum rupturam, perducere ſolet. Similiter tuſſis in prægnante frequenter abortum prouocat.

*Gal. 3 in 6. epid. 24. Hip. 3 aph. 1. & 23.*

**Indicationes, & curatio.** & quoniam non vnum duntaxat generationis modum habet tuſſis, idcirco pro cauſarum diuerſitate diuerſimode prognoſticari debemus.

**Ad intemperiē inæqualem.** Et dum tuſſis oritur ab inæquali intemperie, oportet per contrarium alterare, imò dum fuerit frigida, cum ſpiritus retentione, vt diximus, remouetur. degant autem in aere calido, & calidis cibis & potibus vtantur. & eorum pectus calidis vnguentis, vt oleo chamæmelino, anethino, amygdalino, butiro, & pinguedine anſeris, vel gallinæ inungatur. contrarijs progrediendum dum oritur ab intemperie calida, vt in febribus euenire ſolet. Si vero ex ſiccitate, & aſperitate originem ducat, his, quæ fuere propoſita ad raucedinem, vtendum eſt: Ideo laudatur ſyrupus de liquiritia, ſaccharum boraginarum, conſerua maluarum. & dum non adeſt febris, mirifice prodeſt lac caprinum, vel aſininum ſummo mane bibitum. ſi adſit febris, laudatur ptiſana hordeacea, lac amygdalarum dulcium, liquiritia in ore retenta. Si vero ab alio pulmonis vitio proueniat, ad propria capita recurrendum. idem dicendum dum oritur tuſſis, affectis pulmonibus per conſenſum ab ægritudine pleuræ, diaphragmatis, hepatis, vel lienis.

**Ad materiā à capite deſtillantem.** Quod ſi excitetur ratione materiæ à capite deſtillantis, in capite de catarrho curatio petenda eſt. ibi apparet quomodo materia, quæ poteſt in thoracem confluere, euacuanda, reuellenda, & in via intercipienda ſit. Pro materia vero, quæ iam in pulmones defluxit, vtendum propoſitis in orthopnœa.

**Ad materiam calidam.** Exempli gratia, ſi materia deſtillans fuerit calida, acris, & tenuis, præmiſſa totius prouidentia, licet vti ſyrupo violato, de papauere cum decoctione hordei, iuiubarum, & ſebeſten, vel diacodio, ſaccharo violato, di atragacantho, diapenidio ſine ſpeciebus diu ſub lingua retentis. præcipue vero probantur pilulæ bechicæ Raſis, vel Meſue, & poſſunt detineri in ore poſt cœnam hora ſomni. infrigidant enim incraſſant, & materiæ fluxum velocem remorantur, & ad concoctionem illius, quod fluxum eſt, maxime conducunt, & vno verbo omnia medicamenta bechica, quæ tuſſim ſedant valde probantur. quod dictum ſit, quia Galen. 5. ſimpl. 20. ait bechica biſariam dici: partim quia tuſſim prouocent, partim quia ſedent. Quorum contrariæ ſunt facultates. Alia enim habent naturam extenuandi: Alia incraſſandi. Atq; extenuandi vis in calidis & tenuium partium ſubſtantijs ſita eſt, incraſſandi vero in frigidis & craſſarum partium eſſentijs ineſt. Extra poterit thorax inungi oleo violato, & amygdalino, vel violato cum mucilagine pſyllij, & pauca cera. & ubi materia fuerit concocta, & ipſam extrudere incipiunt, dentur ſingulo mane ℥. 4. vnciæ iſtius aſcripti decocti, cum vncia 1. ſyrupi violati. Recipe ficuum ſiccarum numero 5. ſebeſten, iuiubarum ana numero 15. paſſularum enucleatarum drach. ſem. liquiritiæ drach. 2. ſeminum altheæ, ſem. citoniorum, hyſſopi, violarum ſicc. ana drach. 2. aquæ lib. 3. fiat decoctio ad conſumptionem dimidij.

**Ad materiam frigidam.** Si vero tuſſis promoueatur à materia craſſa, frigida, viſcidaque, poſt totius expurgationem (quæ cum his, quæ ſunt pectori amica, erit inſtituenda, vt cum caſſia, manna, melle roſ. ſol. & præcipue cum agarico, vnde probantur pilulæ de agarico ſimplices,

plices,de hiera cum agarico, de agarico compoſitæ Meſue, maſticinæ ) vtendum his, quæ
materiam attenuare, incidere,& educere poſſunt.ideo inter ſimplicia laudantur radix hele-
nij,radix altheæ decoctæ ſub cineribus,vt in capite de aſthmate apparebit.laudatur farſara,
hyſſopus ſiluestris,radix iridis,marrubij,ex quib. licet conficere decoctum cum ſaccharo, &
per quatuor horas ante prandium cum ſaccharo exhibere.ita probatur ſulphur cum ouo ſor
bili.inter compoſita laudatur looch ſanum & expertum Meſue, looch de pino, diapenidion
cum ſpeciebus,diahyſſopum Nicolai,diatragacantha:quæ cum ſaccharo in decocto adianti
diſſoluto ad tabellæ formam redigi poſſunt,vt grata ſint,& magis in ore detineantur.Aetius
vero inter ea,quæ tuſſim ſedant præcipue frigidam proponit ſtiracē ad magnitudinē auelle-
næ deuoratā,& caricas,pingues ſi ī vino dulci meraco madefactæ vna cū vino deuorētur.ſed
vt ipſe inquit,ad tuſſes inueteratas ex frigidis,lentis,craſſisq; ſuccis ortas maxime probatur
medicamentum,quod recipit nucum pinearum torrefactarum,amyli,liquiritiæ,ſeminis vrti-
cæ,ſeminis lini an.ſextantem,iridis,piperis,hyſſopi,ſeminum naſturtij,amygdalarum amara-
rū ana vnc. 1.omnia melle deſpumatu excipiātur,& detur ex hoc medicamēto cochleare vnū
mediocre.quidam vero ad tuſſim antiquam probant ſuffumigium per os ſuſceptum ex far-
ſara per plures dies.pleraq; autem remedia pro cauſarum diuerſitate proponit Gal. ad tuſſes
tum 7.de comp.med.loc.c.3.tum libro de remed.par fac.c.14.ſed 7.local.medic.c.5.ad tuſſim
veterem maxime laudat Paulinam,& Panaceam confectionē.Ea vero quæ pulmones recipiē
tes roborant,in capite de difficultate reſpirandi proponentur. Quo ad victus rationem, cibi

Victus ratio. ſint potius dulcedinis participes,ventris lenituri,pectus dilatantes.vitanda amara,acria,ſalſa,
acetoſa,acerba,& pontica.idem de potu.& in cauſa calida, vt in calida, & tenui deſtillatio-
ne,laudatur cucurbita,ptiſana hordeacea,maluæ,atriplices,ſpinachiæ, blitum condita cum
lacte amygdalarum dulcium.ita laudatur lac ſeminum communium in iuſculis; & non exiſten-
te febre,cōuenit lac caprinum,& vaccinum.inter carnes laudantur pulli parui, aues minutæ,
pedes vitulorum,oua ſorbilia,& bibant aquam ſaccharatam,& vinum deuitent.In cauſa fri-
gida vtantur calidis,vel temperatis,vt ſunt carnes laudabiles pullorum,auium, hædorum,
& præcipue laudantur pulmones animalium,ouis ſorbilibus vtantur.panis ſit benē fermenta
tus, in quo ſit ſemen fœniculi,aniſorum.potus ſit hydromel, vel vinum ſubdulce,tenue,anti-
quum:Nam hydromel ſiue mulſa,vt ait Gal.3.& rat.vic.com.10. mediocriter ſputum ducit,
oxymel vero valenter:ſed mulſa mitigat,quod non facit oxymel,quod irritat,tuſſim mouet,
exaſperatq; quia vehementer detergit.Mulſa vero diluta minimum detergit.patiens autem
parcus ſit in cibo & potu,vitet ſomnum ſupra cibum,diurnumq; dormiat capite eleuato ad
alterum latus declinante,ventrē ieiuno exerceatur.omnes naturales coactationes procuret, *Cel.li.4.c.4.*
prauaq; omnia animi accidentia deuitet.In omni autem tuſſi vtilia ſunt peregrinatio, naui-
gatio longa,loca maritima,& nationes.

## *De Peripneumonia. Cap. XLVIII.*

Nomen. PRiuſquam ad affectus pulmonis meatus obſidentes perueniamus, de
peripneumonia,ſeu pneumonia,ſiue pulmonia,quæ ipſius ſubſtantiā,
ſiue dicamus carnem,aut parenchyma corripit,agendum eſt.Eſt enim
peripneumonia,vt innumeris in locis exponit Gal pulmonis inflamma-
Definitio. Origo. Cauſæ. tio.Quæ ſiue ex ſe incipiendo generetur(quod poteſt fieri per viā pau *Gal.3.de lo. c.9 & 4. de loc.8.et 1 de pulſ.adTir. c.1.*
latim factæ congeſtionis,& per viam defluxus à capite,vel aliunde,hu
morib. in pulmonem defluentibus)ſiue alijs morbis ſuccedat, vt angi
næ,vel pleuritidi,poteſt oriri ex quocunq; ſanguine,& ab iiſdem cau-
ſis,à quib. pleuritis procreatur.Differt autem à pleuritide, vt etiam in *Galen 4 de cau pulſ.ca. 12. & 2. de loc.c.9.*
eius tractatu dictum fuit,quia ſicuti pleuritis raro fit à ſanguine pitui-
toſo,quia ratione craſſitiei difficillime poteſt denſæ membranæ ſubſtantiā permeare;ita pul-
monis inflammatio ex aduerſo frequenter à ſanguine pituitoſo gignitur, propter laxā ipſius
ſubſtantiā.Raro autem fit à ſanguine tenui,& bilioſo,quia etſi in pulmonem fluat,attamē ra-
tione tenuitatis præterfluit,& vix pulmoni cohæreſcere poteſt. cauſæ autem materiam pro-
pellentes,fluxionemq; prouitantes ex dictis in pleuritide colligi poſſunt.Si de pulmone ſuſci
„ piente ſermo fiat,ita ſcribit Galenus.Pulmo vero,quoniam corpus laxum habet,& tres facul *Galen. 3.de humor.com. 3.*
„ tates infirmas,ideo eſt fluxioni recipiendæ promptiſſimus, deinde lien, tum cerebrum vel
„ æque vt illi,vel etiam magis aptum ad excipiendam fluxionem,ſed ad ea,quæ excepit,eijcien
„ da hoc illis præſtat,quod magnos ventriculos habet,qui decliuis meatib. euacuantur.Cogno
Signa. ſcitur autem peripneumonia,& potiſſimum à pleuritide diſtinguitur imprimis ex læſis fun-
ctionibus.vnde ſi de ijs,quæ magis animales ſunt,ſermo fiat;In peripnemonia nō dū tuſſis,ve
rum etiam ſpirandi difficultas maior eſt,quam in pleuritide.ideo licet pleuritici,dū reſpirāt,
maiorē perſentiant dolorem:attamen decumbere poſſunt; recti autem reſpirare coguntur
pneumonici.nā altior,frequentior,& velocior eſt eorū anhelitus,in quib. etiam dolor nō eſt
pungitiuus,ſed grauatiuus,& extenſiuus in toto thorace,licet maior in parte inflammata.Nā
pulmo,vt notat Gal.dolore vehementi nunquam cruciatur,ſed grauitatis ſenſum.& aliquan *Gal.4.de lo. 8.*
„ do extenſionem quandam vel ad pectus,vel ad ſpinam peruenientē percipere poteſt. nā ibi
„ mēbranæ ipſum ambientes ſuſpenduntur.inſuper pneumonici ſæpe neq; bibere poſſunt,neq;
„ bene loqui,& ſe ex proximo ſuffocari putant,vt plurimum autem comatoſi redduntur, quia
hæc inflammatio præcipue à ſanguine pituitoſo generatur:vnde dum fuerit inflammatio bi-

lioſa, non fiet coma, ſed potius vigiliæ fiunt intenſæ. Quantum attinet ad functionem, quam vocant vitalem, pulſus non eſt durus, vt in pleuritide, ſed mollis, languidus, inæqualis, & vndoſus, & interdum dicrotus. & cum ſæpe cum febre acuta coma coniugatur, vt diximus, vtrũ horum excellat ex pulſus crebitate cognoſcitur: vbi enim ardentior febris erit, pulſus abunde creber erit, ſi comatoſior, minus creber. perpulchra autem admonet Gal. Quod in peripneumonia licet pulſus debilis obſeruetur, attameo quiutus, vel ſextus, poſt præcedentes arteriæ diſtentiones, ictus contentus videtur. quod in quocunque vitio apparuerit, ſignum eſt facultatem non ſuapte natura infirmam eſſe, ſed vel multitudine, vel obſtructiooe, vel preſſa, vel alia anguſtia, aut grauitate. & inæqualitas in peripneumonicis non ſolum in vehementia, & languore verſatur, ſed etiam in magnitudine & paruitate, celeritate, & tarditate. Si de ſignis, quæ ad mutatam ſpectant qualitatem ſermo fiat, ſeu de affectibus, qui ſunt in corpore, in pneumonicis lingua ſolet eſſe flaua, & etiam viſcoſitate referta, licet temporis progreſſu nigreſcàt. malæ præter modum rubent, quaſi inflammatæ; oculi intumeſcunt, febris ratione cordis vicinioris intenſior eſt, quàm in pleuritide. Quantum attinet ad excrementa, ſcreatus ſæpe ſpumoſus conſpicitur propter aeris concluſionem, vaporumq; multitudinem. Quamuis autem ſputa varia, & ſabrubra, vt plurimum vel pleuritim, vel peripneumoniam comitentur: Animaduertit nihiluminus Gal. quod ſputa hæc non ſolum peripoeumonicis & pleuriticis contingere poſſunt, ſed videtur Hip. arbitrari effici ea aliter poſſe, cum ſcilicet vitiati humores confluant, illi quidem in pulmonem, ſed ita tamen pauci omnino, vt viſcus inflammatione non corripiatur. Quod à nobis non ſemel fuit obſeruatum in quibuſdam vehementi orthopnæa citra febrem laborantibus ex copioſa & tenui admodum materia à capite in pulmones decumbẽte; imo vidimus iuuenem, in quo præter hopnæam nullum aderat pulmonis inflammatioois indicium, & nihilominus copioſam materiam ſubcruentam, & quodammodo purulentam excreuit. Vnde opinati fuimus huius materiæ cruentæ portionem, potiſſimum ex venoſa arteria proceſſiſſe, vbi eius tenuiores propagines cum aſperæ arteriæ exilioribus partibus per anaſtomoſim connectuntur: & vna cum tenuiſſima deſtillatioois materia, quę vſquoad minutiſſimas aſperæ arteriæ partes defluxerat, commixta, propter ingenrem conatum ex maxima ſuffocatione, ad tracheam arteriam, & tandem per tuſſim, fuiſſe proiectã. Tandem ſi de ſonitibus loquamur, ſtertor, vt ex Gal. colligimus, peripneumoniæ inſeparabilis eſt. Quod ſi quis breuiſſimam huius vitij ſignorum ſyndromen exoptet, Gal. ita ſcribentem audiat. Si febris acuta, inquit, ſpirandi difficultatem adiunctam habeat, tuſſimque, & ſputum colore infectum; ſi lateris dolor acutus & pungens, & pulſus durus, & tenſus ſit, pleuritis erit: ſi hæc abſint, ac non niſi recta ceruice ſpiret, & quaſi ſuffocatio adſit, peripneumoniæ concurſus eſt. Vtrum autem inflammatio fiat ab hoc, vel illo ſucco, ex dictis in pleuritide cognoſcitur. & potiſſimum ex ſputi colore, ex maiori, vel minore caliditate, anguſtia, ſpirandi difficultate, & grauitatis ſenſu. Verbi gratia, ſi intolerabile fuerit incendium, anguſtiæ vero grauitatiſque ſenſus minor, inflammatio erit bilioſa. Contra, ſi præcordiorum, & totius pectoris anguſtia premat, grauitas ſumma ſternum, dorſumque contrahat, ſed febris acuta non admodum vrat, erit pituiroſa. Quando enim, ait Galen. 4. de loc. cap. 8. cum ſpirandi difficultate, cui & anguſtia, & graoitas coniuncta eſt, acuta quoque febris inciderit, is affectus inflammatio pulmonis eſt. At ſi intolerabile fuerit incendium, anguſtiæ vero, & grauitatis ſenſus minor, eryſipelas ipſum uexare cenſendum eſt. Et hæc pro dignotione veræ, & legitimæ peripneumoniæ, & cauſarũ eius, dicta ſufficiãt. At vero tenuis, & acris, multaq; deſtillatio è cerebro cõfertim in pulmonẽ illapſa, interdũ incenditur, æſtũ, & febrẽ inferens, quã affectionẽ quidã vocant peripneumoniã: in qua & tuſſi, & ſpirandi difficultate, & febre lenta ſenſim conficiuntur ægrotantes ſine vlcere, ſine ſputo crueto, differt autem à peripneumonia exquiſita, tum cã, tum ſymptomatum magnitudine. Prædictiones ex dictis de pleuritide depromendæ ſunt, ferè. o. eædem ſunt. Ideo dicebat Gal. 3. aphor. 23. hiemis morbi proprij ſunt laterales, & pulmonis inflammationes: quoniã reſpirationis inſtrumeota frigiditate læduntur, & ſicuti alia poſſumus bene obtegere, vt nil, vel minimum aeris frigiditatem ſentiant: ita reſpirationẽ nemo põt cohibere. Ita reliqua, & præſertim ſputa eodẽ modo, vt ibi dictũ eſt, contẽplanda ſunt. differunt aũt quia pneumonia pleuritide periculoſior exiſtit: pulmo. n. viſcus præſtantius eſt, & cordi magis proximũ. quo fit vt ſecundũ plurimum mortem inferat: pleuritis vero vt plurimum ſalubris ſit. grauiſſimæ autem peripneumoniæ, & pleuritides ſunt, in quibus nihil expuitur, inquiunt Hip. & Gal. Ea autem pneumonia peroicioſa eſt, quæ cum uirium ſit languore, & quæ anginæ, aut pleuritidi ſuccedit. vna namq; ſalus eſt, dicebat Gal. tum pleuriticis, tũ pneumonicis viriũ. ſ. robur. ait aũt Hipp. à pulmonis inflãmatiooe phrenitis, malũ. quando. o. à calido humore fit pulmonis inflã matio, q̃ moltos vapores ad caput trãſmittit, cerebrũ implet vaporib. & facit phrenitidẽ, vt exponit Gal. eſt autem pneumonia bilioſa cæteris periculoſior, nam etſi morbus ſit proportionatus ratione complexionis, & nutrimenti ipſius pulmonis, ſumma tamen adeſt diſproportio inter bilioſum humorem, & laxam pulmonis ſubſtantiam, cui difficillime poteſt adhærere, niſi bilis ad ſummum copioſa, & craſſa ſit. Aduertendum autem quod ſicuti fluxus ſanguinis narium non eſt ſignũ ita ſalubre, quemadmodum eſt in pleuritide: ita fluxus menſtruorum, aut ſanguinis hæmorrhoidalis, aut criſis per vrinam, aut per fluxũ ventris præcipue materiæ purulẽtæ, ſont ſigoa magis efficacia in ſignificanda ſalute in peripneumonia quàm in pleuritide: & hoc ratione diuerſitatis tum materiæ, tum vaſorum colligantiæ. non enim eſt tanta colligantia pulmonis cum venis narium, ſicuti pectoris. Ait autem Hip. à morbo laterali, aut pulmonia habito, ideſt vexato, ſeu fortiter correpto (vt explicat Gal.) alui profluuium adueniẽs malum. in mediocri autem morbo laterali & pulmonia, ait Galen. alui profluuium ſuperueniens

*Galen li. de pulſ. ad Tir. c. 11. & 4. de cau pulſ. c. 12.*

*Galen. li. de comp puſ. c. c. 11.*

*Galen. 1. de lo. 5.*

*Hip 3. de mor. vet. modium.*

*Gal 1. in 3. epid com. 4. in prin.*

*Galen. 3. de diffi reſp. c. 12.*

*Gal lib empir. informat. c. 6.*

Signa cauſarum.

Peripneumonia notha.

Prognoſt.

*Hippo. 2. prognoſt. 16 & Gal in com. & o. in 3. epid. 4 poſt prin.*

*Hip 7. aph. 19.*

*Gal. 3. prædic. 4 & 14. morb. quinto.*

*Hip. 7. aph. 12*

*Gal in com. Hip. 6. aph. 16.*

niens poteſt eſſe bonum, præſertim ſi apparuerint concoctionis ſigna. ſciendum autem quod dum affectus hic protrahitur, ad tumorem pedum, & hydropem frequenter perducit, propter noxam hepati communicatam. inquit autem Hip. quicunq; ab angina ad pulmonem vertitur, & in ſeptem dieb. pereunt: ſi vero hos effugerint, liberantur. & de transmutatione loquitur, vt interpretatur Gal. quæ fit ex angina ad pulmonem. Iiſdem quoq; remedijs hoc vitium profligatur, quibus depellitur pleuritis. Quare curatio ex ibi propoſitis elicienda eſt. Vetum circa materiam chirurgicam aduertendum eſt, quod quamuis ſtatim baſilica ſecanda ſit (ſi cetera permittant) & interdum ſi oportuerit, in vtroq; brachio, quia ſæpe ſecundum ambas partes pulmo inflammatur; attamen diuerſiones ad inferiora magis competunt in hoc malo, quam in pleuritide, quia ſolet fieri à materia craſſiori, quæ inferiora magis petit: idcirco prouocatio hæmorrhoidum, ac menſtruorum eſt valde proficua. Similiter ſectio ſaphenarum præſtantior eſt, quam in pleuritide. Idem dicendum de medicamentis totum purgantibus, quæ in capite de pleuritide colligenda ſunt: & debent eſſe pectoralia, & præcipue lenientia, & purgantia mitiora, eo autem magis probantur expurgantia quo magis febres obtuſiores & dolores leniores fuerint. præſertim cum craſſi humores ad inferiora impetum habeant. Idē dicendum de priuatis medicamentis: ſunt enim eadem met quę in pleuritide enarrata fuere. melius tamē eſt, vt per ſputum euacuantia ſint & frequentiora, & paulo valentiora. Monet enim Gal. quod medicamenta, quæ intus ſumuntur, & ventriculo, & ſtomacho auxiliantur, talia exhibeantur, qualia à paſſionibus exiguntur: reliqua vero omnia acriora, ac viribus potentiora ſunt, eaq; præſertim quæ vel renum, vel pulmonis occaſione dantur. Conſiderandū enim eſt quot numero partes pertranſire oporteat id medicamen, quod ad pulmonem ſit peruenturum. idcirco in hoc malo à Gal. magis laudatur oxymel. tum propter viſceris diſtantiā, tum propter materiæ craſſitiem. ideo præter ſyrupos propoſitos in pleuritide præcipue laudatur decoctum hyſſopi, in quo caricæ decoctæ ſint. idem dicendum de aqua mulſa, in qua ſit decoctum hyſſopum, aut iris, aut vtraq; nam affectus & maior eſt, & materia magis inobediēs. ideo probatur etiam origanum, & radix helenij, & marrubium. ita ſi pneumonia ſit biliosa, requiritur maior extinctio cum valentioribus refrigerantib. actu frigidis, & in notabili quātitate, & debent eſſe incraſſantia, vt eſt aqua melonis indi, cucurbitæ, mucilaginis pſillij, & vrgente neceſſitate aqua ſolatri. Ea vero quæ extrinſecus applicantur, ſint magis penetrantis; ait enim Gal. ob hæc igitur quæcunq; in pulmonis inflammationibus extrinſecus thoraci applicantur medicamenta, valde fortiora, atq; acriora futura ſunt, quam ſi ipſa viſceri patienti apponerentur. tantum enim aduentitij roboris adiungere oportet, quantum in tranſitu amittitur, vt quod relinquitur, æquale remaneat ei quod tactu iuuat. Penetrantia itaque efficiuntur. & per additionem modici aceti ne ſcilicet prohibeatur ſputum, & detur alijs penetratio, & ratione formæ, ſecundum quam medicamentum conficitur. vnde forma emplaſtri magis profundatur quam forma vnguenti, & ſtillicidium magis quam fomentum, & debent totum thoracem amplecti. ideo ſi malum ſit pituitoſum, laudantur fomenta calida, digerentia, & diſcutientia, & poſt ipſa probantur emplaſtra hoc modo compoſita. Recipe radicum & foliorum altheæ, & maluarum ana Man. ſem. contundantur, deinde adde cremoris ſeminis lini, altheæ, fœnigræci, ana drach. 2. iridis, hyſſopi tenuiſſime tritorum, ana drach. 1. butyri, pinguedinis gallinæ, ana drach. 1. ſem. olei chamæmelini, rutacei, ana vnc. 1. cum poſca mulſa, vel cum terebinthina lota cum aceto forti fiat emplaſtrum. ſi ſit biliosa, parentur fomenta ex aqua violata cum modico aceti, & deinde fiant potius inunctiones ex oleo violato, vel ſimili. nam emplaſtra quamuis frigida, attamen calorem reflectendo poſſunt intrinſecus calefacere. Balneum autem eo modo, vt in pleuritide dictum eſt, paratum ab Hip. & Gal. maxime extollitur, qui aiunt, quod magis in peripneumonijs, quam in febribus ardentibus confert. Victus ratio ex dictis de pleuritide petenda eſt. vnicum circa potum animaduertendum eſt, pro quo maxime laudatur aqua hordeacea, præcipue hordei non decorticati, vel decoctio liquiritiæ, hyſſopi, caricarum, præcipue in aqua mulſa. attamen vbi inflammatio ex frigidiori oritur ſanguine, & laborans fuerit delitioſus etiam in primis diebus, ex Hip. ſententia, modicum vini albi, oligophori, & ſubdulcis exhibere licet. Curatio vero peripneumoniæ non veræ ex remedijs in tuſſi propoſitis elicienda eſt, præcipue dum tuſſis à materia calida, & acri in pulmones illabente, originem ducit.

Left margin: Præſidia & eorum materiæ. — Chirurgia. — Pharmacia. — Communia. — Topica. — Extrinſecus applicita. — Victus ratio. — Ad nothā peripneumoniam.

Right margin: Hip. 5. aph. 10. — Hip. 3. ad mor. cit. — Galen. 2. ad Glau. c. 2. — Gale lib. de compendio, pulſ. c. 21. — Galen. 2. ad Glau. c. 2. — Hip. & Gal. 3. de rat. vic. 17. — Hip. 2 de mor. cit. & Galen. 3 de rat. vic. cō. 2.

## De læſa Reſpiratione. Cap. XLIX.

QVAMVIS reſpiratio plurimarum particularum vitio lædi poſſit; attamen cum præcipuum reſpirationis organum ſit pulmo, quemadmodum tum ex Galeni ſtatutis, tum ex regula ab eo tradita licet colligere, ſiquidem muſculos, neruos, & oſſa, ex quibus thorax conflatur, in pleriſq; alijs corporis partibus adinuenire licet; pulmonis autem ſubſtātiam ad aerem excipiendum, retinendum, elaborandum, cordiq; communicandum idoneam, nullibi reperire fas eſt: propterea cum de pulmonis affectibus agere in præſentia inſtituerimus, de qualibet reſpirationis noxa hoc in loco pertractare conſonum eſſe duximus. Ad hanc aeris receptionem reſpiciens Galenus dicebat, quod pulmo, ſi conſideretur vt cordi copulatus, primum reſpirandi organum exiſtit: vt vero a thorace mouetur, ſecundum. Si enim reſpira-

Right margin: Galen. 6. de vſu par. c. 2. & cap. 9. in prin. — Galen. l. de vtilit. reſpir. c. 3.

tio quatenus eſt motus quidam tantummodo conſideretur, vt ſic thorax, & potiſſimum eius muſculi, primum reſpitationis organum ſtatuendi ſunt (nam pulmo, Gal. teſte quinto de loc. 3. verſus finem, nullam habet propriam motionem, quippe qui per conſequentiam dilatato thotace pariter attollitur, & eo conſtricto, in ſeſe reſidet) ſed quoniam motus hic tanquam in finem in ipſum aerem attrahendum, & ſuſcipiendum dirigitur, & finis ſemper ijs, quæ ad ipſum ordinantur, nobilior eſt, ideo pulmo, in quo fit huius aeris ſuſceptio, & diſpenſatio, rectius, abſolute loquendo, reſpiratorium organum ſtatuitur. Ex hac autem aeris, & ſpiritus diſpenſatione colligimus quoque reſpirationem motum exquiſite voluntarium, & exacte animalem non eſſe; ſed aliqua ex parte, vt dictum alias à nobis eſt, naturalem, licet à prædominio magis animalis ſtatuendus ſit; Nam motus exquiſite animalis, & omnino voluntarius per ſolam muſculorum contractionem, & extenſionem fit, & ſine alicuius materiæ extrinſecæ, vel intrinſecæ attractione, vel expulſione; & inſuper nullum ſibi in motu præſcribit terminum, vel menſuram, neque ordinem aliquem determinatum, neque tempus præſcriptum ex poſcit: nam voluntas omnino libera eſſe debet. neq; circa internum, ſed potiſſimum circa externum obiectum verſatur, vt de apprehenſione, & ambulatione clarum eſt, quarum hæc ad diuerſa loca, illa vero ad varia apprehenſibilia dirigitur. Thoracis autem motus, & alij motus mixti oppoſitas habent conditiones. Nam thorax dum dilatatur, aerem intrinſecus allicit, dum conſtringitur fuligines expellit, & in his motibus menſuram, ordinem, tempusq; ſeruare deprehenditur. Verum quoniam motus hic à muſculis principaliter perficitur, ideo ſi ad hos referatur, quia ſui natura ſolum contrahuntur, & extenduntur, animalis à prædominio dici debet. Prout autem non in motores muſculos, ſed in mobilem thoracem refertur, quatenus thorax ſecundum menſuram, ordinem, & tempus aliquod determinatum dilatatur, atq; conſtringitur, & ſubinde aliquid attrahit & expellit, vt ſic, quemadmodum etiam innuit Galenus, naturalis motus nomen meretur. Sed his parum vtilibus diſceptationibus abiectis, ad læſam reſpirationem accedamus quam cognoſcere minime licet, niſi naturalis reſpirationis naturam & cauſas omnes ſciuerimus. Sic. n. habet Galenus, cũ vnumquodq; ab iiſdem peius, aut melius reddatur, per quæ omnino produci ſolet, à quibus cauſis reſpiratio producitur, ab iiſdem læſa reſpiratio producetur. Eſt igitur reſpiratio naturalis, thoracis, pulmoniſq; motus ſecundum naturam à mouente facultate pro aeris attractione, innatiq; caloris ſymmetria, & commoderatione conſeruanda, productus. Nam pulmo, quamuis ſit præcipuum reſpirationis organum, nullum tamen innatum habet motum, ait Gal. ſed ſemper ad motum, thoracis motu indiget: dilatato. n. thorace, condilatatur omnino pulmo à cõſequẽtia eadẽ ratione, qua aer in vacui attractus. vnde in magnis thoracis vulnerib. anticipante aere comprehendere regionem dilatationis, rationabiliter pulmo quieſcit. Quamprimũ igitur pulmo attrahẽdi aeris neceſſitatem perſentit, illico eius naturalis vis attractrix excitatur, & tunc (quemadmodum ẽt in tuſſis generatione dictum fuit) facultas animalis, vt tradit Galenus, mouet thoracẽ; cum hoc ſimul pulmo mouetur: ad huius vero motus, vbi diſtenditur, ſequitur inſpiratio; vbi contrahitur, expiratio. maxima aũt & principaliſſima reſpirationis vtilitas eſt inſitæ caliditatis cõſeruatio, ſpiritusq; nutritio. Tres itaq; vt ex dictis liquet, reſpirationis ſunt cauſę, facultas animalis mouens, inſtrumenta quę mouentur, & vtilitas ipſa ob quam etiam priorib. cauſis opus habemus. Inſtrumentorum autem ſpecies multifida, & multiformis exiſtit. quædam. n. ad vectutam ſpiritus deſtinata ſunt, vt aſperæ arteriæ; quædam aerem ſuſcipiunt, vt pulmo: Quædam vero ex eis, quæ mouentur, mouent. Principium itaq; eſt aer, qui per os & nares attrahitur materia exiſtens vtilitatis reſpirandi. nã ſui qualitate innati caloris cordis commoderationem in qualitate; ſui autẽ ſubſtantia eiuſdem caloris in quantitate menſuram conſeruat. Cũ autem duo genera reſpirationũ ſint, inuiolenta, & violenta. habeatq; vtraq; ipſarũ proprias partes duas inſpirationẽ videlicet, & expirationẽ; fit vt in totũ quatuor ſint reſpirationis partes. & in his ſingulis propria quædam inſtrumentorũ natura eſt. inuiolentæ quidem inſpirationis ſeptum tranſuerſum; violentæ vero tum muſculus in ſimis ſcapularum ſitus, tum interna intercoſtalium pars: inuiolentæ vero expirationis muſculi circa abdomen; violentæ vero externa intercoſtalium pars. Porro nerui duo, qui ad ſeptum pertingunt, ex dearticulatione inter quartam & quintam colli vertebram progreſſi, in ipſam neruoſam ſepti partem ſe inſerũt qui vero in muſculos intercoſtales ex ſpina diſperguntur ad pectorales non recti ſecundum longitudinẽ animantis extenti, neq; velut muſculi obliqui, ſed trãſuerſim feruntur, caput habentes vertebrã, finem vero os pectorale. Quin & qui in alios muſculos reſpirationis opifices feruntur, nerui ferè omnes ex ſpinali medulla naſcuntur. Voluntas itaq; ſimilis eſt Equiti, qui habenarum motu equos impellit: habenis vero ſimiles ſunt nerui, quemadmodum equis muſculi: addamus nos, currui, qui ab equis attrahitur, pulmonem & thoracis oſſa ſimilia eſſe. ſic vero & vtilitas extremum reſpirationis votũ eſt, quemadmodum victoria artis aurigandi. ex quibus clarum eſt læſam reſpirationem, de qua tractare decreuimus, nil aliud eſſe, quam thoracis, pulmoniſq; motũ à naturali curſu deturbatũ, propter vitiũ in facultate, vel in organis, aut in vſu; ſiue in vno iſtorũ, ſiue in plurib. ſiue in omnib. conſiſtat. Et quoniã, vt ait Gal. vnaquæq; actio dupliciter læditur, & à naturali cõſtitutione exturbatur: vel. n. aufertur, vel vitioſè editur: ideo reſpiratio quoq; cum actio quædam ſit, vel auferri poteſt, vel vitioſè edi. dum autem aufertur, à Græcis, & ab Heraclide Pontico, vt refert Gal. vocata fuit apnnea: dum autem vitioſe editur quomodocunq; id fiat à Gal. diſpnoea, ſeu difficultas ſpirãdi dicitur. Si itaque auferatur, id poteſt contingere non omnino, vt quidam Moderni perperam tradidere, ſed ſolum quoad ſenſum. ſic. n. habet Gal. Quemadmodum enim in alijs omnibus, ſic etiam hic proportionem reſpiratio & pulſus habere videntur. neutrum namque ipſorum in totum perire poſſibile eſt, donec ſuperfuerit animal; attamẽ periiſſe putare propter paruitatem ni-

hil

Marginal notes (left): Galen. 8. de anatom. adminiſt. c. 2. — Galen. 1. de diffic. reſp. c. 4. — Gale lib. de cau reſpir. — Gal. 3. de motu thoracis. — Galen. 1. de diffic reſpir. c. 4. — Galen. l. de cau reſpir. — Gal loc. cit. — Galen 1. de ſymp cau c. 7. & 1. de diffic ſpirãdi, c. 1. in prin. — Ga. 1. de diff. reſp c. 4. — 4 de loc 7. et 1 de praſag. pulſ. 3. — Galen 3. de diffic. reſpir. 10.

Marginal notes (right): Pulmo reſpirationis magis proprium inſtrumẽtum. — Reſpiratio nõ eſt motus animalis exquiſite. — Reſpiratio quid. — Reſpirationis cauſæ. — Reſpirationis organa. — Reſpiration. gratia & partes. — Muſculi reſpirãtõnis opifices. — Nerui ad muſculos reſpiratorios delati. — Pulcherrima Galeni comparatio. — Læſa reſpirõ qd. — Apnoe cauſæ.

nil mirum eſt. neq; enim his ſolum, ſed & alijs omnibus extreme paruis commune eſt, quod ſenſum effugiant, & rurſus dicebat, in huiuſmodi omnibus affectibus (apnoeã videlicet inferētibus) præ multitudine materiæ frigidæ innata caliditas grauatur ad ſimilitudinē flammę, quæ præ multis humidis lignis ſuffocatur. in his autem ſpiritus interceptionibus oēm reſpirationem perfecte perijſſe, neque ſuſpicari poſſibile eſt, neq; ſic habere apparet, ſi quis, quod contingit, diligenter conſideret. minimus .n. ſimulq; per longiſſimum tēpus ipſis fit ſpiritus, & hac ratione pleroſq; latet, ac fallit. verum ſi quis diligenter animaduertat, aut digitum naribus ægrotantis admoueat, percipiet reſpirationē. qd ſi quis ēr præ naribus pilū, aut tenuem lanam ſuſpēdat, videbit hæc dimoueri. cum igitur quo ad ſenſum auferatur, id adhuc magis vel minus fieri poteſt. magis aūt aufertur in quibuſdam vteri præfocationibus, dum ſemen in viduis, vel menſtruus ſanguis in his, quæ non purgantur, præter naturam retinentur, & adeo prauam qualitatem acquirunt, vt tum hàc, tum propria mole totum corpus, & potiſſimum ipſum cor adeo reſtrigerent & aggrauent, vt ea quæ per poros cutis inſenſibilis fit tranſpiratio, tunc temporis ſuperſtes, & pro caloris innati euentatione ſufficiēs ſit. Minus aūt aufertur, ex Gal. ſententia, in ſyncope non hyſterica, & in ea præcipue, quæ fit vitio oris ventriculi, dum huius vitij ratione trahuntur in conſenſum cor & cerebrum, hoc quidem neruoſi generis ſocietate, illud vero ſitus, & magnæ arteriæ vicinitate. hoc autem vitium poteſt imprimis à valida refrigeratione vel per ſe, vel etiam ex pituita admodum frigida (veluti eſt quæ vitrea dicitur) vel ex ſpiritu flatuoſo & frigido, aut ex potu, aut cibo, aut medicamento valde refrigerante, dum ab his non ſolum os ventriculi nimium refrigeratur, verum etiam vnà cū ipſo per conſenſum cor, & cerebrum frigida redduntur. idem de fungis, & alijs rebus ſtrangulantibus & venenoſis dicendum. Similiter diſpoſitio, quæ apnoeam facere poteſt, inquit Gal. 4. de loc. 7. omnibus animalis partib. communis eſſe videtur, velut in apoplexia, ſopore, morbo comitiali, catalepſi, in quibus ſpiritus organa proprio affectu non læduntur; à quibus tamen nec longiori tempore, nec omnino, durante vita, reſpiratio poteſt auferri. Si vero reſpiratio vitioſa euadat, vt diſpnoea oriatur, vt omnes huius cauſæ apertiſſimæ fiant, & breuiſſimis enumerentur; ſciendum quod cum, vt dictum fuit, tria ad reſpirationem celebrandam requiruntur, videlicet thoracis motus (eſt enim actio à prædominio voluntaria:) pulmo, qui huius functionis præcipuum inſtrumentum eſt, recte diſpoſitus; & vſus ſeu finis, in quē functio hæc ordinatur; ideo orietur diſpnoea, quemadmodum refert Galenus, vel læſo thoracis motu, vel pulmone, vel facta in vſu aliqua præter naturam mutatione: Læditur autem thoracis motus vel per ſe, hoc eſt læſa facultate motrice, quæ concurrit ad motum vnà cum ſuis organis huic motui deſtinatis: vel per accidens, dum ſcilicet facultas motrix ex ſe non læditur, ſed potius impeditur. Si læditur per ſe, & læſa facultate motrice, hoc fit quotieſcunque facultas motiua, vel in thorace, ſicuti decet, nō recipitur; vel non tranſmittitur. Non recipitur autem propter noxam aliquam in ipſo exiſtentem, quæ, vt ex Gal. colligimus, poteſt eſſe vel in muſculis ipſius, & præcipue in ſepto tranſuerſo; vel in neruis ad ipſos muſculos peruenientibus: quo fit vt ob particularem vnius tantum ex iam dictis particulis imbecillitatem, omnes thoracis partes dilatari cogantur. nam dum quieſcit homo, liberam reſpirationem ſolum ſeptum tranſuerſum (modo valeat) efficere ſolet: vbi vero infirmum eſt, ipſum ſane ſolum ſpirandi munus perficere non valet, verum intercoſtalium muſculorum cōcurrit auxilium. quod ſi maiori inſpiratione egeat, tunc ſuperni muſculi omnes (quorum maximi ſcapulas mouent) ad ſpirandi actionem requiruntur. ſi igitur noxa ſit in muſculis, & præcipue in ſepto tranſuerſo, tunc in ipſis poteſt contrahi imbecillitas vel ratione ſolutæ vnitatis, vel intemperiei, præcipue frigidæ, ſiue ab ambiente frigidiori, ſiue à talibus medicamentis, aliave cauſa imprimatur, vel malæ compoſitionis, vt dum tumore aliquo, & præcipue ſcirrhoſo corripiuntur: quemadmodum in athleta illo, nomine Secundo, & in alio, qui fuit ab equo in præcordiorum regione calcitratus, fieri conſpexit Gal. hic enim diaphragmatis patiebatur imbecillitatem propter ſcirrhoſum quidpiam ex præcedente inflammatione derelictum, & quod dictum eſt de muſculis, idem de neruis ad eos pertingentibus ſtatuendum eſt, qui præter iam dicta mala, obſtructionem quoque, vt in paralyſi dictum fuit, perpeti poſſunt. His licet addere totius thoracis imbecillitatem tum natiuam, vt quum ab ortu nimis paruum, vel depreſſum fuit conformatum, tum etiam adſcititiam, vt euenit in his, qui pleniore victu, & ocioſa vita obeſiores euaſerunt; in quibus facultas mouens eſt debilis tum in reſpectu ad mobilis grauitatem, tum propter viarum per quas pertranſit anguſtiam. Facultas autem non tranſmittitur, dum vel propter ægritudines labefactata eſt, vt in morti propinquis, vel propter anguſtiam ſpinalis medullæ, vel cerebri. Spinalis medullæ, dum vel obſtruitur, vel refrigeratur, præcipue prope nucham, vnde ratione frigidæ intemperiei condenſatur & ſubſidet, vel comprimitur, vt dum ceruicis, vel thoracis uertebræ luxantur, & præſertim ad intrinſeca. hæc autem luxatio vel fit paulatim à materia, vel à ſiccitate, vt contingit in gibbis: vel ſubito, vt in caſu, vel percuſſione euenit. cerebri autē anguſtia ſolet in ſoporiferis affectibus promoueri, vt apoplexia, epilepſia, caro, catoche, in quibus ſi anguſtia nō ſit integra, oritur diſpnoea, Si .n. integra eſſet, apnoea potius oriretur. Si vero thoracis motus lædatur ex accidenti & citra læſionem facultatis, & propriorū organorū, tunc impeditur motus ipſius, & pſertim dilatatio, vel à cauſa dolorifica, vel à cauſa cōprimente. à cauſa dolorifica, vt dum adeſt inflãmatio in pleura, in diaphragmate (quamuis ratione huius facultas ēt ex ſe lædatur) in hepate, liene, ventriculo, colo, peritonęo, ſuperiorib. inteſtinis, in muſculis abdominis, vel ēt vulnus, aut materia aliqua diſtendens, aut alio modo in his, vel alijs partib. thoraci propinquis dolorē excitãs. Qd aūt cauſa dolorifica in his partib. ad diſpnoeã promouendam ex ſe non ſufficiat, hoc declarat Gal. dum admonet, quod ſicuti ſpecies difficul-

Diſpnoeæ cauſæ.

Cauſæ à læſo thoracis motu deſumptæ.

*Gal. 1. de ſymp. cauſ. 7. & 4. de loc. 7.*

*Gal. 4. de locis aff. ca. 4. & 7.*

*Galen. 4. de loc 4 & 8. de anat. adminiſtr. c. 5.*

*Galen. 1. de diffic. reſp. cap. 12.*

difficultatis ſpirandi quæ pulmonis coarctationem ſequitur, de qua paulo poſt dicemus, ad ſui generationem nil opus habet facultate, ita ſecus dicendum eſt de affectibus thoracis & item aliarum partium, quæ in reſpiratione mouentur, & agitantur, quia ad talem differentiam læſæ reſpirationis concurrit etiam voluntatis arbitrium, quæ reſpirationem ad paruitatem mutat, ne amplius animal dolore affligatur: & ob id etiam denſus efficitur. A cauſa autem comprimente facultas impeditur dum vel ab aqua, aut alia materia in abdominis cauitate collecta, vel ab hepate, aut liene, dum hæc viſcera vi magnarum obſtructionum & materiæ vitioſæ in molem attolluntur, diaphragma comprimitur aut detrahitur, vt notat Gal. 2. de loc. cap. eadem de vtero dum merito fœtus intumeſcit, aut quum in præfocatis ſurſum recurrit, dicendum eſt. Si vero thoracis motus omnino illæſus permaneat, & dyſpnoea nihilominus promoueatur, hoc, vt diximus, vel læſo pulmone, vel vſu immutato contingere poteſt. Læditur autem pulmo, dum in eo oritur anguſtia, quæ poteſt ei impartiri vel ab extrinſeco, & tunc patitur per conſenſum, vel ab intrinſeco, & in ſubſtantia ipſius, & læditur per eſſentiam; & per pulmonem quoddam ex ipſo, & arteria trachea aggregatum intelligimus. Si igitur anguſtia ei obueniat ab extrinſeco, tunc vel impeditur eius dilatatio, ut fit in empyemate, & etiam in inflammatione, aut abſceſſu in thoracis cauo conſiſtente: vel impeditur tranſitus ſpiritus, veluti, quemadmodum monet Galenus, quum ab angina, ſeu à vertebris ceruicis luxatis caput tracheæ anguſtatur. Si vero pulmonis anguſtia ab intrinſeco fiat, tunc anguſtantur eius viæ ſpiritu oſæ, & potiſſimum aſperæ ipſæ arteriæ, vel eius propagines. quo fit vt tranſitus tum fuliginoſis excrementis inhibeatur magis, vel minus, prout maior, vel minor fuerit anguſtia. Hæc autem anguſtia poteſt referri in compreſſionem, dum viæ ſpiritus comprimuntur, vel ab inflammatione pulmonis, vel à turberculo in pulmonum ſubſtantia conſiſtente, ſiue ſit crudius, ſiue concoctũ, vt quum tranſit in abſceſſum. quod quidem tuberculũ ex materia etiam alimentali produci poteſt. Secundo, anguſtia poteſt referri in obſtructionem, quum aſperæ præcipue arteriæ, ſeu bronchia obſtruuntur à materia vel flatulenta, craſſa tamen; nam ſecus non detineretur, vel humoroſa præcipue craſſa, & viſcida, quæ dum cauis pulmonum, ſeu bronchijs firmiter hæret, arida tuſſi vehementiſſime exercet, qua uix quicquam extruditur, & inter ſpirandum ſtertorem, aut ſibilum elidit, vnde oritur aſthma Græcis dictũ, quæ vox Latinè cantus dicitur, quamuis Hippocrates, anhelationes aſthmata vocet, & Galenus, vbi difficultas ſpirandi abunde aucta ſit, aſthma nominauerit; ita aſthmaticos ſuſpirioſos appellabat Galenus. Hæc autem materia ſi tota non expurgetur per ſputum, tempore craſſeſcens, & vi caloris ſicceſcens in gypſeam pituitam abire ſolet, quumq; deſtillationib. multis circuitu redeuntibus ex vnaquaque aliquid craſſæ & gypſeæ pituitæ relictum fuerit, ſenſim in pulmonum cauernis cumulata exquiſitum tandem fit aſthma, cui opportuni ſunt qui deſtillatione & tuſſi frequenter tentantur, & præcipue ſenes, & qui anguſtis ſunt pulmonibus. Ab aſthmate vero fit orthopnoea, dum videlicet recta ceruice reſpirare coguntur eu aũt recti reſpirent, docet Gal. diligẽtiſſime 2. prędictionũ com. 54. cũq; ſine febre cõtiterit, vt notat Galenus, ſiue vbi craſſi, glutinoſiq; humores vias ſpiritus intercipiunt: ſiue vbi incoctũ aliqđ tuberculũ pulmonẽ obſidet. Siccã aũt orthopnoeam eam ſpirandi difficultatẽ appellat Hipp. ait Galenus, quæ ſine ſputis, vel eductione per tuſſim vſq; adeo vehemens eſt, vt qui ſic afficitur, inclinari citra ſuffocationem non poſſit. malo autem ingraueſcente lentus hic humor in grandinem, & veros calculos concreſcit. Horum autem illi vere aſthmatici dicuntur, qui ieiuni, & in quiete, & ſereno cœlo facilius ſpirant: at quoties materia intus condita frigido humidove cœlo, aut multa crapula humeſcens, & quaſi tumens diffunditur, noua acceſſione conflictantur, altoq; & ſuſpirioſo ſpiritu, vt infra dicetur, multum & frigidum aerem ducere contendunt: quo fit, vt plerique omnes tum ianuas, tum feneſtras aperiri iubeant, multo autem magis affliguntur, ſi forte recens deſtillatio in arterias veteri malo iam impeditas ingruit, imo ſæpe ex grauiore, & repentino vtriuſque cauſæ impetu æger prompte iugulatur, & dicitur catarrhus præfocans. Tertio poteſt anguſtia in ſubſidentiam referri, quæ fit vel nimium exiccatis his partibus, vt in hecticis febribus, vel ſubſtantia pulmonis ratione magni vlceris abſumpta, vt propterea eius vaſa recte dilatari non poſſint, ſed in ſe ipſa ſubſidentia cõcidant. Denique poteſt fieri anguſtia ratione conſtipationis, quæ fit, dum aliquod apoſtema intra aſperam pulmonis tracheam oritur. Tertio & vltimo loco poteſt ſpirandi difficultas promoueri propter vſum immutatum, vt quum in pulmone & corde, vt ait Galenus, flammea accenditur caliditas, ſiue ſit intẽperies febrilis ſine materia, ſiue cum materia, ut in pneumonia exquiſita, & etiam notha, quum pulmones calida & acri materia à capite deſtillante replẽtur. Aduertendum autem, ne deceptio aliqua contingat, vnicum uitium interdum fuiſſe ſub diuerſis iam allatæ diuiſionis membris à nobis collocatum, quia prout diuerſimode concurrit ad reſpirationem lædendam, ita ſub diuerſis cauſarum genere poteſt accommodari. Exempli gratia, pneumonia ratione malæ compoſitionis pulmonem lædit, vaſa ipſius & tracheas comprimendo: ratione autem intemperiei auget vſum, & flammeum accendit in corde & pulmone calorem. idem de cæteris dicendum, imo, ex Galeni ſententia, dantur quædam uitia, in quibus interdum, licet raro, tres ex iam dictis cauſis concurrere poſſunt. vt in empyemate pus collectum pulmonem anguſtat, vires de neceſſitate imbecilles redditæ ſunt, & præterea febris adurens fortaſſe poteſt accedere. diaphragmatis inflammatio & abſceſſus pariter thoracis motum dupliciter lædit, nam pulmones comprimere & anguſtare poteſt, & vſum augere. Diuerſimode autem, vt ex dictis conijcere quilibet poteſt, vitiatur reſpiratio, prout euadit, vel magna, vel parua, vel freqũẽs, aut denſa, ſiue crebra; ſunt. n. ſynonyma; aut rara, ſiue per interualla, vt appellat interdum Hippo. vel velox, aut tarda. Magnæ vero geminæ ſunt differentiæ, vt inquit Galenus, vel enim magna dicitur propter thoracis dilatationis magnitudinem,

Gal. 5. de lo. 7.

Hip 5 aphor. 22.

Gal. 4. in 6. epid com 4.

Gal. 2. in 3. epid com 4.

Gal. 4. in 6. epid com 4.

Hip et Gal. 6. de ra. vi. 27.

Gal 4 de lo. 4. in princ.

Gal 4 de lo. 7 in princip.

Gal. loc. cit.

Gal. loc. cit.

Cauſę dyſpnoeæ à læſo pulmone deſumptæ.

Compreſſio.

Obſtructio.

Aſthma.

Orthopnoea.

Sicca orthopnoea

Veri aſthmatici.

Catarrhus præfocans.

Subſidentia.

Conſtipatio.

Cauſæ dyſpnoeæ ab vſu vitiato deſumptæ.

Aduertendum.

Differentiæ.

Incomplexæ.

Magnæ reſpirationis differentiæ.

tudinem, vel ob inſpirati aeris multam eſſentiam. Qui enim abſque ſpiritalium inſtrumentorum anguſtia per febres ardentes difficulter ſpirant, ij magna agunt vtroq; modo reſpiratione: nam ijs inſpirati aeris quantitas magnitudini dilatationis thoracis proportione reſpondet. Quibus vero vel tumor, vel anguſtia ſine flammeo calore in ſpiritalibus inſtrumentis ineſt, in his thoracis quidem dilatatio maxima eſt: id vero quod inſpiratur non ſolum proportione dilatationem non aſſequitur, verum etiam minus, quàm ſecundum naturam inſpirari ſolet, attrahitur. proinde laborantem & celeriter & frequenter ſpirare neceſſe eſt. ex quibus conſtat eam ſpirationem, quæ ob virium imbecillitatem omnibus agentibus muſculis efficitur, non eandem eſſe cum magna, in qua plurimus quoque attrahitur ſpiritus. & hanc Galenus ſublimem vocat, inquieos, & Hippocratem eum ſublimem vocare ſpiritum, qui ſublimioribus thoracis muſculis inſpiratur. quemadmodum, quum inquit. Magnus ſpiritus, & ex longis interuallis delirium declarat, conſtat eum magnũ pro multo dixiſſe. Similiter anhelitus crebri quædam ſunt differentiæ, quatenus crebritas ſecundum magis & minus differt. Vnde ſi moderatam reſpirationem paulo excedat, dicitur anhelatio: à Galeno vero & Celſo dum nomine generis (quod omnibus difficilibus reſpirationibus eſt alioquin commune) vtuntur, diſpnoea nuncupatur. vel reſpiratio fit valde frequens, & dicitur aſthma: vel ad ſummum frequentiæ aſcendit, & vocatur orthopnoea, quia tunc erecti reſpirant. Quamuis autem reſpirationis denſitas, vt teſtatur Galenus, tria indicare poſſit, videlicet aut dolorem, aut locorum reſpiratoriorum coarctationem, aut caliditatis multitudinẽ: attamen non mentitur Hippocrates, dum ait, ſpiritus frequens aut doloris, aut inflammationis in partibus ſepto tranſuerſo ſuperioribus, indicium eſt. non enim eſt inſufficiens Hippoc. diuiſio, vt recte docet Galenus, quia loquitur de denſitate ſimplici, non autem cum alijs diſpnoeæ ſymptomatibus permixta: nam eis qui ob coarctationem organorum difficulter ſpirant, tum ſpiritus paruus fit, tum ex neceſſitate duo alia ſequuntur ſymptomata, ſiue acceſſoria mala, ſtertoroſa videlicet reſpirationis ſpecies, & orthopnoea, ſiue reſpiratio recta. Quod ſi quis rurſus inſtet in hydrope & prægnantibus, & magnis viſcerum inferioris ventris tumoribus denſam reſpirationem fieri, non tamen ſtertoroſam, aut orthopnoeam apparere. Hic proculdubio miram Hippocratis in ſcribendo animi altitudinem non cognouit, non enim vt Thucydides equidem, quæ circa ægros contingunt velut idiota idiotis conſcripſit, dicebat Galenus, ſed vt artifex artificibus ea, quæ neque vulgares Medicos latere poſſunt, ſubticuit, ſolaque ſcientifica in prænotionibus valde breuiter perſtrinxit. Quod ſi harum differentiarum combinatio fiat, reſpiratio poteſt etiam eſſe inæqualis, & inordinata, & dum eſt inæqualis (quæ ex Galeni ſententia compoſita eſt, vel ſaltem ex aliorum ſentẽtia media eſt inter ſimplices, & eas, quæ manifeſtæ complexæ ſunt) poteſt eſſe talis, vel circa vnum motum tantum, vt dum primo verbi gratia inſpiratio velociter fit, in fine tarde, aut viciſſim ex tardo principio in velocem finem deſinit. idem dicendum ſi ex tarditate in velocitatem, aut è contra in expiratione mutatio fiat. Ita dum ceſſatio aliqua ſciderit alterum motum, ſiue inſpirationem (vnde Hippocrates duplam intra reuocationem, velut ſuperinſpirantibus appellabat) ſiue expirationem, compoſita dicetur. Viſum eſt etiam, licet raro, ambas reſpirationis partes ita habere, & maxime hoc fieri in humorum copia in aſperis arterijs coaceruata, quæ hominem ſuffocet ex pleuritide pernicioſa, aut peripneumonia non expurgata, aut ſuppuratione iſtic conſiſtente. vt enim ad generationem pulſus inæqualis arterias coarctari oportet; ita ad generationem inæqualis reſpirationis, aſperas arterias oportet coarctari. ita ob facultatis debilitatem pulſus & reſpiratio inæqualis fieri poteſt in vno, & etiam pluribus motibus. Sed cum facultas, quæ ad reſpirationem concurrit, potiſſimum animalis ſit, ideo non poteſt hauriri certa prænotio ex reſpirationis motibus, niſi quis deſcribat ægrotantis volũtatem. Felices enim ærumnarumque expertes ac molles circa ſingulas actiones inæqualiter reſpirabunt, etiam ſi nihil adeo magnum ipſos cogat. Ad laborem autem induſtrij, & generoſa mente præditi priuſquam ad extremam debilitatem eorum facultas redigatur nunquam inæqualiter reſpirabunt. At in pulſuum inæqualitate eadem in omnibus prænotio affectionis eſt: vbi enim voluntas nihil confert ad actionem, ibi, id quod ſignificatur, æquale eſt omnibus: vbi vero aut totum, aut plurimum, ibi inſpicere oportet mores ipſius ægri. Tandem ſicuti aſperarum arteriarum affectiones totam reſpirationem ſæpe inæqualem reddunt. ſic & affectiones muſculorum: quoniam illæ ſpiritus ſunt loci, muſculi vero primum motus inſtrumentum. aſperarum autem arteriarum læſio coarctatio quædam eſt, muſculorum vero aberrans, & inordinatus motus; & coarctationis illarum tumores præter naturam in cauſa ſunt, aberrantium in muſculis motuum conuulſiones, palpitationes, & tremores. ex corruptione autem parilitatis, in ſumma, inæqualitatum omnium, itemque omnium ordinis perturbationum generatio oritur, quod potiſſimum in delirijs, vt notat Galenus, & in doloroſa reſpiratione contingit. Si vero ex ſimplicibus diſpnoeæ differentijs complicatio fiat, vel reſpiratio magna editur & rara, & vnicam diſpoſitionem delirium nempe ſignificat, vel eſt magna & frequens, atque huic ſunt differentiæ complures, quarum aliæ alias diſpoſitiones indicant. ſed ex Galeno, ſi per magnam eam intelligamus, in qua plurimus aer inſpiratur, vrgentem vſum ſignificat. Vel parua fit & rara, & vehementem perfrigerationem partium ſpiritalium duntaxat, præcipueque pulmonis, & cordis indicat, ex Hippocratis, & Galeni teſtimonio. ait enim Galenus, quod Hippocrates ſpiritum paruum, & rarum, etiam breuem ſpiritum appellat, quia refrigeratur, & emoritur iam vitalis facultas, & habet hoc inſeparabile, vt è naribus, & ore frigidum expiretur, quod exitiale admodum eſt: nam cum parua, & rara, frigida, dicebat idem Galenus, cũ magna & denſa, calida iungitur reſpiratio. Vel parua euadit & frequens, & tunc vel virium imbecillitatem oſtendit, ſed cum aucto vſu complexam: vel aliquod reſpiratorium organũ

coar-

Marginal notes (left): Denſi ſeu crebri ſpiritus differentiæ & cauſæ. — Anhelatio. — Dubitatio & eius ſolutio. — Inſtantia. — Reſponſ. — Diſpnœæ differẽtiæ complexæ. Inæqualis reſpirationis differentiæ, & cauſæ. — Magna & rara. — Magna & freqnens. — Parua & rara. — Parua & frequens.

Marginal notes (right): *Gal. 4 de loc. 7 poſt med. & 7. in 6 epi. 1. verſus finem.* — *Gal. 3 de diff. reſp. c. 7.* — *Hip. 1. prog. 24.* — *Gal. loc. cit.* — *Gal. 1. de diff. reſp. c. 17.* — *Hip. 6. vulg. morb. & alibi.* — *Gal. l. cit. ca. 18.* — *Cap. 18. cit.* — *Gal. c. 19.* — *Hip. & Gal. 1. prog. 24. et Ga. 1. de diſ. reſp. c. 12.* — *Gal. loc. cit.* — *Hip. & Gal. 1. progn. 24. & Gal. 3. in 3 epid. 74.* — *Gal. 3 de diſ. ſi. reſp. c. 8.*

coarctatum, vt hydropicis, iis qui potu, aut cibis ſupra modum ſe expleuerunt, prægnanti-
bus, anhelofis, pulmonariis, ſuppuratis, & quibus ſpina dorſi magnopere diſtorta eſt, aut a-
lius quiſpiam tumor memorabilis in quacunque prædicta particula exiſtit, accidere conſue-
uit: vel membrorum ſpiritalium, & eorum quoque, quæ cum ipſis mouentur, vt hepatis, lie-
*Gal. 3. prog. 2. & 2. de diff. reſp. 7.* nis, ventriculi, gulæ laborem portendit. Vnde ſcribebat Galenus, quod inflammatio lienis,
ventriculi, iecoris, muſculorum abdominis reſpirationem parit doloroſam, in qua ſpiritus
eſt paruus & frequens. Sed hic, ne in aliquem errorem labamur, notandum eſt. quod cum ait *Notandũ.*
*Ga. 1. de dif. reſp. 12.* Galenus, atque audebimus in vniuerſum pronunciare, paruum, & denſum ſpiritum, ſignum
eſſe doloris omnium particularum, quæ iuxta reſpirationes commouentur, hanc vniuerſali-
tatem non ad parui & denſi ſpiritus cauſas, ſed tum ad partes reſpiratorias, tum ad eas om-
nes, quæ circa reſpirationem mouentur, referre debemus. Tandem ſunt quatuor aliæ coniu- *Quatuor aliç coniugationes ex velocitate, tarditate, raritate, & dẽſitate.*
*Ga. 1. de dif. reſp. c. 22.* gationes ex tarditate, velocitate, raritate, & denſitate. Vnde, vt ait Galenus, valde denſa &
parum velox, dolorem, & vſum auctum ſignificat: magis velox, & minus denſa, vſum ſolum
auctum oſtendit, ſed cum hac coniugatur magnitudo, cum illa paruitas. Si cum tarditate a-
bundet denſitas, ſolus dolor iudicatur, ſi ſit æqualiter tarda & denſa, vſum imminutũ, & do-
lorem ſignificat. ſi magis abundet tarditas, ſignificat idem, ſed dolorem minorem. tarda au-
tem & rara tum in deliriis, tum in vſus imminutionibus coincidit. Perpulchre autẽ animad- *Aĩaduerſio notatu digniſſima.*
*Ga. 2. de diff. reſp. ca. 7. in fi.* uertit Galenus, quod quemadmodum ſi à ſolo delirio reſpirationis ornatus, & integritas cõ-
funditur, magnus, & rarus ſpiritus perpetuo fit: à dolore vero ſolo paruus & denſus: ita ſi cũ
dolore connectatur delirium, & dolor vehementer ſuperet, omnino obſcura alteratio ex de-
lirio erit. Si vero moderatus fuerit dolor, aut æqualis delirio reſpirationem alterari contin- *Alia animaduerſio.*
get, aut vice verſa, aut ęqualiter iuxta vtrunque. Tandem animaduertit Galenus, quod inter-
*Gal. 7. in 6. epid. 18.* dum reſpiratio ex magna & frequenti in paruam mutatur ſine cauſa aliqua, & tunc magnũ
ſubeſt malum, quia vires debilitatæ non amplius pectus dilatare poſſunt. Hoc autem depre-
» hendit Medicus ex pulſu exili, & inæquali, non igitur reſpiratio talis euaſit, quia morbus ſo-
» lutus ſit, vt falſo imprudentes arbitrantur, qui etiam falſam ſpem de ægrotantis ſalute conci- *Tertia animaduerſio.*
» piunt, ſed quia virtus labefactata eſt. Sed hæc ad prædictiones magis ſpectare videntur. ideo
*Gal. 1. prog. 24.* ad ſigna iam accedemus. vbi prius vnum aliud animaduerterimus, ne tironibus quoque oc-
caſio dubitandi, circa reſpirationem relinquatur. hoc autem illud eſt, quod cum Gal. Hippo.
theorema de ſpiritu denſo declarans in primo prognoſt. inquit, ſpiritus creber & paruus do-
*3 de diff. reſpi c. 5. & 2. ad Gla. c. 1.* lorem: creber & magnus inflammationem in regionibus ſupra præcordia ſignificat. notan-
dum quod, vt idem Galenus ſe ipſum declarans teſtatur in 3. lib. de diffic. reſpirandi, & 2. ad
Glauc. inflammatio duplex eſt, altera videlicet ſicca, altera humida. humida autẽ dicitur in-
flammatio quæ ex calida fluxione membrum occupante, atque tendente fit, ex qua tenſione
vehemens excitatur dolor, niſi ſenſum omnino hebetem habuerit. ſicca vero illa eſt, qua nul-
lo humore influente, calor natiuus igneſcit, & eſt veluti febris membri. Sed ſententia propo
ſita de ſicca, non de humida inflammatione audienda eſt. Sed dicet quis, ſi inflammatio hu-
mida ſit, & cum dolore in organis reſpirationis, qualis erit modus reſpirationis? profecto re-
ſpirationis modus id conſequitur, quod magis vrget. vnde ſi plus poterit calor, quàm dolor,
reſpiratio ad magnitudinem inclinabit magis, quam ad paruitatem: ſin dolor potentior erit
*Gal. 4. de lo. 9. in fi.* parua magis, dolorique propria reſpiratio fiet. Apnoea vero facile cognoſcitur, quia cæteræ
functiones animales ſimul auferuntur. nam diſpoſitio (inquit Galenus) quæ apnoeam facere *Signa. Apnoeæ.*
poteſt, omnibus animalis partibus communis videtur. ſimiliter ex applicatione goſſipii, aut
ſpeculi ipſis naribus, & ex impoſitione cyathi aqua repleti ſupra pectus facile apnoea ab ab-
ſoluta morte diſtinguitur. ſi enim goſſipium, aut aqua nullo pacto moueatur per longum tẽ-
poris interuallum, nec ſpeculũ inficiatur, abſolute ablata eſt reſpiratio, & ſubinde mors eſt.
præſertim ſi non ſit præfocata mulier: nam præfocatæ, vt quidam practicantes iubent, per
tres dies inhumatæ detinendæ ſunt. ne nobis, quod aliis non ſemel accidit, error maxime de-
teſtabilis contingat; viuæque patientes miſerrimæ ſepeliantur. Apnoeæ autem cauſæ ex pro- *Signa diſpnoeæ.*
priis notis erunt diſtinguendæ. Si vero ſpiratio difficilis euadat, vt fiat diſpnoea communiter
dicta, oportet imprimis diſtinguere à qua ex tribus principalibus cauſis proueniat. hocque
*Gal. 4. de lo. 4. & 7.* tum ex aliis, tum ex ſola ſpirandi forma conſequi licet. Quippe ſi laborans totum inter ſpi-
randum videatur mouere thoracem, vt omnes eius muſculi moueantur, vnã ex tribus diſpo-
ſitionibus de neceſſitate conjicere oportet, nempe aut virium imbecillitatem, & tunc lęditur
» thoracis motus per ſe, aut viarum ſpiritus anguſtiam, & tunc pulmo patitur anguſtiam, ſed ſi *Signa facultatis imbecillæ.*
» ne febre: aut vehementem in corde & pulmone calorem, & intenditur vſus. Vbi igitur vires
» duntaxat fuerint infirmæ, thoracis muſculi omnes quidem mouentur, ſed motus hic ſenſim
» efficitur, ita vt neque frequens, neque rara valde fiat eorum actio, & proinde non ita multũ
» omnes thoracis partes dilatantur, & ideo thoracis dilatatio magna non erit. Præterea in vi-
» rium imbecillitate nulla ab ore fit exufflatio ſpiritus, ſed ex ſolis naribus emitti ſolet. Quod
» ſi per inſpirationem cuipiam narium pinnæ manifeſte contrahi videantur, id efficax erit im-
» becillæ facultatis indicium. pariter dicebat Galenus, ſi quis in communi omnis facultatis ani
» malis ægrotantis propria ſigna habere velit, & maxime perfrigeratæ, is alarum naſi motum
*Galen. 1. de diffic. reſp. c. 23.* habebit, & omnium muſculorum circa ſcapulas actionem, & coaceruatam thoracis collap-
ſionem: Quando enim hic debilius, quàm conuenit, mouetur, circa inſpirationes quidem ſpi
» ritus ductum iuuant alæ naſi externum aerem ipſæ ſimul attrahentes eodem modo, quo per
» os aliquid attrahere volentes labia contrahimus. Rurſus vero circa expirationes coaceruata
» fit thoracis collapſio, non paulatim demiſſio. nam collapſio particulæ à demiſſione differt,
» quatenus illa a facultate ægrotante, hæc ab eadem valente contingit. ita ſi facultas ſit debi-
» lis, thorax tenſionem, quam antea circa inſpirationes ſimul cum ſepto tranſuerſo obtinuit;

omnem

Digitized by Google

omnem aceruatim deponit, tanquam repente mortificatus. relatum eſt enim, quod ſolum ſeptum expirantium tenſionem exoluit, ſed non eſt idem paulatim exoluere, & aceruatim omnem deponere. cęterum parum quid huiuſmodi expirationibus cooperantur intercoſtales muſculi, per quorum actiones efflatus fieri demonſtrauimus.

Signa anguſtiæ in ſpirit⁹ vijs

Si vero in pulmone fuerit anguſtia tantummodo, non aucto vſu, nec facultate debili exiſtente, thorax & plurimum, & celeriter, & frequenter dilatatur. Sed qui ſic laborant, ſine exufflatione ſpiritum reddunt. qui tamen ſpiritus calidus non emittitur. inſuper eis qui ob coarctationem organorum ſpiritus difficulter ſpirant, ait Galenus, tum ſpiritus paruus fit, quia aer exiguus inſpiratur, tum ex neceſſitate, vt etiam ſupra notauimus: duo alia ſequuntur ſymptomata, ſiue acceſſoria mala, ſtertoroſa videlicet reſpirationis ſpecies, & orthopnoea, ſiue ſpiratio recta.

Ga. 4. de loc. 4 & 7.

Signa aucti caloris.

At vero plurimum aucto ſpiritalibus inſtrumentis calore, omnibus muſculis thoracis agit animal, ſed & velox, & vehemens eſt eorum actio, dummodo calor citra virium imbecillitatem infeſtet. Præterea præter magnitudinem, frequentiam, & celeritatem, calidus, feruenſque ſpiritus exufflando producitur: nam exufflare aucti caloris proprium eſt. vlterius ſi eorum pectus tangatur, ardens adinuenitur. quibus ex abundantia accedit faciei, oculorumque rubor, capitis ardor, ſitis vehemens, lingua arida, & ſalebroſa. denique in his ſpiritus & aeris attractio magna eſt, quia dilatationi thoracis correſpondet. Quib. vero in pulmone, & in thorace adeſt anguſtia, nulla obſtructione accidente in gutture, aut in aſpera arteria, ſed in illis cauitatibus, quæ inſpiratum aerem ſuſcipiunt anguſtia genita, ex neceſſitate ſequitur magna thoracis dilatatio, ſed non ita multus trahetur ſpiritus. hoc autem habetur tum ex relatu ægrotantis, tum inſpiciendo quantus aer inſpiratur, & quātus rurſus expiratur. & potiſſimum thoracis motus longitudinem, & breuitatem.

Ga. 1. de diff. reſpir c. 6. Galen. 4. de loc. 4.

Signa affectuum complexorum.

Si autem hæ diſpoſitiones fuerint connexæ (nam ſæpe complicantur præſertim duæ, raro autem tres) indicia ſimul connexa exhibebunt. Verbi gratia ſi ſimul conueniant calor & anguſtia in ſpiritalib. inſtrumentis, vt in pneumonia, neq; maxima, neq; frequētiſſima, neq, celerrima ſufficere pōt ſpiratio, ſed ſurgere tentant: nā ſentiunt totū thoracē facilius dilatari, quippe qui decūbentib. in ſe ſe concidit, eo qđ pectoris partes ad ſpinā declinant, qua erecta, thorax ēt ſimul fertur non amplius ſe ipſum grauans. Similiter in purulentis totus quidē thorax dilatatur pp anguſtiam, quæ à puris multitudine promouetur, non tn̄. ita magna, & vehemens fit dilatatio pp annexam viriū debilitatē quæ oībus empyematicis, & purulentis de neceſſitate aduenit. minorē adhuc & frequentiorē ratione inflāmationis, vel abſceſſus in thoracis cauo exiſtentis dilatationem fieri conſentaneum eſt. Diſtinguitur autem debilitas facultatis à læſione motus thoracis per accidens, quia ſi impediatur motus à cauſa dolorifica, etiam ſi omnes muſculi moueant thoracem; attamen motus hic eſt magis paruus, & magis frequens; reſpiratio eſt minor & frequentior, quàm ſi vires eſſent imbecillæ citra dolorem.

Signa læſionis motus thoracis per accidens.

cum autem in vijs pulmonis anguſtatis, & item in alijs organi reſpiratorij coarctationibus, ſed ſine dolore ſemper, vt ait Galenus, paruus & denſus & velox fit ſpiritus: diſtinguuntur à vitijs reſpiratoriorum organorum, quæ cum dolore fiunt, penes motus velocitatem: in affectibus enim cum dolore modice quidem reſpirant, vt ſpiritus paruus ſit, & denſe, non tamen velociter, quando vtique citra febrem eiuſmodi contigerit affectus: quando vero cum febre, quamuis iuxta paruitatem, & velocitatem ſimiliter reſpirant, tamen iuxta denſitatem diſtinguuntur: nam nō modice ipſis ſpiritus denſatur, quod non euenit illis, qui ob coarctationem organorum reſpirationis difficulter reſpirant. verum etiam ſi denſior ipſis ſpiritus reddatur, moderate tamen hoc fit, & multo infra ſummam denſitatem. quin & febricitantibus maior, ſimulque calidior eſt, quod non contingit ijs, qui ob coarctationem parum & denſe reſpirāt. Quum autē plures ſint diſpoſitiones, quas per vehementes motus dolor comitatur, ex proprijs indicijs erunt diſtinguendæ, ſiue inflammatio quædam, ſiue eriſypelas, ſiue vlcus, ſiue abſceſſus, ſiue inæqualis intemperantia, ſiue materia aliqua dolorem efficiat: nam tum humoroſa, tum vaporoſa materia corpora ambientia diſtendens, vel per ea violenter egrediens, dolorem excitare poteſt. quo fit, vt ſi grauius fuerint affecta inſtrumenta, in quibus huiuſmodi res continentur, doleant vel non mota, ſi leuior fuerit affectus, quando mouentur. per reſpirationem vero, & præcipue maiorem ſolent dimoueri.

Gal. 1. de diff. reſp. c. 13.

Gal. loc. illic 4. de loc.

Signa anguſtię pulmonum q̄ fit à cauſa extrinſeca.

Si vero impediatur thoracis motus à cauſa ſeptum tranſuerſum comprimente, etiam ſi reſpiratio ſæpius reddatur ſimilis reſpirationi, quæ à virium imbecillitate procedit, attamen per interualla vtuntur magna & vehementi reſpiratione, ſed in qua non ita multus attrahitur ſpiritus. Magna autem reſpiratione vti non poſſunt, dum vires ſunt imbecilles, aut dum à cauſa dolorifica vexantur.

Signa obſtructionis pulmonis & tuberculi.

Poſtremo oportet ſeiungere pulmonum anguſtiam ab intrinſeco factam, ab ea, quæ fit à cauſa extrinſeca. hoc autem facillimum eſt, ſi diſcurramus per ſigna indicantia anginam, empyema, inflammationem, & abſceſſum pleuræ, ſeu ſepti. Si itaque vltimo loco perpendamus hanc pulmonis anguſtiam, quæ ipſi per eſſentiam impartitur, & de qua præcipue agere intendimus (nunc enim de pulmonis vitijs ſermo eſt) animaduertendum obſtructionem & compreſſionem quæ fit à tuberculo, ſiue crudo, ſiue concocto, diſtingui tum ab inflammatione pulmonis, tum à ſubſidentia, quæ in ipſo fit, tum etiam à conſtipatione, ratione febris: nam ſubſidentiam de neceſſitate concomitatur febris hectica, ſiue ſine vlcere pulmonis, ſiue cum vlcere ipſius connectatur.

Signa apoſtematis tracheæ.

ita dum oritur conſtipatio propter apoſtema, quod fit in trachea, ſubſequitur febris, ſed remiſſa, cum multa materia in eo loco colligi non poſſit. quod quidem apoſtema ex eo quoque depręhenditur, quia adeſt dolor, & pulſatio dorſi ex directo vertebrarum à duodecima vertebra ſupra, & à quinta infra. naribus pruritus communicatur, vox rauca euadit, & ſputum paucum excernitur, & ſi exulceretur, ſigna in capite de phthiſi erunt perquirenda. Reliquum eſt igitur, vt,

Signa cauſatum anguſtię pulmonis ſine febre.

dum

dum erit anguſtia in pulmone per eſſentiam læſo,& ſine febre, inquiramus à quanam cauſa
*Gal. 4. de lo.* dependeat.cauſa vero poteſt eſſe triplex, videlicet tuberculũ , materia flatuoſa, & pituiroſa.
Si quis igitur,ait Galenus, per bonam valetudinem ſic difficulter ſpirare inceperit , & pedetentim malum inualeſcat,nulla præcedente deſtillationis nota : neque inter ſpirandum ſtertere videatur, crudi tuberculi ortum ſuſpicari oportet. Præterea quia cauſa eſt extra bronchia,difficilior erit inſpiratio expiratione,& tuſſis vt plurimum ſicca eſt.Si enim crudũ ſit tuberculũ , apparere ſputum eſt impoſſibile: ſi vero ad maturitatem perducatur, ſi ſputum adeſt,eſt purulentum,ſed tunc conſequitur febris. Si vero anguſtia fiat à flatu craſſo ( raro tamen flatus in pulmone præter naturam coarctatur) ſæpe cum ſpirandi difficultate coniungitur dolor:nam partes ambientes ſolet diſtendere,extenſio vero, ſeu grauitas aliquando permutantur . & dum paroxiſmus ceſſat,hoc fit citra ſenſibilem euacuationem . & præſidijs flatus diſcutientibus cedit. & ſi ſit intra bronchia,expiratio inſpiratione difficilior eſt : contra, ſi extrinſecus repetiatur, quod magis rationabile eſt. Quod ſi anguſtiæ cauſa ſit materia pituitoſa,ſigna deſtillationis præcedere ſolent,ſpiratio fit cum ſtertore(præſertim vbi multa, craſſa,& lenta pituita pertinaciter impacta pulmonis brõchia moleſtat)&,vt ait Galenus,fluxionibus communis eſt omnium pulſuum inæqualitas:in ijs enim principes arteriæ obſtruuntur facile,& conſtringuntur,& comprimuntur: nec minus etiam ob eam humorum copiam , quæ ad facultatem pertinet : quod tam prope pulmonem cor ſitum ſit , & per magna oſtia confluxum habeat . ſi vero fluxiones craſſæ , tenaces , copioſæque ſint, maior inæqualitas in pulſu apparebit,ſiquidem hæ obſtruunt,comprimunt , & maiore pondere aggrauant . cum vero ſolæ aſperæ arteriæ repletæ ſunt, nulla fit pulſuum in duritia commutatio : cum læues , tum arteriæ in toto animanti diſtentæ duriorem pulſum reddunt.tandem ſi materia pituitoſa ſit, paroxiſmus ceſſat dum hæc materia per tuſſim excernitur. & hæc præſertim contingũt, dum materia eſt intra bronchia.Si enim ſit in læuibus arterijs, poteſt adeſſe difficilis reſpiratio nulla præcedente deſtillatione,nam & ipſa ſpirandi inſtrumenta(vt inquit Galenus) proprium ſui algoris principium habent, & ideo in ipſis multæ & craſſæ ſuperfluitates generantur:& reſpiratio fit ſine ſtertore,ſine tuſſi;vel ſi tuſſis adſit,ſicca eſt ; præterea ſolet omnimoda in pulſu inæqualitas præcedere.eſt enim omnino varius & inæqualis,& intermittens, vel interciſus . ita ſuccedit palpitatio, & tandem (veluti contigit Antipatro medico)animi deliquium,& mors.Hæc autem materia ſi in pulmone generetur & congeratur,anguſtia, & accidentia paulatim augentur.Quod ſi illico ab anguſtiæ ſenſu quis difficulter ſpirauerit,fluxionem vel à cerebro,vel à vicinis ſedibus irruentem portendit. hocque ſæpe ex manifeſta cauſa repente accidit, & cum proprijs deſtillationis indicijs.tuncque materia in bronchijs conſiſtit. & dum leuis eſt deſtillatio , leuia comitantur ſymptomata . ſi magna & grauis impetu ruat,præſocans ſpirandi difficultas angit.nam crebra,celeris,& magna eſt reſpiratio,ſed quã paucus aer attrahitur,& ſenſus grauitatis percipitur ad pectus,& ſpinam protenſus:& materiæ tenuitas ex eo præcipue deprehenditur, quod penetrat omnes ſpiritus vias cum magna ſuffocatione,quamuis id accidere poſſit ſine ſtertore. & hoc eſt maxime notandum gratia curationis.vnde dũ poſtea incraſſatur,ſtertorẽ acceſſit. & ſi adeo incraſſetur,vt in gypſeam pituitam,aut calculos abeat , ægrotantes in medio thorace grauitatis cuiuſdam pondus percipiunt,& nonnunquam per tuſſim veluti grandinem reijciunt.omnis autem vetus contumax, ex quacunque cauſa ſit,obſtructio,magna inſpiratione detegitur.Apnoea vero interdum lethalis eſt:interdum minime. ſemper tamen eſt affectus magni momenti . Si fiat ex affectibus ſoporiferis,eſt lethalis . Si ratione ſyncopis,eſt magis vel minus periculoſa pro ſyncopis cauſarum diuerſitate.ait enim Galenus:in ſpiritus interceptionibus, quæ mulieribus , & præſertim viduis,raro autem aliquando viris accidunt,præ multitudine materiæ frigidæ innata caliditas grauatur,quare etiam accendere quandoque poſſibile eſt hanc , vbi materiam exuperauerit.in quibus autem conſumpta materia ipſa neceſſatio etiam ſimul extinguitur,vt in his qui in acutis morbis ſic expirant,nulla ſpes ſalutis relinquitur. Quantum attinet ad diſpnoeã ex Hippocrate anhelationes,quas Græci aſthmata vocant,autumno multiplicantur.vt enim ait Galenus,tum propter humorum motum ad partes interiores , tum propter frigiditatem fieri conſueuerunt. non minus in hyeme & veris principio propter eundem humorum motũ ſolet aſthma multiplicari,& præſertim ſenibus,& in locis humidis,& cauernoſis degentibus, ita vt refert Galenus,ex Hippocratis mente,aſthma (ſic enim Græci crebram reſpirationem vocant qualis currentibus accidit)cum fiat ob anguſtiam eorum, quæ ſunt in pulmone, ventriculorum,hæc autem anguſtia fiat repleto viſcere ab ijs,quæ deſuper veniunt fluxionibus: hæ fluxiones plures quidem in recens natis puerulis fiunt.cito autem ipſos interficiunt,quoniam & aliter male ſe habent.nam & ex vtero ad ambientem tranſitus, & alimenti mutatio, & inflammatio ab initio quidem locorum ad vmbilicum attinentium, poſtea vero ob dentiũ generationem eos omnes imbecillos reddit,& vix hæc tolerant mala: tantum abeſt vt etiam fluxionem poſſint ſuſtinere,vbi ad pulmonẽ decumbit. Quod ſi diſpnoea à facultate debili, à pulmonum anguſtia,& flammeo calore ſimul conuenientibus (quod tamen raro ſit) proficiſcatur,proximam mortem timere oportet,vbi vero duo ſolum in vnum concurrant,difficile eſt ægrum ſeruare.vna vero duntaxat cauſa infeſtante,peculiari opus eſt finitione,vt ſciatur vtrum ad ſanitatem perueniat æger,an ſub malo ſuccumbat. ideo ad cauſarum diuerſitatem,& magnitudinem oculos dirigere oportet . & quia de pulmonis malis ſermo eſt inſtitutus,ſi diſpnoea fiat ratione ſubſidentiæ viarum pulmonis,non poſſunt reſtitui , ſi ratione flatus poſſunt curari. ſi fiat à materia pituitoſa in bronchijs exiſtente , poſſunt ſimiliter curari , dummodo non ſit rebellis,& in gypſeam,aut calculos non tranſierit.Si vero ſit in læuibus arterijs,non eſt poſſibile ipſam eradicare,ſed de neceſſitate pereunt . ideo dum obſeruatur in-

æqua-

Marginal notes (left): *Gal. 4. de lo.* — *Gale lib. de cõ puls. c. 29* — *Gal. 3. aph. vlt.* — *Gal. loc. cit.* — *Ga. 3. de diſ. reſp. c. 10.* — *Hip. 3. apho. 22.* — *Gal. in com.* — *Gal. 3. apho. 26.* — *Gal. 4. de lo. 7.*

Marginal notes (right): Signa tuberculi. — Signa flatus. — Signa pituitæ. — Signa catharri præfocantis. — Prognoſt.

Digitized by Google

æqualitas illa omnimoda in pulſu, antequam ſubſequatur anhelitus difficultas, oportet reme
dijs occurrere. Si prodeat à tuberculo, difficillime poteſt remoueri. & ſi ad ſuppurationem
perducatur, euadunt phthiſici. Sunt autem aſthma, & orthopnoea ægritudines valde pericu
loſæ. nam interdum ob vehementiſſimas acceſſiones præter opinionem ſuffocari ſolent. &
aſthma in iuuenibus eſt valde difficile, & valde ſenes ad mortem comitatur. nec non freque- *Gal. 2. apho. 40.*
ter, ſi protrahatur, ad cachexiam, & hydropem perducit. dicebat autem Hippocrates, qui gib
bi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt, ante pubertatem moriuntur. nam gibboſitas ſpontanea à duris *Hip. 6. aph. 46.*
tuberculis generatur: quæ igitur ex ſuo humore aliquid ad aſperam arteriam mittunt, vt ob
id tuſſis excitetur, non ſunt dura exquiſite, & ideo neceſſe eſt aliquando ſuppurari, & homi- *Gal in com.*
nem occidere. quæ vero nihil mittunt ex craſſis humoribus oriuntur, ideo dura ſunt, & inco-
cta, & longo permanent tempore antequam ſuppurentur. Tandem de reſpiratione loquens *Hip. 1. prog. 25.*
Hippocrates dicebat: exiſtimandum autem eſt facilem ſpirationem in omnibus acutis mor- *Ga 3 de dif. reſp c. 8.*
bis, quibus iuncta febris eſt, quique intra quadraginta dies iudicantur, valde magnam vim
ad ſalutem obtinere. ex quo elicimus, vt ait Galenus, quod certe non extra periculum ſemper
difficiles ſpirationes Hippocrates opinatus fuit. Quoniam vero pulmonum vitia tantummo-

Indicationes.

do curanda proponuntur: ideo oportet materias ipſos anguſtantes euacuare, flatulentam *Gal 4 de ra. vic c. 1 Celſ. lib 4. c. 4.*
diſcutere, pituitoſam attenuare, detergere, exiccare, calefacere, ſi ſit tuberculum emollire, &
digerere, & ſi ſuppuretur exiccare, partes mittentes euacuare, & roborare, & ſuſcipientes ſi-
militer corroborare, non tamen poſthabita totius corporis prouidentia. Materia medicinalis *Paul. l. 3. c. 29.*

Materiæ præſidiorum.

vel ad præſeruationem, vel ad curationem dirigitur. ſi itaque de præſidijs præſeruatorijs,
quibus extra paroxiſmum vtimur, ſermo fiat. dum adeſt plenitudo, virtus & ætas, vena ape-

Venæ ſectio.

rienda. ita licet vti cucurbitulis ſcarificatis, & non ſcarificatis. prioribus vtimur tum pro to-
tius euacuatione, & ex his admonentur: tum pro cauſæ contentiuæ eradicatione, & applican-

Cucurbitulæ.

tur ſcapulis, ſed poſt exactam totius euacuationem, & foramina oleo & ſale perfricanda, vt
facilius, diutiusque materia exeat. Non ſcarificatis vero vtimur pro thoracis dilatatione, vt
facilior euadat reſpiratio, & apponuntur circa thoracis vertebras, ſed hoc eſt præſidium cu-

Veſicatoria.

ratorium. Præterea pro præſeruatione, & etiam pro curatione dum prolongatur acceſſio, præ
cipue vltra quartum diem, expedit vti veſicatorijs (ſed poſt exactam totius euacuationem)
in dorſo è regione thoracis, & cum butyro, & braſſica per plures dies aperta ſunt detinenda.

Sinapiſma.

quidam etiam vtuntur ſinapiſmate in anteriori thoracis regione, & ſatis amplo, deinde ape-
riunt veſicam, & butyrum ſuperponunt. Verũ pro præſeruatione ab aſthmate, & orthopnoea *Franc. Vert.*
admirabilia ſunt cauteria, ſed his non eſt vtendum in omni reſpirandi difficultate, ſed ſolum
dum materia in pulmones deſtillat. ideo ſi fiat ex tuberculo, ex materia flatuoſa à cauterijs
abſtinendum, niſi deſtillatio connexa ſit quare ad materiæ fluxum inhibendum, ſi prodeat à
capite, maxime prodeſt cauterium in ſutura coronali. & quidam hoc vnico præſidio præſer-
uati fuere. ſed non eſt ab re pro ratione partium mandantium, & brachijs, & cruribus admo-

Parmacia

uare, vt in capite de catarrho dictum fuit. Quo ad medicamenta lenientia, præparantia, &
purgantia in capite de catarrho fuere propoſita. ideo pro ratione materiæ, varia ſunt exhi-
benda. & quia his vtimur præcipue ratione materiæ pituitoſæ, ideo inter præparantia laudan
tur ſyrupi de hyſſopo, de liquiritia, de marrubio, ſeu praſſio, mel roſatum, & oxymel ſimplex
vnà cum ſuis dilutis propinati. humoribus præparatis, vtendum his, quæ craſſos, & viſcidos
humores vacuare valent, ideo inter alia laudatur agaricum. licet quoque vti diaphœnico, &

Topica.

alijs valentioribus. Si vero de topicis auxilijs ſermo fiat. ſi ſint tubercula occurrendum aro-

Ad tubercula.

matibus. conficienda lambitiua de quibus infra, & miſcenda ſunt aromata, vt piper, cinnamo
mum, & ſimilia. & dum vrget neceſſitas, confugiandum ad ſuffumigia, quæ fieri poſſunt ex
thure, ex ſtirace, ex terebinthina, & dum neceſſitas id exigit, ex ſandaraca, vt ægri detineant

Ad materiam flatuoſam.

apertum os, & fumus ingrediatur. Si vero ſit materia flatulenta, maxime probatur ius galli
decrepiti, cuius vi non modo flatus diſſoluuntur, ſed etiam euacuatur materia, ex qua flatus
generantur. Poteſt autem ſic parari, Recipe ſeminum aniſorum, cimini, fœniculi, ameos, dau-
ci ana drach. 3. botridis, calamenti montani, pulegij, farfaræ ana pug. 1. cinnamomi, macis an.
drach 1. acetabulorum carthami vnc. 1. contundenda craſſo modo contundantur, & replea-
tur venter galli, ſecundum artem interfecti, & ſaliti, quemadmodum docet Meſues in cap. de *Meſ. c. de gallorum iure.*
iure gallorum, deinde addantur aquæ fontis li. 15. & fiat decoctio ad conſumptionem duarũ
partiũ, vt quinque libræ remaneãt: &, dum eſt inſtitutum flatus genitos diſſoluere, ſat eſt ex-
hibere ad 6. ad 8. vncias vſque ad 10. & 12. ſingula die per 10. 12. aut 15. dies. dum vero volu-
mus non modo flatus diſſoluere, ſed etiam materiam, ex qua flatus gignuntur, euacuare, li-
cet vna cum Meſue ad lib. 2. propinare, ſed ſolum ſingulis tribus, vel quatuor diebus, & in 4.
vel 5. vnc. iuris galli infundatur vel agaricum, vel etiam immittatur aliquid diaphœnici: &, ſi
neceſſitas vrgeat, exhibeatur pilula confecta ex ſcrop. 1. trochiſcorum hallanda, cum ſcropu-
lo ſem. pilularum alephanginarum, & fiant pilulæ duæ & exhibeatur, & illico ius galli ſuper-
bibat. ex ſecunda autem decoctione illius, quod reſiduum eſt, in ſubdupla aquæ quantitate
vſque ad conſumptionem dimidij, clyſteria parari poſſunt, quibus dum indigemus optima
ſunt. Præterea laudatur diaciminum, & magnæ confectiones. extra vtendum his, quæ fiunt

Extrinſecus.

ex chamæmelo, cimino, fœniculo. præſtantiſſimum eſt oleum de baccis lauri. ſi non ferant o-
dorem, Recipe olei de ſpica vnc. 3. aquæ vitæ drach. 5. olei deſtillati ex cariophyllis, vel aniſo,
aut fœniculo ſcrop. ſem. & thoraci applicetur. Si materia fuerit pituitoſa, vtendum lãbitiuis, *Hip. & Gal. 3. de ra. vic 24.*
de quibus in capite de tuſſi & empyemate, vt oxymelle. nam ex Hipp. & Gal. ſputum educit,

Ad materiam pituitoſam.

& ſpiritum faciliorem reddit: fit enim ex aqua mulſa, quę parum aceri aſſumat, & coquitur vt *Tex. 26. & 30 & 5. ſimpl. 25.*
aceti vis minuatur: non enim valde acidum eſſe debet, vt inquiunt Hippocrates, & Galenus:
nam oxymel ſecat, & ſiccat, craſſa autem pulmonis ſputa non ſiccantia, ſed ſecantia, & de-

tergentia

,, tergentia requirunt; ſi tamen craſſa,& glutinoſa ſputa ſint, quod cognoſcitur ex eorum con
,, ſiſtentia,& ex eo quod nihil ægrotans excernit,& vires validæ ſint, oxymel dari iubet Hippo
,, crates valde acidum,paulatimque,& perquam tepidum, præſertim quia, vt monet Galenus,
*Galen. 4. de* oxymellis vis in longo itinere diſſoluitur. ita expedit vti ſyrupo de hyſſopo, de thymo, de
*rat. vic 47.* taſſio, ſed poriſſimum conducunt lambitiua ex ſulphure, vt eſt diaſulphur, quod po-
teſt etiam cum exhiberi. ita validum eſt ſi bis ſublimetur, & illud quod circa elambici
parietes concreſcit, in tenuiſſimum puluerem redigatur, & vnà cum ſaccharo permix-
tum ad ſcropulum poteſt exhiberi. Similiter præſtantiſſimum eſt lambitiuum, quod reci-
pit looch ſani & experti Meſues, de pulmone vulpis añ. vnc. 1. ſ. ſyr. de farfara, de liquiritia,
oxymelitis ſimplicis añ. vnc. ſem. pulueris botridis, ſulfuris añ. drac. 1. miſce pro lambitiuo.
eodem modo probatur looch de pino, quod præſtantiſſimum eſt, diapeoidium, diabyſſopum,
diaireos Nicolai, & ét diatragacanthum calidum, & licet vno vel duobus ex his vti cum ſy- ,,
*Gal. 5. de* rupo iuiubino, de liquiritia, cum melle roſ. & præſertim cum ſyr. de farfara, imò poſſunt exhi- ,,
*ſimp. med.* beri cum melicrato, cum ptiſana, cum oxymelite, vel vino dulci. vt enim ait Galenus, hu-
*cap. 2.* mectatione multa opus eſt, quo facile per tuſſim excrementa efferantur. admirabile etiam
præſidium eſt, quod fit ex radice helenij ſub cineribus decocta, & deinde in lambitiui for-
*Gal. 6. ſimp.* mam cum melle redacta, vel etiam ſaccharo. & ſi materia ſit durior, vt emolhentibus ſit oc-
currendum, caricæ, vel fœnigræcum addantur. Probatur etiam ariſtolochia rotunda. ita pro-
deſt decuctio & aqua deſtillata helenij. præſtantiſſima quoque eſt radix altheæ confectæ, vt
dictum eſt de radice helenij, & detur modo in maiori, modo in minori quantitate, prout exi-
git materia craſſa. probatur etiam à Galeno 2. de ſimpl. med. pulmo vulpinus, ſi aridus ad
drach. 1. detur ſæpius cum aqua mulſa, vel ptiſana. idem de theriaca dicendum eſt. mirifice
quoque prodeſt crocus cum melle, & laurus quocunque modo adminiſtretur, & ideo qui in
praxi ſatis verſati ſunt, cum omnibus lambitiuis permiſcēt pulmonem vulpis, vel crocum, aut
theriacam. Gal. 6. ſimpl. ſcribit tuſſilaginem orthopnoeas iuuare, ſi quis ſolia arida aut radicē **Præſidia**
in prunis vrens aſcendentem inde fuliginem inſpiratu trahat. & 7. ſimpl. inquit quod croco- **curatoria**
dilij radix pectoris excreationibus valenter conducit. Dum autem ſunt in acceſſione conſti- **quib. vtē**
tuti, etiam ſi aer frigidus ſit, feneſtræ aperiendæ ſunt, ægrique detecti permaneant. & quoli- **dum in ac**
bet genere diuerſionum, vt frictionibus, ligaturis, acrib. clyſterijs, & ſuppoſitorijs, quæ ſunt **ceſſione.**
magis commoda (nam minorem abdominis capacitatem occupant) vtendum eſt. Cibus
paucus ſit, & ſit ptiſana hordeacea, & exhibeantur aperitiua, vt eſt aqua hordei decorticati
cum croco, & ſaccharo, vel iulep violato, præſertim vbi materia fuerit tenuis. aut fiat aqua
cum paſſulis, liquiritia, & leuioribus, quia potius blandiendum, quàm curādum. nam propter
medicamenta laborioſa ſuffocatio interdum excitatur. Si autem materia fuerit craſſa, & vi-
ſcida valde, confugiendum ad valida lambitiua, ad oxymel ſcilliticum. admirabile etiam eſt
ammoniacum ad drach. 1. cum oxymelite. vel ex Auicenna, ℞. ſalis alicuius acuti drach. 2. **Notandū.**
naſturtij drach. 1. melicrati vnc. ſem. miſce & exhibeatur, & dum neceſſitas vrget, & adeſt
ſanguinis redundantia baſilica aperiatur. & ſi paroxiſmus vſque ad quartam protendatur,
*Gal. & Aet.* vtendum cucurbitulis, & veſicatorijs, de quibus ſupra dictum eſt. Animaduertendum autem
*loc. citatis.* non ſolum in curatione, verum etiam in præſeruatione euitanda eſſe medicamenta vehemen
*Meſue c. pro* ter calida, ſiccantia, & extenuantia, & incidentia: nam craſſi, & tenaces humores à vehementi
*prio.* calore, à nimia ſiccitate viſcoſiores redduntur, & ideo cum humectantibus miſcenda ſunt, &
etiam cum refrigerantibus. ita euitanda quæ valde refrigerant, quia humores incraſſant, &
*Auic. F 10.* cogunt: nec non adſtringentia, quia eadem de cauſa, & propter reſpirationem maxime aduer
*lib. 3. c. 5.* ſantur. præterea dum cogimur vti attenuantibus, & incidentibus ex Auicenna, inciſio debet
attenuationem ſuperare, quia prohibet indurationem, & ad expulſionem confert. Vlterius,
*Auic. 4. 1.* quoniam aſthma eſt morbus chronicus, permutādæ medicinæ & eiuſdem generis, & poten-
*cap. 1.* tiæ, quia experientia colligimus proportionem inter medicamenta & corpus ægrotantis, &
quæ nam magis proficua ſint: & præterea dum vni medicamento natura aſſueſcit, ab ea ſicu-
ti prius non amplius imprimitur actio. inſuper in hoc affectu veluti etiam in alijs diuturnis,
oportet interim ab exhibitione medicamentorum deſiſtere, & tempore intermiſſionis, vt
verbi gratia, in ſpatio ſex, vel octo dierum, ſola ratione victus vti. & quanto magis morbus
protrahitur, rāto magis tempus interponatur, ne natura continuum medicinarum vſum ab- **Ad affe-**
horreat. Poſtremo animaduertendum, quòd ſi vnà cum cauſa contentiua, quæ eget attenua- **ctus com-**
tione & exterſiune, deſtillatio coniungatur, quæ incraſſatione indigeat, tunc vel poſſumus **plicatos.**
incumbere ei, quod magis vrget, & habet rationem cauſæ ſine qua non, & fouentis, veluti
eſt deſtillatio, & poſtea materiæ iam fluxæ magis incumbere: Vel cum diuerſionibus, & cum
his, quæ in ore detinentur contra deſtillationem pugnamus: cum lambitiuis vero & extrinſe-
cis aduerſus materiam iā influxam: vel tertio eodem præſidio, quod ex diuerſis componitur
ad vtrunque proſpicimus, veluti dum permiſcemus ſyrupum de hyſſopo cum ſyrupo de myr
to, vel de iuiubis, aut cum pauca portione ſyrupi de papauere, quibus, vt facilitetur reſpira-
tio, aliquid croci addere expedit, ita poſſumus recipere looch de pino vnc. 1. boli armeni
drach. 1. miſce. nam bolus armenus, ex Auicenna, eſt admirabilis ad prohibēdum deſtillatio-
nem, & pectoris humiditates exiccandas, ſed quia reſpirationem conſtringit, permiſcetur
cum magna lenientium quantitate. natura enim ſagax incraſſantia cōtra fluentem, attenuan-
tia vero contra materiam fluxam dirigit. quod ſi vigilia ſit intenſa laudatur philonium Ro-
manum ad drach. ſemis, quia ſedat etiam anhelitus difficultatem, & præcipue vbi mate- **Victus rō.**
*Gal. l. de at* ria eſt tenuis, calidave. Victus ratio in capite de catarrho erit deſumenda. libro autem de
*ten vic. c 1.* attenuante victu, ait Galenus, ſpirandi difficultatem hoc victu maxime leuari. ſomnus ſit
*Celſ. loc. cit.* nocturnus, moderatus, cum capite eleuato, & etiam pectore eminentiori. maxime autem

prodeſt

prodeſt ambulatio lenta ferè vſque ad laſſitudinem ante cibum. frictio ſit multa inſernarum partium ad ſolem, vel ad ignem vſque ad ſudorem. cibi ſint leues, & præcipue ſorbitiones ex iuribus carnium laudabilium, quibus etiam poſſunt vti aſſis, vel elixis cum pauco hyſſopo, horeoſelino, thymo, calamento, aut fœniculo. à Galeno autem probantur amigdalæ, quę nil prorſus habent facultatis adſtringentis, & io quibus ſola tenuandi facultas, ac detergendi præpollet, qua tum viſcera purgant, tum humores è pulmonibus ac thorace ſputis expectorant. Potus ſit vini tenuis, potius ſubdulcis, & copioſi, vt facile excrementa, quæ bronchijs adhærent, per tuſſim efferantur. vt enim docet Hippocrates, & Galenus in expurgando thorace potu vtendum copioſo, quia humectationem viarum & materiæ moliri debemus, vt & os humectari, & vrinæ muneri, & quæ pulmonem inſeſtant, expui poſſint. Præterea docet Galenus quomodo vinum dulce, quamuis craſſum pulmoni non nocet, ſed ei, & thoraci amiciſſimum ſit, & ab humoribus craſſis expurget: nam per venas multas digeſtum & elaboratum, in amplam bronchiorum, & primo minorum capacitatem incidit, tum ab his ad maiora excipitur, ac ſecum craſſos humores tollit, quibus & calidius, & tenuius eſt: nam pulmo ab humoribus craſſis, & glutinoſis per tuſſes expurgatur: nam tenues exquiſite aerem, qui tuſſiendo foras mittitur, circumfluunt: eſt enim aer tanquam manus, quæ ſurſum craſſos humores ſecum fert. non debet tamen tanta eſſe humorum craſſities, vt ab aere ſurſum ferri nequeat, ac ceu lutum bronchijs illita. quare medicamenda ad craſſos humores, quæ in pulmone ſunt „ educendos idonea, moderatam humiditatem habere debent. Si vero glutinoſi ſint, non humi „ ditate ſolum, ſed etiam deterſione opus eſt, quare aqua mulſa ad craſſos humores ſputo reij- „ ciendos accommodatiſſima eſt: oxymel vero ad glutinoſos. aquam mulſam ſequitur ptiſana, „ poſt eam vinum dulce, quod etiam maturis iam & pneumonia, & pleuritide vtiliter propina- „ tur. ita dicebat Galenus, quod omnium vinorum dulce maxime ſputum educit, dummodo nõ admodum craſſum ſit. poſt hunc accommodatũ eſt vinum aquoſum, quod etiam cum minore periculo febricitantibus, quàm cætera omnia, exhibetur. Ad ſputum autem è pulmone educendum mirifice prodeſt vinum pucinum, tum alia vina valde dulcia, craſſa, turbidaque, quæ in patria Foroiulienſi, & in Iſtria proueniunt, & non niſi ex frigidioribus anni menſibus conſeruantur: nam aduentante vere, quamprimum corrumpuntur & aceſcunt. hæc enim nullo pacto caput petunt, & ſputum ſummopere facilitant. Si autem anguſtia ex ſubſidentia dependeat, ad curam hecticæ febris, & phthiſis recurrendum erit. vnde ſi non adſit febris putrida, lac caprinum, & aſininum probatur. extra vero laudatur oleum amygdalatum dulc. butirum, & id genus alia emolliẽtia. Apoſtema vero in trachea exortum curatur vt pneumonia, & pleuritis, hoc addito quod intrinſeca debent potius in ore detineri, gargarizari, aut lambi, quàm bibi. vel ſaltem debent paulatim deglutiri. extrinſeca vero debent apponi poſterius ſuper vertebras, ſed anterius in medio pectoris in tracheæ regione.

*Galen. 2. de alim. fac. cap. 29*
*Galen 5. de ſimp. med. cit.*
*Hip. et Gal. 3. de rat. vic. 40. & 42.*
*Galen 3. de rat. vic. 2. & l. de atten. victu. cap. 12.*
*Galen. 3 de rat. vic. cit. 4. & 5.*

Ad ſubſidentiam.

## *De Sanguinis ſputo.* *Cap. L.*

CVM ſanguinis ſputum, quod ex pulmone procedit, illud præſertim ſit, quod Medicos ad curationem excitat: propterea hoc io loco de eo agendum eſt. potiſſimum, quia ex Hippocratis ſententia, vt infra apparebit, vlcus pulmonis ferè præcedere & comitari conſueuit. Sputum itaque ſanguinis, ſiue reiectio oris cruenta, cum exieos imminutatum quoddam ſit, & illud à toto genere præter naturam, idcirco eius differentiæ ab exeunte ſanguine, ab exeundi modo, à parte ex qua prodit, & à cauſa propter quam exit, ſunt capiendæ. Si ab exeunte deſumantur, dicimus ſanguinem poſſe eſſe ſyncerum, biliuſum, pituitoſum, melanchulicum, putridum, non putridum, dulcem, ſalſum, amarum, fœtidum, non fœtidum, & hoc, vel illo colore reſperſum. Ab exeundi modo, quia poteſt exire per tuſſim, vomitum, ſcreatum, & ſimplicem expuitionem, & nonnunquam impetuuſe, interdum ſine impetu. A parte à qua procedit, quatenus exit à vena, vel arteria, & huius, vel illius partis, vt capitis, palati, oris, gingiuarum, gulæ, ventriculi, iecoris, lienis, principij tracheæ, pulmonis, & pectoris: à cauſa propter quam exit, quæ poteſt eſſe, vt ait Galenus, diapedeſis dum ſanguis extra venas tranſcolatur, & exudat: anoſtomoſis, dum vaſorum ora immodice aperiuntur: & diæreſis, dum vaſa ſoluta vnitate corripiuntur. fit autem diapedeſis propter tunicarum vaſorum raritatem, ſanguiniſque tenuitatem, ſiue id ratione inediæ, aut victus plus iuſto attenuantis eueniat. Anaſtomoſis vero fit, vel aperto vaſis orificio ſimpliciter, vel remoto oſtiolo, ſeu pellicula vaſis orificium contegente. aperitur autem orificium vel propter immodicum ſanguinis motum, ſiue à forti corporis „ motione, ſeu ab alia cauſa proficiſcatur, vel propter ſanguinis copiam, quæ ex nimia vini potatione, ex multorũ alimentorũ vſu, ex ſuppreſſis menſibus, hæmorrhoidibus, varicibuſve, necnon ex membri alicuius abſciſſione poteſt generari, vel propter calidiorem diſpoſitionem, quæ poteſt aut ab ambiente calidiori, vel à tali cibo, aut medicamento proficiſci; „ vel propter vaſis imbecillitatem, quæ ab intemperie præcipue calida, & humidiori produci ſolet. & ideo ex balneo dulcis aquæ, & alijs habentibus vim laxandi, & aperiendi ſæpe fit anoſtomoſis. remouetur autem oſtiolum tegens vaſis orificium tum à ſanguine acri, & alijs humoribus acutis corrodentibus, tum à medicamentis valenter extergentibus, vt eſt aloe,

Differentiæ ab exeunte.
Ab exeundi modo.
A parte à qua procedit.
Ab effectrice cauſa.
Diapedeſis.
Anaſtomoſis.

*Gal. 3. de ſym cau 2. & li de differ ſymp. c. vlt.*
*Galen 3. de humor. cit. 31.*
*Ga. 5 meth. 2. & lib. de differ ſymp. vlt & 4. de loc 5.*
*Gal. loc. cit.*

aloe, vel conſimile. Diæreſis vero primo poteſt oriri à cauſis diſrumpentibus, quæ poſſunt eſſe vel externæ & procatarticæ, vt caſus ab alto, percuſſio, grauis oneris geſtatio, concitatiſſimus curſus, ingens ira cum clamore, vox nimis acuta & vehemens, nec non tuſſis frequens. & inteſa: vel internæ, & antecedentes, vt ſanguis admodum copioſus, vel etiam flatulentus: nam veluti dolia, inquit Galenus, muſto repleta rumpuntur: ita crudus, frigidus, & flatuoſus ſpiritus cum ſanguine permixtus venas extendit & diſrumpit. hocque potiſſimum euenit, dum vena extenſioni reſiſtit, aut ob frigus à vicinis partibus contractum, aut ob innatam frigidam intēperiem, vel ratione frigoris ab externa cauſa comparati. quo fit vt & ipſa aqua frigida (quemadmodum inquit Hippocrates, & vna cum eo Gal. 3. in 6. epid. 14.) hac de cauſa venas frangat, non per ſe, ſed quatenus ad extenſionem contumaces, & ad rupturam paratiores reddit. Secundo poteſt fieri diæreſis à cauſis incidentibus, & pungentibus, quæ ſunt exteræ, vt inſtrumenta vulnerantia, hirudineſq; . vltimo poteſt fieri à cauſis abradentibus, ſiue ſit ſanguis acrior intra venas exiſtens, ſiue ſit excrementum acre, vel ſalſum extra venas poſitum, vt in ſalſa deſtillatione contingit. Sicuti autem ex propria inſpectione, & ex patientis, aut aſſidentiū relatione facillimum eſt eas, quæ ab exeunte, & exeundi modo deſumuntur, differentias cognoſcere: ita non eſt difficile illas, quæ ex particulis, à quibus ſanguis procedit, eliciūtur, perluſtrare. Si enim fluat ab arteria (quod rariſſimum eſt) magno cum impetu egreditur, imò dū arteria fuerit in ſuperficie (quod tamen in ſanguinis ſputu non contingit) exit cum ſaltu. præterea ſanguis eſt admodum tenuis, feruens, & calidiſſimus, rubeus cum claritate, ſpumoſus, eiusque retentio difficilis eſt. Nigricaos autem erit. & oppoſitas habens conditiones, ſi à vena egrediatur. Particula vero, à qua procedit, ex modo exeundi potiſſimum cognoſcitur, vt refert Galenus, ait enim, è gola, & ventriculo vomendo expelli, vt è particulis, quæ reſpirationi deſeruiunt, tuſſi: & ex faucibus, & gurgulione ſcreatu: denique ex ore, ſpuendo ſine ſcreatu, ſine tuſſi. præterea ſi prodeat ex gula, non erit ſanguis copioſus, & aliqua erit nauſea cum vomitu facili, in eoque nocumentum percipitur, & in deglutiendo mordacitas ſentitur, præſertim vbi adſtringentia, vel acria deglutiuntur. ſi proueniat à ventriculo, ideſt ex eius venis, cū maiori tum nauſea, tum vomitu excernitur, & non ſine ventriculi dolore, præcipue ſi eius venæ fuerint abraſæ. ſanguis tamen in parua emittitur copia. Si à iecore vel liene proueniat, excretio erit quidem cum vomitu, ſed copioſa, & ſanguis vt plurimum grumoſus proijcitur. Sed dum tranſmittitur à iecore, erit rubicundus, & tenſio, tumor, aut dolor in dextro hypochondrio præceſſit. niger autem reijcitur, & habens ſaporem ponticum vbi prouenit à liene, & tunc tumor & tenſio in parte ſiniſtra præcedunt. quod ſi prodeat ex alijs partibus ſuperius propoſitis, poteſt prodire cum tuſſi. ſed ſi prodeat à capite, indicatur ex ſignis indicantibus caput repletum, vt ex caliditate, quam æger in capite perſentit, ex grauitate, ex oculorum rubedine, ex venis capitis turgentibus, ex fluxu ſanguinis narium, vnde dum nares emūgunt, apparet ſanguis, ex titillatione, quam perſentiunt circa principium tracheæ, dum ſanguis deſcēdit, ita ſolet præcedere capitis ictus, aut frigiditas, & etiam ebrietas. & ſanguis poteſt quidem eſſe mediocriter rubicundus, non tamen floridus, nec ſpumoſus. denique poſt excretionem capitis grauitas, dolor, calor deficiunt. ſi prodeat ex principio tracheæ, ex aſpera arteria excernitur cum tuſſi, ſed tuſſis non eſt inſignis, quia ſanguis exit in parua copia, ſicuti tuſſis eſt inſignis, dum procedit à pulmone & pectore, vel à capite. præterea excreatus eſt frequens, & fortis, & multo frequentior tuſſi, quia materia ibi exiſtens, per ſcreatum frequenter exit, & dolor ab ægrotante in tracheæ regione percipitur. Si vero emanet ex pulmone, ſpumans, ſubalbidus, tenuis, floridus, feruens, confertim, multusque ſanguis egreditur, & ſine doloris perceptione, (impoſſibile enim eſt, ait Gal. 1. de loc. 6. vt pulmo dolorem ſuſtineat) & cum tuſſi vehementi. nec adſunt indicia affecti capitis, & non coagulatur propter bilis permixtionem. & aduertendum, quod ſanguis ſecundum omnes ſui partes ſpumoſus eſt. Sed circa ſpumam animaduertendum, quod eſt quidem indicium proprium, non tamen inſeparabile: ait enim Hippocrates, quicunque ſpumoſum ſanguinem expuunt, ijs è pulmone eductio fit. in commento autem Galenus ait contra prauos expoſitores, neque enim ſanguis multus ex pulmone eductionem ſignificat, paucus vero ex alio loco. Sed vere quidem dicitur ſolius pulmonis vlcera ex ſpumoſo ſanguine indicari. non vecc autem vlcerato pulmone ex neceſſitate ſpumoſum expui, quia vidit ſæpius Galenus ſanguinem plurimum optime coloratum expui, cum tuſſi ſine vllo dolore, & proinde ex pulmone, quia præceſſerant cauſæ primitiuæ pulmonem lædentes, & tamen non erat ſpumoſus. & hoc idem alibi teſtatur idem Galenus. Si vero exeat ex pectore, eſt potius grumoſus, nigricans, craſſus, non ſpumoſus, minus calens ceu è longinquo veniens, & interim fœtens, & pure permiatus. & ægrotantes perſentiunt dolorem in aliqua thoracis parte: neceſſe eſt enim, vt in dextra, vel ſiniſtra parte moleſtiam ſentiant. Sicuti enim doloe non infeſtat eos inquit Gal. 4. de loc. 5. quibus à pulmone ſanguis exit, vt pote qui duos neruos per quam exiguos a ſexta neruorum cerebri coniugatione recipit ſolum per externam ipſius membranam diſperſas: ita thoraci multi ab internis, multi etiā ab externis partibus adueniunt nerui. Tuſſis etiam eſt vehemens, & non ſunt indicia capitis repleti. Quantū ſpectat ad cauſarum, propter quas exit ſanguis, cognitionem. De harum notis loquitur Galenus quarto de loc. affec. octauo. Si enim exeat per diapedeſim, exit in minima quantitate, tenuis, maxima ex parte ſeroſus, ichoroſus. Si exeat per anaſtomoſim ſatis copioſus exit, ſed ſine dolore, nec prægreſſæ ſunt cauſæ ſoluentes continuum, ſed aperientes orificia, de quibus ſupra. Præterea in principio ſanguis ſolet egredi in minori quantitate, ſed augendo procedit. contra vero ſi fluat per diæreſim, & hoc propter vaſis diſruptionem proueniat, in principio eſt maxime copioſus, ſed imminuendo procedit, & poteſt coniungi dolor, vel ſaltem aliqualis triſtis ſenſatio. & prægreſſa ſunt indicia ſanguinis admo-

Marginalia (left): Gal. 4. de lo. 8. & 5. met. cit. — Gal. 3. de hu mo. com. 31. — Gal. 8. in 6. epid. 12. & 5. met. cit. — Gal. 4. de lo. 5. & 5. met. 8. — Hip. 5. apho. 13. — Gal. in com. — Gal. 7. aph. com 30. — Ga. 5. me. ci. — Paul. lib. 3. c. 31.

Marginalia (right): Diæreſis. — Signa. — Signa partiū à quibus prodit sāguis. — [illegible] — Signa cauſarum.

Google

admodum copioſi, ſunt indicia plethoræ exquiſitæ, vel ſanguinis flatulenti, vnde flatus dominantur, palpitationes apparent, vel prægreſſæ ſunt cauſæ rumpentes, vt ictus, immodicus corporis motus, violenta vociferatio. Si vero diæreſis fiat à cauſa incidente, adeſt vulnus manifeſtum: idem dicendum de cauſa pungente, & forſitan erit indicium hirudinis, quæ cognoſcitur ex frequenti punctionis ſenſu, & quia bibit aquam, in qua degunt hirudines, ſed tunc ſanguis eſt paucus & tenuior. Quod ſi diæreſis fiat per abraſionem, non conſertim, ſed paulatim per modica interualla ſanguis reijcitur. vnde præcedere ſolent exigua ſputa, atque acres, & ſalſæ in pulmonem à capite fluxiones, ſi à pulmone ſanguis perfluat: temporis vero diuturnitate multi ſanguinis inter tuſſiendum eruptio fit. quod ſi ſpumoſum quidpiam ſimul educatur, indicium manifeſtum erit & ipſam pulmonis ſubſtantiam, ſeu parenchima fuiſſe abraſum. idem indicandum ſi bronchij pars quædam, aut arteriæ, aut venæ tunica reijciatur. præterea potuit præceſſiſſe acrium, & prauorum ciborum vſus, & nimia inedia. vlterius dum tractu temporis ſanguis exit copioſior color ipſius eſt vitioſus, præcipue dum corroſio euadit profunda: ideo apparet niger, liuidus, vel viridis, & magis apparet illa coloris malitia in primo ſanguine exeunte, quàm in poſtero, & plus in pauco, quàm in multo: hoc autem fit tum propter ſanguinis corruptionem, tum propter corrodentis materiæ permixtionem. in vena autem aperta in orificio, aut diſrupta, malus color non apparet. Indicatur autem potiſſimum abraſio ex ſalſa deſtillatione præcedente, & ex eo quod ſanguinis ſputo ſputum purulentum ſuccedit, & phthiſis, de qua poſtea loquemur. Quemadmodum autem ſcriptum reliquit Hippocrates, ſanguinis ſpitiones iuuenibus familiares ſunt. cauſam autem reddit Galenus, inquiens, quod ob incontinentiam iuuenibus, non ob ætatis imbecillitatem ægritudines plurimæ accidunt. ob hoc igitur & iuuenibus ſpuitiones ſanguinis accidunt, quia aut percutiuntur, aut contunduntur, aut ſaliunt, aut clamant vehementius, aut refrigerantur, & humi cubant, aut replentur, aut propter aliquam huiuſcemodi cauſam, ad ſputum vero ſanguinis tabes conſequitur. quare & propter hæc talia iuuenes ex accidenti ægrotabunt, non primum, neque ratione ætatis.

*[Gal. 5. met. 6 & 4. de loc. 5.] [Gal. 5. aph. 13.] [Hip 3. aph. 29 Gal. in com.]*

**Prognoſtica.**

Inter cæteras autem ſanguinis excretiones ea, quæ fit per os, periculoſior, & difficilior exiſtit: nam peſſimorum, longorumque morborum magna ex parte cauſa redditur. Ideo dicebat Hipp. ſanguinem ſupra ferri qualiſcunque ſit malum. Sed ſi fluat à capite, facillime curatur. pariter dum ex gula, faucibus, aut ventriculo procedit, ſi non adſit vlcus, & excoriatio notatu digna, facile tollitur. Si vero prodeat ab vlcere dictarum partium, metus maior eſt, & maior cura eſt adhibenda. ex Hippocrate vero quicunque euomunt ſanguinem, ſi ſine febre, quidem ſalutare (quia vt ait Galenus poſſunt curari) ſi cum febre malum (præcipueque ſi febris ſit intenſa, & perſeuerans) curare vero acerbis, & refrigerantibus. Nã vomitus ſanguinis ſine febre, ait Galenus, indicat in loco à quo egreditur ſanguis nullam adeſſe inflammationem, quare vel alicuius vaſis ore adaperto fit, vel cum vlcere quidem, ſed ſine inflammatione. curantur autem, quæ ſunt ſine inflammatione vlcera facile acerbis. quæcunque vero cum inflammatione ſunt ac febribus, non ſolum curari non poſſunt, ſed ſemper maiura fiunt, ac maligniora. Quare ſi euomatur in notabili quãtitate ſine febre, aut cũ modica admodum febre, multas ægritudines curat, aut ab eis præſeruat, vt inquit Raſis; & præcipue ſi vomitus hic ſit periodicus, veluti obſeruatur in quibuſdam tum viris, tum præcipue mulieribus menſtrui retentione laborantibus. hinc fit, vt ex Hippocrate, ſi mulier ſanguinem euomuerit, menſtruis erumpentibus ſolutio fiet. Quod ſi per tuſſim, & ex partibus ſpiritalibus ſanguis profluat, & cum febre, & ſine febre, periculoſus eſt, ne poſſit curari, imò, dum perdurat, febres, quæ prius non erant, ſubſequuntur, & maiorem adhuc ſuſpicionem affert ſanguis arterialis, quàm venalis, etiam ſi abſque febre egrediatur. minus autem periculoſus eſt qui ex thorace dimanat, quia cito ſolet curari. quod ſi cito non ſanetur, ſæpe ſuccedit vlcus fiſtuloſum cum ſputo ſanguinis frequenter rediens. Quod ſi ab ipſo pulmone proueniat, tunc cæteris paribus, affectus hic perículoſiſſimus omniũ exiſtit ob iuge ſpirationis officium. ideo dicebat Gal. Si vero ſpumoſum quidpiam ſimul educatur, ſigno erit excretionem è pulmone fieri, quam Medici optimi aut inſanabilem, aut certe vix ſanabilem eſſe cenſuerunt. at in thorace non admodum difficile eſt diſrupta vaſa, à quibus ſanguis expuitur, conglutinare. non tamen ex pulmone exiens ita pernicioſus eſt, quin poſſit interdum curari. Quare ſciendum ꝙ ſi exeat propter eroſionem eſt incurabilis, quia ſuccedit vlcus. & tunc, vt dicebat Hippocrates, à ſanguinis ſputo ſubſequitur puris ſputum, quod malum, imò peſſimum eſt. non enim, vt interpretatur Galenus, ſputum purulentum omne ſanguinis ſputum conſequitur, ſed quod malignum exiſtit, tale aũt eſt quod ex pulmone omnino effertur.

*[Alex. lib. 7. cap. 1.] [Hip. 3. aph. 25.] [Hip 7. aph. 37. Gal. in com.] [Raſ. 9 Almanſ.] [Hip. 5. aph. 32.] [Gal. 7. aph. 37.] [Gal. 5. met. 8. & 4. de loc.] [Gal 3. de humor. com. 31] [Gal. 5. met. 13. & 14.] [Hip 7. aph. 15 Gal. in com.]*

**Indicationes.**

Quod ſi exeat propter vaſorum fracturam, curatio non eſt impoſſibilis, dummodo ante quartum diem, vt Galenus admonet, occurramus, hoc eſt priuſquam inflammatio ſuperueniat. Si .n. ea ſubſequatur, qđ cognoſcitur ex ſuperueniente febre, neceſſario vlcus ſuboritur, & impoſſibile eſt, vt ex toto æger ſanitati reſtituatur, quia licet ex Galeno poſſit induci callus, tamen ob leues occaſiones, vt interdum propter vocem, vel etiam riſum vehementiorem, ſolet diſrumpi, & per ſputum ephelcis, ſeu cruſtula educi. quod ſi exeat per anaſtomoſim, facile eſt affectum remouere. adhuc magis facile ſi per diapedeſim egrediatur. Quod vbi contingit oportet denſare & incraſſare, & ſi exeat per anaſtomoſim obturare & adſtringere. ſi per diæreſim, quæ fiat ratione fracturæ, oportet agglutinare, ſi ex cauſa abradente oriatur, quia vlcus ad differentiam vulneris eſt affectus mixtus ex ſoluta vnitate, & magnitudine imminuta, oportet agglutinare, & portionẽ deperditam regenerare. & hæ merito vaſorum indicationes hauriuntur. pro iis autem quæ ratione materiæ, & ſanguinis fluentis deſumendæ ſunt, ad fluxũ ſanguinis narium recurrendum eſt. Si .n. ſit ſanguis copioſus, minuendus, impetens cohibendus, & in alias partes reuellendus; calidus, & acris refrigerandus, expurgandus, & ad benignum reducendus. & qui flu-

*[Gal. 5. met. cit.]*

xus eſt,euacuandus.Si ſit materia purulenta, ſiccanda, & detergenda, ſuppoſita tamen totius procuratione.Si ergo prodeat à capite,curatio tradita eſt in fluxu ſanguinis narium,qua præcipue indigemus,dum fluxus immodicus fuerit: & dum timemus ne ex longa conſuetudine

*Præſidiorum materiæ.*

*Ga. 5 met. 6*

ſanguis aſſueſcat in hæc loca decumbere. aduertendum tamen ne refrigerantia, vel adſtringentia,quæ capiti extrinſecus applicantur,indifferenter, & quocunque tempore adminiſtrentur,cum quidam in fluxu ſanguinis narium,vel oris,ex capitis refrigeratione, deterius habuerint;ſed ſolummodo poſt ſanguinis euacuationem,& auerſionem, tum per frictiones & ligaturas extremarum partium, tum præcipue per reuulſionem ad partes infernas, & ad capitis poſteriora:nam os & ſimiliter nares,& in ſuperiori,& in anteriori parte collocantur. reuulſio autem fit ad loca contraria. Quod ſi fluat ſanguis à partibus oris, & faucibus,vtendum ad-

*Ad ſanguinem à capiti fluentem.*

*Raſ. 9 ad Alman 71.*

ſtringentibus,quæ in vlcere oris,aut vuæ fuere propoſita.Si vero exeat per vomitum,ſi fluxus hic,vt ait Raſis,ſit cum interpolatione, vel criticus,'quia ſanguis peccet in quanto vel in quali,& non ſit fluxus ſuperfluus,dimittendus eſt,nihil agendo. Si vero nullum horum adſit, vel modum excedens virtutem deijciat,ſiſtendus eſt,vt in curatione vomitus dicemus. Vberioris doctrinæ gratia oportet ſtatim venam ſecare baſilicam ſi à iecore fluat,ſaluatellam ſi à liene,ſaphenas ſi retentio menſtruorum,vel hæmorrhoidum fuerint in cauſa. & dum ſanguis ſolum peccat in quanto,larga,vel ſaltem mediocris,euacuatio molienda erit. Si vero peccet in quali,quia ſit flatuoſus,vel tenuis,aut propter acredinem,& ebullitionem, vel propter nimiã

*Ad vomitum ſanguinis.*

*Ga. 5. met. 8.*

aquoſitatem ſibi permixtam, in parua quantitate erit euacuandus. ita probantur auerſiones de quibus ſupra,nec non applicatio cucurbitulæ ſuper partem à qua fluit ſanguis. poſtea vero adſtringentia, & adglutinantia erunt adminiſtranda intus & extra. Quo ad interne adminiſtrata,ſi ſanguis multus non profluat,& vas exiguum perruptum, aut recluſum ſit,mitiora ſufficiunt;veluti eſt aloe,manna thuris,pini cortex,lemnium ſigillum, & lapis hæmathites in aqua chalybeata,aut in decoctione rubi,mirti,lentiſci, hederæ,citoniorum, meſpilorum impoſita & decocta. Si vero perruptum vas magnum ſit,aut vehementer recluſum, & multus fluat ſanguis,valentioribus vtendum,vt balauſtio,hypociſtide,acacia,rhoe,gallis immaturis, & malicorio.idem dicendum de his,quæ extra applicantur,quæ poſſunt eſſe tum adſtringentia,tum citra adſtrictionem frigida,quibus tamen,vt ſupra dictum eſt,vtendum poſt auerſiones ſanguinis in alia loca,non ſemel tantum,ſed ſecundo,& tertio, ſi opus fuerit; nec ad vnã tantum partem,ſed ad plures,& pluribus auerſionis modis, ſanguinis ſcilicet miſſione, & artuum frictione & ligatura:nam tunc parti affectæ vtiliter admouentur,ſecus læduntur ægrotantes,quia ab his medicamentis adſtringentibus, & refrigerantibus ſanguis intra compellitur,& venæ,quæ in alto ſunt,replentur, ait Gal. præterea vt hæc medicamenta intus penetra-

*Gal. loc. cit.*

re valeant, acetum cum eis permiſcendum eſt. Quare licet vti linimento ex oleo roſato, vel
» myrtino cum pauco aceti,vel vini auſteri, & ne calefiat crebrius immutetur. licet etiam vti ſi-
» mili epithemate,Recipe ſucci plantaginis,portulacæ,ſanguinariæ,omphacij an.lib.ſem.aquæ
» plantaginis,roſarum ana vnc.3.aceti vnc.2. miſce pro epithemate, & poteſt applicari iecori, lieni,ventriculo actu frigidum,non, vt monet Hipp.vnde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, non ad ipſa,ſed circa ipſa vnde influit. Si vero ſanguis in ventriculo in grumos concreſcat,quod

*Hip. 5. aph. 23.*

*Gal l. de cibis. bon. & mal. ſucci. c.*

ex Galeno cognoſcitur,quia hominem pergrauat,& ſuffocat, & facit vt homines exoluãtur, & refrigeſcant,& paruos,maloſque pulſus habeant, ad curam vomitus, de qua in ventriculi vitijs agemus recurrendum. Si vero emanet ſanguis ab œſophago, aut partibus vicinis cauſa hirudinis pungentis,vtendum vomitorio, aut purgante, quod habeat vnà vim abſtergendi. Si exeat à principio tracheæ,aut ab ipſa trachea, in ſequenti capite, vbi de cura vlceris ipſius ſermo fiet,remedia proponentur.Quod ſi à pulmone,vel thorace egrediatur, & id contingat per tranſcolationem, ſeu diapedeſim,refrigerantibus, & adſtringentibus vtendum eſt. & ſi propter tenuitatem ſanguinis aliquando incidat, craſſiore victu erit curanda. notandum ta-

*Si exeat ab œſophago, vel trachea.*

*Ga. 5. met. 6 circa fi.*

men quod ſi reſudet ab apoſtemate ſanguineo, vt in pleuritide, tunc cauenda adſtringentia, & potius ſcreatus adiuuandus eſt.Si vero exeat per anaſtomoſim, vel vaſorum rupturam, feſtinare oportet, præcipue dum pulmonis vaſa fuerint diſrupta, quia ſi ſuccedat inflammatio ſubſequitur phthiſis,non propter aſſiduum pulmonis motum, ſed quia ſequitur ſuppuratio: pus autem non poteſt expurgari niſi per tuſſim, cuius cauſa diſrupta vaſa adhuc magis dilaniantur,& aperiuntur.idcirco omnis quies ipſis iniungenda eſt, & vt ſenſim reſpireut, & non

*Ad exitũ ſanguinis ex pulmone, aut thorace.*

*Ad diapedeſim.*

*Gal. 3. de humor 33.*

loquantur,eis præcipiendum.Scribebat autem Galenus: Scito autem non modo detrahendũ eſſe ſanguinem ijs,qui ſanguinem ſputo reijciunt,ſed etiam ijs,qui reiecerunt,& modo curati ſunt:præſertim ſi eam in partibus thoracis ac pulmonis ſtructuram habeant,vt ſi vel pluſculum ſanguinis colligatur,rurſus aut oſculum vaſis aperiatur,aut rumpatur.ineunte tamen ve-

*Ad anaſtomoſim vaſorumque rupturam.*

*Gale. lib de ratio. cur. mor. c. 7.*

re,vt alibi ait,pro præſeruatione ſanguinem mittere oportet.Quare pro curatione oportet ſtatim venam ſecare,internam ſcilicet cubiti,& bis & ter eadem die,vel ſpatio duorum dierum, dum timemus virium lapſum,vt tollatur impetus ſanguinis, &,dum ſanguis fuerit copioſus, & vires robuſtæ. vt ſimul cauſa diſrumpens auferatur, prima vice extrahatur ad vnc. 10. vel 12.ſecunda ad 6. vel 8. tertia ad 4. ſi non fuerit ita copioſus, aut in maxima quantitate fuerit reiectus,& vires non ſint robuſtæ,educatur primo ad 5.deinde ad 4.poſtea ad 2. vncias. & ex Alexandro expedit etiam venas infernas aperire,vt ad longiores partes diuerſio fiat. Quod ſi non liceat venam ſecare,cucurbitulis cura peragenda eſt. Similiter omnium artuum tum frictiones,tum ligaturæ probantur,primo tamen inferiorum,deinde ſuperiorum. Quibus pera-

*Venæ ſectio.*

*Pharmacia.*

*Gal. loc. cit.*

ctis primum poſca tum diluta,tum tepida potui offerenda eſt,vt ſi quis in viſcere trombus latitet.reſolutus expuatur,atq; hoc,vt monet Gal.nihil vetat bis,terve ternis horis facere. deinde aluus erit leuienda cum ſero lactis,& pulpa thamarindorũ,quia ſæpe ſanguis eſt feruẽs.ab his ſtatim aliquid eorũ,quod tũ emplaſticã vim hẽant, tũ adſtringant, medicamentum exhi-

bendum

Digitized by Google

bendum eſt. idque aut ex poſca diluta primum, aut ex malorum, myrtorumve, vel ſimilium adſtringentium decocto. inter ea vero, quæ adſtringũt ſunt bolus armenus, ſanguis draconis, terra ſigillata, cornu cerui vſtum, balauſtium, roſæ, malicorium, corallium, gummi aſſum, mumia, charabe, ſpodium, & præcipue puluis radicis conſolidæ. & poſſunt adminiſtrari cum poſca, cum decocto adſtringente; & dum vrget neceſſitas, cum ſucco plantaginis, vel portulacę. illud tamen perpetuo obſeruandum, vt cum prædictis aliquod tum calidum, tum tenuium partium permiſceatur gratia diſtributionis ipſorum. quare tanquam præſtantiſſimum vehiculum in thoracis, & pulmonis vlceribus, mel erit admiſcendum. inter compoſita ſunt trochiſci de terra ſigillata, de ſpodio, de charabe, ſyrupus roſatus præcipue de roſis ſiccis, de portulaca, myrtinus, ſaccharum roſaceum, quod eſt præſtantiſſimum, mel roſaceum. ex quibus licet etiam parare ſimile medicamentum, quod recipit ſyrupi myrtini, de portulaca ana vnc. 2. ſacchari roſati, mellis roſati ana vnc. 1. tragacanthi, amyli ana drac. 1. ſe. pulueris conſolidæ, ideſt ipſius radicis, terræ ſigillatæ, boli armeni, lapidis hæmatitis ana ſcrop. 2. & fiat eclegma, quod ſæpius in ore detineatur, paulatimque æger ſupinus permittat in aſperam arteriam delabi. Vel cum Gal. Recip. rubricæ ſynopicæ vnc. 2. terræ ſamiæ vnc. 12. amyli vnc. 3. coge ſanguinalis herbæ ſucco, & trium obolorum quantitatem propinato. Inſuper in fractura venarum maxime conferunt aquæ chalybeatæ epotæ, vt beatæ Virginis Patauinæ, vel Calderianæ Veronenſes, & præ cæteris præſtantiſſimæ, & tutiſſimæ ſunt Lucenſes. prodeſt quoque vſus ſeri lactis caprini, vel vaccini chalybeati. quod vt ſit magis efficax, ante eius aſſumptionem, licet exhibere ſuprapoſitum eclegma ad 2. 3. & vſque ad 4. drachmas. vel etiam ſaccharum roſatum ſolum, ſed antiquum ad drach. 5. vel 6. vel ſi libet, & præſertim vbi imminet phthiſis, exhibeãtur ante ſerum in mane, & etiam ante aquas chalybeatas propoſitas drach. 3. electuatij, quod recipit boli armeni orientalis, vel rubricæ ſynopicæ drach. 1. s. corallorum rubeorum drach. ſem. ſucci plantaginis condenſati, portulacæ ana drach. 4. ſacchari roſ. antiqui vnc. 3. cum ſyrupo myrtino, vel de roſis ſiccis, fiat electuarium. & imminente phthiſi poteſt etiam exhiberi ante cœnam, & præcipiendum, vt æger eius portionem etiam poſt cœnam in ore detineat; præſertim vbi ſalſa connectitur deſtillatio. Verum inſurgit dubitatio circa tempus adminiſtrandi refrigerantia, & adſtringentia. nam Fernelius vult prius eſſe expurgandum ſanguinem, deinde agglutinandum, inquiens, ex ſimplici venæ pulmonis ruptione neminem contabeſcere: aut ſi qua tabes inſequitur, id fieri, quia ſanguis à vulnere in pulmonum ſubſtantiam dimanet, inflammatusque, ac demum putreſcens eam labefactet. nullus enim inſequitur, dolor (inquit Fernelius) qui eſt cauſa inflammationis omnium efficaciſſima. Galenus vero, cui magis addicti eſſe debemus, in prima die poſt exhibitam poſcam, ſtatim vtitur refrigerantibus, & adſtringentibus, eadem repetens circa veſperas propter periculum ſuperuenientis inflammationis. Ideo 5. met. cap. 13. in matrona illa pulmonem expurgare non eſt auſus, niſi quinto die, & poſt exactam ſiccationem, refrigerationem, & adſtrictionem, & idem fecit in quodam iuuene, cuius hiſtoriam in eodem capite proponit. Nec Fernelij ratio efficax eſt: nam inflammatio non ſolum fit ratione attractionis, cuius cauſa potiſſima, vt ipſe recte inquit, dolor eſt: verum etiã oritur per tranſmiſſionem, quæ ex mittentium partium robore, ſuſcipientiumque imbecillitate ducit originem. vnde ſi priuſquam pulmonis vas diſrũperetur, ad pulmonem, ceu debiliorem partem tranſmiſſio facta fuit (hi enim potiſſimum, qui pulmonem & thoracem male diſpoſitum habent, ſanguinis expuitioni ſunt obnoxij) multo promptius poſt vaſis fracturam, ratione cuius adhuc imbecillior euadit, tranſmiſſio fiet. ad hæc quamuis dolor ſit cauſa attractionis potiſſima, non tamen eſt adæquata & vnica, cum etiam calor ad eandem faciendam maximam vim obtineat. calor autem in pulmone ſummopere viget. tandem ſi, vt arbitratur Fernelius, inflammatio ex ſanguine putreſcente ſemper ſuboritur, ergo, vt cauſam ſanguinem hunc perpetuo fouentem auferamus, debemus quamprimum vaſis aperturam cõſtringere: ſecus ſanguis in pulmonem continenter per ipſam dimanaret, & perpetuum eſſet periculum ne computreſceret, inflammationemq; produceret. Idcirco pro reſolutione animaduertendum, quod ſi fractura ſit in vaſis pulmonis, magis poteſt ſoluta vnitas; quàm ſanguis concretus, quia niſi occurramus, inflammatio ſuccedit. ideo oportet agglutinare, & aliqua ex parte illam ebullitionem remittere, deinde poſca ſanguinem expurgare (nam valenter grumos diſſoluit) & iterum agglutinantibus vti. Si autem fractura ſit in venis pectoris, quia ratione huius non imminet phthiſis, ideo magis vrget ſanguis concretus, & primo illum expurgare oportet, deinde agglutinare. Similiter dum exit ſangnis è pulmone, ſed per anaſtomoſim, magis tuto licet occurrere primo loco expurgantibus ſanguinem, cum non ita periculum inflammationis immineat: imò, dum fit anaſtomoſis propter acredinem ſanguinis vaſorum oſtiola corrodentis, eodem tempore quo vtimur tum adſtringentibus, & refrigerantibus, tum etiam expurgantibus, licet in mane exhibere ſyrupos cichoraceos, vt ſanguis attemperetur; & deinde corpus expurgare per repetitum ſerum caprinum, cui, ſanguine exiſtente bilioſo, licet modicum rhabarbari immiſcere. Denique vrgente ſanguinis profluuio, cęterisque non conferentibus vbi vires imbecilliores non fuerint, licet exhibere cum Galeno ſcrop. 2. vel drach. 1. philonij Perſici, vel Romani, quia ſomnum conciliat, tuſſim ſedat, & ſanguinem ſiſtit. & poteſt dari etiam bis & ter, vbi opus fuerit, cum aqua plantaginis, vel, ſi non adſit febris, cum pauco vino adſtringenti. Pariter, ex Maceris traditis, mirifice prodeſt medicamentum ex drachma ſemis, vel vna ſeminis hyoſciami, & drach. 4. ſacchari roſacei confectum, ſemel, aut bis, vel ter exhibitum alternis diebus. Galenus etiam 2. ſimpl. probat cornu cerui, & capræ vſtum. Præterea, vt partes roborentur ne recipiant, & inflammatio arceatur, vaſaque agglutinentur, poſt phlebotomiam, & ſanguinis auerſionem adſtringentia thoraci extrinſecus admouenda. vnde licet vti ſuperius propoſitus ad ſanguinis vomitum, vt oleo

Ga. 4. met. 7 & 7 de com med. loc. 4.

Gal li de vt par fac. c. 14

Fer. 5. de par mor. ca. proprio.

Dubitatio.

Gal. decretum.

Gal loc cit.

Reſpõſio ad Fernelij fundamenta.

Solutio.

Gal 7. de cõ. med. loc. c. 4.

Extrinſecus applicata.

roſa, omphacino, myrtino, lentiſcino, infrigidante Galeni cum vino auſtero, aut, ſi multa ſit *Gal. 5. met. 13.* ſanguinis eruptio, & tempus æſtiuum, cum aceto, vel etiam emplaſtris confectis ex adſtringentibus propoſitis, vt ex farina hordei, thuris cortice, malicorio, acacia, cidonijs, folijs plantaginis, radice ſymphiti in vino auſtero decoctis. quæ etiam conueniunt in vlceribus interioribus thoracis, veluti etiam dum poſt diſruptam pleuræ inflammationem remanet vlcus, à quo aſſiduo pus ſegregatur, & fit empyema. ſed ſunt (& hæc obiter ſint dicta) intrinſecus vtimur extergentibus, & thoracem expurgantibus. Extrinſecus quoque mirifice prodeſt emplaſtrum nigrum Heræ ab ipſo Galeno 2. de compoſ. med. per gen. cap. 12. deſcriptum. Poſtremo circa ea quæ extrinſecus applicantur aduertendum, quod vbi ſanguinis reiectio ex refrigeratis ſpiritalibus inſtrumentis prouenit, oportet cum Gal. poſt repetitam in ſecundo die ſanguinis detractionem, applicare toti pectori aliquod vnguentum calefaciens, vt ceratum ex thapſia, vel conſimile, mox veſperi, vbi ſupra modum calefaciat, auferendum, & tertio die rurſus ad 3. horas imponendum, quemadmodum faciebat Galenus, qui ſecundo, & tertio die ſimiliter ad veſperam exhibebat medicamentum diaſpermaton, quippe quod ſomnum conciliat, ſenſum doloris leuat, & exiccat. tum vero cum ſpiritui delegatæ partes in naturali temperamento eſſent, & totum corpus vacuatum, ac nulla plegmones ſuſpicio circa vas ruptum ſupereſſet, expurgare incipiebat. mox ad bibendum exhibito ex viperis medicamento ætatis iam vigentis ad Tabias ad aſſumendum lac dimittebat, quemadmodum & cæteros omnes, qui ſanguinem ex partibus ſpirituoſis, ex quacunque cauſa reijciebant.

Ad ſanguinis reiectioné ob membrorũ ſpiritus refrigerationem prouenienté.

Poſtremo ſi exeat ſanguis propter vaſorum eroſionem, vt in acri, & ſalſa à capite in pulmones deſtillatione contingit, ſi redundet ſanguis, & vires permittant, ſecanda vena ſtatim in principio, & licet ſectionem repetere, vt ſupra dictum fuit, in minori tamen quantitate ſanguis detrahẽdus, quia exquiſita plethora eſſe non poteſt, ſed ſemper cacochymiam annexam habet. Si vero parum ſanguinis in toto reperiatur, humores, vt inquit Galenus, ad probiorem ſuccum primo reducendi, deinde ſanguis detrahendus, & rurſus reficiendi, & deinde ij rurſus ſunt purgandi, ac rurſus reficiendi, & denuo, ſi res ſuadet, ſanguis mittendus, præcipue quibus veluti limoſus, & craſſus totus ſanguis exiſtit. præterea tum ligaturis, tum frictionibus extremarum partium, & etiam totius corporis vti maxime expedit. & rurſus, quoniã oportet in principio nullius rei æque eſſe ſollicitum, quam vt neque tuſſiant, neque ex capite aliquid in pulmones defluat, idcirco, vt hæc inhibeatur, vtitur Gal. triplici præſidio, videlicet purgatione primum, quæ poteſt cum aliquo purgante humorem peccantem reſpiciente, vna cum ſero lactis adminiſtrari. Secundo cum medicamento diaſpermaton vocato, in cuius vice licet vti theriaca recenti, vt vtebatur in Matrona illa, vel etiam pilulis de cynogloſſa Nicolai. & tertio ipſi capiti prouidendo, quod fit, ſi applicemus ceratum ex thapſia ſuturæ coronali, vel loco huius affigamus cauterium prædictæ ſuturæ, quod longe tutius, & præſtantius erit. applicat autem Gale. capiti calida medicamenta, non vt ipſum calfaciat, cum in ſalſa deſtillatione potius calidum ſit, ſed vt materiam deſtillantem exiccet, & reuellat, quamuis apud noſtræ tempeſtatis practicantes iniuſtè ſuſpecta ſint. potiſſimum vero, vt inflammatio caueatur, præſtantiſſimus eſt vſus ſeri lactis caprini, vel aquarum, de quibus ſupra cum exhibitione electuarij, vel eclegmatis ſuperius deſcripti, & ante ſerum, & ante cœnam, nec non dum eunt dormitum. quæ enim in fractura vaſorũ propoſita fuere, in hoc loco ſunt repetenda. oportet enim quamcitiſſime occurrere, & ante tertium diem, ſi fieri poteſt, ne phlegmone ſuperueniat. propterea Gale. in primis diebus adminiſtratis omnibus præſidijs, quæ fuere propoſita tantummodo in quinta die (hoc eſt tranſacto inflammationis periculo) auſus fuit pulmonem valentius expurgare.

*Gal. 5. met. 14 & 13.* Ad eroſionem vaſorum.

Ea vero quæ extrinſecus admouentur paulo ſuperius fuere propoſita, refrigerantia ſcilicet, & adſtringẽtia, quæ thoraci applicantur. ſed inſuper ad materiã acrem, & ſalſam contemperandam maxime probatur vſus balnei aquæ dulcis moderatè calidæ, vt dictum fuit in catarrho, & dicetur in cura hecticarum, necnon in ſequenti capite de phthiſi, cuius curatio cum ea, quę in venarum eroſione adminiſtratur, communis exiſtit. Sed omni ingenio præcauere debemus, ne, dum adeſt praua in pulmones deſtillatio, eroſio ſubſequatur: nam (vt inquit Galenus) ex ijs, qui vlcus in pulmone habent, ij inſanabiles cenſendi; qui ex ſucci vitioſi eroſione id poſſident: quorum aliqui ceu ſalſuginem ſputum ſuum ſentire ſe aiunt: nam longo tempore omnino opus eſt, vt ſucci vitium corrigatur: in tempore vero neceſſe eſt duorum alterum, aut ſiccando vlcus ceu callum fieri, eoque ferè omnino inſanabile, aut non ſiccando putreſcere, & pulmonum ſubſtantiam depaſcere, & putrefacere. Quare ſtatim curandi antequam ſanguinis expuitio ſuccedat, tum ſuperius enarratis præſidijs, tum ijs, quæ in capite de catarrho fuere propoſita.

Extrinſecus admota. *Gal. 5. met. 14.*

Et dum ſanguis ex membris ſpiritus ſiue per diæreſim, ſiue etiam per anaſtomoſim egreditur, ſtatim laboranti iniungendum eſt, vt omni vtens quiete, & omni ſilentio, magno reſpiratu non vtatur. dicebat enim Galenus: In ſputo ſanguinis cauenda vox vehemens, & reſpiratio talis. & ex eodem, vitanda exercitia, ſupercalfactiones, & lauacra. ita rerum rubeatum aſpectum deuitent, quia ſanguinis fluxum irritant. Abſtineant autem à vino, bibant aquam coriandrorum chalybeatam, & donec perdurat inflammationis timor, ſi æger ſit robuſtus, omne ferè nutrimentum circuncidatur, vt natura auara nil habeat quod ad partem affectam tranſmittat. ſin minus, ſorbitionibus vtantur, vt ex ptiſana, vel alica, vel etiam amylo frumentaceo, oportet enim vt vim habeant emplaſticam, & agglutinantem, & omni ſalſedine, aciditate, & alia tenui qualitate careant. horum autem decoctio commodius fiet in aqua chalybeata. Ita dum vtimur panatella cum iure pedum vitulorum, illa aqua chalibeãda erit, à ſorbitione licet cum Gal. aliquem fructum auſterum exhibere: vel cum eodẽ primis tribus diebus ſorbitionibus vtentes, tertio die piſcem coctu facilem, & ſimplici ratione præparatum adijcere. Vbi vero tranſacta inflammationis ſuſpicione ſanguis expurgatur, & pulmo,

Victus rã

*Gal. 1. de humor. cõ 18. verſus fi. Gal. l. de victus rat. in morb. acut. Eraſ. en fi. Gal. l. empi. infor. c. 5.*

aliquid

aliquid mellis, præſertim vbi adſit eroſio, commodum erit. ſubinde vero ad renutritionem eroſorum vaſorum erit transeundum, cum cibis optimi ſucci, vt carnibus laudabilibus, pullorum, caponum, perdicum, auicularum montanarum, & interim hædorum, caſtratorum, & ſuum pedum cum ptiſana decoctorum: ſed hæc in principio ſine ſale erunt præbenda. nam omnia ſalſa & acria erunt maxime cauenda. ſed omnibus admirabilis eſt lactis vſus, de quo infra. & in eo expedit immittere aliquid ſumach, vel micæ cydoniorum ſine aromatibus, vel, ſi aceſcant in ventriculo, aliquid mellis. ita ab Alexan. probatur caſeus recens & mollis caprinus, aut bubulus. demum oportet ſomnum maxime conciliare, & cætera peragere, quæ in cunctis ſanguinis eruptionibus peragenda ſunt, de quibus in fluxu ſanguinis narium dictum eſt. De præſeruatione vero loquitur Gal. lib. de venæ ſec. cap. 7. in princ. 3. in 6. epid. com. 14. & 7. in 6. epid. 13. nec non vna cum Hipp. 4. in 6. epid. 5.

## *De Phthiſi.* LI.

Nomé, & natura.

PVLMONIS vlcus, Græcis phthiſis dicitur, nec non interdum tabes nuncupatur. Quamuis enim ab Hip. tabidi etiam appellentur ij, inquit Gal. quorum corpora quoquomodo extenuantur, potiſſimum tamen tabidi vocantur illi, quibus ob pulmonis vlcus totum corpus colliquatur. *Gal. 2. in 1. epid. com. 13.*

Cauſæ.

Pulmonis itaque vlcus vel ad alios conſequitur thoracis morbos, vel fit incipiendo. Si primo mudo oriatur, vel à pulmonis, vel ab aliarum partium malis proficiſcitur. Si fiat ex morbis pulmonis, poteſt fieri ex mala compoſitione, vt ex ipſius inflammatione in pus verſa, ſimiliter ex tuberculo, ex variolis, & exanthematis, ex calculis paruis grandinis granis non abſimilibus, qui parua ciſti obducuntur, & dum poſtea excernuntur, vna cum pure, quemadmodum obſeruauit Galen. propter vlcus derelictum egrediuntur; ex vaſorum anaſtomoſi, ratione cuius egreditur ſanguis, qui præter naturam detentus poteſt putreſcere, & pulmonem exulcerare; & ex ſoluta vnitate, vt dum vaſa ipſius rumpuntur, diuiduntur q́; vt in ſanguinis ſputo ſæpe contingit, quum poſt ſanguinis eruptionem ſuppreſſam, vaſorum diuiſio non fuerit conglutinata. Sed aduertendum vaſorum rupturam poſſe duplici modo vlcus producere, vel primo modo, quia ad ipſam ſubſequatur inflammatio, & circumiacentium partium in pus verſio, quo fit vt vulnus in vlcus migret; vel ſecundo, quia per ipſam ſanguis egrediens, ſi detineatur, poteſt inflammari, putreſcere, & in pus verti, pulmonumque ſubſtantiam labefactare. *Gal. 5. aph. 16. 1. apho. 11. & 3. aph. 10. Aet. l. 8. ca. 67. Pau. l. 3. ca. 32. Gal. 5. met. 12. Galen. 4. de loc. ult. poſt med. Aet. l. 8. ca. 67.*

Pulmonis vomica quo generetur.

Interdum enim ſanguis ex aperta, rupta, aut exeſa vena in paruam pulmonis regionem ſecedens, illic putreſcit, & ſenſim in pus mutatur per ſumma ſuccreſcens, & ſibi ciſtim efformans, & adeo arcte concluditur, vt vix quicquam de ſe rectum in cor exſpiret. Hoc autem vitium dicitur vomicé, quæ frequens eſt in tabidis, & dum diſrumpitur repente ſæpe moriuntur, quia pus calorem vitalem obruit. Quod vitium eſt omnino latens, graui tamen & fœtida reſpiratione, & cæteris abſceſſus indicijs ſe pandit, ab eo tamen diſtinguitur, quia cruenta excretio à pulmonibus multo tempore antequam diſrumperetur, præceſſit. Si vero vlcus ex aliarum partium vitijs generetur, tunc ſolet tum empyemati, tum internis thoracis vlceribus, & pleuritis inflammationi ſuccedere, dum à materia purulenta pulmonum ſubſtantia corroditur. Si vero fiat incipiendo nullo præcedente thoracis morbo, tum vel à materia vaporoſa, vel humoroſa, poteſt oriri. à vaporoſa quum halitus putridi, & virulenti à ſputo purulento alterius phthiſici emanantis contagione oritur. ab humoroſa vero quum acris, ſalſa, & exedens materia, vel à capite in pulmones deſtillat, & eos abradit, & hæc, vt inquit Galenus, eſt vlceris *Forn. 5. de par. morb. 5. de vlc. pulmonis.*

Cauſa potiſſima.

pulmonis cauſa potiſſima, vnde, quæ capitis deſtillationes tuſſim primo concitant, & raucedinem, neque tandem conſiſtunt, tabem generant, inquit Galenus; vel ex aliis partibus in eoſdem confluit, veluti dum humor ater è corde in pulmones eijcitur, qualis maxime autumno cumulatur. *Gal. 3. in 3. epid. 32. Gal. 1. in 1. epid. com. 11.*

Cauſæ diſponétes.

His licet addere cauſas diſponentes, & præſertim natiuas, veluti eſt vitioſa pulmonum conſtitutio, dum ſcilicet eorum ſubſtantia eſt tenella, & corruptioni parata, vt ideo facillime, quemadmodum in nonnullis conſpexit Gal. à putrefaciente humore quopiam inficiantur. Proinde facile cognouit haud abſimili eos affectu laborare, qualem in partibus externis uidere ſolemus, quum à putrefaciente quopiam humore inficiuntur; ſed has & abſcindere, & vrere poſſumus, pulmoni vero horum auxiliorum neutrum adhibere licet; ideo omnes perire neceſſe eſt. proinde qui tabida ſtirpe ſati ſunt, quaſi hæreditario iure omnes tabe marceſcunt. tales vero ſunt qui natura pectus anguſtum, & depreſſum obtinent, quorum quidam etiam citra cruentam expuitionem tabidi pereunt. *Galen 4 de loc. vlt. poſt med*

Differentiæ.

Sunt autem huius mali, vt teſtatur Galenus, duæ maximæ differentiæ, altera conſtat ex ijs defluxibus, qui à capite manant: altera ex pulmonis affectionibus oritur: ac prorſus quidem cum ſanguis expuitur, potiſſimum vero vaſe rupto, ſæpe etiam cum in viſcus comportata fluxio eſt alia de cauſa ex alijs partibus non ex capite promanans. *Gal. 1. in v. epid. com. 17.*

Signa. Vlceris incipiétis notæ.

At vero vlcere pulmonis incipiente, vt plurimum, ex ſalſa & acri à capite deſtillatione, frequens tuſſis moleſta exoritur, qua cruentum aliquid cum exiguis ſputis ſine ſenſu doloris excernitur. hoc interdum ſubſiſtit, & tuſſi ſordidum quoddam eijcitur, deinde purulentum, tum febricula leuis adoritur aſſidua, quæ tandem hectica facta, mox à cibo aliarum more inualeſcit. hinc fit vt phthiſicorum pulſus euadat languidus, paruus propter virium imbecillitatem, non nimium celer, quia febris non eſt vrens, durus ratione ſiccitatis, & hecticus, hoc eſt vndequaque ſimilis ratione febris hecticæ.

Vlcere

*Hip. 5. aph. 11.*

Puris notæ.

Vlcere magis ſerpente, & ſordeſcente, pus excreatur, quod ex eo deprehenditur, quia album eſt, tendens in viride, vel citrinum, & carbonibus iniectum, vt ſcribit Hipp. graueolet (qd ſæpe etiam halitus contagione imprudentes labefactat) expitatio ſolet eſſe fœtida, & ſi expuant in vas aqua tepida repletum, ſputum deſcendit, ad differentiam inconcoctæ pituitæ, quia graue eſt: &, ad differentiam concoctæ & viſcidæ pituitæ, facile ſpecillo diſſoluitur. vt „ autem monet Gal. ad differẽtiam crudi ſucci, pus graueolens eſt, & lentum, ſeu glutinoſum: crudus vero ſuccus craſſitie & colore illi dumtaxat eſt ſimilis, vt qui neque graueolens eſt, neque lentus. Quoties autem vel labore, vel tuſſis impetu, vel excandeſcentia, vlcus puris lentore obductum refricatur, cruenta redditur excreatio, & vlcus depaſcẽs innuitur. Vlcere inueterato putris pulmonis ſubſtantia, bronchionve, aut venæ, vel arteriæ portio tuſſiendo reijcitur: & ſi prius, vt aſſerit Galenus, cruſtula quædam cum tuſſi eijciatur, proprium erit vlceris indicium, extrema, & proprie pedes quandoque tument, venæque ſuperfluunt omni hora, quia nutrimentum non regitur: caliditas autem liquefacit, quo fit vt ſudor in fine digeſtionis, dum ſcilicet alimentum per membra diſpergitur, emanare ſoleat. & eſt malum ſignum, quia humidum nutritium à calore diſſoluitur. appetitus qui prius erat imminutus ex toto aufertur. capilli ſubinde defluunt toto corpore areſacto. inualeſcente febre, vngues manuum curuantur, quod carnes, quibus vtrinque infiguntur, colliquatæ ſint. malæ liueſcũt, licet poſt cibi aſſumptionem à vaporibus ſurſum elatis rubræ fiant. coſtarum extrema ſiccitate ſurſum conuelluntur. Hæ pulmonis vlceris, & præſertim incipiendo exorti ſunt notæ, nam ſi alijs ſubſequatur morbis, præter ea, quæ dicta ſunt, illorum quoq; morborum indicia præcedunt. Verum quoniam tum thoracis, tum aſperæ arteriæ vlceribus expuitio purulenta, & tractu temporis totius corporis tabes, ſiue conſumptio ſuperuenit: ideo ab his vera phthiſis diſtinguitur, quia in ea non adeſt dolor; in vlcere autem thoracis in eius parte aliqua maniſeſte ſenſus doloris adeſt. ita aſpera arteria exulcerata, dolorem in eius regione, licet non vehementem, perſentiunt. & quæ excreantur purulenta exigua ſunt; ab vlcere autem pulmonis plus ſputi reijcitur. quod ſi vlcus fuerit in gutture, interdum corpuſculum aliquod à ligula (Græci epiglottida vocant) excreatur, ex quo læſio in voce ſolet oboriri, & in vlcerato loco doloris ſenſu laborans infeſtatur. Sed potiſſimum vlcerata aſpera arteria, ſenſus doloris manifeſte in collo percipitur; non tamen vehemens, ſicuti etiam in epiglottide vehemens oriri non poteſt, ita vt ſi alicui ſuapte natura hebes fuerit ſenſus, ipſum plane non percipiat, „ & ex comeſtorum, bibitorumque, quamuis acrium, tranſitu non exacerbatur. Inſuper ex di- „ ctis patet quomodo phthiſis à tabe, ſeu conſumptione totius non vlceroſa diſtinguatur, ſiue „ ſit ſimplex hectica febris ſine vlcere, ſiue ſit maraſmus, ſiue hectica ſenectutis, in quibus non adeſt ſputum purulentum, & præterea maraſmus eſt multa corporis conſumptio, quæ præſertim acutas febres conſequitur. hectica autem ſenectutis eſt ſine calore febrili. Sunt autem apti natura ad tabem, ait Gal. qui anguſto ſunt pectore, & non alto, vt à tergo in morem alarum ſcapulæ promineant, vnde etiam has pterigodes quaſi alatos Hip. & Græci appellant. Hi autem, ait Gal. non propter temperamentum, ſed ob vitioſam thoracis figuram tabi ſunt obnoxij, probabile tamẽ eſt eius figurã natiuũ calorem ſequi. ita quib. caput facile impletur, „ & reſpirationis organis multas deſtillationes demittit, facile tabeſcunt. Tabes autem, vt ait „ Hipp. fiunt maxime ætatibus à decimo octauo vſque ad trigeſimum quintum annum vſque „ ad finem, videlicet conſiſtentiæ. vbi notat Gal. quod ea, quæ eſt à decimo octauo vſque ad „ vigeſimum quintum, ætas adoleſcentium eſt. quæ autem ab hinc vſque ad trigeſimum „ quintum iuuenum, in his enim pulmo mollis eſt, & humores acuti; & intemperato vtuntur „ victu, parariores adhuc ſunt ad phthiſim, & ſanguinis ſputum, ſi præter id quod pectus depreſſum & anguſtum habent, cum humeris alatis, illud etiam habent excarne, & collum gracile & longum. parariſſimi autem erunt ſi præter iam dicta carnem mollem cum humoribus acutis, cerebrum catarrhis obnoxium, & flatuum frequentiam in pectore, vel vicinis partibus habuerint, macilentique & proni ad iram extiterint. pueri vero raro phthiſi corripiuntur, quia licet pulmonem mollem habeant, humores tamen in eis acuti non ſunt, & eorum expultrix robuſta eſt. idem de ſenib. dicẽdum, qui tum pp pulmonis duritiem, tum humores „ non acutos, ab ea remoti ſunt. Tabidæ autem diſpoſitiones, ex Galeni ſententia, autumno ma- „ xime deprehenduntur propter frigiditatem, ſiccitatem, & temporis inæqualitatẽ, & propter „ humorum prauitatem. ob id enim autumnus tabidis malus eſt, vt Hippo. ſcriptum reliquit: „ verum autem ſolum illos nominet tabidos, quibus pulmo eſt exulceratus: an omnes quomo- „ docunque colliqueſcentes, non poſſumus coniectari, ait Galen, liquet tamen vtriſque autum- „ num eſſe malum, cum ſit frigidus, ſiccus, & inæqualis, ſed idem Hipp. 7. in 6. epid. 19. nedum „ autumnum tabidis malum eſſe ait, verum etiam veris principium, quod Heſiodi ſignis indicauit, dum inquit, quando ficulnea folia pedibus cornicis ſunt ſimilia. Hoc enim tempus ſanguinem fundit, & humores ad pulmonem aduehit. Quicunque vero, vt idem Hipp. ait, ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur, à die qua fit ruptio, liberantur: ſi vero non, ad tabem tranſeunt. At vero pulmonis profundum & ſordidum vlcus curare quidem impoſſibile; paruum vero, quamuis mũdum, non facile. Quocirca inquit Galenus 4. de loc. cap. 5. quod pulmonis vlcera, vt quibuſdam videtur, curationem non admittunt: aut, vt alij putant, difficulter admodum ſanantur, At in thorace dirupta vaſa à quib. ſanguis expuitur, magna ex parte conglutinantur. Nunquam enim huiuſmodi vlcera vel diuturna curationi omnino reſiſtunt. Quæ vero in pulmone longo iam tempore permanſerunt, quamuis aliquando curentur, relinquitur tamen in ipſo res quædam calloſa, fiſtuloſaque, quæ tractu tẽporis à leui occaſione excoriatur. Et cum his quæ ſpuuntur, miſcetur interdum ephelcis, & cruoris exigua quædam guttula. Pariter in lib. de cibis ca. 4. inquit, quod quidam putant pulmonis

Vlceris inueterati ſigna.

Quomodo phthiſis ab alijs vitijs cum quibus affinitatem habet diſtinguat.

Maraſm⁹ quid.

Hectica ſenectutis.

Prognoſtica.

*Gal. 1. de alim. fac. c. 2. prope ſinẽ. & 1. de humor. pag. 5. H.*

*Gal. 1. de loc. 15. & 6. de loc. 3.*

*Gal. 1. de humor com. 24 & 1. de loc. 6. 5.*

*Gal. 4. de loc. cit.*

*Gal. 5. met. 12.*

*Gal. 3. aph. 13. & 7. in 6. epid. 15.*

*Gal. 1. in 1. epid. 18. & Hip. 3. in 3. epid. 11. & 70.*

*Hip. 5. aph. 9.*

*Hip. 3. aph. 29. & 5. aph. 9. Gal. in com.*

*Gal. 3. aph. 22.*

*Hip. 3. aph. 10.*

„ monis vlcus ſolo lactis vſu ſanari poſſe: ſed priuſquam magnum & calloſum reddatur. q̃d
„ ſi fuerit admodum ſuperficiale, vt tantummodo pellicula pulmonem inueſtiens afficiatur, &
„ vlcus ſicciſſimum ſit, facile ſanantur, quemadmodum curati ſunt, qui poſt peſtilentiam à Gal.
„ memoratã, exanthematis vlceratis, ſed ſicciſſimis, fuere correpti. ſed tum nomen phthiſis non
„ meretur. A puris aũt ſputo phthiſis, & fluxus, dicebat Hip. qui fluxus, & de capillorum deflu-
„ uio, & de humida deiectione interpretatur Gal. cum vero ſputũ retinetur moriuntur. nã eo- *Hip. 7. aph*
„ uſque, dicebat Gal. extenuati viuunt, donec per ſputũ pulmonem expurgare poſſunt; cũ vero *16.*
„ intus manet, clauſis ſpiritus vijs, ſuffocantur. ita dicebat Hip. qui tabe moleſtantur, ſi ſputum *Gal. in com.*
„ quod extuſſiũt, graueolet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, lethale: ait autem *Hip. 5. aph.*
„ Gal. quod defluuiũ capillorum nota lethalis eſt, quia & maximus alimẽti defectus oſtenditur, *11.*
„ & aliquando humorum corruptio. & poſtea idẽ Hip. ita ſcribit. quibuſcunq; tabe laborantib. *Gal. in com.*
„ capilli à capite defluunt, ij alui profluuio ſuperueniente, moriuntur. nam loquitur de ijs, qui *Hip. 5. aph.*
„ ex tabe iã morti vicini ſunt, vt exponit Gal. & hic caſus & mala cauſa, & malum ſignũ eſt. fit. n. *12.*
„ ex virium imbecilitate, quæ præterea ex ipſo caſu imbecilliores fiunt. & rurſus Hip. A tabe ha- *Gal. in com.*

**Scopi. & Curatio. Communia.**

bito profluuium alui ſuperueniens, lethale. nõ tamen ita ex proximo, neq; tam cito ſequitur
mors, vt notat Galenus, ſicuti cum defluuiũ capillorum adiungitur. Et dum vlcus fuerit par- *Hip. 5. aph.*
uum, curatio quæ venarũ eroſioni fuit propoſita in ſuperiori capite, ſufficiens erit. ſi fuerit ma- *14.*
gnum & iam progreſſum cũ Gal. callo inducendo ſtudendum erit, ne vlcus vlterius progre- *& Galen. in*
diatur. Circa totius aũt expurgationem, quæ ex ſuperius propoſitis elicitur, animaduertendũ *com.*
purgantia à Raſi improbari, quia reſpicit ad hecticã, & ad vlcus, ratione quorum non conue- *Galen. 4. de*
niunt; ideo maxime cauendã alui lubricitatem præcipit. A Meſue autem & Auic. proponũtur *loc. 8. poſt*
totum expurgantia, quoniam reſpexerunt ad cauſam vlceris efficientem, & fouentem, veluti *med.*
eſt deſtillatio, quæ ſi fuerit connexa, vtendũ purgantibus, ſed mitiſſimis, propter fluxus peri- *Raſ. 9. ad*
culũ, & præmiſſis præparantibus; nam vitioſis humorib. expurgatis, & optimo ſanguine ad vl- *alm. c. pro.*
cus fluente, melius caro generatur, vlcus impletur, & facilius cicatrix inducitur. Tandẽ circa
purgationem memoria tenendum, quod Hip. & Gal. animaduerterunt, ſcribentes, Tabidos
cauere debere ad ſuperiora purgationes, veritos, ſ. ait Gal. inſtrumentorum, quæ reſpirationi *Hip. & Gal.*
obſeruiunt, imbecillitatẽ. & per tabidos intelligere oportet vel eos, qui tabẽ patiũtur, vel eos *4. aphor. 8.*

**Topica.**

qui ad eam ſunt natura proni. Quantum attinet ad peculiaria medicamenta, intrinſecus aſſi-
duus ſit vſus ſacchari roſ præcipue antiqui cũ bolo armeno, quia admirabiliſſimus eſt, ẽt per
ſe ſolus. Bolus aut Armenus mirũ in modũ extollitur à Gal. 9. ſimpl. ſer. de terra ſamia. vlcus. n.
pulmonis deſiccat, vt haud etiam tuſſiant, niſi in victu peccetur non leuiter, aut ambiens de re-
pente ad intemperiem recidat. Vel ẽt vtantur electuario ſuperius propoſito ad ſanguinis ſpu-
tũ, quia inducunt callũ. Sed præſertim antequã iaducatur, & in eo inducendo, oportet, vt ma-
teria purulenta per interualla, ſed mitiorib expurgetur, vt ſyrupo de farfara. de liquiritia, ſo-
lis, vel cũ aqua hordeacea, ſemper tamen miſcendo aliquid pulueris pulmonis vulpis ẽt in ſy-
rupis. ita theriaca recens, & ſimilia ad incraſſandam materiã optima ſunt, vt in deſtillatione di-
ctũ eſt. quidam vero ad vlcus tum expurgandũ, tum implendum, & agglutinandum hoc me-
dicamento vtuntur. Recipe looch de pulmone vulpis, de pino an. drach. 1. ſyrupi myrtini, de
hyſſopo, de liquiritia, mellis roſ. an. vnc. 1. ſ. boli armeni, terræ ſigillatæ, lapidis hæmatitis ana
ſcrop. 1. radicis conſolidæ drach. 2. dyatragacanthi drach. 3. miſce pro eclegmate, & illud pau-
latim deglutiant, ſupini permanentes, quia ingreditur tracheã, ſicuti maniſeſte ſentiebat, qui
„ habebat vlceratã tracheã, à Gal. relatus. Quidam alij habent hunc ſyrupũ pro magno ſecreto
„ ad vlcus pulmonis, ℞. hordei mundi bene cremati vnc. 6. cancrorum fluuialium craſſo modo
„ contuſorum, prius tamen abſciſſis partib. extremis, & bene lotorum cũ lixiuio calido, furfu-
„ re groſſo, & modico ſalis, vltimo cũ aqua frigida clara ter vel quater, numero 2. capillorũ
veneris, politrici prius bene contuſorum, an Man. 1. ſ. parietariæ, verbenæ, hyſſopi. henulæ cã-
panæ, tapſi barbaſſi, foliorum vrticæ, farſaræ an. Man. 1. baccarũ lauri, ſeminũ papaueris albi
an. vnc. ſem. iuiubarum, ſebeſten, paſſularum, acetoſæ an. vnc. 1. carnis teſtudinis prius lotæ in
vino albo vnc. 2. miſce & bulliant omnia ſimul ſecundũ artem ad perſectam decoctionem, ex
qua capiantur lib. 3. ſacchari albi lib. 2. miſce fiat ſyrupus magiſtralis. ℞. huius ſyrupi vnc. 3.
aquæ limaciarũ, capillorũ veneris, maluarum an. vnc. 1. miſce & capiat bis in die ſtomacho va-
cuo. Confectio vero pro eis ita ordinatur, ℞. boli armeni orientalis partes duas, dyadraganti
part. 1. cum ſaccharo diſſoluto in aqua capillorum veneris fiat confectio, in rotulis, ad pondus
drach. 2. pro ſingula, & capiẽt ad libitum. Sed dũ vlcus eſt in aſpera arteria, iubet Gal. 4. meth,
c. vlt. vt æger ſupinus medicamenta quã diutiſſime in ore teneat, ac omnes, qui illic ſunt, mu-
ſculos relaxet, remittatq; influit. n. ſic ſenſim & paulatim de meditamento aliquid ſenſibiliter
in tracheam. Extrinſecus tẽpore concoquentiũ pus applicentur emplaſtra ex althea, ſemine li- *Aet. lib. 8. c.*
ni contuſis, cũ decoctione maluarũ, altheæ, ſœnigræci, oleo & melle mixtis. Tempore repurgã- *67.*
tiũ vtendum epithemate ex therebinthina, oleo irino, butiro, medulla ceruina, adipe tauri, fa-
rina iridis, oeſypo parib. port. mixtis. tempore cicatrizantium vtendum oleo roſ. myrtino cum
acacia, malicorio, hipociſtide, allumine, galla, rho obſoniorum, & vrgente neceſſitate addito
ammoniaco, pice, cera, viſco quercino, & ſemine apij. quæ omnia etiam in vlceribus intrinſe-
cis thoracis conuenientiſſima ſunt. Sed potiſſimum in alimentis inſiſtendũ eſt. & inter cætera *Gal. de cib.*

**Victus ratio. Lac.**

maxime ab omnib. extollitur vſus lactis: nam parte ſeroſa detergit, caſeoſa conſolidat, buti- *bon & mali*
roſa humectat, & hecticæ reſiſtit, præcipue vero laudatur muliebre, & ex vberibus exuctum, *ſuc ca. 4 &*
vel in duplici vaſe proiectum, vt ſtatim calens adhuc in ægri ventriculum transferatur. ſi *de maraſmo*
muliebre tenuant, detur aſininum quod tenuiſſimum eſt, & valde ſeroſum, & ideo mini- *vlt & 5. &*
me coagulatur, & quamcitiſſime diſtribuitur. ſi non reperiatur, detur caprinum, aut vacci- *7 meth.*
num, nam caprinum inter cætera moderate ſe habet. quod ſi cogatur in ventriculo, pauxil- *Hip. 5. aph.*
*64.*

lum

lum mellis tepidi præſertim roſati immiſceatur.nã ſine melle ſumptum,potiſſimũ caprinum,
periculoſum eſt, & vt æger facilius, & paulatim aſſueſcat, detur primo ad vnc. 3. deinde ad
4. donec perueniatur ad 6. vel plures pro natura & conſuetudine ægrotantis. & primo de-
tur ſemel in die,poſtea bis;poſt cuius aſſumptionem non dormiat,nec cibum ſumat,ne in ven
*Hip. 5. aph. 64.* triculo corrumpatur, aut ad caput euaporet. Prohibent autem lac dolor capitis, & potiſſi- *Lac prohibentia.*
mum febris putrida, febris intenſa. ideo dum adeſt febris, cum Raſi vtandum ptiſana parata
cum iure optimarum carnium cum earum contuſo, virtute debili exiſtente,& cum lacte amy
gdalino,donec febris recedat; qua remittente, rurſus lac exhibendum,& ſi ventris lubricita-
tem inducat, ei aliquod adſtringens permiſceatur, vt corallium rubrum, hypociſtis,vel ſimi
le.ſi tuſſis infeſtet,miſceatur tragacanthũ; ſi flatus multiplicetur,miſceatur ciminũ, vel ſemẽ
*Aet. l. cit.* carui,vel vbi timemus febrem,dyathodon. Quod ſi lac decoquatur, & chalybeetur, minus
flatus inducit,& ventrem ſiſtit.cancri autem fluuiatiles crudi,triti,vel etiam cocti cum lacte
potati maxime conferunt. reliqua cibaria, quæ potiſſimum ratione conſumptionis phthiſi-
cis conueniunt, in ſermone de ſiccitate ventriculi,& de hectica febre erunt requirenda, vbi
etiam proponitur balneum aquæ dulcis temperatæ, quo ratione maciei in phthiſi iam decli-
nante vti expedit. Sed aduertendum, quia virtus debilis & partes ad attrahendum inualidæ
*Gal. 7. met. 6.* ſunt, ideo non ſemel,aut bis eos cibare conuenit, ſed ter, vt iuſſit Gal. Pro potu vtantur aqua
cœleſti, ſeu pluuiali. ſed potiſſimum aqua hordei, vel etiam aqua mulſa, vt volunt Pau. &
Aet.nam mel quia extergit,vlceri non nocet,& aliorum medicamentorum (cum pectori ami
ciſſimum ſit) vt celerrime digerantur, & ad locum affectum deferantur, eſt veluti vehiculũ:
& hac de cauſa,quamuis mel tanquam calidis maraſmis & hecticæ febri aduerſiſſimum (nã
*Galen. 10. met. 11. & lib. de maraſmo c. 9. Gal. 4. met. 7.* facile vertitur in bilem) à Gal. improbetur, attamen cum ex aqua mulſa maius ſit iuuamen-
tum ratione exterſionis, & vehiculi, quam nocumentum, ideo probatur etiam ab eodem
Gal.Ita pro potu licet vti decocto liquiritiæ. & vbi vires labantur, & pauca fuerit inflamma-
tio, & æger multo vino fuerit aſſuetus, poſſumus concedere vinum oligophorum tenue, &
ſubdulce, ſed temperatum cum aqua hordei, & ſolum in cibationibus. Aeris autem muta-
rio de non natiuo ad natiuum, vel de natiuo ad regionem magis conformem, & præcipue
ad aerem magis denſum, optime confert. Sicuti è contra, vt monet Gale.in pulmonis vlcere
*Gal. 7. in 6. epid. 13.* frigidi aeris inſpiratio vitanda eſt, ſiquidem frigus vlceribus inimicum, & pulmo rarus, te-
nerq; eſt. & hæc de phthiſis curatione dicta ſint. Verum quoniam melius eſt ab ipſa homi-
nes præſeruare, idcirco quamprimum aliquem ad ipſam procliuem conſpicimus propter v- *Præſeruatio.*
nam vel plures ex iam enumeratis cauſis,ſtatim occurrandum cum iis, quæ cauſas iam dictas
abſcindunt, & cum pulmonem roborantibus, & exiccantibus. ideo pulmo vulpis ſecun-
dum artem paratus,liquiritia, & ſuccus eius, & capilli veneris, grana myrti, rhob, aut ſy-
rupus eius ſeparatim, vel iunctim, cum ſaccharo optime condita, maxime probantur.
Vnde ad pulmonis roborationem & expurgationem præſtantiſſimum eſt medicamentum,
quod recipit pulmonis vulpis ſicci, ſucci liquiritiæ,capillorum veneris,ſeminum fœniculi ana
fiat confectio cum rhob, aut ſyrupo myrtino.Galenus vero ad fortem exiccationem ſe con-
uertens, vtitur magnis confectionibus, ambroſia, & athanaſia, nec non hedycroo ad odo-
randum naribus iugiter adhibito, & quum ad ſomnum ſe conuertebant, narium foramina
*Galen. 4. de ls 8.* aliquo ex precioſis vnguentis, quæ foliata, & ſpicata uocant,illinebat. Emiſſio autem ſemi-
nis immoderata, ut ait idem, reddit homines ad tabem procliues. Denique pro præſeruatio-
ne animaduertendum,vt dum tabes fuerit confirmata, & humiditas radicalis incœperit ab-
ſumi, eorum conſortium, quo magis fieri poterit,caueatur. ideo optime faciunt qui poſt ip-
ſorum obitum omnia ſuppellectilia, & præcipua lectulos comburunt, parieteſq; dealbant.
*Gal. 8. in 6. epid. 38.* nam malum maxime contagioſum, & robuſtiſſimos quoſque ai ſuccumbere in praxi frequen
tiſſime obſeruauimus.

## *De vitijs Diaphragmatis.* *Cap. LII.*

INTER Muſculos reſpirationi obſeruientes diaphragma,vt in ſer
mone de læſa reſpiratione dictum fuit, principatum obtinet. ideo
quamuis in infima thoracis regione ſituatum eſt, attamen antequã
de cordis vitijs agamus,de iis quæ diaphragma, quod alio nomine
ſeptum tranſuerſum appellatur, obſidere conſueuerunt, paucifſi-
mis tractare decreuimus, tum vt omnia reſpirationis organa ex-
plicata ſucceſſiue remaneant, tum quia ex his, quæ in capite de
pleuritide, & potiſſimum de læſa reſpiratione propoſita ſunt,facil-
lime colligi poſſunt; tum quia diaphragmatis vitia non alia ſym-
promata infligunt,quam quæ interiora thoracis obſidere diximus,
atque iiſdem fere ſignis præterquam doloris ſitu, & nonnunquam
mentis alienatione, ſe produnt; quod ſæpe in pleuræ inflammatione, dum ſepto tranſuerſo
communicatur,contingere cernimus; tum demum,quia iiſdem remedijs,quæ in pleuritide,
& alijs thoracis,& pulmonis vitijs adducta fuere, profligantur. Diaphragmatis tamen vitia
magis familiaria ſunt tumores potiſſimum calidi; & interdum, licet rarius, etiam frigidi &
duri,qui ſenſim tabe laborantes citra vllam delirij ſpeciem conſumpſerunt. Sed frigidi, ut
poſt apparebit ex Gal.auctoritate, fiunt potius in eius parte neruoſiore propter paulatim fa-
ctam congeſtionem,quia cum ex frigido alatur ſanguine, talia reſultant excrementa. ex flu-
xione

xione vero ſolum calidi in eadem præſertim parte fere generantur. omnes autem quicunque ſint, ex eo potiſſimum deprehenduntur, quod hypocbondria contenta ad interiora vergunt, nam à ſepto tranſuerſo partes vicinæ trahuntur. Verum circa tenſionem hanc, illud cum Gal. notandum eſt, quod ſeptum ipſum tranſuerſum tribus de cauſis tenditur. nam interim tenditur in pleuritide propter magnitudinem inflammationis, quæ membranam coſtas ſuccingentem obſidet: interim vero ob originem neruorum, quæ ad ſe neruos, qui ad ſeptum tranſuerſum pertinent attrahit: interim vero ob ſuam ipſius inflammationem, vel flammeam diſpoſitionem propter quam areſcit. id autem ex ſignis vel proprijs, vel alterius partis affectus indicantibus, diſtinguere non erit difficile. Inquit autem Gal. 4. de præſagio ex pulſu cap. 5. quod nulla pars affectu tenſionem perinde infert arterijs, ac ipſum affectum ſeptum tranſuerſum, præcipue ſi neruoſa eius pars ſit affecta. Et ſi à ſolis excrementis in ipſo exiſtentibus, citra febres intendatur, dolor & diſpnoea à primo conſequitur: poſtea putreſcentibus excremẽtis febrem citant: ſi ex fluxione in ipſum incũbente tendatur, oportet vt hæc omnino vel flauæ bilis, vel calidi & tenuis ſanguinis ſit, quia ob denſitatem craſſum ſanguinem, & lentam pituitam non recipit. & hi delirabunt neceſſario, pulſumq; habebunt inſigniter durum, & ſubinde paruum, & propter ambo hæc, & calorem copioſum, ſubinde crebertimum. Pulſus vero ſepto tranſuerſo affecto ſine febre, durus eſt, & paruus, non tamen crebrior, aut parum admodum. At vero omnia ſymptomata, quæ magnis pleuritidibus accidunt; reſpondent ſymptomatibus partis neruoſæ ſepti tranſuerſi, tum quod pleura multis neruis prædita ſit, tum quod ſepto tranſuerſo adhæreat, membraniſq; thoracem interſepientibus, per quas ad eas continuatur. Pleuritici tamen minus delirant, quam ſi ſeptum tranſuerſum ſit inflammatum, quia propius principium emittuntur nerui ſepti tranſuerſi. Huius autem affecti curatio ex curatione pleuritidis patet.

*Gal. 5. præſag. com. 10. Gal. 2. in 3. epid. 2. Hip. li. de his quæ fiũt in med. Ari. 5. de generat. anim. c. 16. Hip. 2. de vul. morb. Gal. paſſim in 6. de pla. & 7. de pla. c. 3. in prin. & 6. de vſu par. c. 8 in fi. et Pl. in Tim. & 4. de Rep. Gal. 1. de humor cõ. Tex. 2. pag. 2. lib. 10.*

## *De Virtutibus Cordis. Cap. LIII.*

*Cordis facultates enumerantur, & earũ neceſſitas demõſtratur.*

CVM inter omnia humani corporis vitia, ea, quæ cor affligunt, & cognitu, & curatu difficillima ſint; nos de ijs tractaturi accuratiſſimi eſſe debemus. Quare eo Duce, qui ſolus intuetur cor, ab ijs, quæ ſunt facillima (quemadmodum nos docuit Hippocrates) & ob euidentiam ab omnibus conceduntur, exordientes, ſtatuamus ex communi omnium Philoſophorum, & Medicorum ſententia, cor eſſe vitæ principium; eſt enim illud, vt inquit Philoſophus, quod primo viuit, & vltimo moritur. Accipiamus præterea, ex communi quoque omnium conſenſu, ipſum iraſcibilis facultatis, quæ à nonnullis animoſa quoq; vis ſolet appellari, principium eſſe. Illud quærere deſinentes, vtrum vis iraſcibilis pars animæ, vel ſpecies, vt ait Plato, vel potius, vt voluit Ariſtoteles, animi potentia, ſeu facultas ſtatuenda ſit. Huius facultatis, ſiue animæ partis neceſſitas communiter in cunctis animantibus eſt vitæ conſeruatio; ea ſiquidem, vt ait Galenus, in perturbationibus, (vtpote dum animal ab alio iniuriam patitur vel in corpore, vel in cibo, vel alia quapiam re, quæ vitæ neceſſaria ſit) eſt quaſi feruor quidam inſiti caloris, cum anima vindictam ſumere de eo cupit, quod videtur offendiſſe. Quid enim prodeſſet ſenſibus ipſis, ea, quæ offendunt, cognoſcere; niſi meritò iraſcibilis, ſeu animi tenoris, atque conſtantiæ offendentium iniuriæ propugnarentur? Quid nobis præſtaret pernicioſarum rerum cognitio, ſi eæ vnius timoris ope non euitarentur? Particulariter autem in homine conducit ad bene viuere. propterea dicebat Galenus, ex mente etiam Platonis, generationem ipſius fuiſſe neceſſariam, vt contra concupiſcentiam, ratio eam adiutricem haberet. Accipiamus tertio cor fontem eſſe, & radicem caloris innati, qui quidem calor tum propter vitam, tum propter virtutem iraſcibilem fuit neceſſarius: Propter vitam, quoniam in viuentibus ipſius animæ præcipuum inſtrumentum exiſtit: anima vero viuendi principium eſt, dicebat Philoſophus, qui vitam vno calore contineri, ſine calore autem neque animalia, neq; ſtirpes viuere tanquam protritum, & omnibus notiſſimum memoriæ mandauit; mortemq; ipſam caloris extinctionem eſſe definiuit. Ipſum porrò iraſcibili animæ parti, apprimè neceſſariũ eſſe, demonſtrauit Galenus, ita ſcribens de mente Platonis. Summè calidum iracundiæ viſcus eſſe neceſſe eſt, concupiſcentiæ vero nõ iræ, & tum ſicut arteriarum, ita ſpirituoſi, & feruentis ſanguinis cor eſt principium, & fons, vt ex hoc iracundiæ ſedem in eo locatam eſſe facile cognoſcamus. & Plato dicebat, cor eius ſanguinis fontem eſſe, qui per omnia membra vehementer circumfunditur. is autem nullus alius eſt, niſi calidior, arterioſusq;, cuius rationem ſubdens Galenus, inquit, vt cum iræ vis imperio rationis feruefceret, vbi iniuſtum aliquid, ſiue extrinſecus ab alijs, ſiue intrinſecus à libidinib. perpetraretur, continuo quicquid in corpore ſenſiuum eſt per omnes meatus, iuſſis, minisq; ſatellitis, apparitoriſq; perceptis, exaudire, atq; obedire poſſet: & ita rationẽ omnino ſequeretur, & eam tanquã in homine præcipuã dominari in omnib. ſineret. Quem poſtea Philoſophi poſteriores imitati, definitionem iræ caloris, qui in corde eſt, feruorẽ eſſe tradiderũt. ſtatuamus inſuper tanquam notiſſimũ calorẽ hunc tum in ſubſtantia, & proprio ſubiecto, tũ inæqualitate moderatione indigere, ne, ſ. aut diſſipetur, aut ſuffocetur: quo fit vt in corde altera facultas fuerit neceſſaria, quæ à Gal. Pulſatilis nuncupatur, dũ aſſerit huius facultatis cor principiũ eſſe. & rurſus idẽ dicebat, ex cordis agitatione inſiti caloris proportionẽ æquabilẽ conſeruari. Cũ n. à pulſatili facultate cordis motus proficiſcatur, is vt vitalẽ calorẽ moderetur,

*Gal. 7. Pla. c. 3. in prin. Galen. 6. de Pla. c. 2. prope fin. Galen. 6. de vſu part. c. 7. poſt medium. Ariſt. 2. de anima tex. 41. et 2. de pa. anim. c. 7. & li. de ortu, & interitu. Ariſt. lib. de Rep. c. 4. Galen. 6. de Pla. c. 8. circ. finem, et in 6. c. vlt. Plato in Tim. pag. 9. circa med. Gal. locis nu per citatis, & Pl. 4. de Rep. Gal. 6. de Pl. cap. 8. cir. finem. Galen. 6. de plac. c. 4. in prin. & 7. de an. adm. c. 8. circa fi. Galen. 6. de plac. 8. poſt mediam, & lib. de vſu pulſ. Gal. lib. de pulſ. vſu c. 2. c. 7. & 8.*

tur,

tur, ex diaſtole conſtat, in qua cor vndequaq; dilatatur, vt aere, tenuiq; ſanguine tracto inſitum calorem temperet, ſpirituique pabulum ſubminiſtret, & ſyſtole in qua conſtringitur, vt fuliginoſam ſpirituum ſubſtantiam exuſtione comparatam expellat, & influẽtem calorem ſingulis corporis partibus diſtribuat, vt iure contrarij motus in oppoſitos fines conſpirent: dilatatio ſiquidem frigidum, & alimentum attrahit: conſtrictio vero calidum, & excrementum expellit. Tandem altera quoque proprietas, ſeu facultas in corde de neceſſitate requiritur, quæ (ſi noua licet fingere nomina) ſpiritus genitrix nuncupari poteſt. nam vbi pulſatili virtute aer, tenuiſque ſanguis fuerit attractus, tum facultas hæc in has materias ſubiectas agẽs, illas optimè concoquit, & ſpiritus vitales appellatos procreat. cui quidem muneri obeundo, motus ipſe pulſatiuus ſummopere opitulatur. à cordis enim aſſidua agitatione, & motu perenni, aerea, ſanguineaque ſubſtantia adeo exactè ſibi inuicem permiſcentur, & extenuantur, vt facillimè in ſpirituum naturam abire queant. vnde quemadmodum poſt ciborum attritionem ventriculus in eos proprias vires exercens, meritò chilificatricis proprietatis, vt ait Galenus, & adiuuante calido, chilum gignit. Eodem prorſus modo, poſt aeris, & ſanguinis mixtionem, & attritionem, à ſpiritus creatrice facultate, adiuuante viuidiſſimo cordis calore, ſpiritus vitales generari opinandum eſt. Statutum igitur ſit, in corde præter vitam, & innatum calorem, in quo vita conſiſtit, tres facultates ſiue proprietates, quæ ad vitæ, caloriſque conſeruationem diriguntur, fuiſſe neceſſarias. Quare cum tria ſint principia (veluti dicebat Galenus) à quibus animalis iam geniti diſpenſatio fit: hinc apparet, cur quemadmodũ ea, quæ in cerebro, & iecore vigent, triplicem habent proprietatem: (animalis enim facultas rectricem, ſenſibilem, atque motiuam proprietatem expromit: vegetalis autem altricem, auctricem, & generatricem tanquam propagines germinat.) ita principium illud, quod in corde firmiſſimam ſedem retinet, triplici quoque proprietate iraſcibili nempe, pulſatili, & ſpiritus genitrice fuerit inſignitum. Verum hoc in loco ambiguitas inſurgit perardua quidem illa, ſed ad vitiorum cordis illuſtrationem, depulſionemque apprime vtilis. Hanc verò prius non aggrediar, quàm eorum hominum genus, qui non niſi morborum remedia, & ſigna quærunt, commonefaciam, vt ijs, quæ hucuſque in hoc diſcurſu tradita ſunt, ſuppoſitis, & rectè memoriæ mandatis, cæteris omiſſis, ad quinquageſimum quartum cap. quàmprimum ſe conferant: non minus enim morborum cordis profligationem aſſequi poterunt. Illi autem optimi viri, qui perueſtigandæ veritatis amore flagrant, has, quæ ſequuntur, contemplationes, quæ veluti virtutum cordis anatome quædam, eius lapſus præter naturales ſummopere poterunt dilucidare, ſemel ſaltem videre voluptatis gratia non recuſabunt. Quibus exordij loco illud idem prælibare arbitratus ſum, quod Diuinus admonuit Plato in Timęo, vt ſcilicet in perarduis, difficillimiſque rebus, probatiſſimas exactiſſimaſque rationes non expectent; ſed ſatis me feciſſe putare debebunt, ſi non minus probabiles, quàm quiuis alius, rationes attulerim. qui enim fieri poteſt, ſi ſectæ peripateticæ Principes probabilia ſequere, vt à me omnium nouiſſimo neceſſaria metantur? Aequum igitur ſit meminiſſe, & me, qui diſſeram, & illos, qui iudicabunt, homines eſſe, vt ſi probabilia dicentur, nihil vlterius requirant. His præmonitis, ad difficultatem me conuerto, quæ conſiſtit in hoc. Plantæ, tametſi neque vita, neque innato calore ſint deſtitutæ, eæ nihilominus pulſatili facultate caruere. quæ igitur fuit in animantibus huius neceſſitas? Nec tollitur difficultas, ſi dicamus ſtirpes eſſe corde priuatas, quia ſtatim quis poſſet inſtare cum Ariſtotele in his particulam aliquam cordi proportione reſpondentem reperiri. Exempli gratia, partem in ſtirpibus inter radicem, & truncum interpoſitam (quæ radicatio à Gal. nuncupatur) Ariſtoteles cordi comparauit, vt quid igitur pars illa, quæcunque ſit, pulſatilis eſt virtutis expers? Quòd ſi altera ex parte Ariſto. in hac re ſuſpectus habeatur (nam profectò radicatio iecoris potius, quàm cordis ſimilitudinem, ſpeciemque præſeferre deprehenditur) cur igitur animantia præſtantiora eam obtinuerunt? Cauſæ profectò plures ſunt, quarum vna colligitur ex his, quæ referuntur à Galeno, ea autem eſt vt animali facultati opituletur, & ei pabulum, & materiam copioſam ſuggerat, ex qua demum ſpiritus animalis ad ſenſum, & motum idoneus, & ſufficiens proferatur; vnde dicebat Gal. naturam arteriarum textum vocatum mirabilem excogitaſſe, vt materiam eam, quæ in arterijs continetur (ea eſt ſanguis calidus, tenuis, & halituoſus) longo tempore conficeret, & ſimul animali, qui in cerebro eſt ſpiritui, copioſum alimentum præpararet. Sanguis autem calidus, tenuis, & halituoſus in decenti copia conficitur, potiſſimum in virtute illius, quæ in corde, & arterijs fit, agitationis. Quod autem ſpiritibus animalibus reparandis conſerat cordis, & arteriarum pulſus, idem Gal. experientia comprobauit. dum .n. carotidibus, quæ in collo habentur, dictis arterijs vinculo exceptis animal currere coegiſſet, primo quidem per aliquod ſpatium probè cucurrit, paulo vero poſt languidius, & tandem currere non potuit, ceu ſpiritu animali in motum voluntarium copioſè conſumpto: cum is quieſcente animali diutius perduraret. Qua quidem cauſa tanquam vera ſuſcepta, Fernelius aliam tradit, dum facultatem hanc altricis virtutis actiones integrare, & abſoluere commemorauit, quod, vt magis patefaceret, dicebat, Animantium genus cum ſtirpibus commmunem habet altricem, eamq; in iecore poſitam, ſed præſtantioris ordinis, & dignitatis, omnem quippe nutriendi functionem animalia lege quadam, & ratione perfectione complent: nam ſtirpi alimentum eſt ſuccus impurus, & lutulentus, animanti, quod iam multiplici mutatione eſt præparatum. Hæc Fern. qui forſitan cum videret hoc eſſe ſatis dubium, nam pleraq; animalia terreſtri alimento, lutoque veſcuntur, omitto, quod vbi alimentum eſt magis rude, requiritur calor magis veges; ideo ex Galeni teſtimonio, ſpleni vtpotè quod veſcitur ſanguine craſſo, atque limoſo, innumeræ fuere arteriæ condonatæ, vt craſſities alimenti pulſuum, & caloris beneficio extenuaretur: Et ideo præter obiectum altricis, addidit etiã functionem

eius,

*Galen 6. de plac. 8. poſt medium, & lib. de vſu pulſ.*

*Gal lib. de pulſ vſu ca. 2.6.7. & 8.*

*Galen 3. de ſym cau. ca. 1. circa medium.*

*Galen. 7. de plac. 3. in prin.*

*Gal de differ ſympt. c. 3.*

*Gal. lib de facult. nat. cap. 5.*

De pulſatilis in animantibus neceſſitate, & cur ſtirpanimalia, & ſtirpes ea fuerint deſtitutæ.

*Gal. 2. de offic. Medici, Tex. com. 9.*

*Galen. 6. de plac. cap. 3.*

*Gal. lib. de vſu pulſ. c. 2*

*Gal l cit.*

*Fern. lib 4. c. 16. & 17. circa fi.*

*Cap. 16.*

*Galen 4. de vſu par. ca. 15.*

eius,& modum agendi eſſe diuerſum,ita ſcribens. Facili, promptáque coctione, & rudi qua-
dam alimenti conuerſione ſtirpes aluntur: animantes autem non niſi vtilis alimenti multifa-
riam facta concoctione,qua longa rerum ſerie,in ſanguinem;ac demum in corporis ſubſtan-
tiam conuertitur. quare neceſſe eſt omnino vim quandam præſtantiorem in animantibus nu-
tritionem moliri, eamque aut generis cuiuſdam eſſe præſtantioris, aut acceptis aliunde viri-
bus,adiuuari.hac ratione perfectis animantibus cor tributum eſt,cuius calor, & facultas toti
corpori,maximè vero iecori,& cerebro impartiretur,omniumque functiones,& munera com
pleret. Hac ratione aſſignata,& ſi non paruam probabilitatem includere videatur, ea tamen
non contentus,tandem adhuc magis probabilem aſſignare conatur,inquiens. Cæterum hæc
ipſa vitalis facultas non modo cæteras omnes,cum rudes adhuc ſunt,& inchoatæ perficit,ſed *Cap. 16. circa fin.*
etiam eaſdem quoad viuit animal tuetur,& ad agendum impellit, hoc autem comprobat ex-
perientia,namque non ſolum in arteriarum interceptionibus, verum etiã in ſincope tantiſper
dum vitale robur corporis partes non illuſtrat, reliquæ quoque facultates omnes pariter in-
termiſſionem faciunt, & tanquam attonitum repente corruit animal; mox autem vt vitale
robur excitatum reuixerit,ac ſe ipſum collegerit,omnes illæ quaſi recreatæ recurrunt. Verũ
hæ à Fern.rationes adductæ,& ſi ſatis probabiles ſint,inſtantijs tamen non carent.Nam dice-
rent Ariſtotelis ſectatores,in animantibus ab altrice præſtantiorem nutritionem edi,& hanc,
quemadmodum & reliquas omnes eorum facultates ad agendum impelli in virtute vnius na-
tiui caloris,qui in ipſis vberior,quàm in ſtirpibus reperitur:nõ autem alicuius facultatis, quæ
à naturali ſit diuerſa.ad quid igitur entia fruſtra multiplicanda ſunt? cum calor in plantis ab
animantium calore,non natura,& eſſentia,ſed remiſſionis,& intenſionis modo tantummodo
differat? Verum ne quis incautè decipiatur, exiſtimans nos pulſatilis,Fernelium vero vitalis
facultatis,& ipſius cordis neceſſitatem oſtendere,quia vitalis,& pulſatilis ſunt vnum, & idẽ, *Gale. lib. de*
quemadmodum apertè declarat Gal.dum ait, At quoniam pulſuum vitalis vis, quæ à corde *pul. vſu c. 6.*
manat,effectrix eſt.idem quoque confirmat Fern.dum vitalis præſentiam ex nullo alio demõ *in prin.*
ſtrat,niſi ex pulſatili exiſtentia,ſic inquiens. Perennis,& conſtans deprehenditur in nobis cor *Fern. li. 5. c.*
dis,& arteriarũ motio,cuius aſſiduitate perpetua eſt ſpirituum procreatio. hanc non animalis *13.*
facultatis opera fieri arbitramur,vt cuius motus omnis eſt ad arbitrium. cordis & arteriarum
motus non eſt in noſtra poteſtate.neque præterea hic à naturali facultate regitur, vt quæ cor-
poris nutritioni dumtaxat addicta eſt,& mancipata,nec tam apertos motus edere ſolet.& hęc
eſt illa ratio,quę ab omnibus ferè,veluti demonſtratiua ſuſcipitur.quare cũ nihil inter ſe diffe-
rãt pulſatilis,& vitalis: & nulla alia niſi in nomine reperiatur diuerſitas,de qua millies nos mo
nuit Gal.non eſſe curandum,& his,quæ à Fern.traduntur Medici tantummõ, non Peripateti-
ci ſubſcribant;tradamus nos eam quam magis præcipuam adhuc,& veriorem cenſemus, pul-
ſatilis facultatis neceſſitatem.Profecto,ſi vera veris connectenda ſunt,præcipua huius neceſ-
ſitas nulla alia põt eſſe (vt opinor) niſi virtus iraſcibilis, & hoc duplici de cã: nam primo cum
hæc,vt ex Plat.Gale.& omnib. Philoſophantib. oſtenſum eſt, feruido calore pro inſtrumento
vtatur,& ob id in viſcere calidiſſimo debuerit de neceſſitate locari,hinc neceſſaria fuit pro tã
ti caloris moderatione,& conſeruatione in quantitate,& qualitate,quemadmodum ſupra di-
ctum fuit,cordis,& arteriarũ agitatio, vt huius vi calor feruens eucutetur, ſpiritibus in quib.
calor conſiſtit aſſiduo pabulum ſubminiſtretur,& ex feruore comparatę fuligines expellãtur.
Secundo quoniam huius ope calor vehementer circumfunditur, hoc autem declarauit Gale.
hac verborum ſerie.Plato cor eius ſanguinis fontem eſſe dixit, qui per omnia membra vehe-
menter circumfunditur:qui.n.è iecore proficiſcitur non vehementer fertur,quippe cum neq;
ſpirituoſus ſit,neq; quæ eum continent venæ quicquam pulſent, at qui è ſiniſtro cordis ventri- *Gal. 6. de pl.*
culo prouenit,& calidior,& ſpirituoſus admodum eſt,& eius conceptacula pulſare cõſpiciun *c. 8. in fi.*
tur.Vt aũt Plat.intentio clarior euadat,notandum eſt ab iraſcibili virtute cunctos animæ affe
ctus prodire:hi aũt ſunt ira,manſuetudo,audacia,timor,ſpes,animi deiectio, gaudium,męſti
tia,& id genus alij,qui iam dictos conſequuntur: Horum aũt nonnulli materialiter fiunt per
caloris,ſpiritus,& ſanguinis expanſionem,vt ira,gaudium,& conſimiles: quidam per eorun-
dem cõcetractionem, vt timor,męſtitia,& alij eiuſdem naturæ: formaliter aũt hi oẽs nil aliud
ſunt,quàm appetitus quidam,& motus hi effectiuè conſequuntur appetitum, ſiue proſequen
di,quod delectat,vel fugiẽdi quod noxium eſt,quorum illum inſequitur caloris, & ſanguinis
expanſio:hunc vero motus oppoſitus nempe ad interiora retractio:nam horum motuum ope
appetitus iraſcibilis veluti amplexatur delectabile,& aufugit triſtabile. Sed motus hi nõ poſ-
ſunt fieri præcipuè expanſio ad exteriora,niſi merito agitationis cordis,& arteriarum, & fer-
uentis,ſpirituoſiq; ſanguinis,adhoc vt facillime foras, introve calor feratur. ideo iam liquet
cur iraſcibilis facultas,& viſcere calidiſſimo,& prædito aſſidua agitatione indiguerit. In ſtir-
pibus autem ſolus ſufficit tranſpiratus: nam & ſi in relatione ad humanum temperamentum
reperiantur ſtirpes non modo calidiores, verum etiam exurentes, hic tamen calor non ener-
gia,quemadmodum animantium calor,talis exiſtit,ſed ſolummodo poteſtate. deducitur au-
tem de potentia ad actum ſolum poſt ſtirpis corruptionem, & non ab intrinſeco, ſed ab ex-
trinſeco animantium calore. Ex his colligimus Fernelium verborum leporis magis, quàm
veritatis amicum,licet in multis non modo Auicennam,verum etiam Galenum ipſum (à quo
ſuorum dictorum maximam partem, & omne ferè fundamentum accepit) adeo libenter re-
darguat,tamen hac in re ſola multipliciter defeciſſe. Nam primo,non pulſatilis ſolummo-
do,quemadmodum fecimus nos, ſed ipſius cordis fruſtra quæſiuit neceſſitatem, his verbis:
Cum vnus homo naturæ, ſenſus, mentiſque viribus teneatur, ſitque naturæ vis altrix in ie- *Fer. lib. 5. c.*
core, reliquæ in cerebro, quid eſt, quod duorum iſtorum conſpiratione, & mutuis officijs *16. in prin.*
non ſatis gubernamur, & conſeruamur? quid præterea cor nobis additum eſt. qua impel-
lente neceſſitate conditum? quæ nam illius actio, quam iecur, & cerebrum non obeant?

& tandem iraſcibilis, quæ ab omnibus primo loco cordi deputatur, oblitus, & illius facultatis, quæ cuilibet vitæ generi (ſiue ea animalis ſit, ſiue vegetalis) accõmodatos ſpiritus producit, ignarus, addit. hæc quidem eſſe, quæ nonnulli inexplicabilia eſſe dixerunt, & nondum cõprehenſa. Secundo facultatis vitalis munia, & neceſſitatem afferre conatur. at vero ſi eius exiſtentiam ex pulſatilis præſentia demonſtrauit, dicerent Ariſtotelici hanc à pulſatili, vt ex Gal. oſtenſum eſt, non differre. itaq; pulſatilis, non autem vitalis debebat neceſſitatem indagare. cum nemo reperiatur, qui cordis, & arteriarum pulſum hucuſq; negauerit. vitalis vero à naturali diſtincta, ab omnib. non accipitur. Quod quidem intuitus Gal. neq; in libris de placitis Hippocratis, & Platonis, neq; in libro de vſu partium, vbi ex profeſſo de facultatib. ſiue principijs noſtrum corpus gubernantibus, & de ipſorum munijs, functionibuſque, pertractauit, de vitali facultate, ſiue animæ ſpecie, ſeu differentia vllam vnquam mentionem fecit. De iraſcibili vero mille in locis, ſicuti etiam pulſatilis meminit non ſolum loco ſupracitato, & millies in libris de pulſibus, verum etiam 7. de Plac. c. 3. imò vt omnem euitaret controuerſiam, calorem inſitum, vel innatum nuncupauit; vitalem vero locis citatis nunquam auſus fuit nominare. Tandem lapſus fuit Fern. dum non ſolum ſtirpanimalibus, quæ Græcis zoophita dicuntur, conchilibuſque, verum etiam cuilibet inſectorum animalium generi ne dum cor, ſed etiam partem, ſeu ſedem cordi vere propoRtionatam denegauit. Si enim Peripateticorum princeps ſtirpibus, quæ vita viuunt infima, ſedem hanc tribuere non dubitauit, cur nos animalibus altiorem vitæ gradum ſupra ſtirpes habentibus (ſenſus enim, tactus, & guſtus, qui ex Ariſtot. tactus quidam eſt, & motum ſaltem obſcurum obtinent) hanc eandem ſedem non tribuamus? nam in his licet cerebrum, & hepar non ſint manifeſta, cogimut tamen tum ſenſus, & motus, tum nutritionis principia, & horum principiorum ſedem aſtruere. nam & ſi ſanguine ſint deſtituta, ſuccum nihilominus, quo nutriantur, de neceſſitate requirunt: is autem ruber non eſt, quoniam cum omne ſimile in ſibi ſimile tranſmutet, particula iecoris vices gerens non eſt rubra. ad hæc ſi ex eodem Fern. cor, & vitalis facultas ſpiritibus animalibus pabulum ſubminiſtrat, nutricationem perfectiorem, & nobiliorem edit, & animalem, naturalemque facultatem perficit, & ad agendum impellit, cum munia hæc in inſectis magis perfecte, in conchis vero ſi non perfectiori quodammodo, ſaltem minus aperte debeant obiri: cur ea corde, vel cordis vicaria parte priuamus? An deſunt ſcriptores valde celebres, qui apum operationes admiratione dignas intuentes, eas alicuius prudentiæ participes faſſi ſunt? qui igitur fieri poteſt, vt particula adeo præcipua, & principali ſint orbatæ? Quare verius credendum eſt, quemadmodum alicuius reſpirationis expertia non ſunt, ita cor in ipſis minime deſiderari. Quod eo amplius rationabiliter opinari licet, quo eadem iraſcibili facultate, pro vitæ tutela non fuere quoquomodo deſtituta. Nam crabrones, veſpæ, & apes aculeo, dum irritantur, tanquam armis vtuntur, nullum autem animal timidum armauit natura, dicebat Galen. Porrò minus iraſcibilia ſunt conchæ, & zoophita, & reliqua huius claſſis animalia, quæ ſtirpibus proximiora ſunt, ideo cruſtis quibuſdam tanquam armis ſolummodo defenſorijs prædita ſunt, & laceſſita, quemadmodum lepores velociſſimè currunt, ita hæc ocyſſimè contrahuntur. Vnde ex his licet conijcere, quod conchilia ſicuti reſpiratione omnino carent (nam dicebat Philoſophus cruſtata, & mollia ab ambiente refrigerari) ita pulſatili virtute deſtituuntur, & id multis de cauſis: nam primo minimè ſunt iraſcibilia; ſecundo motu carent progreſſiuo: tertio quibuſdam ſenſibus ſunt orbata, & ideo minima copia ſpiritus animalis egent; quarto ſunt mollia, exanguia, & frigidioris temperamenti; quinto in elemento frigido degunt. Contra vero inſecta aliquatenus iraſcibilia, ſponte ſua huc illuc promiſcue feruntur, plures habent ſenſus; calidioris ſunt temperamenti, in elemento calido, vel ſaltem minus frigido vitam agunt. quocirca neceſſe eſt & pulſatilem vim, & cor ipſis ineſſe. & hoc pacto admirabilis natura, quemadmodum aſſueuit, à plantis quæ corde, & parte proportione ei reſpondente carebant, ad inſecta, quæ cor habuere, per media ſtirpanimalia, quæ partem obtinent cordi proportionatam tranſitum fecit. Quod nobis eiuſdem naturæ filius Ariſtoteles patefecit in libro de iuuentute, quo in loco licet etiam colligere cordis pulſationem, reſpirationem ipſam perpetuo comitari: nam calor in viuentibus, quæ cor habent, non modo pulſationis eſt auctor, verum etiam neceſſitatem afferr reſpirationis, ad ſui met ipſius conſeruationem. Sicuti enim generatio eſt prima participatio cum calido nutritiuæ animæ: vita autem manſio huius, quemadmodum eſt apud Ariſtotelem: ſic refrigeratio eiuſdem caloris eſt viuentis conſeruatio, atque incolumitas; vt idem Philoſophus docet, ac ſæpius repetit in libro nuper citato. in quo ideo ſcribebat, animalia minuta, & exanguia ab ambiente refrigerari, quorum vita breuior. Inſecta vero, & exanguia (nam omnia, quæ ſunt inſecta, ſunt item exanguia, vt ait Ariſtoteles in eodem loco) quorum tamen ſit uita diuturnior, ſub ſepto tranſuerſo diſſectum quid habent, vt per ſubtiliorem membranam refrigerentur: ot apes, veſpæ, cicadæ, ſcarabęi. Piſces (vt etiam nouit Galenus) branchijs hauriunt aquam, & refrigerantur. Cruſtata vero, & mollia à continente humido, vt idem tradit Philoſophus, frigiditatem exhauriunt. animalia autem perfectiora, quæ corde, & pulmone prædita ſunt, è pulmone ſpiritum refrigerantem trahunt: nam, ut dicebat idem, inflatus pulmo motu refrigerat, & facit multo tempore permanere. Verum licet inſectorum cor ſenſuum munere explorari non poſſit, (nam propter nimiam eorum paruitatem, ſi velimus proportionem ſeruare particularum, cor veluti punctum quoddam debet imaginari) non ob id eam, quam ratio exhibet, fidem contemnere debemus. Ideo dicebat Galenus, culices, muſcas, vermes, apes, formicas, neque diſſecui, neque diſſecare vnquam aggrediar, nam cum in magnorum animalium diſſectione multos falli, fruſtrarique videam, non ne in minoribus debemus id magis euenturum ſperare? Neque vllius eſt momenti Fernelij obiectio,

*Ariſt. 2. de anima cap. proprio.*

*Galen. 6. de plac c. 8.*

*Gal l. quod animi mores ſequuntur corpo. & per. cap. 7. vbi refert Ariſt. ſententiam.*

*Galen. 1. de vſu par. ca. 2.*

*Ariſt. li. de iuuent. cap. 12.*

*Ariſt lib. de iuuent. cap. 14.*

*Lib. cit. c. 10*

*Galen. 7. de vſu par. c. 5 in fi.*

*Ariſt. l. cit. c. 12.*

*Lib. cit. c. 4.*

*Galen. 6. de pla. c. 8. & Gal. de ana. adm. primo.*

*Fern. lo. cit.*

ctio, dum inquit, Conchæ, & omne inſectorum genus quorum reſectas partes ſeorſum moueri conſpicimus, omnia quidem vitæ ſuæ calorem exiguum habent, eumq; toto corpore æquabiliter conſertum, neque in ijs vlla eſt ſedes cordi vere comparata, è qua hic calor quoquo verſum influat, & illabatur. his enim ita poſitis, abſciſſæ partes neque viuere, neque moueri poſſent, contra perfectiorum animantium partes, cum diſectæ continuò vita priuentur, argumentum eſt non ea ſe, ſed aliunde influentibus viribus eas ſuſtineri, neque proprio ſolum calore, vt ſtirpes, verum etiam aſcito gubernari, & ſupra vim iecoris naturalem, aliam ex corde vitalem aduenire. inſtantia inquam nulla eſt, quoniam in perfectis partes abſciſſæ ſtatim vita priuantur propter ſanguinis, ſpirituumque tenuitatem, fluiditatemque, quo fit vt calor vitalis, quàm primum euaneſcat. in inſectis vero partes diuiſæ, & reſectæ per aliquod ſpacium viuunt, quia calor per ipſarum ſubſtantiam à corde diffuſus, propter ſubiecti craſſitiem, & viſciditatem non ita facile diſſipabilis eſt: non tamen poſſunt in vita ſeruari, quia corde ipſo, tamquam peculiari vitæ principio ſunt deſtitutæ. Stirpium autem partes, quia in his neque cor, neque pars ei ad portionem reſpondens reperitur, nedum per aliquod ſpatium ſeruari poſſunt, ſed etiam in propria, & peculiari vita permanere. Nam ſtirpes vnica viuunt anima per ipſas æquabiliter conſerta, neque in his (ſicuti in animantibus) vllus requiritur animalis, & naturalis animæ conneaus, qui pendet à corde; quod nobis oſtendunt non ſolum plantarum ſurculi, & flagella, quæ in alienis ſtipitibus inſeruntur, verum etiam partes defixæ, & ſimpliciter terræ demandatæ. Quod ſi non eſſet à pari cogeremur inferre, quia dictorum animalium abſciſſæ partes mouentur, ergo motiuus ſpiritus ab aliquo motus principio non emanat, quod eſſet abſurdum. Sed hæc de pulſatilis neceſſitate. Verum pro exacta huius virtutis notitia, & vt omnia cordis intima (ſi fieri licet) perſcrutemur, ad vltimam vſque radicem, quæ inter cæteras eſt magis recondita, deſcendamus, & quæramus an motus hic pulſatiuus naturalis ſit, vt cenſent Ariſtotelici, an potius vt Auicennas, & alij Medici opinantur prodeat ab animæ ſpecie à naturali diuerſa, quam ipſi vitalem appellant, vt ex hoc appareat quidnam ſit vis pulſatilis in ſui radice, & à qua nam animæ ſpecie proficiſcatur. Vndique profectò ſunt anguſtiæ, quocirca vt difficultas latius enodaretur, multis eſſet agendum: attamen nos breuitati omnino ſtudentes diſſertationem hanc paucis quo fieri poterit, & his ſolummodo, quæ firmiora videbuntur eſſe, perſtringemus. Ariſtotelis ſectatores motum hunc pulſatilem, & vim ipſius productricem naturalem eſſe hoc fundamento (quod firmiſſimum autumant) oſtendere conantur. Cordis motus (inquiunt) fit à calore inſito, & naturali, ergo vis pulſatilis eſt calor inſitus, naturaliſq;. Hæc igitur facultas, & motus ab ea productus naturalis eſt. Aſſumptum probant non ſolum ex Philoſophi, verum etiam ex Galeni & Hippoc. ſententia. Porro ſi de Philoſopho ſermo fiat, ſi quis perlegerit ea, quæ ipſe de pulſu ſcripſit, & quæ de eodem cordis, & arteriarum pulſu memoriæ mandauit auctor Græcus libri de ſpiritu (qui & ſi inter Ariſtotelis volumina coniectus ſit, Theophraſti tamen creditur à nonnullis) prorſus intelliget cordis motionẽ, haud propriã quapiam animæ facultate, vnde proficiſcatur, egere. Nam vterque Philoſophus neceſſitatem alimenti in cor illabentis, atque in caloris, qui in corde maximus eſt, actionem neceſſariã pulſationem ipſam referunt. Verbis huiuſcemodi loquitur Ariſto. eſt autem ſimilis bullitioni hæc paſſio: Bullitio enim fit cum inflatur humidum à calido, eleuatur enim, propterea quòd amplior fit moles, & paulo poſt. In corde autem ſemper accedentis humidi ex alimento per caliditatem tumefactio facit pulſum eleuantis vltimam tunicam cordis, & hoc ſemper fit continuè: affluit enim ſemper humidum: ex quo fit ſanguinis natura. primo enim in corde fit, palam autem in generatione à principio, nondum enim diſtinctis venis videtur habere ſanguinem, & propter hoc pulſat magis iunioribus, quàm ſenioribus: fit enim exhalatio amplius iunioribus, & pulſant venæ omnes & ſimul inuicem, propterea quod pendent omnes à corde, mouet autem ſemper, quare & illæ ſemper, & ſimul inuicem quando mouet. Reſilitio igitur eſt facta obuiatio ad frigidi compulſionem. Pulſatio autem humidi calefacti inflatio. Hæc ille. in cuius verbis animaduertendum illud idem, quod in verbis Hippocr. atque Platonis animaduertere iubet Gal. dum inquit ab antiquis nomeo venarum pro arterijs vſurpatũ fuiſſe. ipſi enim communi vocabulo venam, & arteriam, & ſi longe diſpar vtriuſque natura ſit, ſignificabant. Libri vero de ſpiritu auctor hæc de pulſu ſcriptis tradidit. Pulſus autem peculiaris quiſpiam præter hos motus eſt, & quadantenus accidentarius eſſe, nec finem habere videtur, ob quem fuerit inſtitutus. & vt calore vehemente in humidum agente neceſſe eſt, quæ in flatum reſoluuntur partes, ob verſationem bullas excitare, ita pulſum quoque fieri in animalis corpore par eſt. ſtatimque per initia primum conſiſtit pulſus: nam ijs, quæ prima ſunt coæuus eſt calor, & fortaſſe actionem caloris in materiam, quæ generationi animalis ſubſternitur, id ipſum conſequi eſt neceſſe, & infra. Pulſus per initia ſtatim in conſtitutione cordis emergit. id quod in ſectione viuorum, & pulli formatione ex ouo deprehendere liceat. Sed &, vt ſupra quoque dictum eſt, in prima partium delineatione, quæ per actionem calidi in humidum fit, feruorem hunc, & pulſus agitationem cieri par fuerit. Quare primus hic erit motus. ac paulo poſt. quid igitur in animæ potentiam huiuſce motionis cauſam referunt. ea quibus verbis ſatis conſtare arbitror Fernelium Ariſtotelis mentem minime fuiſſe aſſequutum, dum dicebat, ſentire quidem rectè videtur Ariſtotelis motionem illam ex materiæ, & refrigerationis neceſſitate quadam fieri. cæterum iſthæc neceſſitas incitans, dumtaxat, & impellens, non autem efficiens cauſa recte poteſt exiſtimari. ideo ſupra calorem aliam ſuperiorem, & præſtantiorem cauſam ſcrutari neceſſe eſt. Nam
" Philoſophus non de calore tanquam cauſa finali, ſed effectiua, vt verba ipſius relata clariſſime ſonant, loquutus fuit. Pro materiali autem cauſa, alimenti humiditatem, in quam agit calor, aſſignauit. Præterea idem aſſumptum, vt dictum eſt, poſſunt probare ex

Vtrũ pulſatilis naturalis ſit necne, & vtrum fiat per accidens vt voluerunt Ariſtot. & Theophraſtus, vel ab aliqua prodeat facultate, vt Medici.

*Ariſt. lib. de inuẽ. et ſen. lib. de mor. & vita, & de reſpirat. c. vlt.*

*Galen. 6. de pla. c. 9. in prin.*

*Auct. libri de ſpir.*

*Fern. lib. 5. c. 13.*

*Gal. 8 de pl. c. 7. in prin.* *Gal. l. cit.* *Auic prima Fe. c de vir. vitali.* *Fern. li. 5 c. 13.* *Ar. 2 de an. contex. 13. 2. eiuſdem cont. 47.* *Ariſto. 1. de ortu contex. 41.* *Ariſto. 2 de an. cit.* *Auer in cō.* *Gale. 15 de vſu par. & 2. de ſym. tan. c. 3.* *Gal. 1. de fa cul. nat.* *Galen. 2. de ſym. tan. c. 3*

Galenus, & Hippocrates decreto, Namq́ue Gal. profert hæc formalia verba. Non ex attritu ſpirituum qui ſunt in arterijs, calor in animalium corporibus gignitur, ſicuti in lapidibus, & lignis fieri videmus: Sed è contrario ab inſito calore arteriarum motus cauſantur. Idem vbiq; confirmat D. Hip. qui ita referente Gale. ſemper aſſeruit innatum calorem omnium animalium operationum auctorem eſſe. Altera ex parte Auic. pulſuum vim effectricem à vegetali diſiunxit, & ipſam vitalem ſubinde nominauit, hac ratione. In aliquo membro altricis virtutis actio auſertur, & tamen membrum adhuc viuit, ergo &c. Quam rationem comprobans Fern. eam his verbis adhuc magis ſtabilire nititur. Interdum pars liquefacta in totum extabeſcit, ſolūq́ue vitalem facultatem retinet, quæ illius integritatem tuetur, obſiſtitq́ue, ne putredine conſumpta diſſipetur, quicquid igitur nutritione ſublata, integrum præterea manet, neque putreſcit, id ſanè viuit, vitaliq; proinde facultate ſuſtinetur. vnde concludit hanc (quemadmodum antiquitus dictum fuit) datam eſſe corpori pro ſale, ne putreſcat. Verum rationem hanc facile labefactant Peripatetici, negantes aſſumptum. Abſurdum eſt enim, inquiunt, animantia viuere, & tamen non nutriri, quia ex Ariſt. animantia tamdiu viuunt, quamdiu alimento vti põt. & rurſus, eouſq; animans ſeruatur, & viuit, quouſq; nutritur. & alibi dicebat, animalia nō ſemper augentur, at ſemper aluntur quouſq; vitam degunt. Inſtantia vero de atrophia nulla eſt, quia in ipſa non penitus auſertur nutritio, ſed diminute, & imperfecto quodam modo celebratur: nam ex alimento aliquo pacto humida ſubſtantia, & calor innatus reſarciuntur. Quod autem impoſſibile ſit in animali iam producto partem viuere, & penitus non nutriri, idē probatur, quia ſi nulla editur nutritio id profecto euenit propter defectum vel agentis, vel obiecti, ſeu materiæ ex qua fit nutritio. Si deficit agens, cum hic calor ſit innatus, igitur deficit etiā vita, quam in eo reſidere meminimus; quod ſi demus calorem non deficere, cum hic ſit agens naturale, approximatus paſſo ſemper aget in quantum poterit, dummodo obiectum nō deficiat. Propterea vis altrix ad differentiam animalis ſemper eſt in actu ſecundo, dicebat Philoſophus, cuius rei cauſam reddit Auer. quoniam (ait ipſe) vis altrix agendo ſeipſam reficit: animalis vero ſeipſam abſumit. ſi vero deficit materia, ex qua fit nutritio, hæc ſanguis eſt, quo deficiente, cum ex eo ſpiritus, & calor generentur, ex conſequenti neque vitalis facultas conſiſtere poterit; quæ ab ipſis ſpiritibus, & calore conſeruatur Itaque vegetalis vis innato perdurante calore nunquam otiatur. Accedamus igitur ad veriorem probationem, & ipſam quia magni momenti eſt, accuratiſſimè perpendamus. Cordis, & arteriarum agitatio non poteſt regi, aut vllo pacto prodire à naturali facultate, vt quæ corporis nutritioni duntaxat incumbit, nec tam apertos, euidentesq́; motus ſolet expromere, quod nobis manifeſtāt ſtirpes, in quib. nulla penitus pulſatio deprehenditur. Moderniores quidam acerrimi ingenij inſtantiam ſubterfugere putarunt, dicendo motus hos naturales eſſe, quia diaſtole nil aliud eſt, quam attractio: ſyſtole vero nil aliud, quam expulſio. ergo cum motus hi ab attractrice, & expultrice proficiſcantur, quæ ſunt altricis famulæ, & miniſtræ, debent naturales exiſtimari, non autem vitales, vt ait Auic. ne entia inaniter multiplicentur. Addunt autem hos tam magnos, & apertos fieri in animantibus, minimè vero in ſtirpibus, quia calor innatus animantium feruidior, & copioſior exiſtit, quod etiām poteſt pro eis confirmari, ſi perpendantur multarum partium naturales motus in animalibus. Nam magno motu fit attractio ſeminis ab vtero, dum ad illud amplexandum auidè præcurrit, magnæ quoque, & apertiſſimæ expulſiones deprehenduntur in parturitione, & in vomitibus, & criſibus dum id, quod magnopere contriſtat, expellitur. Subterfugium tamen nullum eſt: nam membra naturalia attractione vtuntur ſolummodo, vt ſibi ipſis nutrimentum alliciant, & poſt attractionem non ſtatim expellunt, ſed longo tempore ad exactam vſque coctionem retinēt; & tandem poſt appoſitionem, & vt quibuſdam placet, poſt agglutinationem, & aſſimilationem, quod inutile eſt, expellunt. Idem de virtute generatrice dicendum. Vterus poſt ſeminis attractionem, illud adeo vndequaque amplexatur, vt ne ſtyli quidem mucronem admitteret, & non niſi abſoluto fœtu, qui ſpatio nouem menſium perficitur, ad ipſius expulſionem ſe comparat. ſimili modo facta expulſione, particulæ non ſtatim attrahunt; quemadmodum in cordis motu fieri conſpicimus. præterea cordis diaſtole, ſyſtoleq́; ab attractrice, & expultrice naturali valde differunt, quoniam illæ perpetuæ ſunt, iſtæ interpolatæ, illæ frequentiſſimæ, iſtæ ſi ijs conferantur omnino raræ; illę confertim, & velociter fiunt: iſtæ paulatim, ſenſimq́;: nam ventriculus dum attrahit ſenſim dilatatur, dum expellit paulatim conſtringitur; vt ſubinde motus naturales obſcuriſſimi ſint, cordis vero valde manifeſti. Itaq; impoſſibile eſt hos motus inter naturales, & ab altricis famulis prodeuntes, connumerare. Sed ſi attractionis, & expulſionis nomen merentur, alterius generis ab his, quæ altricē conſequuntur, cenſendi ſunt. & proinde ratio propoſita robur, & vim non amittit. Cui quidē alia non minus efficax hunc in modum poteſt ſubnecti. Si motus cordis ab altrice prodiret facultate, ergo facultas motrix eſſet generatrix, vel auctrix, vel nutrix. Sed nō poteſt eſſe genitrix, quia hæc reſpicit non indiuidui, vt facit cordis motus, ſed ſpeciei conſeruationem, & viget ſolummodo in ætate ad procreationem idonea. Motus autem cordis non ſolum vſque ad vltimum perdurat ſenium, verum etiam vſque ad mortem comitatur, & propterea in pueris ad ſobolem procreandum minimè aptis maximè viget. neque poteſt eſſe auctrix, quia hæc poſt ætatem conſiſtentem penitus aboletur; pulſatione nihilominus perdurante. neque etiam licet aſſerere motum hunc ad nutricem virtutem eſſe reducendum, quia nutrix chyli, ſanguiniſq́ue productioni, appoſitioni, agglutinationi, & aſſimilationi duntaxat incumbit. Cordis vero, & arteriarum micatio nullum horum efficit. non enim alimentum conficit, neque apponit, & multo minus agglutinat, vel aſſimilat, ſed caloris conſeruationem, & diſtributionem ſolummodo reſpicit. Inſuper motus localis conſtituit vitæ gradum ipſa vegetatione eminentiorem; ſed cordis motus eſt motus localis, vt interdum adeo moueatur, vt

ſecun-

ſecundum ſe totum proprium locum immuter, vt in valde prauis ipſius tremoribus, ſeu palpitationibus obſeruamus: vel ſaltem ſi non eſt perfectus, vt ſunt motus progreſſiui, eſt quodammodo medius inter motus naturales, & motus perfectos ab animali facultate exquiſita prodeuntes, vt inferius apparebit. ergo motus hic eſt nobilior animæ functio, quàm ſit nutritio. hinc ſpongiæ marinæ, quia ſupra ſtirpes proximè locantur, motum tantummodo dilatationis, & conſtrictionis fuerunt adeptæ. Cum igitur ex operibus animalium, vt nos docet Ariſt. deueniamus in cognitionem facultatum ipſius animæ, neceſſe eſt, vt nobilior actio nobiliorem virtutem conſequatur. Si igitur functio hæc motiua naturalis eſt, & ad altricem animæ facultatem ordinatur, ſequeretur finem ipſum ignobiliorem eſſe his, quæ diriguntur ad finem, quod abſonum eſt. Tandem pro hac parte adeſt argumentum adeo demonſtratiuum, vt aduerſarij, ſi velint in proprijs permanere ſundamentis, ei non poſſint vllo pacto contradicere. Illud autem huiuſcemodi eſt. In prima animalis formatione ex Ariſto. mente, pars, quæ primo effingitur, & primo viuit, cor eſt. ne dum enim rationabile, verum etiam neceſſarium eſt, vt dum partes ſeminis incipiunt, verbi gratia fieri partes hominis, vt ea pars ſeminis, quæ calidior eſt, ante cæteras vita fruatur. Cum vitæ productiuum inſtrumentum, nempe calor ipſe, in ea magis vigeat; at ex parte ſeminis calidiori, non niſi cor procreari poteſt, vtpote quod cæteris partibus caliditate præſtet; quo fit, vt ab ipſo poſtmodum tanquam à fonte præcipuo cæteris partibus calor, vitaque communicetur. & ex hoc obiter colligitur eos hallucinatos fuiſſe, qui iecur primo loco generari opinati ſunt. & ſi dato, non tamen conceſſo, quòd ſit primo genitum, non tamen apud omnes ſtatuatur primo perfectum, & primo viuens, vita ſibi à fœtu cõmunicata. colligimus inſuper Gale. non poſſe defendi, dũ aſſerens calorem animam eſſe, & huius caloris fontem, atque principium eſſe cor, animæ deinde ſedem, & principatum, in corde locare recuſauit. Sed ad rem. Si cor primo efformatur, & viuit, viuens antequam nutriatur, neceſſe eſt, vt attrahat alimentum, & concoquat, ad hoc in viuentis ſubſtantiam tranſmutetur: ſed attractio, & concoctio egent tempore; ergo cor fuit viuens toto eo tempore, quo prima attractio, & concoctio alimenti perdurauit. at eo tempore non fuit nutritum, quia nutritio alimenti attractionem, & concoctionem conſequitur: ergo fatendum cor tempus aliquod ſine nutritione vixiſſe. modo, qua vita vixit? hoc declarat Ariſt. auctoritate ſupra citata, dum inquit, loquens de cordis pulſatione. Primo enim in corde fit, palam autẽ in generatione à principio, nondum enim diſtinctis venis videtur habere ſanguinem. Idem declarat auctor libri de ſpiritu, ita ſcribens. Statimque per initia primum conſiſtit pulſus: nam iis, quæ prima ſunt coæuus eſt calor, & quæ ſequuntur, & infra pulſus per initia ſtatim in conſtitutione cordis emergit, id quod in ſectione viuorum, & pulli formatione ex ouo deprehendere licet & cæt. & concludit, quare primus hic erit motus. Si igitur ex ipſis pulſus primo fuit, ergo cor primo pulſatili facultate vixit. ergo hæc a nutrice erit ſeparata, & diſtincta. Verum quoniam, vt ex eorum ſcriptis apparet, expreſſe negant pulſum aliqua fieri animæ potentia, ſed ipſum accidentalem eſſe, & ex naturæ neceſſitate, non autem ob finem aliquem ſuboriri decernunt: Idcirco tempus eſt, vt rationi Peripateticorum iam occurramus, & primo loco Ariſtotelis, & Theophraſti ſententiam diluemus, quia hi, etſi motum naturalem eſſe fateantur, attamen negant ipſum à naturali facultate cieri, vt deinde Hippocratis, & Galeni auctoritati ſatisfaciamus, vi cuius pulſum, & naturalem eſſe motum oſtendere conantur, & ab aliqua naturali poteſtate, & ad aliquem finem procreari. Porrò Ariſt. & Theophraſti decretum non modo rationi, verum etiam experientiæ maximè repugnat. Nam cor artificioſiſſimam, & penè admirabilem conformationem præſeferre omnes anatomes periti fatentur: non igitur poteſt eſſe accidentalis, ſed, vt luce clarius conſtat, ad cordis motum dilatatiuum, & conſtrictiuum dirigitur, hinc cordis ſinus, hinc oſtiola, quorum quædam foris intro, quædam oppoſito modo aperiuntur. ergo cordis motus a facultate quadam fines iam propoſitos reſpiciente fieri debet: nam poſito fine, ponitur actio, & facultas actionis ad finem directa, ſicuti è conuerſo omne agens propter finem agit. Quocirca ſi cordis motus tanquam finis tollatur, tollitur de neceſſitate aeris, & ſanguinis attractio. hac vero ſublata, quomodo fiet ſpirituum generatio? qui ſi non generentur, quomodo calor innatus conſeruabitur? qui niſi conſeruetur, quomodo vita perdurabit? Amplius, cordis motus, arterijs quoque communicatur, ergo iiſdem facultas quædam mouens debet à corde communicari. non enim vllo pacto poſſumus perſuaderi illas ab humiditate in cor illabente; & deinde ebulliente ratione caloris in ipſam agentis, agitari: nã ſi hoc eſſet etiam venæ propriæ dictæ mouerentur, cum ex eorum ſententia à corde originem ducant, dicebat enim Philoſophus, & quia venæ omnes ab eo dependent, quia cor ſemper mouet, ergo & illæ ſemper, neque vllius eſſet momenti obiectio, ſi quis diceret propriè dictas venas propter ſui mollitiem, ratione cuius tollitur ab illis ea cum corde continuitas, quam arteriæ præ ſui craſſitie, & denſitate nactæ ſunt, non moueri. nam arterialis vena, quæ à dextro exoriens cordis ſinu, ſanguinem tenuem, & calidiorem pulmonib. nutriendis tranſmittit, tunica non minus craſſa, & denſa prædita fuit. Sed ad experiẽtiam accedamus, & ad eam præſertim, quam in morbis dignoſcendis ſæpiſſimè obſeruamus. in quibus forſan & Ariſt. & eius diſcipulus Theophraſtus fuerunt parum exercitati. In eximia lætitia, quæ ſui natura calorem expandit, atque diſſipat, cordis pulſatio frequens, & deprauata nonnunquam ſuboritur: eodem modo in ſuperfluis non ſolum cæterorum humorum, verum etiam ipſiuſmet ſanguinis euacuationibus cordis motus, non minus intenditur, & deprauatur: cum tamen ratione iam dictorum calore, & ſanguine comminuto ebullitio, & ſubinde cordis agitatio potius ſedari, & imminui deberet. Ad hæc ſi præter humidi ebullitionem à calore factam, nulla alia ſtatuitur pulſationis cã effectiua, cur in prauo cordis motu à vapore melancholico (vt in ferm. de cauſ. ipſius inferius apparebit) motus ſit adeo frequẽs, & cõcitatus? non ne in aduentu frigidi vapo

*Ariſto 3. de ani. in prin.*

*Ariſto. 2. de gen. animal. c 16.*

*Gal l. de ſu〈b〉s. fa〈c〉 c 3. Gal. li. iam cit.*

*Ariſ. aut. ſupra cit.*

ris porius remitti,& imminui deberet? Sed quid? nonne in praua cordis pulſatione omnia tegumenta ſenſibiliter clenari conſpiciuntut? nonne aliqnando coſtæ è ſno loco dimouentur, vt mihi bis videre contigit? nonne alij eaſdem fractas obſeruarunt? quomodo hornm cauſam petueſtigabimus, niſi ad facultatem monenrem ſupra modu irritatam recurramus? impoſſibile enim eſt, imo imperceptibile à bullis ex humiditate ſanguinea eleuaris tam impetuoſam motionem cieri. Præterea, cur ratione vehementis doloris motus ſimiliter intēditur? Qua de cauſa ratione epoti, vel inflicti veneni adeo mira in motu cordis ſuboritur varietas? id profectò non ob aliud, niſi quia cordis proprietas valde conflictata omnigenam æqualitatem amittit,& omnem ordinem peruertere conatur. Vnde inſuper in ægrotantibus, & bene valentibus innumerabiles ferè pulſuum deprehenduntur differentiæ? vnde pulſus intercisi impares, vndoſi, vermiculantes, formicantes, intermittentes, decurtati, atque reciproci? nonne intarmittentes in ægris,& ſanis obſeruamus nulla facta in calore ſiue extraneo, ſiue naturali, neque in qualitate, neque in quantitate mutatione? Cur potiſſimum anta criſim per ſudorem pulſus præalti deprehenduntur? Cur à ſomno dum primum expergiſcimur, eueſtigio pulſus magni, vehementes, celeres, crebri,& cum quadam vibratione fiunt? Quid plura? nonne ex hac falſiſſima Ariſt. ſententia pro vera ſuſcepta omnis ferè de pulſibus certiſſima, & validis rationibus fulcita diſciplina à Gal. tradita, omnino corrueret? An forſitan Ariſt. pulſum accidentalem enunciauit, quia Diuinum vidit Hipp. cui non minor fuit in philoſophia, quàm in medicina laus, nullum de pulſibus Theorema ſuis ſcriptis tradidiſſe? Sed hoc mirum eſſe non debet, cum non artis perfectionem, ſed vt ipſemet Hipp. & Galenus teſtantur medicinæ ſemina,& fundamenta ſolummodo iecerit. hæc ad Ariſt. dicta ſint. Sed quoniam aſſumptum etiam ex medicorum auctoritate probatur: idcirco quid ad Galeni, & multo magis ad Hippocratis auctoritatem reſpondebimus? quam vnicam Fernelius ſemper extollit? Breuiter igitur ſtatuamus pulſum à calore inſito effectiuè quidem fieri,& non ſolum finaliter, & impulſiue, vt diſtinguebat Fernelius; non tamen tanquam ab agente præcipuo, ſed potiùs veluti ab inſtrumento,& miniſtro virtutis pulſatilis. ideo viri hi ſupremi in hoc rectè dixere, quia inſtrumenta ad cauſam effectiuam teduenntur. Portò calorem innatum non eſſe agens præcipuum, neque animam ipſam (vt falſo putauit Gal.) ſed animæ inſtrumentum his verbis determinauit Philoſophus. Non enim calor operationum viuentium ſimpliciter cauſa eſt, ſed anima, calor autem animæ inſtrumentum. & rurſus ad exequenda animæ officia calor maxime omnium adminiſtrandi vim habet. arbitrari autem animam calorem eſſe perinde aſt ac ſi ſerram, aut malleum fabrum, vel artem fabrilem eſſe dixeris. id autem demonſtrat, dum ait. ſi calor eſſet præcipua cauſa incrementi, viuentia augerentur in infinitum: Ergo calor non eſt forma viuentium. & rurſus, actio quæ fit ſecundum contraria loca à calore non proficiſcitur, nec ab aliqua virtute alementari. cui ſententiæ adſtipulatur Gal. dum habet calidum in animali ſurſum mouetur ratione caloris, qui ad hanc loci differentiam tantummodo determinatur: deorſum vero, quia particeps eſt frigiditatis, quæ deorſum mouet. At vero ne quis hac in re anxius ſit, quamadmodum quidam inaniter dubitauere, quomodo ſcilicet idem calor innatus duplex poſſit eſſe cauſa motionis inſtrumentaria videlicet,& finalis, & multo minus huic ambiguitati ſatisfaciat; veluti quidam ſatisfacere conantur, aſſerendo calorem innatum efficientis, & inſtrumenti, influentem verò finalis cauſæ vim habere. nam & ſi duplicis caloris diſtinctio vera ſit, vt docuit Ariſt.& præter Ariſtotelem etiam Gal. qui ſtatuit calorem influentem è corde manantem calorem innatum fouere,& augere, vt opera vitæ probe valeat exercere: attamen non minus innatus calor, ea, quæ fit in virtute pulſuum, moderatione eget, quam influens calor indigeat. Sed rectius dicendum eſt, quòd calor non inquantum calor ſimpliciter eſt cauſa finalis pulſationis immediate, ſed in quantum expoſtulat conſeruari: finis autem immediatus eſt attractio frigidi,& ſanguinis, ex quo ſpiritus, in quibus calor fundatur, nutriantur: & eorundem diſtributio,& excrementorum expulſio. Ex his colligimus Fern. vnica in re multipliciter defeciſſe. dum enim cordis motionem à calore effectiuè fieri negauit, vſus fuit hoc argumento. Calor inſitus,& naturalis per ſe qualitas ſimplex eſt, ergo non poteſt eſſe cauſa efficiēs tantæ motionis. in quo primo accipit aſſumptum proprio decreto contrarium. quia dixerat proximo ſuperiori libro, in quo agit de ſpiritibus,& innato calido, calorem hunc eſſe cœleſtem, nō elementarem,& propterea ſubſtantiam, non accidens. Secundo falſa eſt conſequentia. quia calor, quamuis ſimplex qualitas ſtatuatur, attamen cum per ſe poſſit eſſe animæ inſtrumentū, ſubinde ad principium effectiuum reduci poteſt. Tertio, quod aſſumit Fern. præcipuorum medicorum inſtitutis omnino aduerſatur, cum ipſi innatum calorem non in abſtracto, ſed prout eſt ſubiecto proprio,& peculiari concretus, ſemper accipiant. Vnde ex Gal. ſententia calor inſitus non eſt ſimplex qualitas,& accidens, ſed ſubſtantia. dicebat enim pro Hip. aduerſus Platonem: Melius tamen erat non ignis, ſed inſiti caloris fontem dicere in corporibus noſtris eſſe, vt Hip. vbique appellauit. nam ſi ab igne ciborum concoctio, digeſtio, ſanguificatio,& nutritio fieret, melius,& citius in febrientibus hæc conſpicerentur abſolui. ſed inſitus calor temperatus cum ſit, ſubſtantia quidem in ſanguine & ſpiritibus conſiſtit: qualitate vero eſt congrue ex caliditate,& frigiditate temperatus. Et alibi ſtatuit, pueros habere maiorem quantitatem calidi innati, quàm iuuenes, quia habent plus ſubſtantiæ calidæ, & alibi voluit calidum innatum nil aliud eſſe, niſi ſubſtantiam ex ſanguine,& ſemine derelictam,& calore affectam. Idem ſtatuit Ariſtot. in lib. de longitudine & breuitate vitæ, vbi ait, quod calor naturalis eſt iunctus humido. Hucuſque oſtenſum eſt facultatem pulſatilem naturalem non eſſe. Quare remanet quærendum an vitalis ſit re,& eſſentia ab animali, & naturali diſtincta, vt Auicen. & alij artis medicæ cultores exiſtimarunt. Verum, vt cenſeo, quæſtio hæc poteſt pauciſſimis omnino enucleari, dicendo facultatem vitalem à reliquis animæ potentijs ſeparatam minime reperiri.

*Gale lib. de puls. ad Tir. c. 9. in fi.*

*Gal. 1. in 3. epid. 7. & 8. in 6. epi. 19.*

*Ariſtot. 2. de ani. contex. 41.*

*Ariſtot. 2. de par. ani. c. 7.*

*Ariſt. 2. de an. cont. 41.*

*2 de an. 14.*

*Gale. lib. de rigore.*

*Ariſt lib de iuuen et ſen. c. 3.*

*Gale lib. de form. fœtus in vtero.*

*Ga. li. 9. cōt. lycum.*

Rationes probātes pulſatilē non eſſe vitalē ab alijs facultatibus diſtinctā neque animalem

periri. Hoc autem, ni fallor, hoc pacto demonſtrari poteſt. Si anima viuendi principium eſt, ergo vis vitalis cum ſit animæ facultas, viuendi principium erit. Sed viuendi differentiæ ſunt quatuor ex Ariſtotele, nempe nutriri, ſentire, intelligere, & moueri. ergo virtus vitalis alicuius iſtorum vitæ graduum, ſeu diffeſnntiarum neceſſario principium erit. quod enim eſt principium generis, neceſſe eſt, vt ſit principium alicuius ſpeciei, quæ ſub illo genere continetur. Si igitur ſit principium nutritionis, vegetalis erit. Si ſenſationis, ſentiens, ſi intellectionis, intelligens: ſi motus ſecundum locum, erit ſimiliter, vel ſentiens, vel intelligens: nam facultas motiua à ſenſitiua, vel intellectiua non diſtinguitur, quia neceſſario præſupponit appetitum, & cognitionem obiecti propter quod motus fit. ergo non poteſt seperiri virtus vitalis à reliquis animæ ſpeciebus re, & eſſentia diſtincta. Et propterea Gal. cordis, & arteriarum motionem ad naturalem facultatem pertinere reſtatus fuit. Quod autem pulſatilis facultas animalis nõ ſit, poteſt ſimiliter & ratione, & auctoritate breuiſſime probari: ratione, quia motus hic pulſatiuus non pendet ex voluntatis arbitrio, & Gal. dicebat, cor nullam actionem animalem habere. Qoid igitur in tam ardua difficultate enucìabimus? nemo ſanè eſt, qui rem omnino in arcto poſitam non agnoſcat. quo fit, vt mirari neutiquam debebat, qui nos parum, aut nihil boni, hac in re, proferentes viderit. fatemur tamen in tanta obſcuritate, cum cæteris cæcutiſſe nos malle videri, quam aliquod, ſaltem exile lumen intentatum relinquere, & poſtea quam in Ariſtotelis ſententia veritas non elucet, experiamur an ex præceptore Platone claritas aliqua poſſit depromi. Profectò ſi debent correſpondere vltima primis, cum vis pulſatilis ſit in corde, & ab ipſo pro totius corporis conſeruatione, cunctis arterijs ſubminiſtretur, vt tot in locis teſtatum reliquit Gal. neceſſarium eſt ipſam quoque non ab anima vegetali, quæ ex eodem Galeno (& in hoc non poſſum ipſum non mirari) in iecore reſidet, ſed iraſcibili facultate, quæ ex omnium conſenſu in corde domicilium habet, promanare. Quo fit, vt ſtirpanimalia, quia iraſcibili facultate caruere, pulſatili quoque functione fuerint deſtituta, imo ſi iracundia accipiatur materialiter, prout ſcilicet eſt caloris, qui in corde reſidet, feruor quidam, non eſſet ab re exiſtimare iraſcibilem hoc modo acceptam, & vim pulſatilem, nec non etiam ſpirituū procreatricem inter ſe non eſſe realiter diſtinctas, ſed tantummodo operatione differre, vt quemadmodum anima vegetalis vnica eſt, & prout habet diuerſas operationes diuerſis quoque nominibus appellatur, videlicet, altrix, auctrix, & generatrix: idem etiam de iraſcibili, pulſatili, & ſpiritus genitrice facultate ſtatuendum ſit. Cui ſententiæ fauent manifeſtiſſime ea, quæ ſcribuntur à Galeno, tum alibi, tum potiſſimum, dum ita inquit: Arteriæ ſiniſtri cubiti agitatio cum in ortu infantis velox, magna, & valida reperitur, validam in corde iraſcibilem vim eſſe ſignificat, ac præditam vegeto, ac feruido calore. non enim meminit frequentiæ, quæ potius imbecillitatis ſolet eſſe comes, ſed velocitatis, & magnitudinis, quæ non niſi validam facultatem conſequuntur. neque dixit hæc ſignificare validam facultatem vitalem, vel naturalem, ſed iraſcibilem, vt innueret pulſatilem perpetuò ſolam iraſcibilem facultatem comitari & paulo poſt ex Hippocratis auctoritate ſubdit. Cui vena quæ eſt in cubito pulſauerit, furioſus ille, & iracundus euadit, cui ſenſim mota fuerit, lentus. vbi notat Galenus, quod per pulſare oportet audire, vehementer agitari. Hinc audaces, & iracundi pulſum validum, magnum, & velocem: timidi vero, lentiq; debilem, paruum, & tardum perpetuò expromere conſueuerunt, & id non iniuria, quia timidi cor frigidum, audaces, & iracundi calidum habent. cum autem in iracundia caloris expanſio deſideretur, in timore autem concentratio; & in virtute caloris nedum expanſio facilior euadat, verum & validior fiat cordis motus, ideo corde calidiores ad iram promptiores ſunt: contra frigidi corde timidi ſunt, quia in his propter oppoſitas cauſas ſpiritus, & calor facilius manet circa cor, & difficilius diffunditur, & eo magis, quo, ſicuti apparebit in ſermone de ſincopi, concentratio expanſione facilior exiſtit. Hinc frequentiſſime experientia percipimus in febre peſtilenti, quæ cordis vires potiſſimum obſidet, & demolitur, pulſum frequentiſſimum quidem, ſed obſcurum, & imbecillem admodum edi, quia vis etiam iraſcilis valde oppugnatur: cuius ſignum eſt, quòd hi omnes timidi omnino, & valde abiecti ſunt animo. Ex his lumē certè perexiguum. ceu à Lucifero quodam, exortum eſſe videtur, non tamen mane adhuc illuceſcat. quoniam ſi pulſatilis ad iraſcibilem reducitur, Plato ex vna parte vna cum Galeno ponit iraſcibilem non modo ſede, verum etiam re, & eſſentia ab animali facultate diſtinctam. Ideo dicebat Galenus libro ſupra citato 6. de vſu part. c. 18. cor nullam animalem facultatem habere. Ex altera vero Ariſt. ipſam redigit ad animalem, nempe ad animalem appetitum, ſic inquiens. Si autem ſenſitiuum, & appetitiuum. Appetitus quidam enim deſiderium, & ira, & voluntas ſunt. Quod ſi altera ex parte pulſatilem velimus ad ſpiritus genitricem reducere, hæc non niſi naturalis facultas exiſtit: nam ſpiritus gignit, quia aerem, & ſanguinem alterat, & concoquit, & in ſpirituum ſubſtantiam tranſmutat, quæ quidem munia ſunt omnia naturalia, quemadmodum etiam ſanguinis genitrix naturalis eſt. Superius autem, ni fallor, demonſtratum fuit tres tantummodo animæ facultates realiter diſtinctas reperiri. Quare minimè conſtat ad quam animæ facultatem pulſatilis, & iraſcibilis reducantur. Cum itaque adhuc in fabulæ verſemur epitheſi, vndique enim inter Ariſt. & Platonem ſunt controuerſiæ, ſi velimus vndique rumores ſedare, neceſſe eſt, vt via quadam veluti media ad cataſtrophem progrediamur, quæ tametſi neque Platonis, neque Ariſtot. mentem ad vnguem aſſequetur, permultis nihilominus, & ijs validiſſimis vtriuſque Theorematibus erit ualde conſentanea, ipſi autem veritati venandæ adeo plana, directaque, vt ex ea omnia prorſus offendicula ſponte amoueantur. hæc inſuper ab experientia, quæ nunquam fuit erroris magiſtra (& ob id in ea confidimus dicebat Auic.) adeo illuſtrabitur, vt per eam, abſque vllo difficultatis timore iter facillimum ſit futurum. Philoſophus animæ potentias exploraturus, ab ipſius operationibus tanquam ijs, quæ nos ad ipſas facultates,

à quibus

*Oēs cordis facultates, & functiones tū naturales, tū animales eſſe.*

*Ariſt. 2. de anima con. tex. 13.*
*Ariſt. 3. de anima con. tex. 48.*
*Gal. lib. de differentijs, ſym c. 4. in prin.*
*Galen. 6. de vſu par. ca. 18.*
*Galen 6. de Pla. paſſim.*
*D. Aug. lib. de ſpir. & anima.*
*Idē licet col ligere ex Gal. l. quod animi mores c. 2.*
*Galen 6. de Pla. c. 9. in prin.*
*Gal. lib de cau. pul. paſſim.*
*Hip. 2. vul. morb. & Galen. 6. de plac. 9.*
*Galen. 6. de vſu par. ca. 18.*
*Ariſt. 2. de anima com. tex. 27.*
*Auic. 4. tr. 1.*
*Ariſt. 2. de anima. in prin.*

à quibus effluunt, manu ducunt, contemplationis capit initium. Quare ipſum imitati, accipiamus tanquam veriſſimum cordis operationes præcipuas tres eſſe, nempe functionem pulſatilem, iraſcibilem, & ſpiritus creatricem. At vero in ſpiritus creatrice nullus fit motus localis, quia alteratio, concoctioque quietem potius expoſtulant, in reliquis autem duabus manifeſtus intercedit motus, differentia tantummodo eſt inter vtramque, quia functio pulſatilis eſt ſolus motus lationis, nam cor ſenſibiliter dilatatur, atque mouetur; in operatione autem iraſcibili, præter lationis motum (nam quoquo verſum circumfunditur calor: & hoc ſimiliter in virtute pulſationis, ſed vehementioris) connectitur etiam motus alterationis, & nunc perpendimus iraſcibilem functionem materialiter, prout ſcilicet eſt feruor caloris ex omnium ſeuerentia. & per feruorem, vt in exemplo aquæ feruentis patet, intelligunt de neceſſitate alterariuum, & latiuum motum ſimul inuicem connexos. Accipiamus pro nunc vtriuſque functionis, lationis motum. cum vterque motus ad fines, de quibus abunde dictum fuit, dirigatur, neceſſe eſt, vt quilibet eorum ab aliqua mouente facultate prodeat, quæ non niſi motiua facultas poteſt appellari. Verum quoniam hæc eſt duplicis generis, animalis videlicet, & naturalis: ideo aſſeueranter dicimus hos motus à duplici facultate motiua procreari animali videlicet, & naturali ſimul mixtis. & proinde motus hos tum animales, tum naturales poſſe enuntiari, & hoc maximo iure: nam cor cum innati caloris, & totius vitæ principium, & omnium facultatum ſeminarium, & promptuarium quoddam exiſtat, ſicuti in corporis medio fuit locatum, vt omnem calorem, & vitam omnigenam ſingulis corporis partibus æquabiliter diſpenſaret, eadem de cauſa in cunctis facultatibus, & functionibus ius debebat tum naturalem virtutem æquo modo participare, ad hoc, vt quemadmodum eſt totius vitæ, & corporis baſis, & fundamentum, cuius temperamentum corporis totius conſequitur temperatura, (à temperamento autem vt voluerunt Hip. & Gal. omnes emanant animantium operationes) ita merito & virtute cordis totum corpus, quemadmodum Diuin. nouit Hip. ſibi inuicē conſpirabile, ſympatibile, & communicabile eſſet. Verum probemus iam vtrumque, & primo cordis pulſum ab animali prodire facultate, & proinde motum animalem eſſe. Hac prius diſtinctione præmiſſa, motus illos præcipue animales eſſe, qui à voluntate dependent, & fiunt in virtute muſculorum, qui ſunt inſtrumenta motui voluntario deſeruientia, illos autem naturales dici, qui neceſſitatem conſequuntur, & fiunt ſine muſculis. Tunc ſupponendum eſt tanquam notiſſimum facultatem motiuam nullam expromere motionem, niſi in virtute appetitus animalis, qui motum ipſum de neceſſitate præcedit: appetitum autem ipſum neceſſario præcedit cognitio, ſiue ſenſitiua ſit, ſiue intellectiua: nanque poſt cognitionem obiecti, vt delectabile eſt, vel vt triſtabile exiſtit, ſequitur appetitio proſequendi quod delectabile, fugiendi quod triſtabile: & deinde ſequitur motus. at vero, vt ſupra ex mente Philoſophi dictum fuit, appetitus ſunt deſiderium, ſiue concupiſcientia, ira, & voluntas: ſed circa iram animaduertendum eſt, quod materialiter conſiderata, vt ſcilicet eſt feruor, ſeu circumfuſio caloris, vt ſic redigitur ad facultatem motiuam, & ad pulſatilem virtutem, vt infra apparebit, & hoc pacto iræ motus appetitum conſequitur iraſcibilem: ſi verò formaliter accipitur, vt eſt appetitus ſumendi vindictam, vt ſic reducitur ad appetitum animalem, ſed iraſcibilem. Porrò motus hic, in quo calor, vt inquiunt Gal. & Pla. vehementer circumfunditur per vniuerſum corpus, quamuis non edatur, niſi in virtute vehementis cordis, & arteriarum pulſationis: attamen non eſt penitus inuoluntarius. nam & ſi cordis motus, abſolute conſideratus, poteſt appellari inuoluntarius, his nihilominus, ſi prout vehemens eſt perpendatur, poteſt voluntarius nuncupari. Si enim iracundiæ motus ex aliquo voluntatis arbitrio non dependeret, fruſtra Moralis Philoſophus morborum, qui ex animæ affectibus, & perturbationibus in ira proficiſcuntur, curationem aggrederetur. hi tamen methodo aliqua poſſunt curari, quemadmodum teſtatur Gal. qui ſcribens contra Chryſippum, aſſerit Plat. eorum curationem perfectiſſime inſtituiſſe. Idem ex Philoſopho colligere licet, qui agens de ſpontaneo, & inuito, tanquam de cauſis noſtrarum operationum a quibus poſtmodum operationibus prodeunt virtutes, & vitia; colligit omnia ſiue bona, ſiue mala, quæ nobis inuitis perpetrantur, neque præmium, neque pœnam mereri. inſuper in hoc motu non deſideratur muſculus, quoniam nullum viſcus in corpore repetitur, qui magis muſculi ſubſtantiam, compoſitionem, figuram, & reliqua ad muſculum attinentia præſeferat, ipſo corde. Vt hac de cauſa, ita referente Galen. lib. de cib. bō. & mali ſucci ca. 4. ante medium, in genere muſculorum à quibuſdam reponatur. Eſt enim præditum ſubſtantia dura, robuſta, fibroſa, rubraque, & ad muſculi ſimilitudinem circa principium & baſim lata, & craſſa; prope finem, & ſummitatem anguſta, & tenui; circa quam neque nerui, neque ligamenta deſunt. Et quamuis cordis corpus à muſculi corpore differat ex Galen. 1. de muſc. motu cap. 3. & de anat. admin. tamen hoc non aduerſatur noſtræ ſententiæ, imo potius fauet, quia debuit eſſe aliquomodo diuerſa, quia cor habet motum mixtum ex utroque, muſculus vero ſolum animalem ſyncerum, & tandem ex Gal. 2. de temperamentis c. 3. cordis ſimplex carnis natura non eſt, ſed ſunt in eo fibræ quales in muſculis cernimus. Ex his autem potiſſimum muſculi conſtruuntur; muſculus cum moueatur, innititur oſſi, aut chartilagini quieſcenti, ita in cordis baſi in quibuſdam animalibus os, in nonnullis cartilago adinuenitur, quod ſi muſculus mouet, eo quia contrahitur, cor autem mouet, quia contrahitur, & quia dilatatur, hoc fit, quia cor cauitatem habet, muſculus autem minime, quia cum in mobili, quod à muſculo mouetur, magna adſit reſiſtentia, ideo ſolam contractionem (vt eſſet robuſtior) & ſubſtantiam ſolidam ſortitus fuit. nil igitur obſtat, quin cordis motus poſſit eſſe animalis. Vnde ſicuti motiua facultas exquiſite talis conſtituit quidem vitæ gradum à reliquis eſſentialiter diſtinctum, non tamen conſtituit quartam animæ ſpeciem: nam animæ ſpecies non operationibus, ſed ſe ipſis, & propria eſſen-

*Ariſt. 2. de anima com. tex. 37.*

*Galen. 4. de Pla & 5. de Pla c. 6. ante med.*

*Ariſt. lib. 3. Moral. ad Nicomac. c. 3.*

tia diſtingouuntur; quia ex Ariſtotele actus eſt, qui ſeparat, & qui diſtinguit; facultas autem *Ariſ. 7 met. cō. text. 49.*
motiua ſub alijs continetur, & ad alios conſequitur viræ gradus; Idem etiam prorſus de
iraſcibili facultate ſtatuendum ſit. Hanc veritatem manifeſtauit Philoſophus inquiens, moue
ri ſecundum locum inſequitur ſentire, & intelligere, atque ex his dependet. imo dicebat, co- *Ariſt. 3. de aīa cō. text. 48.*
gnitio, & appetitus ſunt principia motus ſecundum locum: primo enim fit cognitio obiecti
ſenſibilis vt ſenſibile: ſecundo cognitio obiecti vt delectabile, vel triſtabile: tertio appetitio
proſequendi qnod delectabile, & fugiendiquod triſtabile. Quarto ſequitur motus ſecundum
locum. Simili modo in iracundia talis eſt ordo: primo præcedit cognitio obiecti, prout ſenſi-
bile: ſecundo prout offenſiuum eſt: tertio ſequitur cupiditas ſumendi vindictam: quarto
ſequitur velox & cordis, & caloris motus. hanc ſeriem declarauit Gal. ex mente Plat. his ver- *Galen 7. de Pla. cap. 8.*
» bis. ira eſt feruor inſiti caloris, cum anima vindictam ſumere de eo cupit, quod videtur of-
» fendiſſe. eundem ordinem, & potiſſimum caloris motum pulcherrime declarauit Plato, ſic
» inquiens: vbi iniuſtum aliquid ſiue extrinſecus ab alijs, ſiue intrinſecus à libidinibus perpe- *Plato in Tim. pag 9. cir. me.*
» trarur, continuò iræ vis ferueſcens per omnia membra ſanguinem, & calorem vehementer
» circumfundit. &, vt addit Galenus, ad inſtar ſatellitis, & apparitoris iubet; cogitque quid-
» quid ſenſiuum in corpore eſt ſibi obtemperare. Vnde niſi in iracundia motus localis interce-
deret ſatis ſatue ipſam ſatelliti, & apparitori Galenus comparaſſet. Sed vt iræ feruor, & mo-
tus maniſeſtior euadat, aduertendum, quod cum appetitus ſit triplex, voluntas, ira, & concu-
piſcentia: à voluntate, & concupiſcentia poteſt prodire interdum appetitus proſequendi q̄d
bonum eſt, vel quod delectat: interdum au fugiendi quod malum, & quod contriſtat, non ta
men eodem tempore, ſed ſucceſſiue, & modo vnum, modo aliud. ira autem eſt appetitus,
qui in eodem tempore vtrumque appetit; imo conſtat ex appetitu fugiendi quod nociuum
eſt, & eſt illud, quod offendit, & proſequendi quod delectat, & eſt ipſa vindicta. Ideo dice- *Ariſ. 2 Rhe-tho. cap. 2 in prin.*
bat Philoſophus, quod in ira eodem tempore & dolorem, & gaudium percipimus. Quibus
hunc in modom declaratis, facillimum eſt videre cur in ira fiat feruor caloris, & motus ille
vehemens. nam quamprimum nobis ſeſe offert quod offendit, oritur appetitus illud auſu-
giendi & euitandi, & ideo ſpiritus, & ſanguis retrahuntur ad centrum, quo fit, vt in iræ mo-
tu omnes in principio pallidi euadant, & plerique decidant in terram: deinde altera ex parte
inſurgit appetitus proſequēdi vindictā, & tunc in virtute ſyſtole ſpiritus, & ſanguis incipit per
totum corpus circumfundi. Cū igitur ab his motib. cōtratijs non parua fiat ſpirituū agitatio,
& cum inſuper inter motus contrarios de neceſſitate medier quies, & hi motus oppoſiti aſſi- *Ariſ. 8 phy. text. 61.*
duò ſibi inuicem connectantur, quorum tamen motus ad circumferentiam potentior eſt (ſe-
cus eſſet potius timor, quàm ira) hinc fit vt interim alteratrix cordis facultas agens in ſpiritū,
& ſanguinem à propria operatiooe non deſiſtens, ſpiritum, & ſanguinem calefaciat, præſer-
tim dum concentrantur, & circa cor ſubſiſtunt ratione contrarietatis ipſorum motuum. Vnde
in ſimplici timore ſpiritus, & ſanguis nullo modo incaleſcunt, ſed ſolom ſuffocantur, quia nul
la à facultate iraſcibili, & animoſa fit reſiſteotia, & propulſio ad extimas partes: eodem mo-
do in lætitia, & gaudio, quia nimis effunduntur, & ſola fit expanſio, ſanguis circa cor fer-
uere non poteſt, quia nullus timor effuſioni reſiſtens commiſcetur, propterea timor, & gau-
dium facilius, vt inquit Galenus, ad ſincopim deducunt, quàm ira. hæc autem, vt idem dice-
bat, eſt in cauſa, vt cor magnam motus patiatur mutationem. Ex his liquidò conſtat (vt opi-
nor) nedum motiuam exquiſitam, verum etiam iraſcibilem facultatem ad ſpeciem animæ
cognoſcitiuam reduci debere. nūquam enim ſine ea poteſt reperiri. Vegetalis verò inuenitur
ſeparata à ſentiente, & ſentiens ſeiuncta ab intelligente, motiua verò ſemper connectitur
cum cognoſcente, & ab ea dependet, ſub eaque continetur. Verum ſciendum eſt, quòd licet
tum motiua facultas propriè talis, tum iraſcibilis in functionibus ſuis vtantur motu, & perpe-
tuò cognitionem ſequantur: attamen iraſcibilis immediate inſequitur ſolummodo cognitio-
nem ſenſitiuam, & ab ea ſolum emergit. facultas autem motiua de loco ad locum, vtpote quæ
motu perfectiore, & eminentiore vtitur, non ſolum ſenſitiuam, verum etiam intellectiuam
cognitionem inſequitur. nam motiua facultas exquiſita, ne dum in homine paret rationis præ
ceptis, & appetitum inſequitur intellectiuum, verum etiam in anima cœli res ſimiliter ſeſe
habet. Primo enim anima cœli intelligit quod bonum eſt, mox illud appetit, & ſequitur mo-
tus, vt ait Philoſophus. iraſcibilis verò in anima cœli non reperitur, quia ibi neque ſenſus, ne-
que corruptio ad inuenitur. cum enim ſit æternum ex omnium conſenſu conſeruatione non *Ariſt. 2. de anima com. text. 30.*
indiget. quod autem in cœlo non ſit ſenſus, neque internus, vt putauit Aui. neque externus, vt
falſo credidit Philoponus, colligitur ex Ariſtotele tertio de anima, vbi air, ſenſum ex tempe-
» ratura quatuor Elementorum, & proportione inter quatuor primas qualitates oriti. & rur- *Io. Gram. 2. de ani ſuper text 15.*
» ſus corpus ſimplex ſenſum quidem non habet, ſed cœlum eſt corpus ſimplex. maior propoſi-
tio ex eo comprobatur, quia ſenſus requirit organum. imo Ariſtoteles ex numero orgaoorū
ſenſuum numerum colligit. præterea ſi cœlum ſentientem animam haberet, eſſet fruſtrato- *Ariſto. 3 de ani 62 cōt.*
ria, quia nihil ei conduceret. non .n. ei eſſet vtilis quo ad melius eſſe animæ, quoniam intel-
ligentiæ miniſterio ſenſuum, & phantaſmatum non intelligunt: ſunt enim actus puri, & pe- *Ariſt. 2. cœli text. 8.*
nitus à materia ſeparati: neque anima ſentiens ei conferret ad melius eſſe corporis: quoniam
cum inalterabile ſit, & incorruptibile, nullam ſalutem, aut conſeruationem expoſcit: ſen- *Ariſt. 2. de anima com. text 128.*
ſus autem corpori animalium conferunt, vt eorum ope, quæ nocua ſunt, aufugiant, & ea,
quæ ſunt ſalutaria complectantur. Quare ſtatuendum eſt, iraſcibilem facultatem in animan- *Ariſtot. 12. met. poſt 29. cōt. paſſim.*
tibus animam ſenſitiuam, non autem intellectiuam immediate concomitari. Quinimo ſæpe
inter rationem, & animi affectus ſeditione exorta, ira rationi aduerſatur, vt nos docuit Gal. ex
mente etiam Plat. Exemplo Medeæ ab Euripide tradito. Cum enim Medeæ animus rationis, *Galen. 3. de Pla. cap. 3.*
& iracundię ſeditione agitaretur, eam ſic colloquentem introducit. Cognoſco quam ne fanda

nunc

nunc ego parro mala, ſed ira conſilio potentior eſt meo. Quod ſi interdum ira rationi opitulatur (quemadmodum ex naturæ lege opitulari ſemper deberet, vt docet Gal. locis ſuperius citatis.) Vt in exemplo ex Homero adducto, qui cecinit Vlyſſem iracundia contra Procorum, ancillarum flagitia, & aduerſus Ciclopem vehementer ſtimulatum iræ vim rationis conſilio ſtrenuè compeſcuiſſe; non ob id tunc temporis ira immediate à ratione promanat, ſed à ſenſu ipſo, à quo nunquam poteſt rebellare, cum ſit ei fœdere perpetuo colligata: ſed quoniam ſenſus rationi obtemperat, ideo ira vna cum ipſo rationem inſequitur. Idem nobis perſuadet D. Thomas dum ait, iraſcibilis dupliciter accipi poteſt, vno modo propriè, & ſic eſt pars appetitus ſenſitiui, ſicut & ira proprie ſumpta eſt paſſio appetitus ſenſitiui: alio modo iraſcibilis poteſt accipi largius, vt ſcilicet pertineat etiam ad appetitum intellectiuum, cui etiam quãdoque attribuitur ira. Et hæc ad probandum iracundiæ motum, & proinde cordis motum, prout vehemens eſt conſideratum, animalem eſſe, ſatis ſufficiant. Quod autem motus hic aliqua ex parte naturalis ſit, inde facile patere poteſt, quòd quodam naturæ inſtinctu, offendentes odio proſequimur, & in eorum vindictam naturaliter ferimur: ea propter cum primos iracundiæ motus, ceu ex quadam naturæ lege prodeuntes, non poſſumus coercere, protrito ſermone vulgatum eſt, primos motus non eſſe in poteſtate noſtra. cui ſententiæ fauent iuris peritorum decreta, qui non niſi poſt quoddam pra finitum tempus, iracundiæ exceſſus acriter punire conſueuerunt. Altera ex parte ſi perpendamus cordis, arteriarumque pulſatilem motum abſolute, cum hoc pacto nullo modo fiat ex voluntatis arbitrio, ſed ex caloris innati moderandi, atque mouendi neceſſitate quadam ineuitabili cieatur, &, ſi non in cordis, ſaltẽ in arteriarum ab eo exorientium, motu, muſculus omnino deſideretur; cogimur dicere motum hunc pulſatiuum à vegetatiuo animæ principio produci. Sed (vt omnes ambiguitates tollantur) non vt (ſimpliciter, & abſolute) vegetatiuum eſt, verum vt in nobiliore ordine vegetantium reperitur. Qua nobilitate, & perfectione corrupta, cum illam animalia ad eſſe proprium de neceſſitate requirant, ipſa quoque animalia corrumpi neceſſe eſt. Ordo autẽ hic nobilior eſt eorum viuentium, quæ & cor, & calorem plurimum ſortita ſunt. & quemadmodum anima ſenſitiua, in vilioribus ſita animalibus, vt in lumbricis, vermibus, & conchilibus, pauciores habet tum exteriores, tum interiores potentias & operationes: ſic vegetatiua in præſtantiore ordine viuentium plures potentias functionesque promit: in ignobiliore autem vegetantium genere pauciores, atque ignobiliores. hinc non modo ſtirpium, verum etiam animantium genus aliquod virtute caret generatrice. Ad nutritiuam autem animam, ſeu vegetatiuam referendam eſſe pulſatilem potentiam ex his verbis Ariſt. confici poteſt, ſic enim ille. Alias virtutes animæ impoſſibile eſt exiſtere ſine nutritiua, propter quam autem cauſam dictum eſt in ijs, quæ de anima: nam vegetatiua potentia cæteris animæ partib. ſubſeruitur de neceſſitate. Verum hoc item tribuitur pulſatiuæ virtuti, vt ſine ea nequeant cæteræ facultates animæ conſiſtere. igitur aut eadem erit, quæ nutritiua, aut ex eadem in perfectioribus animalibus. Ad hæc omne, inquit, quod nutritur, neceſſario viuit, & non viuit niſi vum poteſt nutrimentum accipere. ſic animalia, in quibus magna vis eſt innati caloris, tamdiu viuunt, quoad pulſus procreatrix facultas ſuperſtes fuerit, & quemadmodum inquit idem Ariſt. Neceſſe eſt ſimul vitam exiſtere, & calidi innati vim, atque conſeruationem. eodem modo nos dicimus neceſſarium eſſe, vt ſimul cum calidi innati productione facultas exiſtat pulſatiua. id quod Auctor libri de ſpiritu planis verbis indicauit, cum dixit, Pulſum primum eſſe motum, qui in animalis conſtitutione cieatur, & inter prima, quæ in animalis generatione ſpectantur numerandum eſſe. Is autem non ad vegetabilis animæ generatricem, vel augmentatricem potentiam, ſed ad nutritricem potiſſimum virtutem poteſt reduci, cum veluti ex quadam attractrice, & expultrice perfectiſſima ſit conflatus: nam quemadmodum eæ quæ ſunt ſimpliciter altricis famulæ ad alimentum, & excrementum duntaxat diriguntur, ita ſyſtoles, & dyaſtolee ad calorem ipſum, qui alimentum conficit, excrementum ſegregat, & ſummatim virtutes omnes perficit, referuntur. At vero perfectionem hanc non modo ex perfectiori fine, verum etiam ex animali, vt dictum eſt, ſimul adiuuante, & perficiente virtute potuit ſortiri; quid enim obſtat quin cordis dyaſtole eum inſequatur, animalem appetitum, qui ad proſequendum quod delectat (calori nempe refrigerium, ſpiritibus vero nutrimentum) ſubordinatur? nonne ſyſtoles, & ipſa quod inimicum, & quodammodo iracundum eſt fuligines videlicet, & ſuperfluum excrementum, procul extrudit? Quod ſi adeo neceſſarij ſunt hi motus, vt voluntatis dominio nullo pacto ſubijciantur, id profecto non ob aliud, niſi propter ingentem aſſiduo inſtantem neceſſitatem prouenire cenſendum eſt, quemadmodum etiam in thoracis, reſpirationisq; motu fieri conſpicimus, qui tametſi neceſſarius ſit, attamen pulſatiuo motu eo magis voluntati ſubijcitur, quo reſpiratio ſi pulſui conferatur à tanta recedit neceſſitate. id nobis oſtendit infans adhuc in matris vtero concluſus, in quo nulla prorſus editur reſpiratio. Ex his colligimus cordis iraſcibilem pulſatilemque motum, & naturalem, & animalem virtutem ſibi inuicem connexas redolere. Quod etiam de ſpiritus genitrice facultate licet enunciare: nam & ſi potentia hæc naturalis ſit, alterationem ſiquidem, concoctionemq; duntaxat functiones promittat tamen, prout ſpiritus vitales producit, qui nedum animæ naturæ quodammodo genericæ, & ad omnes animæ ſpecies indifferenter ſeſe habentis, opus, & ſoboles ſunt, verum etiam totius caloris, omnis ſpiritus, & cuiuslibet facultatis, ſiue animalis ſit, ſiue naturalis, ſunt vehiculum, fundamentum, organumque, poteſt ſtatui potentia quædam generica, quæ & de naturali, & de animali virtute prædicari poteſt. Hinc rationabiliter conijcere poſſumus, non modo primam, verum etiam realem, & exquiſitam ſpirituum generationem in corde obiri. quamuis enim ex Galen. ſententia venæ contineant ſanguinem non ſine ſpiritibus: in iecore, nihilominus nulla

*Galen. 6. de Pla. ca. 2. & eodem 6. ca. 8. & 7. de plac. 3. c.*

*D. Th. in 1. 2. q. 162. ar. 9. & 1. p. q. 82. art. 4.*

*Ariſt. lib. de iuuẽ. & ſen. cap. 10.*

*Ariſtot. 2. de anim. text. 33.*

*Ariſt. lib. de iuuẽ. & ſen. c. 2. & 10.*

la prorſus fit ſpirituum procreatio, ceu à quo nulla fit aeris attractio, cum nec iecur, nec ab eo exorta vaſa quicquam pulſent. Sed venæ ſpiritum omnem ab arterijs merito anoſtomoſis,& mutuæ connexionis inter vtraſque, ſuſcipiunt, & ob id potiſſimum, quia in corde fit veluti prima venarum cum arterijs anoſtomoſis. Simili modo in cerebro ſpiritus noui non fiunt, quia generatio fit per concoctionem, concoctio vero fit à calore, ſed ij, qui in corde geniti iam ſunt alterationem,& contemperationem, merito cerebri frigidioris, acquirunt. vnde quemadmodum in corde fit prima venarum, cum arterijs colligatio, ita in cerebro nexus fit præcipuos arteriarum cum neruis. Ideo arteriarum rextus ille mirabilis non alter prope cerebri ventriculos deſinit, atque iuxta ſiniſtrum cordis ſinum vena caua principio magnæ arteriæ fuerit applicità. Vnde ſicuti per foramina, quæ in ſepto ventriculos cordis diuidente reperiuntur, ſubſtantiæ hincinde permeare,& remeare poſſunt,& ea multo promptius, quæ cum tenuior ſit, penetrationi, fluxioniq; eſt magis parata: Ita per meatus, qui à reti mirabili in cerebri ventres ſeſe inſinuant, idem contingere exiſtimandum eſt propter aſſiduam arteriarum agitationem. Ex quibus iam elucet animæ ſedes, membrorumque principatus: & cur animalis facultas in cerebro præſertim perfectas uires, & functiones expromat. hinc quoque percipimus, cur metus,& mœſtitia, audacia, & ira quæ formaliter in corde ex omnium Philoſophorum, & Medicorum ſententia collocantur, cerebri quoque noxas, ſicut in melancolico delirio, & phrenitide contingit, inſequantur. Nam vbi rectricibus functionibus noxa communicatur, ſtatim animalis ſpiritus intemperiem diuerſam diuerſi quoque comitantur animæ affectus, vt etiam in corde fit. Quod autem in cerebro ſpiritus non fiant noui, ex eo deprehendere licet, quia cerebrum non pulſat, neq; motu dilatariuo (vt arteriæ) iugiter mouetur. ſiquidem nerui omnes ipſius propagines penitus immobiles ſunt, neque in praxi dum à plaga vehementi cerebrum denudatur vllus nunquam apparet ipſius motus, ſed perpetuò motus, quem obſeruamus, fit ab arterijs reſilientibus, vt ex manu pulſui applicita eius vniformitas in motu cum arteriarum cerebri pulſu declaratur. Præterea motus hic fruſtratorius eſſet: nihil enim ei conduceret ad alliciendos ſpiritus ex arterijs, quia motus hoc ſubire poteſt arteriarum ſyſtole, neq; ad diffundendos animales ſpiritus vocatos, quia præter id quod tenuiſſimi ſunt, neruis ſolidis,& meatu carentibus per irradiationem communicantur, neq; motus ei eſſet expediens ad attrahendū aerem per meatū olfactoriū, quia in coriza, & grauedine, in polypo, in mala conformatione,& natiua,& adſcititia ab ictu, in oſſis ethmoidis meatib. (vt ſæpe vidi) integra fit anguſtia,& ſenſus olfactus omnino aboletur, reliqua tamen animalis facultas permanet illæſa,& omnino inculpata: Cerebrū igitur nō mouetur,& proinde à cerebro nulla fit aeris attractio, neq; noua ſpiritus generatio, ſed ſpiritus ei demandantur ab arterijs, & reti mirabili, quod iccirco in minutiſſimas,& innumeras tendit orterias, vt, præter vſum à Gal. allatum in 9. de vſu partium (vbi Textum hunc vaſorum ſeminalium capreolis comparauit) tenuiſſimam tantummodo uaporoſam ſubſtantiam in cerebri ventriculos tranſfunderet, quo in loco deinde faciliſſimè à cerebri ſubſtantia elaborari poteſt. Hinc patet cur per vaſa vmbilicalia ſolum venę,& arteriæ iecori, & cordi fuerint demandatæ: minime autem nerui ipſi cerebro, fœtus tamen in vtero contentus calcitrat, & motus hic animalis eſt, nulla tamen præceſſit aeris per nares attractio, quia nulla quoque præceſſit reſpiratio, præſertim cum cerebrum non moueatur, vt dictum eſt. Arteriæ autem, quia per totum corpus vſque ad extimas partes diſſeminantur, virtute diaſtoles aerem poſſunt allicere, licet in tēpore geſtationis aeris attractio parum neceſſaria ſit, tum quia ſpiritus vitales à matre ad fętus arterias vſq; ad cor deferuntur: tum quia cum neq; reſpiret, neq; ſpiritibus animalibus ad ſenſum, vel ad motum indigeat, viuit tunc temporis magis vita ſtirpis, & anima vegetabili ad incrementum,& fœtus perfectionem neceſſaria. calor item cordis, quia eo tempore à nimia obtunditur humiditate ad ſui ipſius moderationem pauco omnino aeris refrigerio opus habet. & quod dictum eſt de principijs, idem de principiatis ſtatuendum eſt. nam venæ ſanguinem gignunt, arteriæ ſpiritum, vt teſtatur Gal. merito virtutis à ſuis principijs ſibi demandatæ. nerui vero ſpiritus animales non gignunt: non enim caui ſunt, & perforati, ſed ſolummodo ſpirituum animalium, qui in cerebro ſunt, veluti quandam irradiationem admittunt. Itaque ſpirituum generatio in corde fit, & non alibi, & ideo in ſincopi omnes tū animales, tum naturales functiones pariter pereunt, quia ſpiritus omnes ad cor, tanquam ad propriam arcem, & ſuæ procreationis principium confugiunt. Perſpicuum igitur eſt omnes cordis functiones & animalis & naturalis facultatis eſſe participes, eo tamen diſcrimine, quod ita animalis præſertim, ſpirituum generatio potiſſimum naturalis virtutis eſt functio. Pulſus vero inter vtraſque exquiſitè medius, eas æquabiliter participare deprehenditur: eſt enim animantis actio, ne dum tempore, & origine, verum etiam neceſſitate prima, ab eaq; tanquam ab omnium animalium, & naturalium operationum radice,& promptuario, cæteræ omnes emergunt, & cum pulſus duplici motu conſtet: diaſtole, ſi ſyſtole conferatur, quēadmodum neceſſitate, ita antiquitate prior fuit. Verum quoniam plerique ſententiam hanc fortaſſe nimis peregrinam exiſtimabunt: iccirco liceat nobis eius veritatem omnino, breuiter tamen, illuſtrare. Sciendum igitur, Naturam varietatis amicam, ad varias edendas operationes, varios quoque motuum ordines excogitaſſe. Vnde cum ſermo ſit de motibus, qui ab intrinſecis fluunt principijs ad differentiam motuum inanimatorum (nam moueri à ſe ipſis, vt inquit Ariſtoteles & Plato proprium animatorum eſt) primo datur motus quidam veluti omnium infimus,& obſcuriſſimus, qui quidem partium ſimilarium, vt venarum, & aliarum conſimilium partium peculiaris eſt, in quo mobile mouetur, particulis mouentibus, immobilibus remanentibus: Exempli gratia, venæ attrahunt alimentum, & ipſæ non mouentur. imo dicebat Gal. has alimentum attrahere eo prorſus modo, quo magnes attrahit ferrum, in virtute ſcili-

*Gal. 6. in 6. epid. cō. tex. 25.*

*Galen. 3. de nat. facult. c. 14.*

*Galen. 9. de vſu par. c. 8.*

*Poſt ortum vero calor propter frigiditatē ambientis, magis roboratur; nam calidiſſimus aer externus in collatione ad illum qui in matrice cōtinetur frigidus eſt.*

*Galo. in lib. de vſu par. pluribus in loc.*

*Ari. 8 Phyſi com. tex. 29.*

*Plato 10 de legibus, & in Phædro.*

*Gal. 2. de facul. na. paſſim.*

Pulſatilē enim & naturalē, & animalem eſſe, adhuc magis tū ratione, tū experientia cōprobatur.

ſcilicet ſibi inſitæ proprietatis: ſimili modo in expulſione particulæ non mouētur, ſed expulſio reſtaurationem eius quod deperditur ſolum conſequitur, ideo dum id quod reſarcitur maius eſt, eo quod deperditur, vt in his qui creſcunt, expultrix eſt robuſtior. hinc etiam oſſium particulæ à cæteris ſegregantur virtute carnis, quæ à tergo oſſis ſeparati generatur. Secundo loco proximè locatur motus organorum, ſeu partium diſſimilarium, quæ ex diuerſæ naturæ partibus, & potiſſimum neruis euidentibus conſtantur, ſicuti ſunt ventriculus, inteſtina, veſica, & vterus, hæ ſiquidem meritò fibrarum neruoſarum, dum attrahunt, vel expellunt, non ſolum mobile velocius mouent, verum etiam ſe ipſas mouent, nam & ſi vterus neruos habeat à 6. pari neruorum ad ſenſum magis, quam ad motum idoneos, ipſi nihilominus etiam à ſpinali medulla prope os ſacrum nerui fuere demandati, qui cum duriores ſint, ſunt magis ad motum, quam ad ſenſum accommodati. Supra quem tertius adhuc euidentior, præſtantiorque motus eſt pulſatio ipſa à corde emanans, in qua cor mouens adeo euidenter ſeipſum exagitat. adhuc euidentior quarto loco reponitur thoracis motus, qui licet ſit dilatatiuus, & conſtrictiuus, ad ſimilitudinem motus cordis, & cæterarum partium; attamen adhuc magis conſpicuus eſt, & apertus. Tandem quintus in ordine omnium apertiſſimus eſt motus illorum membrorum, quæ de vno in alterum locum transferuntur. Horum motuum primus ipſarum ſtirpium proprius eſt, ceu in quibus nullum ex reliquis adinuenire licet, nec non etiam illarum partium in animalibus, quæ ſimilares ſunt, & hic penitus naturalis eſt, hinc epar, & pure naturalia membra pauciſſimos neruos ſortita fuere. Vltimus vero eſt illorum animalium peculiaris, quæ huc, illucque ex appetitus, vel voluntatis præſcripto gradiuntur, & hic eſt animalis exacte, namque immediate non conſequitur appetitum iraſcibilem, vel concupiſcibilem, neque fit, quia pars, quæ mouet, & mouetur, immediate quod delectat, vel contriſtat perſentiat; ſed ſolummodo voluntatem immediate conſequitur, in quo rurſus reperiuntur gradus, quatenus quidam obliquus, quidam rectus, donec tandem ad circularem deueniamus; qui omnium perfectiſſimus corporum cęleſtium proprius eſt. cæteri tres inter primum, & quintum conſtituti, extremorum quodammodo participantes, ſunt ex his mixti, ex naturali videlicet, & animali; ſed ſecundus magis naturalis eſt, quàm animalis: quartus è conuerſo magis animalis, quàm naturalis. Tertius vero eſt quodammodo inter omnes exquiſite medius, cum æquabiliter vtriuſque ſit generis particeps, vt oſtenſum eſt. Vnde quatenus calorem innatum conſeruat eſt naturalis; quatenus ſpiritibus animalibus materiam idoneam præparat, & ſuppeditat, eſt animalis: prout refertur ad cauſam impulſiuam, & neceſſitatem, cum hæc calor ſit naturalis, naturalis eſt: prout tanquam ab agente præcipuo ſit à pulſatili virtute poteſt dici animalis; ratione inſtrumenti, quod quidem eſt calor natiuus, eſt naturalis, ratione opificis animalis eſt. in quantum eſt adeo apertus poteſt animalis cenſeri. in quantum inuolũtarius naturalis facultatis eſt index. ſimili modo poteſt ſtatui medius inter vtrumque, quatenus ſit à potentia, quæ ad iraſcibilem vim materialiter conſideratam reducitur, propterea quod iraſcibilis facultas inter naturalem, & animaliem eſt exquiſite media non ſolum rõne loci, verum ẽt quia in vtriuſque conſeruationem, veluti earum nexus quidam, conſpirat; quo fit vt animal minimè conſeruari poſſet, niſi inter facultates ipſum gubernantes conſpiratio, & colligatio reperiretur. Hæc autem facultatum coniunctio potiſſimum fit à cordis motu, qui vt ex ſuperius traditis colligimus omnes ſpiritus, ceu animæ inſtrumenta, & proinde omnes facultates permiſcet, & ſimul inuicem connectit. Porrò ſecundum in ordine motum, quamuis naturalis dicatur, quia in eo neque voluntas, neque muſculus concurrit, ſed ſolum animalis alendi neceſſitas, animalis tamen facultatis eſſe participem, ex his quæ traduntur à Gal. & Ariſt. facile probatur. Namque inteſtina, & veſica vt excrementorum expulſioni eſſent idonea, & neruos, & neruoſam, fibroſamque ſubſtantiam fuerunt adepta. id nobis oſtendunt acerbi harum partium dolores. Ventriculus, & vterus, cum præter expulſionem, valida quoque attractrice prædita ſint, ( nam vterus ex Gal. ſententia ſemen allicit cum auiditate, ventriculus vero cibaria ſemi attrita ſubripere deprẹhenditur ) adeo copioſiores adhuc habuerunt neruos, propterea; acerbiores in his fiunt dolores, qui frequentius lipothymias, & ſyncopes accerſunt. hinc harum partium motus clariores expromuntur, adeo vt Plato vterum ipſum, animal quoddam nuncupare non dubitauerit. nam multas neruorum propagines ad voluptatis ſenſum, & ad validiſſimam fœtus iam perfecti expulſionem requirebat. Ventriculus verò idem exigebat propter animalem appetitum, qui ſupra iam dictas potentias, in eius ore collocari debuerat. quibus tanquam veris ſuppoſitis, dicebat Gal. neruos datos eſſe, vel propter ſenſum, vel propter motum, vel propter dignotionem contriſtantis. vnde inteſtina non ob aliud neruos fuerunt conſequuta, niſi vt feces contriſtantes dignoſcerent, & eas expellerent. modo dicebat Ariſt. vbi ſenſitiuum, ibi & appetitiuum, & ſi ſenſus eſt animalis, ergo & appetitus ipſum inſequens animalis erit. ergo motus, ſeu expulſio conſequens appetitum animalis erit facultatis particeps: quod ſi non eſſet, qui quæſo fieri poſſet, vt ab expultrice ſimpliciter, & exacte naturali tam magnæ fierent expulſiones? nonne ( vt oſtenſum eſt) partes ſimpliciter naturales expellendo penitus permanent immobiles, vt in plantarum, & oſſium liquet expulſione. Similiter quod reſpiratio motus ſit aliqua ex parte naturalis, planum eſt. Nam tum in ſomno naturali, in quo facultas ſecundum naturam ligatur, tum multo magis in affectibus ſoporiferis; vt in forti apoplexia, in quibus adeſt interdum integra cerebri anguſtia, & facultas omnino ligatur à copula præter naturali, remanet reſpiratio, in qua voluntas nullo modo concurrit. Vnde tunc temporis credendum eſt, thoracis motum adiuuari, & cieri à naturali facultate, quæ reſidet in ſpiritibus, & calore, qui eo loci, & potiſſimum in corde ſubiecto copioſiſſimus eſt; hinc Gal. dixit thoracem eſſe proprium reſpirationis inſtrumentum. eſt tamẹn motus thoracis magis animalis & voluntarius, vt in

*Hipp. 3. de fracturis. text. 45.*

*Gale. 14. de vſu par. cap. penul.*

*Ariſtot. 2 de anima com. text. 27.*

*Galen 5. de loc. aff. ca 3. in princ.*

exemplo

exemplo ſerui fugitiui declarauit Gal. Verum aliquis dubitare poſſet, quomodo cor, cuius motus eſt animalis facultatis magis particeps, quam naturalium membrorum motus, ſi iam dictis membris conferatur, vt vtero, ventriculo, & alijs; minorem neruorum portionem conſequutum fuerit. Ideo ſciendum eſt, cor duplici de cauſa paucioribus neruis indiguiſſe. primo quia mobile, quod à corde mouetur, parum reſiſtit, eo quia non niſi aerem halituoſam, & tenuem ſubſtantiam attrahit, vel expellit; ventriculus autem & vterus mouent mobile, in quo maior, imò interdum maxima adeſt reſiſtentia. Secundo, quoniam cor paucos exigebat neruos ratione eximij caloris, qui ſua natura, & ſenſum excitare, & motum roborare, & velocitare valet, quemadmodum è conuerſo frigiditas motum, & ſenſum inertem, & torpidum reddere poteſt. Ideo ventriculus, vterus, veſica, & inteſtina veluti exanguia, & frigida neruos copioſiores ſortita ſunt. Thorax vero, & neruos, & muſculos copioſiſſimos obtinuit, quoniam nō ſolū aerem allicere, verum etiam pulmones, & coſtas attollere debebat. Quod autem ventriculi, vteri, & aliorum organorum, quæ neruis copioſis prędita ſunt, motiones ſint quadantenus animalis facultatis ſoboles, non minus experientia comprobari poteſt. nam fortis imaginatio non modo ſingultum tollit, verum etiam deglutitionem ſiſtit. Somnus naturalium membrorum expultricem torpidam reddit. vt quid hæc, niſi quia animalis facultas aliò reuocata, vel ligata non influit? hinc poſt aſſumpta electiuè educentia, poſtea quam de potentia ad actū fuerint deducta, dormiendum non eſt. eadē de cauſa in apopl. & ſoporiferis affectibus debilis omnino, & nonnunquam ablata redditur expultrix; quo fit, vt validiſſimis egeamus auxilijs, & acerrimis cliſterijs, quæ quidem ab occulta attrahant qualitate, quæ poteſt ab innato calore ſuperſtite excitari, & per totum corpus diffundi, neq; licet inſtantiam labefactare, aſſerendo, hæc omnia contingere, quia amoueatur ſenſus tactus, vt ob id viſcera quod contriſtat nō perſentiant. namq; ſi ſenſus, vel ſtimulantis rei cognitio functio animalis eſt, non autem naturalis, ergo & appetitus, ſenſum inſequens, animalis erit, ſi verò appetitus pure naturalis ſtatuatur, ad quid ſenſus ille præcedens appetitum? non ne partes naturales naturaliter attrahunt abſq; ulla prorſus facultate tactiua? Inſuper, ad quid motus ille conſequens appetitum illū? non ne iecur, lien, renes, fellea veſica nullo prorſus intercedente motu aſſiduo, quod ſibi vtile, & familiare eſt, alliciunt? Quod ſi dictarum partium motus animalem quoquo pacto redolent facultatem; quanto magis pulſus cordis, ceu membri longe præſtantioris eandem facultatem participabit? Sed quid plura de naturalis, & animalis facultatis conſpiratione, atq; connexu in animalib. enunciabo? Non ne virtus imaginatiua (quemadmodum nobis lucidiſſimus aperuit Themiſtius) in omnium humorum motione maximè pollet? & in eorundem diſtributione vim habet ſingularem? Si.n. in ſomnijs phantaſiæ obiecta aduerſantur iracunda, humores feruent, & agitantur: ſi timoroſa frigeſcunt, & concentrantur: ſi iucunda, delectabiliaq; expanduntur. In uigilijs quoq; ratione diuerſarum imaginum excādeſcimus, triſtamur, iraſcimur, & proinde humores diuerſimode agitantur, & quod maximum eſt huius colligantiæ, & conſpirationis iudicium, dum in mulierum phantaſia diuerſarum rerum vigent concupiſcentiæ, ſiue tunc tpis fętum concipiant, ſiue vtero gerant, ita varij humores fœtum ipſum diuerſimodè iuxta ſpeciem imaginationis inficiunt, & tanta huius eſt vis. vt ex patre albo, infantes fuſci, vel nigri coloris ſint exorti. Quam imaginatiuæ vim minimè ignorās Iacob, vt habetur in Sacra Geneſi, virgas populeas vario modo decorticatas in canalibus infundebat, vt oues in earū aſpectu concipientes, fętus uario colore reſperſos parerent. Quoniam verò plerique ſunt, qui præter rationem & experientiam auctoritate ſummopere delectantur; ideo liceat totū noſtrū diſcurſum Gal. auctoritate, qui tū in Platonica, tū in Ariſtotelica philoſophia fuit exercitatiſſimus, comprobare. is enim ab animi ſui altitudine compulſus, & ab ipſa veritate veluti coactus, volens nolens in eandem ſententiam fuit traductus. Nam libro de differentijs ſymptomatum c. 3. eam ſymptomatum claſſem venaturus, quæ ſub actione læſa continentur: Primo animantium actiones diuidit in animales, & naturales: de uitalib. vero nullam prorſus mentionem facit. Animales deinde actiones ſubdiuidens has diſtinguit in ſenſibiles, rectrices, atque motiuas. Poſtea motiuarum actionum læſionem colligens, inquit has poſſe vel auferri, vel vitioſè edi: uitioſas autem edi quoties vel diminutæ ſunt, vel deprauatæ. Tandem deprauatas actiones animales enumerans, inquit. Praui autem motus ſunt alius tremulus alius conuulſiuus, alius palpitans, alius vibrans. Porro de motu tremulo nemo dubitat, quin ab animali actione proficiſcatur. ita motus conuulſiuus, quamuis ſit motus vel ſolius morbi, dum eſt exquiſita conuulſio, vt declarat idem Gal. vel facultatis naturalis, non autem animalis, dum eſt conuulſio ſpuria: attamen quatenus motiua facultas quoddammodo inuita concurrit, & paſſio hæc propria eſt inſtrumentorum ad facultatem motiuam ſpectantium, & quatenus hæc inſtrumenta, vt puta muſculi, tendones, & nerui ad proprium principium, ad quod ex naturæ lege conſueuerant, retrahuntur, poteſt quodammodo ad animalem motiuam facultatem deprauatam reduci. Sed motus palpitans, & vibrans nullo pacto poſſunt ad actionem animalē deprauatā redigi, niſi quemadmodū ſtatutū fuit, dicamus cordis motū ad facultatem motiuam quadantenus pertinere. Quod autem impoſſibile ſit alio pacto Gale. tueri, & eius dicta aliter aſſequi, imò ipſum à contradictione in eadem de ſymptomatum doctrina vindicare, facile declaratur, nam dum proponit motum palpitantem, ego quæro an loquatur de palpitatione vel cordis & arteriarum de qua in 5. de locis affectis cap. 2. vel de palpitatione aliarum partium: verum non poteſt loqui de palpitatione cęterarum partium: nam tantum abeſt, vt motus hic palpitans ſit facultatis animalis, vt potius omni prorſus facultate mouente (ſiue animalis ſit, ſiue naturalis) deſtitutus ſit; eſt. n. ſynceriſſimus motus ſolius morbi, nempe flatus craſſi, vt idem teſtatur. neque dicendum eſt palpitationē hanc poſſe dici motū facultatis animalis, quatenus in ipſa poſſint moueri muſculi, qui ſunt ipſius inſtrumenta, quia non

Themiſt. in para. in de m. & ſen.

Libro Gen. cap. 30.

Gal. auctoritate vim pulſatiuā naturalē, & animalē eſſe demonſtrantur, & cur uitalis à nonnullis vocetur, declarat.

Gale lib. de differ. ſymp. c. 3.

Galen. 2. de ſym. cau. c. 2.

Galen. 2. de ſymp. cau. c. 2. poſt med.

*Galen. 2. de ſymp. cau. c. 2. & 3. de offi med. cõ. 36.*
*Gal 2. eiuſdẽ c. 2. in fi.*
*Gal in cõp. pulſ c 3.*
*Galen li de pulſ ad Tyro. c 2. & 1. de diffe. pul c. 27.*
*Gal. lib. de differ ſymp. c. 4. poſt medium.*
*Gale. lib. de dif ſymp. c. 4. in princ.*

mouentur ad ſuum principium, vt in motu conuulſiuo, ſed ſolum dilatantur, & ab alijs partibus ſeparantur, quod his verbis declarat Gal. diſtat autem motus palpitationis manifeſtiſſime à motu conuulſionis, quod membrum neq; prorſus extendit, neque inflectit: in palpitationibus enim membrum nec quod notabile ſit extenditur, neque inflectitur, concutitur autem huc, atq; illuc, quoad muſculus palpitare ceſſet. Ergo relinquitur de neceſſitate, vt de palpitatione cordis, & arteriarum loquatur, quia ait Gal. palpitatio & pulſus arteriarum idem ſunt. ergo motus cordis, & arteriarum erit motus deprauatus ab animali facultate dependens. cur autem motum cordis deprauatum palpitationem appellet Gal. inferius apparebit. Poſtremo ſi perpendamus motum vibrantem, hic cordis ſolummodo, & arteriarum proprius eſt, vt vbique colligimus ex eodem Galeno. Tum libro de pulſib. ad Tirones, tum primo de differentijs pulſ. Nec valet ſi quis adducat ventriculum, ipſumque motu vibrante ex Galen. ſententia laborare poſſe, affirmet, quia ait Galen. ipſum interdum laborare non motu vibrante proprie dicto, ſed veluti vibrante, vt etiam ait interdum concuti non tremore propriè dicto, ſe veluti tremore; ut inſinuaret motum proprie vibrantem eſſe proprium facultatis motiuæ, quæ pro inſtrumento vtitur arterijs: proprie autem tremorem eſſe peculiarem facultatis motiuæ, quæ utitur neruis. ex his igitur colligimus cordis motum ab animali cieri facultate. Quod autem idem motos ad naturalem facultatem pertineat, idem Galenus planiſſimis indicat verbis. dum eodem libro de differentijs ſympt. c. 4. in principio ſic habet. Aſphyxiæ, & cacoſphyxiæ circa pulſuum actionẽ, ſunt ſymptomata, & ibi de actionũ naturalium læſione verba facit. Patet igitur luce clarius Galenum cordis, & arteriarum pulſum ad actionem & animalem, & naturalem reduxiſſe. Poſtremo vt Anic. & tot illuſtrium Virorum auctoritates tueantur, animaduertendum eſt, quod quamuis pulſatilis facultas ex iraſcibili fluat animæ facultate, & tum animalis; tum naturalis poſſit exiſtimari, attamen ea quoq; poteſt uitalis appellari, eo quia reliquis animæ ſpeciebus viuendi principia ſubminiſtrat, namq; animali facultati principium præbet materiale. Cum enim diſpoſitiones reducantur ad ipſam materiã, ea eſt quæ ſanguinem, & ſpiritum attenuat, vt in animalem ſpiritum facile migrare poſſit. Inferiori autem animæ parti, quæ vegetalis eſt, calorem, & præcipuum nutritionis inſtrumentum tanquam principium effectiuom exhibet. ad hæc cum ab hac calor innatus foueatur, & conſeruetur, hic tandem præparat, & diſponit materiam, qua anima in materia introducitur, & conſeruatur, vt declarauit Ariſt. inquiens, uitam, & animam calore in corpore cõtineri, vt iure merito calor nexus, & copula animæ cum corpore à ſapientib. dicatur, & ita natura ad plurima obeunda munia (vt ſui moris eſt) vnicam pulſatilem virtutem comparauit. ob id mirũ non ſit, ſi uitalis ab ipſis potiſſimum Medicis nuncupatur, quia, vt oſtenſum eſt, in ea totius uitæ fere radix, & principium conſiſtit, & propterea in profligandis morbis perpetuo ad banc oculos dirigunt, eamq; tanquam vitæ totius fundamentum, & morborum præcipuam expugnatricem ſemper tueri, & conſeruare conantur. Ab ijſdem quoq; ſæpiſſime appellatur natura, quia animalibus ipſum eſſe tribuit; atq; conſeruat, & pro inſtrumento naturali vtitur calore. Qui quidem & ſi unicus ſit, & eiuſdem rationis atq, naturæ, ex accidenti tamen prout ſcilicet à diuerſis principijs, & agentib. dirigitur, uaria nomina ſimili modo ſortitus fuit. prout enim dirigitur ab iraſcibili facultate poteſt iraſcibilis uocari, vt ab anima nutrice, & naturali, dicitur naturalis; prout dirigitur ab anima, poteſt animalis apeellari; Nec non etiam uitalis ab Ariſt. nuncupatur, quia, cum anima viuendi principium ſit, calor eſt vinculum animæ cum corpore, quinimo etiam virtus vitalis dici poteſt; quia, cum ſit animæ inſtrumentum, animæ virtus vocari poteſt, ab ipſoq; uita proficiſci enuntiamus. hinc Phyloſophus aſſeruit uitam caloris naturalis incolumitatem eſſe, mortem uero, eius interitum fore. Et hæc de cordis uirtutibus dicta ſint; nunc eius uitia proſequamur,

*Ariſt. lib. de reſp. c. 4.*
*Ariſt. lib. ſi- tate.*

## *De Palpitatione. Cap. LIIII.*

*Quæ nam orgãa cordis facultates reqrãt, & cur de ſolius Pulſatilis læſione agendũ ſit.*

*Galen. 8. de Plac. c. 3. & 5.*

IN ſuperiore capite eò noſtra deducta eſt oratio, vt ex his, quæ in eo tradita ſunt, pleraq; cordis arcana ad animę ſedem, ad membrorum principatum, ad facultates morales, ad animæ ſimplicitatem, pluralitatẽve, & ad ſpecierum animæ ſubordinationem attinentia, facillimum eſſet detegere. Verum quoniam in præſentia morborũ cordis ſolummodo cognitionem, curationemq; profitemur, ea propter Hip. imitati, qui ita referẽte Gal. artem ſpeculatiuam minimè tractans philoſophicas contemplationes tanquam Medico inutiles omiſit, & eas dumtaxat, quæ ad morborum curationes conferunt pertractauit; hæc omnia conſulto prætermittamus. Imò quodam verborum veluti filo ducti, multa præter ſententiam, huic tractatui contexuiſſe cernimus. Quod nobis vitio aſcribeodum non eſt; eo quia impoſſibile eſt partis cuiuſpiam ægritudines recte callere, niſi prius eiuſdem functiones omnes fuerint exploratæ: quæ cum à facultatibus de neceſſitate fluant, hinc de ipſarum numero, quidditate, & neceſſitate profectus eſt ſermo. Porrò, vt ex dictis licet colligere, cordis munia, & functiones huiuſcemodi, erunt vitæ, calorisque conſeruatio, iracundia, motus pulſatiuus, & ſpiritus generatio. At vero vitæ tutela ab ipſius innati caloris, in qua conſiſtit, conſeruatione dependet: caloris vero nobis à primordijs generationis inſiti conſeruationem à tribus cordis functionibus, quæ remanent, prodire, ex his, quæ dicta ſunt, mani-

fe-

feſtum eſt. Cum ergo de harum functionum vitijs acturi ſimus (nam vbi inculpate, & ſecundum naturam obeuntur, cor rectè ſe habet, & nullum Medici auxilium expoſcit) Sciendum eſt, quod cum functiones à proprijs facultatibus proficiſcantur, facultates non poſſunt ad proprias operationes edendas ſe conferre, & ſubinde proprietates fieri, niſi præter natiuum calorem, qui quidem animæ commune inſtrumentum exiſtit, habeant quoque organa peculiaria, & determinata, in quorum virtute anima ipſa, quæ indiſcriminatim in potentia erat ad plures functiones, ad proprias, & determinatas contrahatur, vt paſſim tum ex Ariſt. tum ex Galeno colligere licet. Quæ quidem organa cum ſint vel ſimilaria, vel diſſimilaria, vt nobis idem inſinuauit Gal. non modo locis extra notatis, verum etiam paſſim in libris de Meth. med. & libris de differentijs & cauſis morborum: Propterea animaduertendum omnes iam dictas cordis facultates, proprietateſque, organa ſimilaria potiſſimum requirere, quoniam animantium operationes ab organis corporeis emergunt, præſertim vt ex propria quadam temperatura ſunt conflata, quæ conſiſtit in certo quodam, & (vt dicebat Auic.) determinato gradu quattuor primarum qualitatum, & ſubſtantiarum elementorum, vt nobis etiam manifeſtauit Philoſophus, dum dicebat ſenſum ex attẽperatione elementorum, & ſymmetria primarum qualitatum originem ducere. Verum particulariter pulſatilis facultas tanquã ſummè neceſſaria, & omnium ferè facultatum radix, & fundamentum, præter organum ſimilare, exigit quoque organum diſſimilare, in quo præter temperamentum, quædam etiam determinata conformatio præſertim debet reperiri. Niſi enim cor ita eſſet conformatum, vt poſſet dilatari, atque conſtringi, proculdubio pulſare non valeret. Hanc veritatem nobis innuit Galenus his verbis, Alterum principium in corde ſitum eſt, cuius opera per ſe ſunt animæ tenor, & in ijs, quæ ratio iuſſerit inuicta cõſtantia eiuſdẽ in perturbationib. eſt quaſi feruor quidã inſiti caloris, quæ ira appellatur. Vnde dũ inquit (per ſe) innuit tẽperamentũ, quia voluit temperamentũ animã eſſe. Supra tẽperamentũ vero aliã virtutẽ non cognouit, imo interdũ faſſus ſe animam ipſam penitus ignorare. Dum autem ſubiungit. Per aliud verò id efficit, vt membris ſigillatim omnibus calorem, arterijſque illam micationis, pulſuſque agitationem ſuppeditet. per verba illa (per aliud) nil poteſt innuere niſi conformationem, quia tunc loquitur de pulſatili facultate. Quare quemadmodum à tali cordis temperamento iraſcibilis formaliter conſiderata, & ſpiritus creatrix facultas conſurgunt, ſimili modo ab eodem temperamento vnà cum peculiari cordis conformatione aſſociato pulſifica proficiſcitur proprietas. cuius pro vitæ, caloriſque necnon omnium, quæ in animantibus eduntur, functionum, tutela, tanta fuit neceſſitas, vt non ſolum in corde, verum etiam in arterijs vigeat, quæ cum ab eo originem ducant, ſimiliter dilatantur, & conſtringuntur, & cordis pulſationi in magnitudine, frequentia, & velocitate perpetuò proportione reſpondẽt. Ad hæc; quoniam in partibus cordis, & ſimilaribus, & diſſimilaribus neceſſariò requiritur vnitas, quæ, vt quoddam commune, & temperamento, & conformationi neceſſaria eſt; Propterea ex hoc diſcurſu liquidò conſtat cor omne morbi genus perpeti poſſe. Ideò dicebat Auicenna. Cordi in ſua proprietate omnes ſpecies ægritudinum accidere; hoc eſt intemperiem, malam compoſitionem, & diuiſam vnitatẽ. Qui quidem morbi cum de neceſſitate ſupra ſcriptas functiones lædant (ſecus enim non eſſent morbi) idcirco de ipſarum læſione loquentes, de omnibus quoque cordis vitijs ſermo fiet. At vero iraſcibilis functionis exceſſus conſulto prætermittimus, quoniam hi voluntatis dominio ſubiecti, magis Philoſophi moralis conſilium, quàm Medici præſidium requirunt. Idcirco Gal. ex mente Plat. illud ſcriptum reliquit. Obtuſos, & ſegnes, demiſſique, atque infracti animi homines, in orthijs numeris vehementerque animum mouentibus harmonijs, huiuſcemodiq; ſtudijs, in contrarijs vero animoſiores, ferociuſque exultantes, educabimus. Quod ſi iracundia adeo naturales limites egrediatur, & effrenis fiat, vt à voluntate nullo pacto cohiberi poſſit, tunc neceſſe eſt, vt cordis quoque temperamentum, ex quo ira conſurgit, valde ſit immutatum, & latitudinem ſanitatis omnino egreſſum, quod vbi contingit ſequitur de neceſſitate, vt & cordis pulſatio in præter naturalem ſtatum fuerit collapſa. Vnde de læſo cordis pulſu loquentes ſubinde de quacunque cordis intemperie ſermo fiet. Eadem de cauſa non eſt, vt de ſpiritus creatricis noxis agamus, quia cum & ipſa temperamentum inſequatur, vbi illud præter naturam euadit pulſatilem de neceſſitate functionem lædit: ſufficit igitur ad hoc vt omnia cordis vitia conſpicua fiant, & methodicè amoueantur, vt de quacunque pulſatilis functionis læſione accuratiſſimè pertractemus. Nã quẽadmodũ hæc interdũ põt offendi alijs cordis functionibus illæſis (nam præter tẽperamentũ conformationẽ requirit) ita impoſſibile eſt, ijs noxam aliquam patientibus, hanc protinus functioni pulſatili non impartiri.

*Ariſ paſſim in 2. de aĩa præſertim 128. & Gal. 6. 7. & 8. de Decr. lib. de vſu par. & lib. de fac. nat. & 3. de ſymp. cau. ca. 1. & lib. quod animi mor. . . & 5. Ariſto. 3 de anim. text. 62.*

*Gal 7 de Pla. ca. 3 in princ.*

*Galen. 7. de vſu part. c. 8.*

*Auic. lib. 3. f. 11. t. 2. c. 1.*

*Ga. 5. de pla. 6. ante med.*

De læſa cordis pulſatione.

Læſa cordis pulſatio quænam eſſe dicatur, & quę diminuta, quæ nam deprauata, & ablata pulſatio nuncupanda ſit.

Cũ igitur læſa cordis pulſatio (vt à rei natura exordiamur) nil aliud ſit ex mente Gal. q̃ pulſus cordis à naturali conſtitutione exturbatus: planum eſt pulſum hunc eſſe affectionem præter naturam, & ſymptoma quod ſub actione læſa continetur; & proinde (quẽadmodũ nos docuit Gal.) actionẽ hãc poſſe eſſe vel ablatã, vel vitioſe editã. Aufertur aũt non ſolũ ab ijſdẽ cauſis, q̃ reſpirationẽ adimunt, intẽſioribus tñ, de quib. in tractatu de læſa reſpir. abũde dictũ eſt (vbi propoſita fuere venenoſa, vt fungi, bupreſtes, ceruſa, gipſum, lac cõcretũ, mẽſtruus ſanguis, & ſemẽ retẽtũ, in ijs, q̃ vtero præſocantur) Verũ ẽt ab ijs, quæ ſincopim excitantis ſubinde pulſificã virtutẽ deſtruunt, & tandẽ mortẽ inferunt, de quibus in ſermone de ſyncope ſermo fiet. At verò vitioſè editur quotieſcunque à mediocritate, & moderata pulſatione recedens, vitioſa, & immoderata euadit. Cum igitur in relatione ad moderatam vitioſa pulſatio debeat innoteſcere: ideo moderatæ prius cognitionem, conditioneſque in medium afferre oportet, cum ea cæterarum lex ſit, atq; menſura. Ea ergo moderata pulſatio ſtatuẽda erit, quæ nec magna, nec parua, nec celeris, nec tarda, nec crebra, nec rara, inter hæc extrema medium exactè ſeruabit. Vnde quæ ab hac medietate, aut per remiſſionem, aut per intenſionem recedet, ea

*Ga. 6 de pla. c. 1 propè medium.*

*Gal lib. & cap. cit.*

*Gal. lib de differ ſymp. cap 3.*

*Gal 1 de ſymp ca. c 7. verſus ſinẽ.*

immoderata cēſenda erit. Verum ne contingat deceptio, animaduertendum moderatam pulſationem poſſe eſſe tum exactam, & abſolutam, quæ tantummodo in optima corporis natura animaduertitur, quæ & temperatiſſima eſt, & conſtitutione prorſus media, ac vere quadrata: tum non exactam, ſed reſpectiuam, prout. ſ. refertur ad hunc, vel illum particularem, etiam ſi ab optima natura recedat. hinc fit, vt intemperatorum pulſationes (etiam ſi ſani ſint, ) adeò à temperatorum pulſationib. diſcrepent, vt celeris, crebra, & magna pulſatio in temperatis, mediocris in intemperatis, vtpote calidiorib. naturis appellari poſſint. Hoc ſtante cum particularium curatio à nobis ſit ſuſcipienda, ſiue ij temperati ſint, ſiue intemperati, idcirco immoderatam pulſationem ab ea præcipue moderata, & mediocri deſumendam eſſe volumus quæ in reſpectu ad ipſiusmet particularis, quem curamus, naturalem ſtatum, talis appellatur. Qui quidem naturalis ſtatus debet conſiderari non modo penes ipſius temperamentum, verum etiam penes corporis habitum, penes ſexum, & ætatem, ut in libris de pulſibus, nos docuit Galenus, & tandem ex eiuſdem decreto, ſi pulſus cordis naturalis tanquam cæterorum menſura debeat adinueniri, is obſeruandus eſt in ambiente temperato, in ſumma tum animi, tum corporis quiete, & non mox à cibo immodico, à meri potatione, ab exercitio, à balneo, à ſomno, neq; illico ab ira, vel timore, aut ab alijs cauſis cor, & ſpiritus agitantibus, vnde de pulſu nil quicquam ſtatuendum eſt, antequam externarum cauſarum vis deferbuerit, omniſq; ſedata ſit corporis perturbatio. Verum quoniam non in naturali ſtatu, ſed fere vbi actu vitioſo cordis pulſu laborant (quo tempore ab affectu præter naturam naturalis pulſatio peruertitur) nobis ſe ſe offerunt ægrotantes: Idcirco neceſſarium eſt, vt ſi minus realiter id fieri nequit, ſaltem per rationabilem coniecturam ex his, quæ dicta ſunt, pulſatio naturalis adinueniatur. Quæ vbi fuerit mente concepta ſi ab illa aliquis ſit receſſus præter naturam, tunc receſſus hic poteſt eſſe uel per remiſſionem, & tunc pulſatio poteſt nuncupari diminuta, vel per intenſionem, & deprauata poteſt appellari. Si recedat per remiſſionem, tunc à moderata pulſatione fit tranſitus ad paruitatem, tarditatem, & raritatem, & huius receſſus cauſa vel in vſum, vel in facultatem poteſt referri. In vſum cum in corde natiui caloris penuria ingensque refrigeriū ſuboritur. Quod ubi contingit primum quidem raritas erit conſpicua, increſcente malo tarditas accedet, poſtremo paruitas. In facultatem vero, cum ipſa ad reſolutionem, defectūque peruenerit, quemadmodum in lipothymia, & in ſyncope fieri obſeruamus, in qua propter virium reſolutionem pulſatio parua, tarda, & rara deprehenditur, quacunque de cauſa fuerint vires reſolutæ. Si vero per intenſionem à moderata receſſus fiat, tum cor vſu, & neceſſitate ſtimulatum (dicat quicquid velit Montanus) primum quidem pulſum edit crebrum: nam omnium facillimus eſt: quod ſi crebritate neceſſitati non ſatisfaciat huic celeritatem adiungit: & ſi hæc duo non ſatis ſint, magnitudinem addit, dummodo imbecilla non ſit facultas. quanto autem validior eſt, tanto robuſtiorem, & vehementiorem pulſum edit, & quomodocunque pulſatio hæc euadit deprauata. De qua primo loco agere decreuimus, quemadmodum fecit Auicennas, & omnes alij praxim profitentes, eo quia pulſatio potiſſimum deprauata eſt via ad valde diminutam, & ablatam, & proinde ad Licopſychiam, & ſyncopen, à ſyncope vero tanquam ab affectu valde pernicioſo (eſt enim via ad mortem) ſatius eſt homines præſeruare, quam vt in eam dilabantur permittere. Quare à deprauata pulſatione ſermonem inchoantes eius naturam, &, vt aiunt, quidditatem nunc in modum aſſignabimus.

*Gal. in cap. pulſ. c. 8.*

*Galen. 1. de cau. pulſ.*

Deprauata cordis pulſatio eſt motus deprauatus pulſatilis virtutis cordis ab vſu aucto præter naturam ſtimulati. Huius vitii genus ſtatuitur eſſe (motus) vt omnem prauum cordis motum comprehendat, videlicet dilatatiuum, compreſſiuum, vibrantem, & localem cum impetu productum; Nam interdum cor mouetur adeo ex loco naturali ad locum præter naturam, & adeo violenter, vt ad coſtas impetuoſe delatum ipſas diſlocet, & nonnunquam confringat. eſt autem (motus deprauatus) ad differentiam pulſationis diminutæ. Præterea dictum eſt pulſatilis virtutis, quia huius motus cauſa perpetua, proxima, & immediata eſt facultas pulſatilis. additum fuit (cordis) ad differentiam pulſatiuæ virtutis, quæ uiget in arterijs: & præterea accipimus cor prout eſt inſignitum non modo pulſante virtute; verum etiam alijs facultatibus quæ ei competunt, non inquantum cor, ſed inquantum pars vita prædita, & nutritione indigens: hæ autem ſunt virtus tactiua, expultrix, & attractrix, quæ virtutes ad hunc motum producendum diuerſimodè concurrunt, quia ſenſus tactus perpetuo, & de neceſſitate requiritur: expultrix vero, & attractrix non ſemper, ſed interdum vna, interdū altera, interdū vtraque, vt inferius patebit. cor autem laceſſitur, & ſtimulatur (ab vſu) quia etſi tres motus cordis cauſæ ſtatuantur, nempe efficiens, hoc eſt facultas mouens: Inſtrumentum, ſeu cor quod mouetur: & finalis nempe vſus, qui facultatem ad mouendum impellit; attamen facultatis læſio, vel immutatio in pulſatione deprauata nullo modo concurrit, cum enim facultas dupliciter immutari poſſit: nam interdum robuſtior, interdum debilior euadit: à robuſtiore nullus fit prauus motus, ſed potius ad naturalē vſum accomodatior & magis idoneus. Si vero imbecillior euaſerit, ex ſe non deprauatum, ſed potius diminutum cordis pulſum exprimit: ex accidenti uero quatenus connectitur cum vſu præter naturali poteſt non quidem maiorem, aut velociorem, ſed ſolum crebriorem, & ſubinde deprauatum edere pulſum ad hoc, ut, quod ex eo de magnitudine, & velocitate propter virtutis imbecillitatem detrahitur, frequentia reſarciatur. Hæc autem vſus non naturalis connexio, nedum in ægrotantibus (de quibus ſermo ſit) verum etiam in conualeſcentibus, & neutris corporibus locum habet: nam licet in his crebrior pulſus deprehendatur, non tamen facultas pulſatilis per ſe crebritatis eſt cauſa primaria, impelleñsq; de qua in definitione fit mentio. Quoniā quemadmodum debilis reddita minorē, & tardiorē efficit pulſum, ita rariorem produceret, ſed crebriorem tanquā minus incommodū eligit, quoniā ab vſu non naturali, qui in reparatione caloris, & ſpirituum, ratio-

ne

*De pulſatione cordis deprauata.*

*Deprauatæ pulſationis eſſentia declaratur, & exquiſita palpitatio cordis exploditur.*

*Galen. 1. de cau. pul. in prin.*

Digitized by Google

ne ante acti morbi diſſipatorum conſiſtit, excitatur, & quod dictum eſt de facultate mouente, idem ſtatuendum de corde ſeu inſtrumento quod mouetur, Nam ſimplex cordis intemperies humida, vel ſicca motũ ipſius magis imminuit. Nã etſi ratione humiditatis cor reddatur ad motũ magis diſpoſitum, ratione autem ſiccitatis minus paratum, attamẽ à nimia humiditate calor obruitur, & remittitur vſus, à nimia ſiccitate, vt verbi gratia contingit in hectica ſenectutis, præter id, quod labefactatur facultas, cor redditur eidem motrici minus obediens, vt ratione vtriuſque pulſatio potius diminuta ſubſequatur. Si uero cor motui reſiſtat ratione materiæ ipſum in tumorem agentis, vel obſtruentis; tunc materia hæc quæcunque ſit, quatenus alterat, & peruertit vſum, deprauatam efficit motionem, vt in ſer. de cauſis apparebit: prout vero in inſtrumentum agit, & cor affligit, pulſationem potius remiſſam producit. Quare prima principaliſque cauſa huius motus deprauati eſt ipſe vſus. Quem diximus eſſe (auctum) ad differentiam motus præter naturam cordis, ſed remiſſi, & imminuti, qui vſum diminutum comitari ſolet. Addidimus (præter naturam) vt excludatur vſus augumentum, quod fit ratione ætatis, temporis anni, & ambientis calidioris, exercitij moderati, animi affectuum, naturæ limites non excedentium, & intemperiei adſcititiæ, intra latitudinem ſanitatis contentæ. Demum dictum fuit (ſtimulati) referendo ſtimulum non ad facultatem pulſificam, ſed ad cor, vt innuatur progreſſus, & ordo productionis huius praui motus. Nam primo neceſſe eſt, vt adſit vſus, tanquam cauſa ſtimulans, quæ primo ſentitur ab ipſo corde ſecundum facultatem tactiuam, & hoc tempore mouetur attractrix, vel expultrix: deinde cor, ut diximus ſtimulatum, pulſificam facultatem ad pulſandum impellit. Incitata facultas cor ipſum præter naturam mouet. Ex quibus conſpicuum eſt motum hunc eſſe ſolius naturæ ad differentiam palpitationis, & conuulſionis exquiſitæ, quarum motus eſt ſolius morbi, & tremoris, cuius motus mixtus eſt ex motu naturæ, & morbi. Inſuper ex huius vitij natura declarata, liquido conſtat quam ſit abſurda Altimaris ſententia, qui quamuis in affectuum nominibus explicandis, magis quam in ipſorum eſſentia perſcrutanda, ſit ſolicitus, attamen hac uice ab ipſa nomenclatura fuit deluſus. Is enim alium prauum motum in corde non potuit intellectu concipere, præter palpitationem exquiſitam, in qua cor (inquit ipſe) ad vtrium ſimilitudinem (ò ineffabilem abſurditatem) a materia flatuoſa diſtenditur, & dilatatur, dum ab ea repletur, & coaſtringitur, dum ea euacuatur. Quæ quidem opinio cum ſit viri noſtra tempeſtate doctiſſimi, & in euoluendis Græcorum ſcripturis accuratiſſimi, & Galeni auctoritate fulciatur (nam 5. de locis affectis ſecundo, appellat Galenus prauum cordis motum palpitationem, inquiens attenuantibus, quia flatus diſcutiunt, curari: & ſecundo de ſymptomatum cauſis ſecundo, loquens de legitima palpitatione, quæ fit à flatu craſſo, aſſerit, & ipſum cor huic eſſe obnoxium) qua poſtea auctoritate fretus Altimarus, Auicennam, & Arabes, qui nomine tremoris vtuntur, male carpit: Idcirco vt tueamur Auicennam, qui in morbis cordis enucleandis fuit omnium diligentiſſimus, & vt veritas magis eluceſcat, inſimulque ad obſcuriſſimos cordis affectus dignoſcendos præuia quædam diſpoſitio non inutilis tradatur, liceat præter intentum, & conſuetudinem, falſitatem hanc, argumentis à rei natura deſumptis, refellere. Si à flatu craſſo vera palpitatio in corde generatur, neceſſe eſt vt vel in eius ſubſtantia, vel ventriculis promoueatur; ſed in cordis ſubſtanſtantia oriri non poteſt, quia præter id quod denſiſſima eſt & ſeparationem à flatu non admittens, eſt adeo calida. vt in ea flatus neq; generari, nec conſeruari poſſint. ergo fiet in ventriculis, & proinde vel in dextro, vel in ſiniſtro: ſed non in dextro, quia ſequeretur, quod duplex cordis pulſatio perſentiretur, vna ſecundum naturam in ſiniſtro ventriculo, & altera præter naturam in dextero: Hoc autem repugnat experientiæ: nam ſemper vnica pulſatio percipitur, & tantummodo in parte ſiniſtra, etiam ſi cor in thoracis medio ſit locatum. Si vero fiat in ſiniſtro uentriculo, cum flatus præſertim craſſus in eo propter nimiam caliditatem generari non poſſit (is enim in ventriculo, in inteſtinis, in iecore frigido, & alijs partibus frigidis generatur) ergo aliunde in id tranſmittitur, & cum triplex tantummodo ſit via, de neceſſitate vel per dextrum ventriculum, hoc eſt per foramina illa obliqua, quæ in pariete cordis ventris diuidente, reperiuntur, in ſiniſtrum ventrem deriuatur; vel per arteriam venalem, vel per arteriã magnam. Sed per dextrum ventriculum & per foramina illa non poteſt tranſmitti, quoniam in longo tranſitu per loca adeo calida, & anguſta, vel diſſolueretur, vel attenuaretur, & quomodocunq; nõ fieret exquiſita palpitatio: minus poſſibile eſt, vt per arteriam venalẽ tranſmittatur; quia ſi in pulmone tanta flatuum multitudo inueniretur, ut in tanta copia mitteretur ad cor, neceſſario cõiungeretur orthopnęa, & ſuffocatio, quod falſum eſt: nam ægrotãtes & decumbere, & deambulare poſſunt. Adhuc minus poteſt ingredi per magnam arteriã propter oſtiola, quæ ſunt in eius principio, quæ ſolũ in cordis ſyſtole, & ab intra ad extra cor aperiuntur. præterea ſi per ipſum ſiniſtrum ventrem ingreditur flatus in diaſtole, cur ſubinde in ſyſtole per eandem arteriã magnam, vel aliqua ex parte per arteriam venalem vna cũ excrementis fuliginoſis non expellitur? Addo impoſſibile eſſe, vt in arterijs tanta flatus copia gignatur (non abolito earum pulſu) vt ad cor in tanta copia tranſmittatur, vt ad vtrium ſimilitudinem diſtendatur. aliunde vero in arterias non poteſt flatus craſſus deriuari cũ earũ tunicæ adeo denſæ ſint, vt vix ſpirituoſa, & tenuiſſima ſubſtantia extra dimanare poſſit. Secundo nõ eſt rationabile, vt pars omniũ principaliſſima, & robuſtiſſima tanta flatuũ copia repleatur, vt ad inſtar vtriũ diſtendatur, cũ pcipue rõne inſignis nobilitatis adeo eã natura tueatur, vt perpetuo in morbis, qui terminant ad mortẽ, vltimo loco ſuccũbat. Tertio ſi prauus hic motus eſſet motus ſolius morbi, ergo naturalis cordis motus penitus aboleretur, & ex cõſequenti innatus calor omnino deficeret, & ob id præſertim, quia ſi cordis ventres flatu craſſo implerentur, qui fieri poſſet, ut vitales ſpiritus non ſuffocarentur, ſyncopeq; & mors non irreperet, ve-

luti dum ſpiritus animales in cerebri ventriculis à flatibus obruuntur, ſtatim ſequitur epilep-
ſia, vel ſimilis affectus animalem functionem omnino auferens? Quarto, inquit Altimarus ex
mente Galeni in palpitatione motum euadere tardum & rarum, attamen plerique fuere adin
*Galen. 2. de* uenti, qui in ætate quinquaginta annos excedente, ratione materiæ flatuoſæ fuere hoc motu
*ſym. cau. c.* deprauato correpti (nam ſicuti propter perpeſſam frigiditatem, & cibaria frigida, flatuoſaq;
*2. in fi.* in eum inciderunt, ita in virtute calefacientium, attenuantium, & flatus diſcutientium fuere
curati, & nonnunquam ab eo præſeruati) in quibus pulſus, & cordis motus ſemper tum velox,
tum valde frequens fuit deprehenſus. Huius autem rei Galenus quoque teſtis eſt dum habet.
*Gal. 4 apho.* Si quis vero per cordis morſum crebrum, & velocem cordis motum, eum præcipue, qui palpi-
*65.* tationi ſimilis ſit, intellexerit, extremum malum ex eo ſignificatur, vim vitalem maximo incē-
dio laborare. ergo palpitationis motus non eſt tardus, & rarus, ſed omnino contrarius. Nec va
lent Galeni auctoritates in contrarium adductæ: nam dum inquit lib. quinto de locis affectis.
*Gal. 5. de lo.* hos attenuantibus fuiſſe curatos, hoc concedendum eſt, ſed non probat dari palpitationem
*aff.* exquiſitam in corde. immo ex eodem capite oppoſitum omnino colligitur, & primo cum pal-
pitatio legitima fiat à flatu craſſo, talis materia non eſt apta in iuuenibus, & adultis multipli-
cari. Secundo ex eodem ſemper hæc affectio fuit mitigata, & frequenter curata ſanguinis miſ
ſione; at ſanguinis miſſio eſt in cauſa, vt flatus craſſiores, copioſiores, & magis impetentes eua
dant. Tertio materia flatuoſa non eſt apta parere febres acutas, eorum autem qui hoc affectu
laborarunt plerique per febres acutas periere. Præterea ait Hip. 2. de rat. vict. (& Gal. lib. de
conſuc. c. 1. eandem auctoritatē refert) vinum meracum palpitationem venarum inducere; &
*Galen. 2. de* per venas arterias intelligit. Quod ſi à Galeno appellatur palpitatio, hoc factum fuit ratione
*ſym. cau. c. 2* ſimilitudinis in forma: quia ſicuti palpitatio eſt motus compoſitus ex dilatatione, & conſtri-
ctione, ſiue eleuatione, & depreſſione, ita affectus hic ex iiſdem conſtituitur. Sed dicent illi,
qui ſequuntur Altimarum, Gal. 2 de ſympt. cauſis loquens de palpitatione exquiſita, aſſerit in
arterijs, & in corde fieri poſſe. Poſſumus reſpondere has partes poſſe dupliciter conſiderari,
vel ut ſunt cauitate donatæ & vt dilatari, conſtringiq; poſſunt, & hoc modo ex parte palpita-
tionis non repugnat, vt in arterijs, & corde poſſit oriri, ad differentiam oſſium, cartilaginum,
& neruorum: vel poſſunt conſiderari inquantum calidiſſimæ ſunt, & vt ſunt, receptacula calo
ris innati, & influentis & denſitate præditæ, & prout naturaliter dilatantur, & conſtringun-
tur, & hoc modo legitimam palpitationem admittere minimè queūt. Et hoc innuit Galenus,
arterias & cor vltimo loco proponens, & inquiens, non (fieri) ſed, videtur fieri, quaſi diceret
videtur ratione cauitatis earum poſſe fieri. Eandem ferè ſententiam habet Galenus primo in
tertium epid. tex. 4. pag. 96. c. Sed propter cauſas allatas non fit in eis palpitatio. Nam vt idem
aſſerit, partes vera palpitatione palpitantes mouentur à re præter naturam, non à natura, quia
ſequeretur, quod ſemper & præcipuè dum ſanæ eſſent, palpitarent: ergo cum naturaliter dila
tantur, & conſtringuntur, & ſemper, & præſertim dum ſanæ ſunt, non poſſunt abſque propria
deſtructione à re præter naturam conſtringi, & dilatari. Tandem huius veritatis clariſſimum
habemus Galeni teſtimonium 6. de plac. dum habet hæc formalia verba: ex corde (non inquit
*Gal. 6 de pl.* ex flatu) quidem eſt etiam, quæ ex palpitatione fit motio, non tamen ſecundum naturam. &
*c. 2. an. med.* paulo infra loquens de cordis pulſu quocunque modo exturbato à naturali conſtitutione, ait,
Nam quamuis in eiuſmodi pulſibus cor ex ſe ipſo moueatur, ſecundum naturam tamen non
mouetur: poteſt ne conceptus aliquis, auctoritasve, quæ nobis magis Galeni mentem aperiat,
excogitari? ſimili modo facillimum eſt Auicennam, & Arabes à calumnia vindicare: propte-
rea quod appellarunt hunc motum tremorem, reſpiciendo ad ſimilitudinem non in forma,
(quam reſpexit Galenus) ſed in cauſa effectiua: nam ſicuti tremor fit à natura, & morbo; ita
prauus hic motus fit à natura, quæ mouet cor, & à cauſa morboſa, quæ naturam ſtimulat, &
impellit. Nam motus hic, inquantum motus, à natura dependet, inquantum prauus, inordi-
natus, & violentus, dependet à cauſa morboſa, quæ cogit naturam deprauatè, & inordinatè
mouere. Vt ideo maiorem habeat cum tremore, quàm cum palpitatione, ratione cauſæ effi-
cientis, conuenientiam. At vero vſus à quo cor ſtimulatur duplici modo præter naturam au-
geri poteſt, vel per incrementum vſus ſecundum naturam, ratione cuius intenſionem accipiēs
præter naturam euadit, vel per complicationem, ſeu additamentum vſus non naturalis ad v- *Deprauatæ pulſa-*
ſum ſecundum naturam. Si in vſu fiat augumentum primo modo, tunc vel ſpiritus vitalis, & *tionis cāæ*
humores cordis, in quibus calor vitalis conſiſtit vehementer, & (ad differentiam quotidiani *proximæ.*
& naturalis defectus) præter naturam deficiunt: & tunc temporis cor, cum ab iis ſuæ proprie-
tates, virtutesque viuificentur, conſeruenturque, ipſos pulſu reſarcire conatur. Vel cordis na-
turalis caliditas intenditur, & in extraneam abit, quam pulſatione refrigerare poſtulat. Quod
ſi in vſu fiat augumentum præter naturam ſecundo modo, hoc fit ab aliena ſubſtantia, à qua
cor irritatum ipſam tanquam noxiam procul expellere conatur, & ob id prauo & concitato
motu mouetur. Tres igitur ſunt (ſi de cauſis præter naturam, non autem de pulſatili virtute,
quæ naturalis eſt, ſermo fiat) huius vitij immediatæ principalesque cauſæ, ad quas cæteræ om
nes de neceſſitate reducuntur: nempe ſpirituum vitalium defectus, caliditas extranea, necnō
aliena ſubſtantia. Quarum prima eſt affectus priuatiuus: ſecunda poſitiuus, ſed qualitatis; ter-
tia poſitiuus ſubſtantiæ, à quibus pulſatilis cordis facultas ſemper per medium ſenſum tactus
ſtimulatur. Sed à prima cauſa excitatur attractrix, & diaſtoles: à tertia expultrix ſyſtolesque,
à ſecunda vtræque facultates impelluntur. Proinde à prima cauſa cor primario ad diaſtolem
impellitur. à tertia primario ad ſyſtolem; a ſecunda ad vtramque ſtimulatur, ſed magis ad dia
ſtolem: nam etſi vtraque ſemper concurrat, quia ſunt motus oppoſiti ſucceſſiue ſeipſos exci-
pientes, quorum vnus, non præcedente altero, fieri non poteſt, attamen à ſpirituum defectu
cor principaliter exercetur ſecundum diaſtolem: nam dum defectum hunc merito ſenſus ta-

ctus

ctus per mediam ſiccitatem, & frigiditatem ex ſpiritibus deficientibus ſubortam, perſentit, ſtatim diaſtole, & alimenti attractrice, deficientes ſpiritus reſtaurare conatur. ab aliena ſubſtantia cor principaliter mouetur ſecundum ſyſtolem. à calore autem ſuper aucto ad vtramque ſtimulatur, quia caliditas extranea, vt refrigerari poſtulat, impellit ad diaſtolem, inquantum cordis ſubſtantiam acuta qualitate, & acredine ferit, (quod præſertim contingit dum caliditas eſt inæqualis, quæ aliquo modo dolorifica eſt) cor impellit ad ſyſtolem, in virtute cuius ipſam tanquam moleſtam à ſe expellere tentat. magis tamen ſtimulatur, ſecundum diaſtolem, quia à refrigerio per ipſam attracto præcipuè remittitur. Quæ omnia intelligenda ſunt dum ſuprascriptæ cauſæ ſimplices & impermixtæ concurrunt. Nam ſi fuerint complexæ, vel vt vim complexam retinentes, mixtæ quoque affectiones, & ſtimulationes erunt, vt inferius apparebit. Cum igitur omnes praui cordis motus cauſæ, quotquot ſunt, ad tres principales iã dictas de neceſſitate redigantur, ideo antequam ipſas ſigillatim enumeremus, liceat quandam ambiguitatem notatu dignam circa ſpirituum defectum è medio tollere. Nam aliquis dubitare poſſet, an pulſatio deprauata propter ſpirituum defectum poſſit oriri, hoc fundamento: nam deficiente ſpiritu, deficit quoque calor: ideo quanto augeri deberet diaſtoles propter incrementum vſus alliciendi ſanguinem tenuem pro ſpirituum reparatione, tanto deberet imminui propter vſum imminutum refrigerandi calorem. hi enim vſus ab eodem abſoluuntur motu, nempe à cordis diaſtole. ſi enim alter eorum à diaſtole abſolueretur, alter autem a ſyſtole: tum proculdubio pulſus frequentia, ratione ſpirituum defectus, magis rationabiliter inſurgeret. Ad hæc, deficiente ſpiritu labefactatur facultas pulſatilis, quæ ſpiritu, caloreque, pro inſtrumento vtitur: hæc vero debilis exiſtens, pulſum protinus paruum, & tardum edit: at hæ pulſuum differentiæ ad pulſatilem functionem imminutam, vt dictum eſt, reducendæ ſũt; & hoc eo magis, quo virtus debilis reddita propter ſpirituum defectum, quamuis magnitudinem, & velocitatem pulſus præſtare non poſſit, non ob id tamen frequentiam veluti minus laborioſam amplectitur, quæ ſit alicuius momenti: quia quemadmodum in diaſtole nulla facta fuit vſus immutatio, vt dictum eſt, ita in ſyſtole vſus eſt ſatis remiſſus: nam vbi imminuitur calor, imminuitur quoque excrementi fuliginoſi productio, multiplicatioque. ſimili modo ſpiritu, & influente calore comminuto, is ſingulis corporis partibus non amplius, ſicuti prius, communicatur: nam cor viſcus nobiliſſimum & omnium neceſſariſſimum, & inſuper ſpiritus calorisque productiuum, illum pro ſui conſeruatione in idonea quantitate retinet. quod eo facilius accidit, quo ſpiritus omnis ferè, & calor influens in ipſum cor, tanquam in familiarem ſibi locum, & ſuæ generationis, conſeruationisque principium & ſedem, à qualitate cordis calorifica, & ſibi conſentanea proprietate tractus, & illectus illabitur. Verum dubitatio ſtatim tollitur, ſi tria recte perpendantur, quorum primum eſt ſpirituum creationis ſumma neceſſitas, quæ neceſſitati caloris refrigerandi præpollet. niſi enim ſpiritus, & calor prius procrearentur, fruſtra caloris refrigerium deſideraretur. quo fit, vt quamuis in virtute diaſtoles ſanguis tenuis pro ſpirituum generatione, & aer frigidus pro caloris refrigerio alliciatur, attamen deficiente ſpiritu, & ſubinde calore ipſo, magis increſcat neceſſitas regenerandi ſpiritus, quam imminuatur vſus euentandi calorem. Quare deficiente ſpiritu vſus diaſtoles debet intendi. Secundum eſt materia, ex qua ſpiritus producuntur, quæ cum ex Gal. locis toties citatis, ſit ſanguis tenuis & aer, ideo non minus diaſtoles pro acreæ ſubſtantiæ, quam pro ſanguineæ attractione incrementum ſuſcipit. Tertium, quod adhuc eſt maioris momenti, conſiſtit in hoc, ex ſpirituum defectu virtus redditur imbecilla, hinc pulſus priorem, & magnitudinem, & celeritatem deponit, vnde vt tanti vſus auctæ neceſſitati opem ferat, cogitur facultas crebritate ipſa (quæ facillima eſt) ne dum auctæ neceſſitati, verum etiam magnitudini & celeritati deperditæ, ſatisfacere. Quod ſi his addamus ſæpius ſpiritum non quidem vitalem, ſed animalem vocatum deficere, & non niſi pulſu ipſo poſſe reſarciri, vt ex Gal. colligimus lib. de vſu pulſ. & 1. de cauſis eorundem c. 5. 7. & alibi, nulla prorſus remanet ambiguitas: quia animali vocato ſpiritu deficiente, cordis facultas non ita languida redditur, vt nedum crebritate, verum etiã celeritate aliqua, aut etiam magnitudine ipſos reſarcire non valeat. Patet igitur ex ſpirituum defectu pulſationem potius frequentem, & proinde deprauatam ſuboriri. Hoc autem (ne vlla prorſus relinquatur occaſio dubitandi) intelligendum eſt de ſpirituum defectu, non tamen adeo immodico, vt fiat ſyncope, vel lipothymia, ſed dum deficiunt ſpiritus citra ſyncopem, quia vt infra apparebit, dum ſpiritus adeo immoderate deficiunt, vt fiant lipothymia vel ſyncope, tunc pulſatio non deprauata, ſed omnino imminuta euadit, quod cognoſcens Galenus, dicebat: defectus caloris natiui familiares pulſus ſunt paruus, & tardus præcipuè, mox etiam rarus, addit, mox, quia in principio dum ſpiritus, & calor deficiunt, pulſus fit potius creber: vbi vero ad ſummum defectum peruenerit, fit rarus: qui quidem ordo mutationis præſertim contingit, dum calor natiuus, & ſpiritus non ſenſim, ſed confeſtim deficiunt. cur autem in ſyncope paruus, tardus, & rarus euadat in proprio ſermone de ſyncope declarabitur. Inſuper aliquis poſſet ambigere an præter tres propoſitas, detur quarta deprauatæ pulſationis cauſa, nẽpe immoderata caloris influentis diſtributio: nam ſicuti quatuor ſunt pulſatilis functionis vſus præcipui, nempe alimenti pro ſpiritibus reparandis attractio, quæ deprauatur à ſpirituum defectu, attractio frigidi quæ ab extranea intenditur caliditate, & fuliginoſorũ excrementorum expulſio, quæ ab aliena ſubſtantia cor inuadente, & veluti excrementi vim ſuſcipiente peruertitur, ita ab immodica ſpirituum, & caloris expanſione, quæ fit in ira, & gaudio (dum hæc immoderata ſunt) influentis caloris diſtributio quodammodo deprauari debet. Propterea animaduertendum iram, & gaudium, ſimileſque animæ affectus, vel eſſe ſecundum naturam & moderatos, & tunc non fit pulſus deprauatus, qui fit ex vſu, neq; præter naturam; vel eſſe immoderatos, & præter naturam, & tunc, ab ira immodica, extranea caliditas excitatur;

ab

Margin notes: *Gal. lib. de inæquali intemp.* — Dubitatio. — Solutio. — *Galen. 1. de cau. pulſ. c. 6.* — Alia dubitatio. — Solutio.

Digitized by Google

ab ingenti autem gaudio, & naturæ leges egrediente ſpiritus diſſipatur,& deficit:eodem mo do dolor pulſationem non deprauat,niſi ſit admodum intenſus,acerbuſque, quod vbi cõtingit,ſpiritus diſſoluit de neceſſitate, vt infra apparebit, & ſimiliter ſpirituum defectus ſubſequitur.Conſtitutum igitur ſit pulſationis deprauatæ immediatas, principaleſque cauſas tres eſſe tãtummodo iam relatas, videlicet ſpirituum defectum,caliditatem extrancam, alienamque ſubſtantiam: cauſæ autem,vi quarum ſpiritus deficiunt, ſunt veluti euacuatio ſenſibilis, dolor vehemens, fortis mœſtitia, immodica inedia,& huiuſcemodi aliæ, quæ in tractatu de ſyncope,tanquam in præcipuo, & proprio magis loco,& diligentiſſime,& methodice proponentur: nam, vt in hoc capite dictum fuit, à ſpirituum defectu pulſatio, quæ nomen legitimum deprauatæ promereatur, non producitur, cum etſi ratione crebritatis deprauetur, attamen ratione paruitatis,& tarditatis potius imminuatur. ab his igitur cauſis, dum cor ſpiritibus priuatur, ipſos reſarcire cupiens, frequenti pulſu mouetur.& tunc læditur cor per conſenſum, qui ab Auic.priuatiuus appellatur. Iam vero caliditas extranea poteſt eſſe æqualis, inæqualis,ſeu accuratius loquendo,ſimilis,vel diſſimilis, & poteſt eſſe febrilis, ſiue ſit in ſpiritibus, ſiue in humoribus, ſiue in ſolida cordis ſubſtantia: & non febrilis vt in ira, & in vehementi corporis motu accidit. ratione quorum præſertim in ſpiritibus cordis calor accenditur; dictum eſt præcipuè in ſpiritibus calorem intendi, quia dum ira, exempli gratia, perdurat, poteſt etiam in humoribus, & in ſolida ſubſtantia extraneam caliditatem accendere, & ſi caliditas hæc ſit permaneus, & auxilium indicans, cor eſſentialiter læditur: ſecus autem ſi non ſit permanens. Aliena vero ſubſtantia poteſt eſſe ſolida, humoroſa, & vaporoſa. Solida vt inſtrumentum pungens, incidens, rumpens, contundens. Si ſit humoroſa, ab hac interdum cor ſecundum propriam ſubſtantiam diſtenditur, & inflammatur: interdum ſecundum panniculum, & tunicam quæ vocatur pericardion: nonnunquam vero citra inflammationem, & tumorem laceſſitur. Si afficiatur tumore,vel inflammatione ſecundum propriam ſubſtantiam,id poteſt fieri à quolibet ſucco præcipuè tamen bilioſo, & ſanguineo, & hæc inflammatio poteſt eſſe vel ſimplex, vel mixta cum ſoluta vnitate, cui (quamprimum impartitur cordi) ſtatim ſubſequitur inflammatio. Si verò à materia excitetur tumor in pericardio, ſeu panniculo cor ambiente,ſolet eſſe frigidus, vt hydatis (ſicuti docet Galenus) ſed potiſſimum ſcirrhus. A materia autem humoroſa citra inflammationem laceſſitur,dum vel ab eius vitioſa qualitate irritatur,vel ab eius mole, copiaq; premitur: vel vtroque modo læditur. A vitioſa qualitate irritatur, dum petit cor humor aliquis venenoſus, putridus, vel corruptus, vel caliditate, & ſiccitate moleſtus, vt eſt humor acer, bilioſus, vel etiam frigiditate, & ſiccitate infenſus:qualis eſt humor melancholicus,qui præter manifeſtas qualitates, ipſi vitæ,quæ in calido, & humido conſiſtit, inimicus, ratione tenebroſitatis ſpiritibus vitalibus, & cordi eſt valde contrarius.Si vero materia humoroſa mole, & copia cor premat, tunc vel eſt in ipſo corde,vt dum à ſanguine ex vulnere ſibi inflicto copioſè prodeunte comprimitur, vel ei ab extra communicatur,& tunc vel eſt in toto,vt in vehementi plethora, plenitudineque potiſſimum,quo ad vires,& etiam in hypoſarca euenire ſolet,nec non in nimio, & repentino timore,vi cuius ſanguis adeo vehementer ad cor retrahitur, vt ab eo interdum ſuffocetur: vel eſt in pericardio, dum ſcilicet humiditas illa aquoſa augetur, vt cor probè dilatari non poſſit. hinc ſit vt illegitimæ palpitationis cauſam omnem antiqui, vel in ſanguinis exuberantiam, vel in humorem copioſiorem pericardio infixum,retulerint:vel eſt in vaſis pulmonum,pauxilleque in leuibus arterijs,quæ ſunt prope cor,in quibus ſolet materia frigida aggregari,quæ potiſſimum copia cor fatigat, & in prauum motum impellit. Si vero cor ab eius qualitate, & quantitate lædatur: poteſt ſimiliter prodire vel à toto, vt dum in febribus præſertim norticeris humores impetuoſe feruntur in cor per venam cauam: vel à parte, vt dum apoſtemata pulmonis, aut partium vicinarum in cor permutantur per arteriam venalem: nam per arteriam magnam, & venam arterialem difficillime materia corpulenta cordi communicatur pp oſtiola,quæ ab intra ad extra aperiuntur in cordis depreſſione. Si vero materia, & aliena ſubſtantia ſi vaporoſa,& ipſa vel praua qualitate cor ferit,vel nimia copia ipſum grauat,vel vtroque modo afficit: ſi qualitate feriat,qualitas eſt vel occulta, vel manifeſta. ſi occulta,vel prodit à cauſa externa,vt à venenis aſſumptis,applicitis,& morſibus ferarum, ab aere corrupto; vel interna,& tunc põt prodire vel à toto,vt in febre peſtilenti,vel à parte,vt à vermibus putridis, ab apoſtemate alicuius partis dum permutatur de bono ad malum, & adeo prauũ redditur,vt naturã cordis proprietati aduerſariã acquirat. idẽ dicendũ de alia parte maligno humore ſcatente,pręcipue dũ ab eo ingenti dolore cruciatur,ſiue ſit ventriculus,ſiue vterus,ſiue aliud membrum quodcunque ſit: nam à parte maligno humore, & præſertim dolore cruciata poteſt vapor malignus,& virulentos ſegregari,& cordi per venas, & arterias communicari. Si vero qualitas ſit manifeſta,vel eſt prima,vel ſecunda.ſi ſit prima,poteſt eſſe calida tantum,calida & humida(dummodo caliditas ſit diſſimilis)calida & ſicca potiſſimum,ſiue ſit excremẽtum fuliginoſum,ſiue vapor bilioſus,& frigida & ſicca,qualis eſt vapor qui prodit à vapore melancholico, & atribilari, qui à proprietate, vt dictum eſt,accedit ad naturam veneficam. A vapore autem aut frigido,aut humido,aut ſicco, vel etiam calido tantum caliditate ſimili,vel remiſſa,non poteſt fieri pulſatio deprauata, niſi ſui copia ſit moleſtus. Si qualitas ſit ſecunda,poteſt eſſe putredo:vt dum putridæ fuligines,& putridi vapores in febribus putridis cor inuadunt,hinc patet cur in criſibus propter vapores,qui à putrida materia eleuantur, ſolet etiam fieri cordis palpitatio.Si vero materia vaporoſa ſui copia tantummodo cordi ſit moleſta,neceſſe eſt,vt acutæ & intenſæ qualitatis ſit expers.Secus ſi quantitate, & qualitate agat in cor.Ab hac autem aliena ſubſtantia dum conſtituit morbum in corde, vel in corde generatur,ſiue humoroſa ſit,ſiue vaporoſa,vt euenit in febre peſtilenti,cor eſſentialiter læditur. Si

vero

*Margin notes:*

Spiritus defectus

Caliditas extranea.

*Galen. 6. de plac. c. 3 & 3. de plac. 1. & 9.*

Aliena ſubſtãtia.

*Cauſa quæ nunc enumerantur omnes colliguntur à Gal. in lib. de c. pul. & 5. de loc. affect. c. 2. et potiſſimum ab Auic lib. 3. F. 11. T. c. 1.*

*Galen. 5. de loc. cap. 2.*

vero aliunde proueniat, quod vt plurimum ſit, læditur per conſenſum, & vt dictum eſt, poteſt cordi communicari vel à toto, vel à parte, vt à cerebro non ſolum per venas, & arteria s, verũ atiam per medium ventriculum, ita à ventriculo, & a reliquis partibus, qoæ ſunt in ventre inferiori, à pulmonum arterijs, ab arterijs etiam, & venis cordi famulantibus, dum vel afficiuntur aneuriſmate, quæ fit à ſanguine arterioſo, vel venoſo, vel obſtruuntur: Vnde dicebat Auicenna anguſtiam poſſe eſſa in curſibus ſpiritus, vel ſanguinis; & interdũ à retorrida bile, quæ ſponte vacuari conſueuerat, in arterias effuſa, orta fuit earum obſtructio: à materia vero dilatante, vel anguſtante vapores cor ferientes eleuantur. Sæpe autem læditur per conſenſum à bile peraſſata in præcordijs, & potiſſimum in liene congeſta. Vnde ex dictis patet in hunc motum prauum valde propenſos eſſe melancholicos, & inter hos præcipuè flatuoſa, ſeu hypocõdriaca laborantes, potiſſimum dum lien bilis atræ copia turgeſcit, nam ex eo per arterias, quæ in ipſo copioſiſſimæ ſunt, facilè teter vapor in cor defertur, & non ſolum ob rationem aſſignatam, verum etiam propter ſitum cordi vicinum, propter latitudinem, & rectitudinem viarũ, & propter materiæ aduſtæ, vaporoſæ, & ignitæ ad motum ſurſum propenſionem. Sed dicet

Dubitatio.

quis, cur in omnibus hypocondriacis hic affectus non oritur? Reſpondet ad hoc Galenus, inquiens, non ſemper adeſſe conditiones requiſitas. nam ſi affectio debeat ab aliquo agente alicui paſſo communicari, requiritur vis agentis, affectus magnitudo, tempus idoneum, propinquitas, & paſſi diſpoſitio: erit autem paſſum diſpoſitum: ſi non ſolum ſit aptum pati à tali agente, verum etiam ſit debile. Sed de cauſis diſponentibus inferius loquemur. quare cum ſemper non adſint conditiones enumeratæ, non eſt mirum ſi non ſemper paſſio cordi communicatus.

*Gal. lib. de cau. mor. c. 2*

Solutio.

Prauæ pulſationis cãæ remotæ.

Et hæ ſunt cauſæ proximæ cor in hunc prauum motum impellentes: Remotæ vero, vt eæ, quæ materias iam dictas multiplicant, parent ex alibi traditis, ſiue ſint generantes, vt intemperies, malus victus: ſiue colligentes, vt ætas declinans, membrum abſciſſum, expultricis debilitas, conſuetæ euacuationis ſuppreſſio, & exercitij intermiſſio, quæ valde periculoſa eſt. Qoib. addendæ ſunt cauſæ diſponentes cor ad hunc motum. hæ autem ſunt cordis intemperies, non tamen ægritudinis, ſed ſanitatis quæcunque ſit, vnde per calidam intemperiem facile diſponitur ad prauum motum ex cauſa calida, vt exempli gratia, ex ira; per frigidam, ex cauſa frigida; & præterea eſt ſenſus exquiſitus, dum ſcilicet cor eſt rarioris compagis, & ſtructuræ, & adeptum eſt ſubſtantiam, quæ cauſas morbificas faciliter admittit. Denique ne vlla remaneat

*Aui l. cit.*

Notãdũ.

ambiguitas circa cauſas impellentes, animaduertendum vnam, & eandem numero cauſam, prout agit ſecundum diuerſas vires, poſſe interdum duplici, interdum triplici modo cor ſtimulare. exempli gratia, aliena ſubſtantia, ſi calida ſit, & in quantum aliena, & pręter naturam, & in quantum calida cor ſtimular, & primo modo ad conſtrictionem, ſecundo modo ad dilatationem, ita balneum, exercitium vehemens, tum quia ſpiritibus cor priuant, tum quia calefaciunt pulſatilem facultatem, ad diaſtolem impellunt. Purgatorium autem vehemens, vt verbi gratia elleborum tripliciter agere poteſt, nempe ſpiritus euacuando, calefaciendo, & ratione venenoſitatis irritando. idem dicendum, imo magis de potenti veneno: quod præter iam dicta ſpiritus vitales corrumpit, & humores cordis putrefacit. Similiter calidum apoſtema poteſt tum calefacere, tum alienam ſubſtantiam ad cor tranſmittere: tum ratione doloris vehementis ſpiritus diſſipare. Quod ſi fuerit in corde præter ea, quæ dicta ſunt, pulſificam virtutẽ impedit, & labefactat, vnde non eſt mirum, ſi tanta in pulſu varietas, & inæqualitas ipſum ſubſequatur. idem obſeruatur, dum in leuibus artarijs, qoæ ſunt prope cor, materia excrementitia reperitur: nam ab huius mole cor premitur, à vitioſa qualitate irritatur, præſertim quia vapor, & humor ab ea ſegregatus vna cum aere per os attracto poteſt aſſiduo ſiniſtrum ventriculum inuadere, in quo præſertim vis pulſatilis viget: denique cum ſpiritus vias magna ex parte obſtruat, ſpiritus vitales cum difficultate regenerantur; & exuſtæ ſpirituum fuligines difficile expurgantur. Huius deprauati motus differentiæ, non ſolum a ſuprascriptarum cau-

Differentiæ motus praui cordis.

ſarum diuerſitate, verum etiam ab eius forma, videlicet modo, magnitudine, vehementia, & grauitate capiuntur: nam poteſt eſſe creber, creberrimus, velox, velociſſimus, vibratus, non vibratus; æqualis, inæqualis inæqualiſſimus: ordinatus, inordinatus, inordinatiſſimus, breuis, diuturnus, intermittens, continuus: ſicuti enim perpetui praui cordis motus fiunt materia pulmonibus hærente: ita interpolati ab ea, quæ circa lienem exiſtens tetrum vaporem in cor expirat, oriri conſueuerunt. Inſuper interdum eſt paruus, interdum magnus. Poteſt eſſe debilis, vehemens, vehementiſſimus; & interdum tranſit in lipothymiam, & ſyncopem, interdum deſinit in ſudorem totius corporis, vel alui fluxum, nonnunquam facile perfertur, & poſſunt deambulare, aliquando coguntur decumbere. Leuis autem appellari debet, qui nullam vel exiguam habet violentiam, inæqualitatem, & inordinationem, & paruo tempore durat, & raro reuertitur. grauior vero dum hæc grauiora ſunt, grauiſſimus vbi grauiſſima, & cũ prauis ſymptomatibus connectitur. Vtrum vero auferatur, vel vitioſa fiat cordis pulſatio, facilè cognoſcitur tangendo & regionem cordis; & pulſum arteriarum. Nam arteriæ tum ſibi inuicem, tũ cordi pulſandi modo reſpondent, vt tradit Gal. ex his autem, quæ tradentur in capite de ſyncope, facile erit cognoſcere qua de cauſa pulſus cordis fuerit ablatus. Quod ſi pulſatio vi-

*Galen 7 de anat adm. c. 1.*

Signa prauæ cordis pulſationis.

tioſa euadat, tunc perſentitur in cordis, & arteriarum pulſu receſſus à naturali ſtatu. qui ſi fuerit per remiſſionem, & pulſatio ſit diminuta, pulſus obſeruabitur rarus, tardus, & paruus. Si vero pulſatio à mediocritate recedat per intenſionem, & deprauata fiat, tunc pulſus perpetuo erit creber, nec non velox, & magnus, ſi facultas debilis non ſit, nam quo magis erit imbecilla, eo magis imminuetur magnitudo, & augebitur frequentia. quod enim in pulſu detrahitur de magnitudine, & velocitate, id cum frequentia commutatur. Quare crebritas in pulſu erit proprium, & inſepatabile deprauatæ pulſationis indicium. Et ſi deprauetur propter ſpirituum defectum, hoc facillime deprehenditur non ſolum ex prægreſſis cauſis, quæ ſpiritus

cor-

corrumpunt: verum etiam ex eo, quod pulſus creber quidem eſt, & interdum celer, ſed potius paruus ob virium imbecillitatem. Si vero id accidat ratione caliditatis extraneæ, facillime ēt cognoſcitur ex ſignis febris, ex prægreſſis calefacientibus, & præter crebritatem, & celeritatem, in pulſu adeſt etiam magnitudo; dummodo virtus debilis non ſit, vt in hectica contingere ſolet. præterea ratione caliditatis motus hic paulatim deprauatur, præcipuè dum oritur à cauſa interna, & maior eſt velocitas in diaſtole, quam in ſyſtole, ad differentiam alienæ ſubſtantiæ. Denique ratione caliditatis extraneæ pulſus eſt ordinatus potius, & vniformis, nō impetuoſus, & concitatus, vt in aliena ſubſtantia: & ſi caliditas ſit ſimilis, & æqualis, pulſus erit æqualis, ſi ſit diſſimilis, erit aliquo modo inæqualis: & ſi caliditas ſit febrilis, adſunt ſigna febris: ſimiliter ſi ſit permanens, vt ſit intemperies calida, & morboſa, reſpiratio eſt frequens, celer, & interdum magna, expiratio calida eſt, ſitis connectitur, quæ potius mitigatur per aerem inſpiratum, quàm per frigidas potiones, iuuantur à frigidis, læduntur à calidis, & ſi intemperies multum increuerit, caliditas partibus ſimilaribus communicatur, vnde corpus extenuatur, & liqueſcit abſque alia cauſa. Nam dicebat Gal. lib. de ratione curan. per uenæ ſect. cap. 5. quidquid cor in caliditate, frigiditateq; perpetitur, eius protinus, & aliæ partes participes fiunt. Si vero motus cordis deprâuetur ab aliena ſubſtantia, tunc ſyſtole velocior eſt diaſtole, & motus eſt valde inæqualis, inordinatus ſecundum plurimum. Et ſicuti ſecundum plurimũ ſubito fit, ita ferè ſemper ſolet eſſe valde creber, velox, & magnus, vehemens, vibrans, & concitatus: nam ab aliena ſubſtantia fit palpiratio illa, de qua Gale. Fern. & cæteri recentiores loquuntur. Vnde in hoc malo arteriæ omnes vehementius pulſare ſolent, & interdum dilatari, præcipuè quæ ſupra iugulum ſunt. præterea ex immodica exercitatione, æſtu, balneis, venere, crapula, meraciore vino, & excandeſcentia ſymptoma exacerbatur. Quod ſi aliena ſubſtantia fuerit ſolida inſtrumentum ſoluens continuum facillime deprehenditur. & ſi ſit ſagitta, vel gladius, ex eo potiſſimum, quod in eius ſummitate externa apparet motus, cordis pulſui proportionatus. Si ſubſtantia fuerit humoroſa, ſi conſtituat tumorem in corde, mirabilis in pulſu erit varietas. Erit enim valde à naturali recedens, ad ſummum inæqualis, inordinatus, peſſimus. Et ſi fuerit calidus, maxima erit inflammatio in toto corpore, ſyncopes frequens, inſignis ſitis, difficillima reſpiratio, vt quamuis aerem frigidiſſimum inſpirent, attamen ſuffocari videantur, & antequam pulſus euadat durus, moritur æger. Si tumor fuerit frigidus (quod raro euenit) hæc omnia ſymptomata apparent, ſed remiſſa, & cum aliqua inflatione. Si vero cōſtituat tumorem in tunica cor ambiente, ſeu pericardio, hic ex eo innoteſcit, quia motus eſt continuus, & patiens in dies citra cauſam euidenter emaciatur, & maior durities in pulſu percipitur in ſcirrho, quàm in alio tumore. Quod ſi ſubſtantia humoroſa citra inflammationem vel tumorem cor ſtimulet, diſtinguitur à materia vaporoſa, quia ſi ſit humoroſa, malum non ita conſertim accedit, & diutius durat, & non ita facile, nec ita cito extirpatur. Contra, ſi ſit vaporoſa, malum citu, & facilius diſcutitur: Et ſicut læduntur à multiplicantibus flatum, ita iuuantur à diſcutientibus, & a calidis extra applicitis in regione thoracis, & ventriculi: præterea malum eſt cum pauca grauitate, ſed præcipuè cognoſcitur materia vaporoſa, quia malum ferè in inſtanti ſolet oriri, & in inſtanti ceſſare, vt maxima crebritas pulſus, ſtatim in magnam tranſeat raritatem. Si ergo materia ſit humoroſa, ſi qualitate tantummodo ſtimulet, patientes tantam non perſentiunt grauitatem, nec tantam ſuffocationem, aut difficultatem ſpirandi, veluti dum copia cor premit: & ſi qualitas humoris fuerit venenoſa, maxima erit varietas in pulſu, præcipuè in magnitudine, & paruitate: nam maxima adeſt pugna, & proinde maxima diuerſitas; præterea cum prauo motu adeſt lipothymia, & interdum ſyncope: adeſt ſuſpicio veneni, adſunt ſigna febris peſtilentis, & humoris putridi, corrupti, copioſi. ſi qualitas ſit manifeſta, non ita praua ſuccedunt ſymptomata. Vtrum autem ſit ſanguis, aut bilis, aut melancholia, cognoſcitur ex dominio huius, vel illius humoris, & præterea, quia ſi motus hic ſit ſanguineus, ſtimulatio eſt potius leuis, pulſus erit magnus, velox, leuis, & plenus etiam extra paroxyſmum; reſpiratio magna, & velox, & coitu moderato iuuantur, quia per ipſum imminuitur ſemen (nam dum in ſuperflua quantitate aggregatur ex eo corrupto mali eleuantur vapores) ſanguis, & ſpiritus clarificantur, euacuatur ſuperfluitas quanti, & caliditas ſuperflua remittitur. Si fiat à bile, anhelitus, & pulſus eſt velox, magnus, & creber, ſed durus, & magis concitatus, & impetuoſus, inflammatio erit vehemens; morbi cholerici ſunt familiares, præceſſere calefacientia, & ſiccantia, & coitu, & inedia læduntur. Si fiat à materia melancholica, aderunt ſigna melancholiæ, & contraria ſignis ſanguinem atteſtantibus, motus erit inordinatiſſimus cum mœſtitia & ſolicitudine, veluti eorum, qui in terra aliena conſtituti ſuorum reminiſcuntur. Si vero materia humoroſa copia cor premat, ſi ſit in toto, adſunt ſigna vehementis plenitudinis, de quibus dictum eſt, aut hypoſarcę. ſi ſit in pericardio, patiens teſtabitur ſe detinere cor veluti in aqua, ac ſi nataret, & dum aquoſitas valde multiplicatur, perſentit manifeſte cor multo humido ſuffocati. ſi ſit in leuibus arterijs præcedit maxima, & omnimoda inæqualitas in pulſu citra febrem, & ſuffocatio ſubſequitur. Si ſit in cæteris pulmonis vaſis, adeſt difficultas ſpirandi, præceſſitque copioſa in eos deſtillatio. ſi quantitate, & qualitate cor affligat ſympt. erunt grauiſſima cum febribus putridis, cum inflammationibus pulmonũ, & partium vicinatum, & eos excipit mors, Si vero aliena ſubſtantia ſit vaporoſa, & ea qualitate, & proprietate occulta, & venenoſa cor feriat, ſiue prodeat à cauſis externis, vel internis, hoc facile cognoſcitur ex ſignis indicantibus ſubſtantiam venenoſam, de quibus dictum eſt: ſimiliter facillimum eſt diſtinguere vtrum prodeat à venenis; vel à materia maligna intus genita. Si autem agat in cor qualitate manifeſta, ſi qualitas ſit prima, vapor calidus, & humidus, ex eo cognoſcitur, quia prauus motus eſt ſatis remiſſus, non eſt adeo vehemens, & concitatus, quemadmodum dum vapor eſt calidus, & ſiccus, & præterea in hoc adſunt ſigna bilis, in illo

indicia

indicia ſanguinis prædominantis. Præterea dum malum fit ab acri vapore calido, & ſicco, perſentitur calor in præcordijs, ſolet ſuccedere fluxus bilioſus, ſudor totius, & ſæpe ab ira in paroxiſmum impelluntur. ſi vapor ſit melancholicus adſunt ſigna melancholiæ, & motus eſt valde vehemens, concitatus, & inordinatus, præcipuè ſi ab aduſta eleuetur melancholia: eſt enim valde moleſta. Si vero ſubſtantia vaporoſa lædat qualitate ſecunda, hoc cognoſcitur ex ſignis ſebrium putridarum. Quod ſi quantitate tantummodo cor afficiat, malum non erit ita prauum, immo facile perfertur ab ægrotante: nam parum læditur ex eo, & nunquam deſinit in lipothymiam, & ſolet malum oriri propter cibos frigidos flatuoſos, & propter perpeſſam frigiditatem in capite, & pedum extremitatibus. vnde coniungitur frequenter tenſio, & dolor ventriculi propter copiam materiæ flatuoſæ. Si quantitate & qualitate agat complexa erunt indicia. Quod ſi ab his cauſis cor lædatur per eſſentiam, tunc vitium erit frequens: nam perpetuo adeſt imbecillitas illa, & propenſio ad hunc motum, & aderunt ſigna alicuius morbi in ipſo corde, ſiue ſit intemperies, ſiue mala compoſitio, ſiue ſoluta vnitas; præterea quamuis adſit malum aliquod; aut affectio aliqua in alia parte, attamen cordis malum prius inuaſit, & cordis malum erit vehementius, quam malum alterius partis: nec immitabitur malum alterius partis; Si lædatur per conſenſum, omnia erunt

*Gal. 2. de lo. affec. c. vlt.*

oppoſita. Et ſi afficiatur per conſenſum à toto, adſunt vitia totius, veluti febris, vehemens plenitudo, leucophlegmatia, vel etiam criſis, qua finita motus ſedatur. Idem de euacuatione immoderata, & alijs vitijs totius dicendum eſt. ſi lædatur per conſenſum à parte, cognoſcitur facillime ex ſignis indicantibus vitium partis, verbi gratia, ſi capite percuſſo, ſuccedat vomitus, & deinde fiat tremor cordis, indicium eſt conſenſus à cerebro, ſed per medium ventriculum. Ita ſi quis euadat melancholicus, vel epilepticus, deinde ſuccedat prauus cordis motus, hic conſenſus eſt à cerebro, vt coniungitur cum corde ſecundum venas. Idem dicendum

Signa cãrum cor ad prauũ motum diſponentiũ

de alijs partibus, quæ cum eo connectuntur ſecundum venas, & etiam arterias, ſiue ſit pulmo, ſiue iecur, aut meſenterium, aut lien, vt in hypochondriaca; ſiue vterus, vt in ipſius præfocatione; ſiue ventriculus veluti dum poſt ipſius dolorem, poſt vomitum præcipuè mordacioris materiæ, vt bilis eruginoſæ, ſuccedit cordis tremor. ſimiliter dum motus prauus in thorace eſt continuus, ſolet eſſe vt plurimum aneuriſma, & tunc ſuccedit tremor cordis per conſenſum ab arterijs ipſi famulantibus. diſtinguitur autem cordis motus prauus ab arteriarum vitioſo motu, quia in hoc dum manu tangitur pectus, perſentitur motus magis in ſuperficie, & nõ ita facile incidunt in ſyncopem: in illo vero motus ex intimo magis procedit. ſimili modo ſi in vaſis cordi famulantibus adſit opilatio; adeſt pulſus diuerſitas in magnitudine, & paruitate,

*Auic. lib 3. F. 11. T. 2. c. 2.*

in vehementia, & debilitate cum priuatione ſiguorum repletionis, & ob id diſtinguitur à diuerſitate pulſus ſequentis virtutis debilitatem: cum virtus multum debilis nec pulſum magnum, nec vehementem edere poſſit. Quantum attinet ad ſigna cauſarum diſponentium, ſi cor in ſe habuerit cauſas diſponentes, ob leuem cauſam, prauo motu afficietur, ſin minus, neceſſe erit vt vehemens cauſa occurrat. & ſi fuerit diſpoſitum ob ſenſum exquiſitum, in differenter læditur à cauſis tum calefacientibus, tum refrigerantibus, & fiet tremor à qualibet vẽtoſitate, & quacunque cauſa facili, præterea pulſus eſt vehemens, magnus, anhelitus incolumis, & totum corpus robuſtum (dummodo non ſit nocumentum in cerebro & neruis) & quãuis tremor ſit frequens, & antiquus, attamen virtus, & corporis fortitudo fuit conſeruata. & conſuetudo in operationibus ſana eſt: & in facie iſtorum apparent vegiſtia paſſionum animalium, quamuis parua; vt iræ, gaudij, triſtitiæ; iſta autem paſſionum animalium veſtigia ſunt mutatio coloris ex rubeo in pallidum, & è conuerſo. ſi vero fuerit diſpoſitum ob intemperiẽ, totum corpus eſt potius imbecille; & vires facile reſoluuntur, ſine cauſa primitiua, pulſus eſt debilis, potius inæqualis, & inordinatus; & ſi præter tremorem facile incidant in ſincopim, eſt ſignum manifeſtum intemperiei cordis, ſicuti corporis fortitudo ſignificat cordis optimum temperamentum, & ſpirituum multitudinem. Signa vero indicantia particularem cordis intemperiem ex Auic. & Gal. deſumuntur ab his, quæ pertinent ad animã, vel ad corpus. ſi hauriantur ab his, quæ pertinent ad animam, capiuntur ab eius actionibus. quæ poſſunt emergere à facultate animoſa, & iraſcibili, vt ſunt animi mores; a pulſifica, vt eſt pulſus cordis, & arteriarum; à facultate motiua, vt eſt reſpiratio, & ſenſitiua, vt ſunt meditationes. ſi capiantur ab attinentibus ad corpus, tunc capiuntur ab eius quantitate, qualitate, & habitu. à quantitate, vt a thoracis magnitudine. à qualitate quæ poteſt eſſe, vel de prima ſpecie, ut a diſpoſitione ad morbos ſimiles, vel de ſecunda ſpecie, vt a potentia, vel impotentia facile patiendi, vt a molitie, & duritie corporis; vel de tertia ſpecie, vt à paſſibili qualitate, caliditate videlicet, vel frigiditate. ab habitu vero, vt a pilis, qui in pectore naſcuntur; vel a pectoris glabritie. Itaque ſi

*Auic. loc. ci. Gal. li artis med. a c. 29. vſque ad c. 37. exclus.*

Signa intemperiei calidæ.

intemperies fuerit calida, ſignificabitur ex vehementia iræ, audacia, & ſi caliditas multum exceſſerit ex iræ participatione, & furibunda temeritate. præterea indicabitur caliditas ex promptitudine ad operationes, ſpei amplitudine, & gaudio, ex naturali pulſus magnitudine,

*Gal lib. art. med. c. 29.*

nec non frequentia, & velocitate; & ex ſimili reſpiratione, quæ vt teſtatur Gal. propria & inſeparabilia ſunt caliditatis indicia. ex meditationibus bonis; ex pectoris amplitudine, dummõ caput mediocritatẽ nõ excedat. & preſertim ſi fuerit paruũ. fit. n. tunc proprijſſimũ caliditatis inditium vt ait Galenus. ex totius corporis caliditate ſenſata, dummodo hepar ſui frigiditate non obſiſtat. & ex caliditate à patiente in ipſo corde ſenſata, & procliuitate ad morbos calidos: & ex vbertate pilorum in pectore, & partibus hypocondrijs proximioribus, dummodo ſuperflua humiditas alterius membri, ætas, regio, vel aer non repugnet. Si vero intemperies ſit frigida, omnia ſunt appoſita. Ideo indicatur ex timiditate, mæſtitia nimia, pietate, tarditatarditate ad operationes, ex patientia non acquiſita ratione conſuetudinis, & exercitij; ex moribus ſimilibus moribus mulierum cum erubeſcentia, & heſitatione, & hebetudine, & paſ-

ſione

ſione à minimis rebus ex pulſu paruo,& vt plurimum tardo, & raro: ex ſimili reſpiratione, poriſſimum ſi thorax amplus fuerit: ex triſtibus meditationibus, ex thoracis paruitate, & ſtrictura abſque capitis paruitate, unde Gal. 3. in 6. de vulg. mor. 13. dicebat, pterigodes fieri propter vitalis caloris penuriam: idem ait tex. com. 18. ex inclinatione ad morbos frigidos, ex corporis frigiditate, & eiuſdem ſenſatione in corde: & ex thoracis glabricie, quæ ob alias cauſas iam dictas non proueniat, vt à nimia humiditate complexionis, aere, & alijs. ſi fuerit humida,

*Gal. c. 32.* cognoſcitur ex mollitie pulſus, & cutis totius corporis, dummodo hepar non reſiſtat, ex velocitate patiendi à ſuperuenientib. reb. ſiue iracundis, ſiue lætis, & ex velocitate remouēdi ab eis, iō ſunt ad iram procliues, ſed tale m (inquit Gal.) quæ facile ſedari poſſit. ita cognoſcitur ex eo, quod facile, & indifferenter patiuntur à cauſis tum calidis, tum frigidis. contra intemperiam ſiccam indicant pulſus durities, & ſiccitas totius corporis ſi non reſiſtat iecur, & ira *Signa humidæ intēperiei.*

*Gal. c. 31.* non prompta quidem, ſed fera, & quæ non facile ſedatur, & lupinoſitas morum, dicebat Auicennas, & difficultas, & tarditas patiendi: & tarditas tum agendi, tum quieſcendi. *Signa ſiccæ.*

*Auic. loc. cit.* Si intemperies ſit complexa ſigna erunt complexa: Vnde calidam, & ſiccam intemperiem indicant pulſus uelox, frequens, & in magnitudine mediocris, quia etiam ſi maxima adſit neceſſitas, tamē ſicciras exactam dilatationem non permittit. reſpiratio magna, nec non uelox, & frequens, & id multo magis, ſi thorax non fuerit cordi proportionaliter auctus propter cerebri paruitatem; & morum perfidia, inuerecundia, immanitas (mores enim tyrannicos habent) & leuitas in morionibus, & in blanditijs: & ira velox cum tarditate pacificandi, & ad actiones prōptitudo, celeritasque, & meditationes rixæ, contentionis, ſeparationis: & pilorum multitudo magis quam in cæteris, & ſpiſſitudo, & criſpitas, & caliditas, & ſiccitas tactus. *Gal. c. 33.* *Signa calidæ & ſiccæ.*

*Gal. c. 34.* In calida autem & humida pili ſunt pauciores. ad actiones tamen non minor eſt promptitudo: & pectus vt plurimum latum, magnum, & pulſus magnus, ſed leuior, meliorve, & minus frequens, uelоxque. & reſpiratio, quæ, ſi thorax cordi fuerit proportionalis, eandem pulſibus formam ſeruabit: ſi uero minor extiterit, tanto illis velocior erit. & frequentior, quanto & thorax minor erit. & ira uelox non uehemens, ſed quæ facile remoueri poſſit: ideo non ferus eſt animus, & meditationes ſunt iucundæ, plenæ ſpe, & circa res magnas, & tactus corporis calidus, & humidus, ſi non reſiſtat hepar uehementi frigiditate, & humiditate quāuis non vehementi & ægritudines putridæ multiplicantur, præſertim ſi magna facta ſit euerſio in temperatura, & præſertim in humiditate, propter humorum corruptelam, & putrefactionem. & expirationes maiores ſunt, ac ueolociores inſpirationibus, & ſubmiſſio arteriæ, ſyſtoleſve in pulſibus velox. *Signa calidæ & humidæ.*

*Gal. c. 35.* Frigidam, & humidam ſignificant pulſus mollis, decliuis ad paruitatem, tarditatem, & raritatem, magis & minus, pro receſſus magnitudine, & pigritia; timiditas, tarditas, cum mortua agilitate, vel viuacitate; & nuditas pilorum: & tales non retinent rancorem, nec ſunt iraſcibiles: & corpus frigidum eſt & humidum, ſi non reſiſtat hepar, cum multa caliditate & ſiccitate, quamuis non plurima. *Signa frigidæ & humidæ.*

*Gal. c. 36.* In frigida verò & ſicca pulſus non eſt cum tanta tarditate, eſt autem paruus, & durus. reſpiratio uero, ſi quidem thorax paruitatem cordis frigiditati proportionalem habuerit, moderata; ſi vero maior extiterit, rara, ac tarda erit. & tales ſont iræ tardæ, ſed fiſæ. habentes meditationes triſtes cum deſperatione, & circa res paruas. & præ cæteris ſunt ſine pilis: corpus frigidum & ſiccum babentes; ſi non reſiſtat iecur multa caliditate, & humiditate, quamuis parua. *Signa frigidæ & ſiccæ.*

Omnia uero quæ de moribus fuere enunciata, ut animaduertit Galenus de naturalibus audienda ſunt, non autem ex Philoſophia, & exercitio acquiſitis. At uero pulſationem ablatam uitium eſſe periculoſiſſimum, & ut plurimum lethale, in capite de ſyncopi euidentius apparebit, quo in loco conſpicuum quoque fiet, quid prædicendum ſit dum pulſatio imminuitur. Quod ſi pulſatio deprauetur, ſi id contingat ratione caliditatis extraneæ, vt plurimum malum facile tollitur, dummodo ab intemperie cordis, vel à febre hectica, incurabilique non proueniat. ſimiliter ſi propter ſpirituum vitalium defectum oritur, ſpiritus ſæpe poſſunt reparari, interdum non, & quandoque facile, nonnunquam cum difficultate, pro diuerſitate cauſæ ſpiritus corrumpentis. ſed ſi deprauetur pulſatio ab aliena ſubſtantia, ſi perduret ferè ſemper, affectus ex Auicenna eſt magni momenti, & ſēper periculoſus, difficiliſque cenſeri debet; quia ſæpiſſime permutatur ad ſincopim, & ſi magis adhuc perduret, ad mortem, & eam repentinam ob conſequentem facultatis pulſatilis imbecillitatem, vt cuidam euenit, qui (vt teſtatur Galenus) dum exolueretur, fortiter in corde palpitabat. *Signa prognoſtica deprauatæ cordis pulſationis.* *Auic. li. cit.*

quare maximum imminet periculum, quia afficitur cor maxime, ad vitam neceſſarium, & ſecundum actionem pulſatilem adeò neceſſariam pro conſeruatione totius corporis, & oīm facultatū tū naturaliū tum animalium. magis tñ, & minus incoditur periculum pro huius alienæ ſubſtantiæ conditionibus, & diuerſitate, ea propter ſi fuerit ſolida, & in corde ſolutam unitatem intulerit, vel etiam humoroſa, quæ conſtituat tumorem in corde, nulla eſt ſalutis ſpes; immo quamcitiſſime moriuntur. Nam impoſſibile eſt ex Gal. decreto lib. 1. de loc. cap. 5. vt abſceſſum cor ſuſtineat: Et quinto de loc. 2. ait quod inflammatio & eryſipelas, dum in corde fieri incipit, illico, antequā augeātur tales affectus, animal corrumpitur. Et hos affectus cardiacos ſyncope ſequitur. *Galen. 5. de loc. aff. cap. 2. & Auic. loc. cit.* Quemadmodum in corde ſi vulnus ſit penetrans, illico pereunt: ſi ſuperficiale poſſunt viuere per vnum diem. idem dicendum de apoſtemate, quod ſi fuerit magnum, interficit eadem hora. ſi ſuperficiale, ſi fuerit calidum, tardatur mors vſq; ad ſecundum diem, ſi frigidum, poſſunt viuere vſq; ad quartum. Quare etiam ſi parua puſtula corripiatur, tamen moriuntur cum egreſſu ſanguinis nigri per nares propter ſpirituum mortificationem, quorum præſentia lucidus reddebatur. immo non ſolum hæc, ſed neque dolores poteſt longo tempore tolerare, ſicuti neque alia fortia nocumenta, vt ait Auic. quia ſincopizat. Quod ſi tumor fuerit in pericardio, quia ut plurimum frigidus eſt, poſſunt diutius viuere, nihilominus tandem pereunt. Si uero materia non producat morbum in corde, cæ-

teris

teris paribus, difficilior eſt affectus, ſi materia ſit humoroſa, quàm ſi ſit vaporoſa, ſed quæcunque ſit, oportet continuo ipſius vim perpendere. vnde ſiue ſit humoroſa, ſiue vaporoſa, ſi fuerit maligna, & à toto genere præter naturam, malum periculoſiſſimum eſt, præcipuè ſi ſit venenoſa. nam vt plurimum moriuntur, & cito. ſimiliter, ſi non ſit venenoſa, quanto materia erit maioris actiuitatis, quo prauior & copioſior, eo prauior erit affectus. Verbi gratia, ſi fiat à materia ſanguinea, minus erit periculum (dummodo ſui copia non ſuffocet) maius ſi fuerit pituitoſa, adhuc maius ſi biliosa à flaua bile, maius adhuc ſi æruginoſa fuerit, & melancholica, maximum ſi atribilaris. præterea oportet conſiderare, vtrum materia concurrat vel ſolum irritando, vel etiam calefaciendo, & ſpiritus corrumpendo, quia tunc maius erit periculum. Idem dicendum cum cauſa materiam producens erit magis intenſa, & ſi malum fiat affecto corde per eſſentiam, cæteris paribus, vitium eſt magis periculoſum: dictum eſt, cæteris paribus, quia poteſt eſſe malum per conſenſum prauius malo per eſſentiam: Verbi gratia, ſi fiat tremor cordis per conſenſum à leuibus arterijs, vel etiam à toto febre peſtilenti correpto, erit magis periculoſus, quàm ſi adſit intemperies in corde. Quod ſi cor in ſe habuerit cauſas diſponentes malum profectò facilius adimetur, quia tunc à cauſa leuiori in paroxyſmum impellitur, ſed difficilius ægrotantes poſſunt ab hoc prauo motu præſeruari: & ſi fuerit diſpoſitum ob intemperiem, vitium maioris momenti cenſeri debet, quia, vt ait Auicennas, ſi ſit in habitu, non poteſt remoueri, ſi in habitudine, maxima cum difficultate, & vt colligimus ex Gal. ſi receſſus ſit notabilis, non poſſunt diutius viuere, quia, vt ipſe ait, omnes hoc prauo motu correpti ante quinquageſimum annum periere. Laborat enim pars principaliſſima. Si vero ſit diſpoſitum propter ſenſum exquiſitum, poſſunt ad prouectam peruenire ſenectutem, ſicuti ſæpè experientia fuit comprobatum, & ego præter multos alios obſeruaui quendam, qui à prima ſtatim pueritia ad vltimam vſque ſenectutem hoc vitio per circuitus redeunte perpetuo correptus vixit, cum tamen is à quocunque alio vitio immunis fuerit, & circa omnes naturales, animaleſque operationes incolumis extiterit. ſed de his non loquitur Galenus; cum vitium hoc ad ſimilitudinem ſpuriæ ſuffuſionis, quæ ab acutiſſima oculorum acie prouenire ſolet, non ſit vitium ea artis vſu, nec legitimi cordis tremoris nomen promereatur; quia propoſitum Galeni fuit agere de affectibus cordis (nam agit de locis affectis) & de his præſertim à quibus indicatio aliqua deſumatur. iam verò dum læditur cor per conſenſum ratione ſenſus exquiſiti, ab hoc ſenſu exquiſito nulla deſumitur indicatio, cum pendeat ab optima cordis temperatura, quæ potius eſt conſeruanda, quemadmodum etiam in ſpuria ſuffuſione oculorũ propter acutiſſimam ipſorum aciem, à parte conſentiente, ab ipſis oculis, nulla deſumitur indicatio. Quantum ſpectat ad differentias; ſi deſumantur à forma, quò diuturnior, antiquior, quo prauior, inæqualior, quo magis inordinatus, & impetuoſus fuerit motus, eo difficilior erit. ſi capiantur à loco affecto, magis imminet periculum, dum cor afficitur ſecundum ventriculos, & præcipuè ſecundum ſiniſtrum, minus ſi ſecundum dextrum, adhuc minus ſi ſecundũ arterias, minus adhuc ſi ſecundum venas, dummodo non adſit aneuryſma, quod ferè incurabile exiſtit. Denique aduertendum ex Galeni ſententia, affectum hunc potiſſimum adoleſcentes, & adultos inuadere, quia cum, vt plurimum, ab humore proueniat melancholico, eo tempore humores incipiunt fieri ſicciores, & ad naturam accedunt melancholicam. vere autem, & autumno affectus hic ſolet graſſari; quia vere mouentur omnes humores; autumno autem humores redundant melancholici. Solet autem (inquit Gal.) interficere inter quadrageſimũ, & quinquageſimum annum, quia tunc eſt ſtatus, & vigor humorum melancholicorum; atribilariumque: & quia cor, vitæ origo, debile, languidumque fuit effectum. & ob eaſdẽ cauſas per febres acutas quoque interire ſolent. Hippo. autem inquit, circa ventriculum fortis æſtus, & cordis morſus malum, & per morſum cordis declarat Galen. nos poſſe intelligere tum mordicationem in ore ventriculi, quæ in febribus mala eſt, tum cordis motum palpitationi ſimilem, qui ſi cum febribus, & tali æſtu ventriculi coniungatur, malum eſt vehemens. quidam addunt, quod ſi cum tremore cordis nauſea aſſocietur, & materia euomi non poſſit, oris ventriculi conuulſio ſubſequitur. Et Auicenna dicebat, & ſi quis conqueritur de tremore cordis poſt ægritudines, & habeat nauſeam, & euomit choleram plurimã, & non remouetur nauſea, malum eſt, & indicat ſpaſmum in ſtomacho.

*Aui. loc. cit.* *Gal. loc. cit.* *Hip. 4. apho. 65.* *Gal. in com.* *Auic lib. 3. F. 11. T. 2. c. 2. in ſi.*

## *Quænam indicationes, & præſidia in prauo motu cordis hauriantur.* *Cap. LV.*

PRAESIDIA, in quorum virtute vitium hoc methodice profligatur, ſiue ſint indicata, ſiue requiſita, cum à rei natura ſint elicienda, proinde vel ab ijs, quæ in cor agunt, & illud in prauum motum impellunt, vel ab ipſo corde patiente, à quo pulſatilis facultas emergit, capiuntur. à prauo autem motu cum ſit actus imperfectus, & habeat eſſe non permanens, ſed in fieri, nulla prorſus indicatio deſumenda. Quare ſi ab agentibus in cor ſcopi capiantur, tunc hauriuntur à morbis, vel à cauſis morbificis, vel à ſymptomatibus. Quantum attinet ad morbos, ſi loquamur de his, qui curationem admittunt, intemperies huc concurrat vt cauſa impellens, & ſit ægritudinis, ſiue vt diſponens, & ſit intempe-

ſucco roſarum, cum aquis cordialibus iam dictis. dum tamen adeſt timor apoſtematis, tutius eſt vti lenientibus notabiliter refregerantibus, ne materia agitata amplius fluat ad cor. Si materia euacuanda ſit pituitoſa, pro leniente probatur vomitorium, cum ventriculus ſit lacuna phlegmatis, præſertim ſi nauſea ægrum infeſtet, & ſit aſſuetus, & poteſt parari cum oxymelite, cum ſucco raphani. Si æger non ſit aſſuetus, magis probatur euacuatio per ſeceſſum cum melle roſ. ſol. & cum ſpeciebus hieræ. pro præparante laudatur ſyrup. de betonica, mel roſ. oxymel ſimplex, compoſitum, ſirup. byſantinus, de corticibus citri, & huiuſcemodi. cum aqua betonicæ, meliſſæ, ſaluiæ, ſampſuci, pulegij. Pro purgante verò inter oīa probatur agaricum, ita licet vti myrob. chebulis. Inter compoſita ſunt pilulæ alephanginæ, diaphęnicum, & ab Auic. proponuntur hieræ magnæ, vnde licet deſcribere ſimile purgatorium in potu. ℞. agarici præpar. drac. 1. corticum myrobal. chebulorum drac. 2. foliorum meliſſæ, borag. an. pug. 1. aquæ q. ſ. fiat decoctio ſecundum artem. ℞. huius decoctionis q. ſ. diaphęnici drac. 4. mel. roſ. ſol. vnc. 2. fiat potio breuis; vel in forma pilularum hoc modo. ℞. agarici præpa. ſcrop. 4. ſpecierũ hieræ ſimpl. drac. 1. cum oxymelite fiant pilulæ v. vel loco ſpecierũ hieræ accipiatur drac. 1. pilularum alephanginarum. Si humor redundans fuerit melancholicus, quod ſæpe contingit, pro leniente detur lenitiuum, vel ſirup. violatus ſolutiuus. præparantia ſint ſirup. de boragine, de capillis veneris, de lupulis, de fumoterræ, de pomis, de epithymo, cum aqua bugloſſæ, boraginis, meliſſæ, roriſmarini, enulæ, fœniculi, vel ſimiliũ. inter purgantia proponuntur ſena, epithymum, myrobal. indi, lapis lazuli cum ſuis correctiuis. Inter compoſita probatur diaſena, hamec, pilulæ indæ, de lapide lazuli, & ab Auic. proponitur hiera Rufi, & hieralogodion, quæ euacuant melancholiam à partibus remotis. & inter vehicula ſoluentium melancholiam præſtantiſſimum eſt ſerum lactis, quod poteſt etiam præberi poſt catapotia, quæ gratia exempli poſſent ita ordinari. ℞. pilularum de lapide lazuli, aut armeni drac. 1. agarici præparati ſcrop. ſ. aut pulueris hieræ ſimplicis drach. 1. cum decocto cordiali, vel cum ſirupo de corticibus citri fiant pilulæ v. obſeruandum autem, vt dictum eſt, vt in quocunque medicamento miſceantur cordialia, quæ ab Arabibus vocantur bezoartica, præcipue in lenientibus, & multo magis in purgantibus, non tamen in multa copia, neque ſtrenuè alexipharmaca, ne ſubſequatur excoriatio, & purgatorij vis labefactetur. & ſint calida, vel frigida, prout materia purganda frigidior, vel calidior, erit. Inſuper aduertendum, vt in malis cordis ſoluentia exhibeantur in minima doſi, ne copioſa fiat euacuatio, & ob id vicibus repetitis ſupplere oportet. Poſt totius euacuationem ad determinata, localiaque medicamenta accedendum eſt. Quare animaduertendum an cor lædatur per eſſentiam, vel per conſenſum: ſi lædatur per eſſentiam, ſoluta vnitas non ſuſcipit curationem. ſimiliter tumor cordis, vel etiam pericardij nõ poteſt curari. Idcirco antequam fiat, oportet occurrere cum copioſa ſanguinis detractione, & euacuationibus ſecundum exigentiam, & omni genere diuerſionum, & poſtea cum ſtipticis roborantibus. & tuentibus cor, ne recipiat humorem, nec non auferendo cauſam fluxus humorum; & incraſſando humores ipſos, ſi oportuerit, ne ſua tenuitate fluant. ideo Auicenna in hoc caſu, in tremore ſcilicet calido, dũ requiritur fortis extinctio, vtitur hoc medicamento. ℞. ſem. lactucæ, endiuiæ, ſpodij, roſarum, ſandalorum, ſem. portulacæ, bugloſſæ, coriandri ſicci; corallij, karabe, margaritarum, an par. ij camphoræ quartam partem, miſce, fiat puluis, cuius poteſt exhibere drac. 1. cum vnciis duabus aquæ roſatæ, & drac. duabus vini aromatici, vel etiam detur ad drac. 2. dum caliditas eſt valde intenſa: nam dum malum eſt intenſiſſimum, & adeſt timor principij apoſtematis, concedit Auicenna opium cum croco, & aromatibus. diæta verò tenuiſſima eſſe debet. Si verò in corde adſit intemperies, vtendum per contrarium alterantibus, ſed ſemper roborantibus cor. Vnde animaduertendum, cor poſſe roborari vel ab iis, quæ agunt ſecundum qualitates manifeſtas, vel ab his, quæ iuuant à tota ſubſtantia: hoc eſt ſecundum proportionem, & proprietatem occultam cordi quidem familiarem, & amicam: his autem, quæ cordis proportionem deſtruere poſſunt, inimicam. ſi loquamur de iis, quæ agunt ſecundum qualitates manifeſtas, hæc agunt per qualitates primas, vel ſecundas. quæ agunt ſecundum qualitates primas, hæc ſunt temperata, vel etiam alicuius caliditatis participantia: ſi vero agunt ſecundum qualitates ſecundas, ſunt duplicis generis, adſtringentia ſcilicet, & odorata. nam aſtringentia ſpiritus, & calorem vniunt, & roborant: odorata verò ſpiritus conſortant, ideo dicebat Auicen. omnia aromata ſummarim eſſe cordialia; ſi verò loquamur de iis, quæ iuuant à totalitate ſua, quæ propriè dicuntur bezoartica, hæc etiam ſunt duplicia: nam quædam corroborant cor a proprietate occulta, qualitatibus manifeſtis adiuta, vt crocus, & ſpica, quorum proprietates à caliditate, & aſtrictione temperata, & ab aromaticitate adiuuantur. quædam cor conſortant per proprietatem occultam, (quæ etiam à nonnullis occulta qualitas appellatur) à manifeſta, & euidenti qualitate non adiutam, vt eſt hyacinthus, vel aliud ſimile. His igitur vtendum eſt, & modo calidis, modo frigidis, prout intemperies erit frigida, vel calida. & prout etiam materia, quæ agit in cor, diuerſimodè erit affecta. imo licet etiam continuo temperata permiſcere, quatenus ſcilicet cordialia ſunt. Porrò frigida ſunt acetoſa, violæ, cichorea, acetoſitas citri, limonis, vinum granatorum, roſæ, corallia, margaritæ, ſandali, camphora, coriandrum ſiccum, & humidum, bolus armena, terra ſigillata, Karabe, ſaccharum roſatum, ſaccharum violatum; Calida autem ſunt zedoaria, ſericum crudum, quod eſt admirabile, meliſſa, been album, & rubrum: & ſunt velocis iuuamenti, calamentum montanum, dictamnum creticum, betonica, ſtęchas, ambra, muſcus odoratus, caſtoreum, calamus aromaticus, polium montanum, amaracum, coſtus, enula, quæ eſt præſtantiſſima, hypericon, lauendula, pulegium, origanũ, ocimũ, cortex citri, ſemen eius, vinũ aromaticũ, lignũ aloes crudũ, roſmarinũ, balſamita, mẽta, ſatureia, ſpica nardi, cubebę, caſſia

Determinata & localia.

Ad cordis intẽperiẽ.

Cordis roborantia quæ nam ſint.

Au. 3. Colliget. cap. de med. confor. memb. Auic. loco cit.

Frigida.

Calida.

V. F. V 3 lignea

lignea,cardamomum,cinamomum,phu,ſeu valeriana, præſertim pontica, cariophylli, qui ſunt præſtantiſſimi,nux muſcata,crocum,galága,ſquinantum,& omnia aromata. Inter compoſita eſt conſerua betonicæ,dianthos,magnæ confectiones, diamoſcum dulce, & amarum, & id genus alia. Temperata autem ſunt aurum,argentum,hyacinthus,capilli veneris,bugloſ- Téperata. ſum,borago,granata,os de corde cerui,lapis bezoar,hoc eſt liberans a venéo,ſapphyrus,ſmaragdus,rubini,topacius. Hæc igitur,& his ſimilia ſunt illa,quibus vtendum eſt in cordis corroboratione, quæ licet in omnibus ægritudinibus cuiuſcunque membri conuenientia ſint,attamen in paſſionibus cordis ſunt valde neceſſaria. Aduertendum igitur,quod præter id, quod a Notanda. proprietate ſua cor confortant,remouent quoque ipſius intemperiem,& quodlibet nocumentum remanens poſt ſupraſcriptas euacuationes, quæ cordis imbecillitatem augere poſſunt, nec non alicuius adſtrictionis moderatæ ſint participantia. Inſuper aduertendum ex Auic. cauenda eſſe inſigniter adſtringentia, refrigerantia, & calefacientia, ne lædatur reſpiratio, & motus ſpirituum vitalium; nam in his duobus vita conſiſtit: vnde nimium adſtringentia reddunt reſpirationem difficilem,& cohibent motum ſpirituum, calidiora efficiunt reſpiratioñe difficilem,& cohibent motum ſpirituum, calidiora efficiunt reſpirationem iuſto velociorem, & ſpiritus nimium diſſoluunt, & diſſipant,trahendo violenter a centro ad circumferentiam: frigidiora ſpiritus lædunt,& ipſorum motum,reſpirationemque cohibent. Denique aduertendum quod in curatione calidæ intemperiei cordis, non debemus vti refrigerantibus ſolis, vt inquit Auic. ſed ſemper miſcenda calefacientia propter ſpiritus vitales,qui à calido conſeruãtur,& etiam vt detur frigidis penetratio, quare in trochiſcis de camphora non eſt auferendũ crocum,ſicut quidam moderni malè fecerunt. In affectu autem frigido licet vti calidis ſinceris. diſcurrere igitur oportet circa medicinas cordiales propoſitas,& ex eis eligere calidas,frigidas,humidas, vel ſiccas,aut temperatas, prout cordis exigit intemperies, & etiam aliorum membrorum producentium materias vitioſas agentes in cor, & ſunt adminiſtrandæ intus, & extra,tam tempore quietis,quàm tempore acceſſionis. Quamobrem ſi intemperies fuerit frigida,verbi gratia,licet hoc,vel ſimile medicamentum ordinare. Recip. pro baſi cinamomi, ligni aloes,ſerici crudi an. lib.2. pro adiuuantibus baſim adde auri, muſci odorati, ambræ an. Ad intemperiẽ frigidam. gra.7. pro recipiente adde conſeruæ dianthos vnc. 3. cum ſyrupo de corticibus citri, fiat electuarium,& doſis ſit à drach.2. vſque ad vnc.1.& detur per quatuor horas ante prandiũ. vnde Intus. aduertendum moſcum,ambrã,crocum,& alia valde aromatica, antiquorum exemplo, eſſe permiſcenda in parua doſi,in comparatione ad alia. quia ſuperflua aromaticitas potius nocet. Licet etiam ſimile medicamentum parare. Recip. conſeruæ dianthos, ex floribus betonicæ, meliſſæ,an. vnc.1. cariophyllorum,macis,nucis moſcatæ,ſpecierum galiæ moſcatæ an. ſcrop.1. moſci odorati gra.5. cum ſyrup. de corticibus citri,fiat electuarium, & detur vt ſupra a drac. 2. vſque ad 4. maximè etiam probatur vſus aquarum Aponenſium, & vini guaiaci cum ſaluia, meliſſa,& ſimilibus. extrinſecus vero licet vti hoc epithemate, Recip. aquæ, vel decocti meliſſæ,ſaluiæ,amaraci,borag. lib.1.& ſem. nucis moſcatæ,cariophyllorum,cinam. an. drac.1. xyloaloes,corticum citri,ſeminis ocymi,an. drac.3. ambræ, moſci odorati an. gran.5. croci gran.4. vini odorati vn.3. miſce pro epithemate. Laudatur quinetiam theriaca diſſoluta cum vino generoſo. expedit quoque vti inunctione ex oleo coſtino,nardino,amaracino, & liliorum alborum,cum puluere ligni aloes,macis,cinnamomi,exiguo croco, galiia moſcata, cera quantum ſufficit, & pauco vino odorato, & conficere vnguentum. Licet inſuper applicare ſacculum hoc modo paratum, Recip. florum roriſmarini,flor. ſaluiæ, maioranæ minutioris, ſerpilli, calamenti montan, ſtæchados an. pug. ſem. cariophyllorum,macis, ſtyracis calamitæ an. drach. 1. muſci ſcrop. ſem. oſſis de corde cerui num. 1. contundantur craſſo modo, & fiat ſacculus de ſerico,qui continuò geſtetur.& vt aer aſſiduo ſit correctus, fiat pila odorata hunc in modum, Reci. cariophyllorum,macis,nucis moſcatæ,ligni aloes an. ſcrop.1. muſci odorati gra.5. laudani vnc.1. miſce,& fiat pila. In intemperie autem calida,& in motu à cauſa calida,ſi caliditas nõ Ad intemperiem calidam. ſit vehemens intrinſecus,licet exhibere hoc,vel ſimile medicamentum,quod eſt Auic. Recip. roſarum partem vnam,camphoræ quartam partem, ſandali tertiam partem, margaritarum, corallij, karabe, xyloaloes, ſpodij, an. medietatem partis, bugloſſæ partes 2. conficiantur cum aqua malorum,& fiant trochiſci, & doſis ſit a drac. vſque ad aureum. Si caliditas ſit fortior, vtendum his,quæ ſuperius fuere propoſita ad præſeruationem ab inflammatione cordis. Ex- Extra. tra vero licet recipere aquæ roſarum,endiuiæ,acetoſæ an. vnc.4. acetoſitatis citri vnc. 1. aceti roſati vnc. ſem, miſce pro epithemate. vel etiam Recip. roſarum, violarum, ſand. rubeorum, citrinorum,coralliorum ana drach,1. florum boraginis,bugloſſæ ana drac. 5. croci, camphoræ ana gra.6. aquarum roſarum, acetoſæ, florum nenufaris an. vnc.2. aceti vnc.1. vini odorati vnc.5. miſce,& applicentur regioni cordis,cum panno præſertim purpureo, aut cendado de grana, adeo magno, vt magnam thoracis partem tegat. & applicetur actu frigidum magis, vel minus,aut tepidum pro diuerſitate temporis anni, caliditatis cordis,& roboris, aut debilitatis eius: ex iiſdem poſſunt fieri ſacculi, inunctiones, emplaſtra, & pilæ odoratæ. Quòd ſi Ad humidam. intemperies fuerit humida, oportet vti medicamentis aliquo modo exſiccantibus cum adſtrictione moderata, & victus debet eſſe tenuis, & exſiccans cum exercitio potius longo, & frequenti, quam intenſo, & forti, niſi eſſet coniuncta frigiditas, contrarijs vtendum in intemperie ſicca, vnde præter medicamenta humectantia, vt eſt borago, bugloſſa, Ad ſiccã. oleum liliorum alborum, laudatur balneum temperatum, cibus, & potus potius abundans, humectansque dummodo poſſit concoqui, & ſomnus multus cum exiguo motu. Si intemperies fuerit compoſita, complicatis remedijs vtendum, vnde verbi gratia, ſi ſit frigida, & humida, applicetur balneum, ſed aquæ calidæ, in quo diutius immorentur ante cibum; vtendum ſolutiuis, diureticis, vino antiquo odorifero,& potenti, in moderata tamen

quanti-

facile enodabitur ) ſanguinis euacuationem per ſectam venam, & ſi vnicum, & primo aſpectu ſimpliciſſimum videatur eſſe ſubſidium, non eſſe tamen ſimplex, & impermixtum, quia licet per venam ſectam ſanguis primario euacuetur, attamen ſecundario, & per accidens ſpiritus quoque, quoniam reſidet in ſanguine, & proinde duplex materia, contenta videlicet, & impetens, exinanitur; immo multo magis impetens, quàm contenta, cum ſpiritus ob maximam tenuitatem facilius inaniatur, quod declarat nobis apoſtematum inciſio, quæ ſi amplo fiat foramine, nulla alia de cauſa ſyncopim accerſit, & periculoſa eſſe ſolet, niſi propter ſpirituum inanitionem. ex his apertiſſimum eſt adæquatum venæ ſectionis indicans, nil aliud eſſe poſſe, quàm graue peccatum ſanguinis ſpiritibus redundantis. Vnde diuinus Hipp. morbum vehementem, vires, ætatemque proponens principale, & adæquatum indicans, veluti notiſſimum ſubticuit, ſed ſigna, & indicia certiſſima, in quorum virtute indicans innoteſcit, in medium attulit. ſi quidem per morbi magnitudinem innuit graue peccatum, quod quidem fundatur in ſanguine, tanquam in præcipuo indicante; portò ſanguinem hunc ſpirituoſum eſſe, & ſpiritibus redundare, virtus, & ætas atteſtantur. vnde quemadmodum morbi vehementia, & graue peccatum ſanguinis reſpiciunt contenta, ita virtus, & ætas, & ſpirituum affluentia diriguntur ad impetentia, & nobis commonſtrant ſanguinem ſpiritibus redundare. ſicuti enim in ætate ſenili ſpiritus propter debilem calorem, probique nutrimenti penuriam pauci redduntur, ita in puerili ætate non poſſunt eſſe copioſi duplici de cauſa. nam primo propter parua conceptacula, & venarum, & arteriarum exilitatem pauci ſunt, veluti etiam pauci ſunt humores contenti. ideo puerorum pulſus, ſi iuuenum pulſui conferatur, paruus eſt; nos verò dum venam ſecamus, præter robur, potiſſimum ad pulſus magnitudinem oculos dirigimus, nec vlla reperitur conditio, quæ ab hoc præſidio nos æquè dehortetur ac pulſus paruitas: ſecundo, quoniam puerorum corpora propter nimiam mollitiem, & maximam texturæ raritatem, vt notat Galenus, aſſiduè, & vehementer difflantur. Nec obſtat pueros habere maiorem portionem calidi innati, quia illud concedendum eſt de calore innato, qui fundatur in humido radicali, & materia ſeminali: non autem de calore influente, qui reſidet in ſpiritibus, in venis, & arterijs conſiſtentibus: & hi quidem ſunt, qui in venæ ſectione facillime effluere poſſunt. In ſcatificatione verò, & extractione ſanguinis per hirudines, tum propter meatuum paruitatem, tum propter euacuationem, quæ fit ſine impetu, pauci omnino ſpiritus in relatione ad ſectionem venæ, emanare poſſunt. hinc liquet, pueros venæ ſectionem non admittere, non ſolum, quia virtus non ſit robuſta ſecundum ſolidam ſubſtantiam, vt quidam exiſtimarunt, ſed etiam quia non eſt valida ſecundum ſpiritus, hoc ſenſu ſcilicet, vt virium validitas non abſolutè, ſed in collatione ad venæ ſectionem conſideretur. Quòd autem virtus debilis ſecundum ſpiritus ſit illa, quæ venæ ſectionem inhibeat, clarè conſtat, nedum ex his, quæ dicta ſunt, verum etiam ex auctoritate Galeni, qui 5. meth. in matrona illa, quæ ſputum ſanguinolentum patiebatur, non auſus fuit ſecare venam, & rationem aſſignans, inquit, ( quia paſſa fuerat inediam trium dierum, ) ſed ex trium dierum inedia non ſolidum, ſed ſpirituoſum genus languidum redditur. Quod ſi quis obijciat in ſyncope, quæ ex ingenti plenitudine, & nimia ſanguinis redundantia ſuffocante originem ducit, venam eſſe aperiendam actu exiſtente ſyncope, quo tempore virtus non eſt valida, & hoc propter ſpirituum defectum: huic reſpondemus, quòd quamuis à plenitudine obruente ſpiritus in magna copia ſint diſſipati, attamen adhuc copioſi reperiuntur; Hi verò licet actu, & quo ad extenſionem imminuti ſint, quoniam à nimia ſanguinis mole compreſſi, & quodammodo reſtricti, moueri, dilatarique prohibentur; nihilominus in ſui radice, & quo ad virtutem, & poteſtatem valde proximam copioſi ſunt, quemadmodum ſanguis quoque, ex quo præſertim generantur, vberrimus eſt. patet enim ob id ſyncopem cieri, quia & motus arteriarum intercipitur, & ſpiritus actu à nimia ſanguinis copia ſuffocantur. qua quidem detracta, & comminuta, cum præſto ſit materia, ex qua gignuntur, ſanguis nempe vaporoſus in arterijs redundans, confeſtim ad inſtar obrutæ flammæ reſurgunt, & recreantur. Hoc verò minimè contingit vbi ab alia materia, quę ſanguis non ſit, aut ab alia cauſa ſuffocante imminuuntur. Adhæc, in ſyncope ex plenitudine licet venam aperire, quia ſolum in hoc caſu per foramen vnica præſertim materia, contenta videlicet, egreditur; nam impetens, & ſpirituoſa actu exiſtente ſyncope, magis in intimis, & circa cor detinentur. Verum dicet aliquis, ſi ſpiritus, & materia impetens ſecundariò, & per accidens euacuantur, ergo ſpiritus copia & virtus in eo conſiſtens non debet reduci ad id, quod indicat, ſed potius ad id, quod permittit venæ ſectionem. Ideo animaduertendum, quòd quamuis ſpiritus ſecundariò inaniatur, attamen multoties materia ſpirituoſa habet vim indicantis, dum ſcilicet eius inanitionem non minus quàm ſanguinis euacuationem expetimus. id autem contingit dum volumus non modò ſanguinem euacuare, verum etiam refrigerare, & ſanguinis motum compeſcere. Propterea in ardentiſſimis febribus dicebat Galenus, in magnis inflammationibus, & vehementiſſimis doloribus ſanguinem detrahimus per venam ſectam vſq; ad animi defectum incluſiuè, & proinde vſq; ad maximam ſpirituum euacuationem, ad hoc vt calor qui reſidet in ſpiritibus deferueſcat, & humores refrigerentur. Ex cognitione indicantis facilè patet prohibens, cum enim contraria nata ſint, circa idem ſubiectum fieri, ergo illud quod prohibere poteſt venæ ſectionem, nil aliud eſſe poteſt niſi leue ſanguinis peccatum, & præſertim eiuſdem ſanguinis, ſpirituūq; penuria. id verò nobis oſtendunt morbus leuis, virtus imbecilla, nec non puerilis, & ſenilis ætas. hinc colligimus dolorē, cibalē ſuperfluitatē, & ſimilia legitimi prohibentis nomen minimè mereri, & ſi ſanguinis miſſionem interdum differre poſſint. Sed materia in primis exiſtens

*Hip 8 in 6. epid 7.*
*Gal. 1 de humor cō tex. 11 & & eodē pag 12. H ideſt tex 12 verſſ & lib d ſalub. aia. text F 3. in 6 epid 20.*
*Gal 6 aph. com tex 7.*
*Et Gale. 4. de rōe vic. cō. 19 l. de rōne cur per venā 9 & 13. & 2. met 6 & vi de Galen. 6. aph 47.*
*Gal lib de pul. ad Tir. cap. 9*
*Primo de rōe vic. in acu. tex. cō. 45. & 4. de rat vic. acu. tex. com. 28*
*Gal. 5. met.*
*Galen. 4. de rōe vic. cō. tex. 26. & 28. quo in loco ait ſpiritus per venæ ſectionē difficillime euacuari dum ſixi quodāmodo reperiuntur.*
*Gal. 1. aph. com. 22.*



Digitized by Google

& vitali calore pereunta, reliquorum etiam membrorum actiones perire neceſſe ſit. iure igitur dictum fuit vitium hoc eſſe lapſum (virium) in plurali numero, quia nou vna, ſed omnes virtutes labuntur. Additum fuit (præcipitem) quia lapſus hic ocyſſime ſit, ad differentiam illorum omnium morborum, qui ſenſim, & pedetentim uires labefectant, donec tandem mortem inferant. Porrò dictum fuit vires quamprimum labefactari propter ſpirituum imminutionem, quoniam vires conſtant, & robuſtæ cooſeruantur, quum ſpiritus ceu quoddam præcipuum virtutis organum inculpati reperiuntur: hi.n. ſunt, qui non modo cordis proprietates viuificant, præſertim ſecundum operationes, quæ in corda celebrantur, verum etiam per arterias potiſſimum in vniuerſum corpus diffuſi, cordis vires, & calorem influentem ſecum deferentes omnibus corporis partibus vitam, & calorem ſalutarem impertiunt, qui cum calorem innatum foueat proinde ſpiritus ipſi omnes tum animales, tum naturales ſunctiones perficiunt, tueotur, & facultates ad agendum impellunt. Contra vero, vbi in ſpiritibus uitium aliquod raperitur, vel in qualitate, vel in quantitate, neceſſe eſt, vt tum pulſatilis virtus, tum cæteræ omnes detrimentum aliquod ſuſcipiant. Vnde ſi de pulſatili facultate, & eius functione ſermo fiat; ſi vitium ſpirituum ſit in qualitate, ab ipſorum caliditate deprauatur, à frigiditate imminuitur, ſi vitium ſit iu quantitate, hoc non poteſt eſſe in quantitate excedente, quoniā quanto ſpiritus erunt copinſiores, tanto melior, & robuſtior erit facultas, & eius operatio. ſi uero ſit io quantitate deficiente, vt ſpiritus deficiant, & imminuti euadant, interdum deprauatur, nonnunquam imminuitur. Si enim ſpirituum defectus ſit magnus, & nulla connectatur eorum aggregatio, ſeu ſubita ad cor retractio, deprauatur, vt in ſermone de palpitationa dictum eſt. Vbi vero ſpirituum imminutio, defectuſque fuerit notatu dignus, & adeo magnus, vt ob id quod reliquū eſt ſpirituū cogatur concentrari, & in cor aggregari, tunc pulſatio imminuitur, & admodum parua, tarda, & rara euadit. Siquidem propter iogentem ſpirituum, & caloris reſolutionem; & propter ſubitam eoruodem aggregationem, & ad cor & partes intimas retractionem, ne dum facultas pulſatilis labefactatur, verum etiam omnis fere ſinus, propter quem facultas in corda uigens principaliter pulſabat, ſtatim aboletur. unda recreata poſtmodum facultate, vt cæteris corporis partibus inſluens calor, & ſpiritus, quemadmodum prius fiebat, ab ea communicetur, pulſatiuus motus rurſus paulatim modificatur. Et propterea in definitione præter ſpirituum imminutionem, adiunximus cum Auic. eorundem aggregationem violentam in cor. manifeſtum eſt igitur quod in lipothymia, & ſyncopi viras collabuntur; quoniam ſpiritus tum deficiunt, tum etiam io corde repente aggregantur, vt in membris extra cor. quemadmodum protulit Auic. non ſuperfluat ſpiritus ſuper illum, qui eſt in cordis minera, & ob id veluti ſemimortua concidant corpora ſyncopi correpta. Sed quæ nam huius repentinæ ſpirituum in cor aggregationis cauſa eſt? An cordis omnium membrorum nobiliſſimi, & eiuſdem ſpiritus, calorisq; conſeruatio, atque tutela? Hoc enim ipſius naturæ peculiara eſt, vt ea, quæ principaliora, & nobiliora ſunt, iugiter protegat. Vnde cum cor vitæ radix, & principium, ſpiritus autem, & calor animæ præcipuum inſtrumentuum exiſtat, quid quæſo miri, ſi dum vrget neceſſitas, ſpiritus; & calor in cor, tanquam in arcem munitiſſimam ſtatim confluat, ut illud, & eius ſunctiones tueatur: ipſe vero mutua vice ab ipſo corda conſeruetur? Verum illud nouiſſe non ſufficit, ſed ſupra finalem cauſam, efficiens præſertim, aſſignanda eſt, quæ nam igitur erit huius motus ſpirituum ad interiora affluentis cauſa realis, atque legitima? Ex his quæ ſcribuntur à Galeno, huius motus non unicum, ſed triplicem motorem colligere licet. nempe validiſſimum cordis dilatatiuum motum, quo cætera membra fuere deſtituta; vehementiſſimum calorem, nec non animam occultam qualitatem; vi quorum in corde adeo robuſtiſſima conſurgit attractrix, vt in hac cor cæteris omnibus antecellat. ſic enim habet Galen. Ipſum porrò cor omnibus, quæ in mentem cuiuis venire poſſunt, attrahendi facultatibus præditum arripiens, ac veluti exorbens, influentes materias citiſſimè ſuorum ventriculorum ſinubus excipit. Nam ſiue fabrorum folles ſpectes, quamadmodum ipſi dilatati intro aerem trahant, id omnium maxime cordi ineſt; ſiue quo pacto ellychniorum flammæ oleum attrahunt, ne ea quidem caret facultate, cum ipſum caloris natiui ſit principium. ſiue ut lapis heraclius qualitatis familiaritate ferrum attrahit. quid ſpiritu ad refrigerationem cordi eſt familiarius? quid ſanguine ad nutritionem vtilius? (addo ego, quid ſpiritibus pro cordis tutela magis neceſſarium?) mihi quidem videtur vas aliquod fuiſſe diuulſurum, cum omnibus ſimul vtitur attrahendi facultatibus, niſi conditor noſtri, ne quid eiuſmodi accideret, admirabile quoddam hic fabricatus eſſet ſubſidium. Ex quibus palam fit, eos non parum aberraſſe, qui ſpirituum concitationem iu repentino timore obortam (is enim eius eſt naturæ, & poteſtatis, ut ſyncopem promouere poſſit, quoniam in eo tum ſpirituum ſuffocatio, & imminutio, tum eorum ad interiora retractio violenta concurrit) in facultatem expultricem retulerunt. Expultrix enim non quod benignum, & ſalutare, quemadmodum aſt ſpiritus, & ſanguis, ſed quod noxium, & inimicum eſt, procul expellit. Non ſecus falluntur, qui concentrationem ſpirituum in timore exortam in externum obiectum, tanquam iu cauſam effectiuam, ſimpliciter referunt. nam externum obiectum non ut efficiens, ſed prout apprehenditur à facultate cognoſcitiua ſub ratione mali, & timoroſi, & proinde, vt cauſa finalis, eſt in cauſa contractionis ſpirituum ad intimas partes. Quemadmodum enim illud, quod mouet vt appetibile, & concupiſcibile mouet in genere cauſæ finalis, vt ex Ariſtotele colligimus: ita quod mouet ut noxium, & inimicum in eodem genere cauſæ mouere debet. Verum quoniam ex auctoritate Galeni male intellecta quiſpiam dubitare poſſet, an iu ſyncopi, & lipothymia ſpirituum defectus perpetuò concurrat. nam Galenus aſſeruit ægrotantes tum animo linqui, tum viribus reſolutis eſſe, tum etiam mori, aliàs ſpiritu ipſo deperdito, alias alterato; aliquando ex parte digeſto;

*Auic loco ſupra cit.*

*Gal 6. de vſu par. 15. in prin.*

*Ari 12 me. com. tex 36.*

*Gal. 2 a met. 6.7.*

non

non raro hæc vtraque perpeſſo, vt videatur proponere cauſam alterantem, disiunctiuè loquens, ſeparatam à corrumpente, & deſtruente. Ea propter animaduertendum eſt, quod quemadmodum à cauſa alterante, remiſſa tamen, poſſunt quidem ſpiritus alterari citra corruptionem, ſed tunc non ſequitur lipothymia, vel ſyncope; (dicebat enim Gal. leues cordis intemperantias virium diſſolutionem, aut ſyncopim non excitare, ſed pulſus tantummodo varietatẽ, maiores vero non ſolum ſyncopes, verum etiam mortem ipſam inferre poſſe) ita à cauſa alterante vehementi, ratione cuius oritur præceps virium lapſus, non poſſunt ſpiritus citra propriam corruptionem alterari, cum enim eorum ſubſtantia calida ſit, puriſſima, & tenuiſſima, hoc fit vt ſi patiantur à cauſa alterante vehementi ſecundum duas, vel etiam ſecundum vnã qualitatem, facillime propriam ſubſtantiam, & naturam amittant. Quemadmodum etiam per ea, quæ calida ſunt, & tenuium partium, vt ſunt vapores odoriferi, & potiſſimũ vinum ipſum facillimè, & quamcitiſſimè reſarciuntur, ob id Gal. in qualibet ſyncopi, dummodo ſuffocationem ex ingenti plenitudine, aut inſignem inflammationem non inſequatur, pro ſpirituum ſubſtantia reparanda vinum exhibet. & nos, dum timemus magnam aliquam viſceris præſentis inflammationem, vel flammeam aliquam diſpoſitionem, vtimur contuſo, & deſtillato, aerea nempe carnis portione, pro ſpiritibus reſarciendis. Præterea experientia conſpicuum eſt neque ab ingenti febrium ardentium caliditate, neque ab intenſa hecticarum ſiccitate, ſyncopim promoueri, ſed ſolummodo vbi cum febre ardente connectitur tranſmiſſio biliosorũ humorum ad os ventriculi, & ad partes neruoſas; & vbi cum hectica febre, vt inquit Galen. aſſociatur tabes (& per tabem intelligit vlcus pulmonis) vel deſtillatio ad pulmones: vel febris putrida, & obſtructio. Eodem modo videmus in plerisque leucophlegmatia laborãtibus à frigiditate, & humiditate pituitæ ſyncopim minimè cieri; ſed ſolummodo vbi pituita ſui viſciditate, & multitudine obſtruendo, & comprimendo ſpiritus ſuffocat. Præterea plerique à colico dolore à pituita vitrea omnium frigidiſſima cruciati in animi deliquium non incidunt: quod ſi quis eo fuerit correptus, id ratione vehementiſſimi doloris contigit. Idem obſeruare licet in maximo lienis tumore frigido, in caro, in apoplexia. à quibus dummodo non ſint fortia, vt reſpirationem adimant, & ſpiritus ſuffocent, ſyncope non producitur. imo in apoplexia pulſus ſolet eſſe magnus, & vehemens in principio. Adhuc minus vbi cauſæ ſunt externæ, id accidere obſeruamus. namque in extrema ambientis frigiditate multi non cum ſyncopi, ſed paulatim, & ſenſim fuerunt extincti. Et, quod eſt notatu dignum, id ea de cauſa prouenit; quia cum frigiditas ſit agens per contactum, primo agit in partes proximas, deinde in remotas, & propterea paulatim incipiendo ab extimis partibus, ſpiritus, & calorem extinguit quouſque ad intimas partes, & tandem ad ipſum cor perueniat: calor autem & ſpiritus à corde partibus extimis ſubinde non confluit, & subminiſtratur, tum quia refugit ſuum contrarium, ambiens videlicet actu, & potentia intensè frigidum, tum quia partes extimæ, & eius viæ, interiusque ratione frigiditatis condenſantur, & ſubſident, & propterea non ſequitur ſyncope, quia non fit retractio illa ſubita ſpirituum in cor, quemadmodum vbi cauſa valde refrigerans ſpirituum, & calorem internum primo deſtruit. Nec obſtat quoſdam ad nimiam extremarum partium, vt manuum, & pedum frigiditatem, in lipothymiam incidiſſe, quia hoc ratione doloris potuit prouenire, præſertim quia paſſio partibus neruoſis, & potiſſimum ventriculo ſolet communicari. nam frigiditas intenſa cum denſando continuum ſoluat, & ob id neruoſas partes maximè vellicet, eſt valde dolorifica. Ex his quid colligimus? nil aliud profectò, niſi cauſam, quæ tantummodo alterando ſyncopim promouet, vel lipothymiam, intenſiori aliqua qualitate id præſtare poſſe. Quod vbi concedimus, qui fieri poteſt, vt ab intenſa caliditate ſpiritus non extenuentur, & digerantur, à nimia frigiditate non condenſentur, ab ingenti humiditate non obtuantur, & ab immodica ſiccitate non abſumantur? Idcirco non eſt mirum ſi inter cauſas alterantes ab Auicenna, & ab alijs proponitur opium, quia intenſe admodum refrigerat, & præſertim per os aſſumptum. nam tunc ventriculum ingreditur, & ſpiritus interni, cordique vicini facile corrumpuntur, propter maximam viciniatem, & inter cor & os ventriculi ſympathiam. Vbi vero internus ſpiritus fuerit diſſipatus, vt amplius in debita quantitate pro cordis functionibus obeundis non ſufficiat; ſpiritus, qui in partibus extimis, & in circumferentia conſiſtit ad intimas ſtatim confluit; & fit ſyncope. Sed quid ad Galeni auctoritatem? proculdubio per cauſam alterantem, & per alterationem non intelligit alterationem ſimplicem, & à corruptione ſeparatam, hoc ſenſu videlicer, vt fiat tantummodo alteratio citra corruptionem, ſed voluit innuere eam cauſam corrumpentem, quæ per mediam, & præuiam alterationem corrumpit. Quod hoc ſit verum, paulo ſuperius in eodem capite inter cauſas alterantes enumerat quoque materias venenorum, à quibus ſpiritus præter alterationem neceſſario deſtruuntur, & corrumpuntur ſecundum ſubſtantiam: impoſſibile enim eſt à materia venenoſa, quæ à tota ſubſtantia corpori noſtro eſt inimica, & vires habet humanas vires exuberantes, ſpiritus tantummodo alterari in qualitate, & non pati ſecundum ſubſtantiam. Ad hæc ſi ſpiritus alterati tantummodo, vt verbi gratia, refrigerati in eadem quantitate ſeruarentur, quæ nam ſubſequeretur neceſſitas, vt ſubito aggregarentur; nonne de neceſſitate ſuffocarentur? non enim datur corporum penetratio. Statutum igitur ſit, in omni ſyncopi, vel lipothymia, ſpiritus in quantitate deficere magis, vel minus pro cauſæ vehementia. Huic noſtræ ſententiæ maxime fauet Auicenna, qui in tot cauſis ſyncopis quas enumerat, nec vllam quidem affert, quæ ſpiritus quoquo pacto non diripiat, corrumpatque. nec nobis aduerſatur dum in fine capitis videtur intemperiem ipſam in medium afferre, quia per intemperiem non intelligit intemperiem ſpirituum, ſed ſolidorum, quæ eſt in cauſa, vt ſpiritus in quantitate, & propria ſubſtantia deficiant. Verum circa aggregationem iunior dubitaret, vtrum perpetuo in ſyn-

Ga. 5. de lo. aff. c. 2.

Ga. 12 met. c. 4. in prin. & circa fi.

Galen. 1. ad Glauc. 14.

Gal 12. me. cap. 5.

Spiritus quo ad vim, & formaliter ignei ſunt, quo ad molem, & materialiter ſunt aerei: nam ex ijs conſtant ex quibus nutriuntur, ſed ex aere, & ſanguine, qui aereus eſt reſtaurantur, & ſicuti aer ex corporũ cęleſtium attritione in ignem migrat, ita aerea ſubſtantia à proprietate, & calore cordis, & ab aſſiduo ipſius motu in ſpiritus naturam tranſmutatur.

Digitized by Google

quantitate. cibi ſint calidi, & ſicci, in quantitate tamen moderatâ. exercitium ſit multum, & intenſum, incipiendo tamen à paruo, & breui, & gradatim aſcendendo ad longum, & magnum; ſi humiditas iungatur caliditati, vitandum balneum, & vtendum coitu, & ſic de cæteris. ſi autem cor lædatur per conſenſum, ſi prauus motus fiat per conſenſum à toto, vt in febribus, vtendum curatione febrium, ſed ſemper corrobandum cor cum his, quæ reſiſtunt vitioſæ temperiei communicatæ, vel communicandæ cordi ab ipſa febre, vel ab eius cauſa, quæ vt plurimum eſt calida. ideò vtendum frigidis cordialibus intus, & extra, licet interdum ſit frigida, vt euenit in febre ſyncopali humoroſa. Si ſequitur crifim, incumbendum eius complemento, & corroborandum cum his, quæ ſunt conuenientia. Si autem fiat per conſenſum à parte, attendendum ſimiliter cordis conſortationi, & membri communicantis euacuationi, diuerſioni, & ipſius rectificationi remouendo ipſius intemperiem, obſtructionem, & quodlibet nocumentum, & ipſum roborando, vt ſit minera laudabilium humorum, & ſi dolore crucietur, remouendo doloris cauſam, ſi fieri poteſt, vel mitigetur dolor. ſi fiat propter nimiam aquoſitatem in pericardio cor comprimente, vtendum omni regimine exſiccatiuo tam per cibos, quam per medicamenta. necnon iteratis euacuationibus, quæ tamen virtutem non deijciant. Si fiat à venenis aſſumptis, venena ſunt euacuanda vomitu, & ſeceſſu. in initio autem præmittendus vomitus cum aſſumptione olei, vel aquæ tepidæ, aut vtriuſque ſimul mixtis, & fiat exquiſitus, deinde lenitiuum exhibeatur: cor autem conſortetur, cum bezoarticis appropriatis, quæ vocantur alexipharmaca. ſi fiat à morſu venenoſorum animalium, attrahatur venenum impreſſum in parte vulnerata cum frictionib. & ſcarificationibus, & cucurbitulis, vt ſanguis exeat. poſtea lauando cum aqua calida, & applicando pullum nouiter diſſectum adhuc calidum, vel conſimile. ita probantur veſicatoria, quæ diu detineantur aperta; pars autem ſupra vulnus tuenda cum defenſiuis, & præcipuè cum aceto, & aqua roſacea, cor autem roboretur intus, & extra cum alexiterijs conuenientibus, & Theriaca præcipue tam ſumpta, quam applicata optima eſt. Si verò loquamur de præſidijs curatorijs, quibus in acceſſione vtendum eſt, hæc in cura ſyncupis diffusè tradentur, ſummatim verò in paroxyſmo, vtendum ſuppoſitorijs, clyſterijs, frictionibus, ligaturis. Verum quoniam interdum tremor eſt ita fortis, vt ſequatur ſtridor dentium, contorſio oculorum, ablatio vocis, & ſimilia, nonnunquam eſt ſine his ſymptomatibus, ſed tamen ita fortis, vt pulſatio ab ægro, & circumſtantibus audiatur, aliquando ſolum tangendo pectus percipitur: ideo dum fortis eſt, quod præcipue contingit in primo caſu, oportet valenter diuertere: & dum imminet ſyncopis, vtendum validis frictionibus, cucurbitulis, & ligaturis, incipiendo prope cor, & deſcendendo. ita utendum ſuppoſitorijs, clyſterijſque ſecundum exigentiam, & dum adeſt timor apoſtematis, vtendum venæ ſectione pro diuerſione; venæ ſectio tamen ſicuti etiam ventris ſolutio omittatur quantum fieri poteſt, ne materia magis agitata, amplius fluat ad cor, & ſuffocatio ſubſequatur. Victus ratio debet eſſe medicamentis proportionata. & ſubinde cum Galen. 5. de loc. extenuandi vim habere debet. Aer ſit puriſſimus, & in affectu frigido alteretur cum maiorana, pulegio, ſaluia, ſerpillo calamento, meliſſa, ſatureia, moſco, laudano, croco, thure, ligno aloes, cariophyllis, & alijs aromatibus, cum quibus poſſunt fieri vaporationes, ſuffumigia, & præcipuè cum ſtyrace calamita: ita poſſunt fieri pilæ odoratæ, de quibus ſupra. ſi affectus ſit calidior, alteretur cum roſis, & aqua roſata, cum ſandalis, pomis, malis citris, malis medicis, aceto; & in vehementi caliditate cum aqua roſata, & aceto, & cum violis, folijs ſalicis, vitis, & cum floribus nenupharis, violarum, & ſimilium, & agitetur aer cum flabellis, & ſi poſſibile ſit, apud ſtratum eorum ducatur aqua frigida cum canalibus, præcipue ſi cum caliditate iungatur ſiccitas. pilæ fiant cum floribus nenupharis, violarum, roſarum, ſandalis, & camphora, addendo aquam roſarum, & paucum acetum; his autem licet addere pauculum vini aromatici, vt uirtus frigidorum melius ad cor perueniat, ſpirituumque caliditas conſortetur. aer enim inſpiratus eſt efficax medicina, vt inquit Gal. cum immediatè petat cor. Hæc autem declinare debent ad ſiccum, vel ad humidum, prout affectus exigit. Idem dicendum de cibo, & potu. Galen. in motu prauo ex cauſa frigida, ex cauſa craſſa probat uictum attenuantem, caleſacientem, & ſiccantem, vi cuius non ſolum pituita, & flatus craſſi diſſipantur, uerum etiam materia melancholica, ex qua vitium hoc ſæpius contingit. ideo cibi condiantur aromatibus, petroſel. meliſſa, menta, roſmarino, bugloſſa, boragine, fęniculo: carnes ad calidum declinent, ſicut columborum, turturum, perdicum, turdorum, quorum ventres repleantur herbis aromaticis calidis, vt ſaluia, vel ſimili. præcipuè verò condiantur cinnamomo, cariophyllis, & croco. Vinum ſit clarum, tenue, potius antiquum, odoriferum, vinoſum, potius ad dulcedinem vergens. Contra in motu à cauſa calida cibi condiantur cum acetoſis cordialibus, vt acetoſitate citri, limonis, arancij, ſucco granatorum, ribes, prunis, cum acetoſa, cum aqua roſata cum hordeo, & emulſione ſeminum melonum, vbi tremor eſſet blioſus. cum alijs vero ubi ſit aliqua ex parte ſanguineus. ita laudatur ſuccus pirorum, & pomorum aromaticorum. ex herbis probatur cucurbita, lactuca, acetoſella, endiuia, portulaca; inter carnes laudantur pulli, & aliæ carnes temperatæ, laudabileſque. idem dicendum de ouis ſorbilibus, cum omphacio, & aceto conditis. oua tamen, & carnes conſtante virtute, vbi opus eſſet diæta tenui, vitanda ſunt, ſimiliter pro potu non eſt adhibendum vinum, ſed loco eius bibant vinum granatorum. aut ſirupum acetoſum, aut de acetoſitate citri, cum aqua debite permiſta, dummodo tamen vires non collabantur propter ſpiritus: nam tunc Auicenna exhibet paucum vini, & debet eſſe odoriferum, ſed permixtum cum aqua roſata, vel aqua acetoſæ. Denique aduertendum, quòd ſi affectus hic contingat poſt purgatorium, poſt medicamentum ſoluens, occurrendum potiſſimum medicamentis cordialibus alexipharmacis, propter venenoſitatem purgatorij,

ncc

Ad tremorē ex venenis.

In paroxyſmo q̄ ſint adhibenda.

Quæ nam victus ratio in cordis tremore conueniens ſit.

Aer ambiens.

Cibus & potus.

Aui. loc. cit.

Galen. to. met. med.

Gal. 5. de lo. c. 2.

14

Digitized by Google

ſyncopi concurrat; propterea quod in ira, in vehementi gaudio, & ſimilibus apparet fieri totum oppoſitum; fit enim expanſio ad circumferentiam. Sed facile reſpondemus expanſionem non eſſe cauſam ſyncopis immediatam, ſed principalem; namque præcedit quidem expanſio, ratione cuius ſpiritus euaneſcunt, ſed deinde ſubſequitur aggregatio illa ſubito facta, quæ eſt cauſa ſyncopis immediata. Reliquum eſt igitur, vt pro exacta naturæ ſyncopis cognitione, declaremus quibus de cauſis ſpiritus deficiant, & hoc erit agere de cauſis ſyncopis, & lipothymiæ. Deficiunt itaque ſpiritus, vel quia ſubinde non reſtaurantur, & regenerantur (vt inquit Auic.) quemadmodum reſoluuntur: vel quia reſtaurati corrumpuntur. Non regenerantur autem vel læſa facultate ipſorum generatrice, vel vitio obiecti. læditur autem facultas dum cor patitur intemperiem notatu dignam, vel tumorem, vel obſtructionem, vel ſolutam vnitatem. Nec quis obijciat nobis Gal. auctoritatem 3. ſimplic. cap. 18. vbi inquit cor non pati inſignem intemperiem, quia intelligit cor ipſam diutius non ſuſtinere. Porro vitium eſt in obiecto, quotieſcunque peccat in quanto, vel in quali, in quanto, vt dum deficit aer, & potiſſimum ſanguis, vt euenit in atrophia, in fame naturali, in annonæ caritate; in quali vero, vt dũ aer eſt admodum vitioſus, vel peſtilens, vel etiam ſanguis fuerit prauus, & ineptus, vt euenit in fame præter naturam, quæ fit in bulimo, nec non etiam in febre ſyncopali, præſertim humoroſa. Si vero ſpiritus reſtaurati, & regenerati corrumpantur, id dupliciter contingere poteſt, videlicet vel per præuiam alterationem, vel citra præuiam alterationem. Si deficiant cauſa præuiæ alterationis, hæc alteratio poteſt fieri, vt dicebat Gal. vel à qualitate manifeſta, vel ab occulta, quomodo deficiant ratione manifeſtæ alterationis, ſiue id fiat à cauſa inſigniter refrigerante, vt ab opio, ſiue ab alia cauſa alterante, ſuperius fuit declaratum. ſi vero qualitas ſit occulta, & venenoſa, hæc poteſt prodire vel ab externis, vt ex aere fœtido, corrupto, & peſtilenti, & cauernis fœtidis, ex feris venenoſis, vel etiam ex venenis inanimatis, ſiue bibitis, & aſſumptis, ſiue applicitis: vel ab internis, vt ex veneno intus genito, præcipuè ex ſemine, & ſãguine menſtruo in vtero præter naturam detento, idem dicendum de veneno in alia parte, vel in toto genito, vt in febre peſtilenti contingit. Si vero citra præuiam alterationem corrumpantur; id à duplici cauſa prouenire poteſt, nempe vel ſuffocante, vel euacuante. Cauſa ſuffocans duplex eſt, interna, & externa: interna vel eſt materialis, vel dolorifica. Materialis dum aut oppilatione ſuffocat, vt in ſyncopali humoroſa: & præcipue ſi materia cum impetu feratur ad partes thoracis, & ad cor. quia cum ſpiritus non inuenit ſpiraculum, extinguitur veluti flamma ex ſuperpoſitione alicuius operculi. Quod etiam contingit in apoplexia, & epilepſia, dum hæc, vt inquit Gal. maligniora ſunt, uel mole comprimit, vt in habitu athletico, in vteri præfocatione, dum ad ſuperiora præſertim, vel ad latera recurrit. Dolorifica vero, quia ratione doloris, natura, vt ait Gal. cum multo ſanguine, & multo magis cum ſpiritibus, qui propter tenuitatem magis, fluunt ad partem dolentem, vt ei opem ferat, & doloris cauſam à ſe expellat, accurrit. vnde propter multitudinem, & loci anguſtiam ſpiritus ſuffocantur, præcipuè ſi dolor occupet ipſum cor, & ſubinde os ventriculi propter maximam communitatem: ſiue ſit dolor grauatiuus, vt in vehementi cruditate, in bulimo; ſiue mordicatiuus à bile præcipuè æruginoſa, à vermibus; vel extenſiuus, vt intenſione à flatu; vel grauatiuus; & extenſiuus, vt in frigido tumore; ſiue ex his mixtus, vt in eius eriſypelate, inflammatione, & calido tumore, in principijs acceſſionum, præcipue ſi ſupra modum ſqualidum, & ſiccum fuerit corpus, aut plenum: in maxima extremarum partium in acceſſionibus refrigeratione. Idem dicendum de tumoribus, & cæteris cauſis dolorificis hepatis, vteri, & aliarum partium. Vnde proponit Galen. dolorem vehementem dyſentericum, iliacum, & colicum, & conſequentem neruorum percuſſiones, & muſculorum capitum, & maligna in articulis vlcera, omniaq; gangrenoſa, & depaſcentia. Cauſa autem ſuffocans externa eſt timor magnus, & potiſſimum repentinus, & mœſtitia vehemens. Quibus enim ait Galen. 5. de loc. aff. cap. 1. vitale robur infirmum eſt, animi vero affectiones ob imperitiam fortes, ijs animæ eſſentia facile diſſolui poteſt. Atque aliqui ob mæſtitiam interierunt, ſed non illico, vt de ſuperioribus diximus. At vir magnanimus neque ob inteſtinam, neque ob aliam animi ægritudinem mœſtitia fortiorem vnquam ſuccubuit: vtpote cuius animæ robur validum eſt; affectus vero non adeo vehementes. Cauſa euacuans & ipſa duplex eſt; prout vel ſenſibiliter, vel inſenſibiliter euacuat. Si ſenſibiliter euacuet, poteſt eſſe quilibet fluxus immoderatus ſiue materiæ excrementitiæ, ſiue alimentalis, ſiue fiat per ſeceſſum, ſiue per os, ſiue per nares, per vterum, per hæmorrhoidas, per partem vulneratam, vel apoſtematã, aut materia repletã & apertã, intrinſecam, uel extrinſecã ſiue per ſudorem, ſiue per artificialem euacuationẽ, dum præſertim vehementior eſt, per purgans, vel clyſterẽ; vel alio modo. Si autem euacuatio fiat inſenſibiliter, hæc contingit propter cauſas internas, vel externas. Internæ ſunt nimia corporis raritas, & nimia ſpirituum tenuitas, quod præſertim euenit, ubi ſucci bilioſi, tenueſque redundant, vt in ſyncopali minuta. Externæ vero ſunt animi accidentia, quæ ad extra ſpiritus mouent, vt ira, & gaudium ingens, calor, & æſtus ambientis, hypocauſti, in quibus pleri que animo linquunt: nec non corporis exercitatio immodica, violentaque: idem dicendum de intenſiſſimis vigilijs, quæ ſpiritus magis inaniunt, quam ſenſibilis euacuatio (dicebat Galen.) Hæc enim omnia habent vim extrahendi, rarificandi, & diſſipandi. Verum circa diſtinctionem cauſarum ſuperius allatam, dubitabit quis, quia apparet ſemper ſpiritus corrumpi per præuiam alterationem: nam ſemper corruptionem præcedit alteratio, ex Ariſtotele. Ideo animaduertendum ſermonem eſſe de cauſis, quæ ſunt ex vſu, & principalibus, ad quas remedia diriguntur. alteratio autem, quæ fit in ſuffocatione, in euacuatione, ſiue manifeſta, ſiue immanifeſta non eſt cauſa ex vſu artis, quia per viam ſequelæ ſupraſcriptas cauſas concomitatur. Verbi gratia, ſpiritus non euacuantur

quia

Cauſę ſyncopis, & lipothymię

*Cauſa omnes colliguntur à Gal. 1 ad Glau c. 14. & 12. met. à ca. 3. vſq; ad c. 8. & ab Auic. lib 3 F. 11. T. 2 c 2.*

*Gal 12 me. cap. 3. ante med.*

*Galen. 1. ad Glau c, 14.*

*Ga. 12 met. cap 3.*

*Auic. lib. 3. F. 11 T. 2. c. 6.*

*Galen 1. ad Glau ca. 14*

*Gal. 6 in 6. de vul. mor. com. 7. & 8. par aph cõ. 53 in med. & 7. in 6. epid. 4 & 13. meth. c. 3.*

*Galen 1. ad Glau c 14.*

*Gal. loc. cit.*

*Gal. loc. cit.*

*Gal. 12 me. cap. 5.*

*Ari. 1. de ortu.*

10

quia alterantur: ſed non tantum alterantur, & ſubinde corrumpuntur, quia euacuantur. Rurſus inſtabit quis, in lætitia, in exercitio violento, non ne ſpiritus caleſiunt, & attenuantur? hoc concedendum eſt, ſed talem calefactionem non ſubſequitur ſyncope, ſed talem motum peculiarem lætitiæ, exercitijque conſequitur; quorum proprium eſt ſpiritus expandere: nam ſi caliditas per ſe ipſam eſſet cauſa expanſionis, & diſſipationis in ardentibus febribus expanſio, & ſyncope multo magis ſuboriretur. nos vero dum propoſuimus ſpirituum corruptionem per præuiam alterationem, tunc cauſa principalis, & ex vſu, eſt alteratio.
Ad hæc aliquis dubitare poſſet, quia apparet in omni ſyncope concurrere ſpirituum ſuffocationem, non autem in ea tantummodo, quæ fit ratione timoris, doloris, obſtructionis, vel conſimilis: nam ſpiritus ſemper, vt fuit propoſitum, retrahuntur ad cor. at in illa ſubita aggregatione neceſſe eſt, vt aliqua fiat ſuffocatio, quod ex eo deprehenditur, quia in qualibet ſyncope, & ſi non ſemper vtimur ligaturis, & frictionibus, attamen ut reuocentur à paroxiſmo, ægrotantes alta voce vocamus, trahimus per nares, per aures, per capillos, vt ſpiritus ad extra reuocentur. Ideo animaduertendum, quod vbi deficit determinata illa quantitas ſpirituum, quæ requiritur pro functionibus cordis rectè obeundis, retrahuntur quidem in cor, ſed non omnes, quia portio aliqua remanet etiam in partibus extimis, & in circumferentia: nam arteriarum pulſatio licet obſcure tamen percipitur. Et ſi nullus appareat pulſus, maxime, & ferè extrema (ſtante vita) ſpirituum diſſipatio facta eſt, ſed vt plurimum ſpiritus retrahuntur ad cor ſecundũ maiorem partem, quare ſuffocatio leuis eſt. modo ad obiectionem concedendum eſt, poſſe fieri aliquam ſuffocationem, ſed hæc ſuffocatio inſequitur aggregationem, & ad hanc non diriguntur auxilia præcipua, & præſeruatoria. nos vero, dum loquimur de cauſis, vi quarum ſpiritus deficiunt, & fit ſyncopis, debemus proponere cauſas defectus ſpirituum antequam fiat aggregatio, quæ ſunt in cauſa illius aggregationis. & hæ poſſunt eſſe non modo ſuffocantes, verum etiam ſpiritus quocunque modo corrumpentes, & inanientes. Poſtremo circa cauſas, ſciendum, vnam & eandem numero cauſam, prout vim complexam retinet, poſſe diuerſimode ſpiritus diſſipare.
*Aui. lib. 3. F. 11. T. 2. c. 6 circa medium.* Exempli gratia, dum propter nauſeatiuam ſatietatem (vt inquit Auic.) & malitiam dige- ,,
ſtionis, praua materia multiplicatur: hæc non modo ſpiritus ſuffocare poteſt ſua multitu- ,,
dine, & oppilando, verum etiam ſpirituum regenerationem prohibendo. namque (vt ait ,,
ipſe) corpus priuat nutrimento, quoniam oppilat uiam nutrimenti boni, & non vertitur per ,,
ſe ipſam in alimentum, quia ab ipſa natura vinci non poteſt. Quod ſi in ore ventriculi mul ,,
tiplicetur, & colligatur vt in bulimo, adhuc magis ſpiritus deperduntur propter angu- ,,
ſtiam ipſius, & grauitatem, quam quidem ſententiam à præceptore Galen. deſumpſit, qui ,,
ita ſcriptum reliquit. Porro memoratus crudorum humorum affectus, ſi & copia hi vires ,,
*Gal. 1 6. me. c. 3 circa ſi.* premant, & propter tum multitudinem, tum craſſitiem exiguos animalis meatus obſtruant, ,,
multis nominibus exitialis eſt, ac ſyncopi opportunos reddit, nempe, & quod animal ſub ,,
eo non nutritur, & ſuffocetur, & quod mediocritas temperamenti alteretur, & corrum- ,,
patur. Pariter cordis intemperies valida, cordis tumor, ſoluta vnitas, ſpiritus exhauriunt tum alterando, tum ſuffocando, tum ne regenerentur prohibendo. Venenum quoque ſpiritus multipliciter corrumpere poteſt. Videlicet euacuando, alterando, ſuffocandos, quia natura, quemadmodum dictum eſt, vt expultrici auxilietur, ad partem veneno obſeſſam ſpiritus, & ſanguinem mittit. idem de pleriſque alijs cauſis ſtatuendum eſt. Differentiæ capiuntur à forma, quia pulſatilis virtus, & eius functio vel paulatim, vel confeſtim labitur, & imminuitur, &, dum ſtatim imminuitur, id accidit vel magis, & vehementius, & fit ſyncope, vel minus, & non ita vehementer, & oritur lipothymia: & ab effectrice cauſa, prout hæc ſpiritus diſſipat interdum alterando, nonnunquam ſuffocando, aliquando euacuando ſenſibiliter, vel inſenſibiliter. & poteſt eſſe interna, & ab hac cor interdum patitur per eſſentiam, dum ſcilicet agit non ſolum in ſpiritus ipſos, verum etiam in ipſum cor, vt accidit in cordis intemperie, mala compoſitione, & ſoluta vnitate; nonnunquam patitur per conſenſum, dum ſcilicet cauſa agit tantummodo in ſpiritus tanquam in præcipuum facultatis organum. & dum efficitur per conſenſum, hic fit vel à toto, vel à parte. & ſi à parte, vel à ventriculo, vel à matrice, vel ab alia parte. ſed vt plurimum fit per conſenſum à ventriculo. Cur autem ventriculus, & potiſſimum orificium eius ſupernum paſſiones ſuas facillime cordi communicet, in ſermone de abinte reſpiratione explicatum
*Aui. 4. cit. in fin.* fuit. Vnde notat Auicen. quod ſi quis in phlebotomia incidat in ſyncopem non propter ſuperfluam euacuationem, neque propter timorem, quia videlicet ſit aſſuetus, id euenire poſſe tum propter debilitatem oris ventriculi, tum propter effuſionem rei ad ipſum. Pulſatio diminuta in genere ex eo facile deprehenditur, quia ſemper pulſus minor, & rarior, & interdum etiam tardior obſeruatur. Verum ſi propter vſus remiſſionem imminuatur, paulatim potius, & non ita in extremo talis euadit. contra, dum imminuitur propter reſolutionem facultatis, confeſtim, & in extremo imminui ſolet. & quemadmodum in reſolutione facultatis raritas vltimo loco ſubſequitur (nam ſola frequentia imbecillæ facultatis eſt comes) ita in vſus remiſſione raritas prima in ordine pulſuum comitetur: nam facultas dum vnico pulſu vſui ſatisfecit, ipſo diminuto, fruſtra pulſum tam cito repeteret: ſecundo loco tarditas accedit; vltimo paruitas. Et hoc eſt intelligendum, dum pulſatio ex moderata imminuta euadit, & facultas non eſt debilis: nam ſi fuerit imbecilla, & à pulſatione deprauata ad moderatam tranſitus fiat, tunc ad vſus remiſſionem, omnes eodem tempore ſubſequuntur, quia ſtatim vnà cum crebritate & magnitudo, & velocitas, quæ ſunt difficiliores, & laborioſæ, abijciuntur. Cum autem remittatur vſus propter ſuperuenientem frigiditatem, hæc cognoſcitur ex notis indicantibus natiui caloris penuriam, ex ætate

Imminutæ pulſationis differentiæ.

Diminutæ pulſationis nec nõ ſyncopis, & lipothymiæ ſigna.

ſenili,

ſenili, pigritia ad actiones animales, inediæ tolerantia, ex ægritudinibus infrigidantibus, ex euacuationibus, calorem natiuum extinguentibus. Ad hæc in intemperie frigida cordis, quæ ſit morboſa, pulſus (vt dictum eſt) rarus, tardus, & paruus exiſtit, ſimilis reſpiratio, nulla adeſt ſitis, ſuperfluitas in pietate, & miſericordia connecti ſolet, frigida nocent, calida iuuāt, prægreſſæ fuere cauſæ refrigerantes. & dum nimis excedit frigiditas, partibus ſimilaribus inuritur. Si vero materia frigida (in parua tamen copia) vt vapor aliquis frigidus cordi communicetur, ex his quæ tradita ſunt de ſignis cauſarū motus cordis deprauati facile cognoſcitur. Si autem imminuitur pulſatio propter labefactatam facultatem, & ocyſſime id contingat, vt fiat lipothymia, vel ſyncope, præter pulſum, qui admodum rarus, & paruus perſentitur (nam de tarditate non eſt loquendum, quia in tali pulſu eſt omnino imperceptibilis) cognoſcitur etiam ex alijs ſymptomatibus apparentibus, ſiue ſint affectus, qui ſunt in corpore, vt ex palliditate, & frigiditate faciei, & totius corporis: ſiue actiones ipſæ læſæ, veluti ex ablato ſenſu, mente, & potiſſimum motu, vt corpus veluti eneruatum iaceat: ſeu illa, quæ iam dicta conſequuntur, veluti ſunt ea, quæ excernuntur, vt ex ſudore, ſeu rorida quadam, & frigida humiditate potiſſimum frontis, & temporum, necnon ceruicis, thoraciſque. Ideo dicebat Gale. Si ſudor appareat ſolum in fronte, ſi calidus ſit, imminet ſyncopis, ſi frigidus, actu adeſt. hic enim ſudor excretus actionem læſam, retentricem videlicet labefactatam conſequitur: nam partes calore deſtitutæ propriam humiditatem alimentalem haudquaquam retinere valent. Et quemadmodum ſudor hic frigidus ſyncopis inſeparabilis exiſtit, ita lipothymiam non neceſſario comitatur. in hac enim non adeo vires labuntur, nec ad hoc deuenit calor, vt penè extinguatur, quo fit vt in ea animalis ipſa virtus minus lædatur: & aliquomodo loqui poſſint. In ſyncopi vero penitus immobilis redditur os, & lingua, mens vero, ſenſus, & vigor omnis ex toto aboletur: vt nullus ſit affectus, qui mortis ſimilitudinem æquè præ ſe ferat, ac ſyncope ipſa præſertim vehemens, & ex hoc diſtinguitur ab apoplexia, & reliquis cerebri ſoporiferis affectibus, quia hi non mortis, ſed potius ſomni, qui mortis imago quædam eſt, ſpeciem, & imaginem referunt. apoplectici enim veluti dormire, ſed cum ſtertore, videntur: nam facies ſicuti prius erat perſiſtit, & pulſus ferè conſuetus ſeruatur. in ſyncopi vero, vt dictum fuit, hæc ambo maximam ſubeunt mutationem, & reſpiratio ipſa ſaltem quo ad ſenſum adimi ſolet. ad hæc qui ſyncopim patiuntur poſt paroxyſmum caſus reminiſcuntur: apoplectici autem penitus non recordantur. Differentiæ, quæ deſumuntur a cauſis ſpiritus inanientibus, & quocunque modo diripientibus, facilè cognoſcuntur ex his, quæ tradita ſunt de ſignis cauſarum palpitationis. ſi enim fuerint externæ, ex aſſidentium, & (dum poſſunt loqui) ex ægrotantium relatione innoteſcunt. ſi ſint internæ: ſi verbi gratia ſint in cauſa, vt ſpiritus, ſicuti prius, non regenerentur, vel etiam geniti corrumpantur per præuiam alterationem, ſigna intemperiei calidæ cordis in tractatu de palpitatione: frigidæ vero etiam in præſenti capite fuere propoſita. Idem de reliquis cauſis dicendum eſt: oportet enim earum omnium indicia diligenter percurrere. Exempli gratia cauſa ſuffocans, dum eſt interna, ſi ſit dolorifica, dolor vehementiſſ. magis quàm par ſit ſeipſum manifeſtat. Si ſit materialis, vel præceſſit cibus immundicus & intempeſtiuè ingeſtus, vel retenta fuit aliqua conſueta ſanguinis euacuatio, vel præceſſit permutatio aliqua alicuius materiæ ab alijs membris, vt a pulmone, vel alijs partibus ad ipſum cor. & patiens perſentit cor veluti ſuffocari: & pulſus præſertim ante, & poſt acceſſionem eſt profundus, & ſi cum profunditate imbecillitas aſſocietur, lethalis eſt. Similiter maxima crudorum humorum copia, quæ obſtruendo, & comprimendo febrem ſyncopalem humoroſam excitare ſolet, ex eo cognoſcitur, quia vnà cum oris ventriculi offenſione his præcordia inflata, & totum corpus ampliori mole, quàm pro naturæ modo cernitur. & eorum color albidior hydrope laborantibus ſimilis, vel etiam liuidior, aut plūbeus euadit: & hi omnes pulſus minores, quàm pro caloris ratione, necnon obſcuros, omninoque inæquales edere conſueuerunt. & hæc inæqualitas, vt refert Galenus, ſemper in ea, quæ in vno pulſu eſt, ſæpe vero in collectiua dicta inæqualitate conſiſtit. Si vero fiat ſyncopis ex membri principalis obſtructione, vt inquit Galenus, noſcuntur huiuſcemodi obſtructiones cum ex alijs inæqualitatibus pulſuum: tum ex his præcipuè, quæ ſecundum magnitudinem, paruitatem, ac vehementiam, & debilitatem fiunt, præſertim vbi nimia plethora non adſit: nam iſtius quoque communes ſunt. Si vero ſyncope à cauſa euacuante promoueatur, pulſus erit admodum paruus, & valde diuerſus. & ſi euacuatio ſit ſenſibilis, alijs non eget indicijs. ſi cauſa fuerit inſenſibiliter euacuans & interna, vt ſucci bilioſi, tenueſque redundent, vt in febre ſyncopali minuta contingere ſolet, tunc adſunt propria ſyncopalis minutæ & bilioſi humoris redundantis ſigna: & in huiuſcemodi affectu Hippocratica facies celeriter apparet, quamuis ægrotantes neque multum excreuerint, neque multum vigilauerint, neque triſtes, aut inedia affecti fuerint. Et quoniam fit ſyncopis, quia cor interdum proprio affectu, interim per conſenſum laborare ſolet: Ideo tum cognoſcimus ipſum cæteris partibus conſentire, quum earum primo affectarum indicia, ac ſymptomata quædam ſyncopē anteceſſerint. Quemadmodum ſi præcedat febris peſtilens, patitur cor per conſenſum à toto: ſi menſes fuerint ſuppreſſi, & retentum ſemen, paſſio procedit ab vtero. ita ſi affecto ore ventriculi ſyncope conſequatur, quæ ſtomatica dicitur, vomitus, nauſea, aut dolor eiuſdem partis, ſeu morſus quidam præceſſit. & dum prauus humor os ventriculi obſidens fuerit frigidus, aut mordens, pulſus parui ſimul, & inæquales fiunt, & paruitas quidem in frigidis, inæqualitas vero in mordacibus accidit: at vbi euomuerit, hæc ambo protinus ceſſant. idem de reliquis dicendum. Quod ſi nullum præceſſerit ſignum alicuius partis affectæ, nec immodica aliqua animi affectio, cor primario oblæſum eſſe opinandum erit. idque multo magis ſi ſigna alicuius vitij in corde exiſtentis, de quibus in ſermone de palpitatione dictum fuit, nobis apparebunt.

*Gal. 1 prog. tex com. 16 Aet lib. 5. c. 101.*

*Ga 12. met. c 3 in prin. Galen 1. ad Glauc c. 14. circa fi.*

*Hip 1 prog. tex 6. & 7. Gal. 1. progno text. & com. 8. & 12. met. c. 6. poſt prin. Galen 1. de diff. febr. c. 7.*

In quorum numero ſunt ea, quæ ab Hippocrate proponuntur, dum inquit, qui ſæpe, vehementer, ſine cauſa manifeſta, exoluuntur, ij repente moriuntur: dum enim in corde affectus fortis, & fixus conſtiterit, ſyncope frequenter excitatur. Dum imminuitur pulſatio propter vſus remiſſionem, pro cauſæ diuerſitate, diuerſimode prognoſticandum erit. Vnde ſi ſit intemperies frigida, ſi ſit notatu digna, ægertime, & vix curari poteſt. Nam quemadmodum frigida ventriculi, vel alterius partis intemperies poteſt tolli in virtute caloris ſibi à corde demandati, in virtute præſertim calidorum medicamentorum, quæ parti frigidæ applicita habent vim tum attrahendi calorem ſubſtantificum a partibus calidioribus, & potiſſimum ab ipſo corde natiui caloris promptuario: tum exiguum calorem, qui in parte frigida reperitur, augendi, & roborandi: ita corde refrigerato, impoſſibile eſt, vt ſupra vim medicamenti calorificam, ab alia corporis parte, calor aliquis ei communicetur: nam iecore calidiſſimo cor frigidiſſimum calidius eſt. Si vero imminuatur propter labefactatam facultatem, & confeſtim id accidat, & in extremo, vitium eſt magni momenti, quia maximam cum morte affinitatem habet, attamen, ſi ſit lipothymia minus periculoſa eſt, magis ſi fuerit ſyncopes, adhuc magis pernicioſa erit pulſus ablatio, & aſphyxia. Peſſima autem eſt illa syncope, in qua viridis faciei color obſeruatur; caloris enim extinctionem ſignificat. Simili modo ſi huius mali cauſas perpendamus, quædam ſunt minus, quædam magis deteriores, quædam omnino & de neceſſitate lethales. Nam cordis tumor, vt inflammatio, eryſipelas, ſoluta vnitas, vt dictum eſt in ſermone de palpitatione, omnino lethalia ſunt. Intemperies & ipſa, ſi ſit in habitu, non poteſt tolli, ſi ſit in habitudine difficillime remouetur. imò intemperies quælibet ſyncopim inducens ferè irremouibilis exiſtit, quia de neceſſitate fortis, & vehemens eſt. Ideo licet à paroxyſmo vindicentur ægrotantes, nihilominus non poſſunt adeo præſeruari, quin rurſus incidant in eum præſertimque ſi ſicca fuerit intemperies, vnde dum in febribus ardentibus, & colliquatiuis oritur ſyncopis, nulla relinquitur ſalutis ſpes, quia ſiccitatem illam amouere eſt impoſsibile. dum vero non poſſunt præſeruari, ſequitur quod dixit Hippocrates, quicunque fortiter, frequenter, & ſine cauſa manifeſta exoluuntur, repente moriuntur. Quod ſi ſpiritus regenerati corrumpantur per præuiam alterationem, quæ fiat à cauſa venenoſa, vt plurimum cauſa hæc præſidijs non cedit, ideo ſummè periculoſa eſt. nam ab occulta proprietate cordi & vitæ fundamento aduerſatur. ideo venenum efficax nullo modo expugnare valemus. Si vero alteratio fiat a materia, vel aliquo medicamento, aut ab alia cauſa primitiua, multo minus ægre tollitur, quàm ſi fiat ab intemperie. idcirco dum deficiunt ſpiritus ratione cauſæ ſuffocantis, vel euacuantis, & cauſa hæc ſit materia vel pituitoſa, vel bilioſa, malum poteſt eradicari. Quantum ſpectat ad dolorem, & fluxum, ſeu ſenſibilem euacuationem, prout diuerſa erit horum ſymptomatum vis, diuerſimodè præſagiendum erit. Verbi gratia ſi ex perforatione abdominis oriatur ſyncope, nulla relinquitur ſpes ſalutis. ſi cauſa inſenſibiliter euacuet, vt ſolet eſſe cauſa extrinſeca, vt ingens gaudium, & reliqui animi motus ad vim iraſcibilem pertinentes, vti eſt etiam timor vehemens, & repentinus, licet habeat potius vim ſuffocandi; tamen dicebat Galenus, quod ſi quis incidat in ſyncopim ob timorem, vel alium ex iam dictis animæ affectibus, ſi patiens ſit fortis, & magnanimus nunquam ſuccumbet, quia eius animæ robur validum eſt: affectus vero non eſt adeo vehemens. Quod ſi malum fiat per eſſentiam, ita vt cauſa non modo agat in ſpiritus, verum etiam in cor, proculdubio data in cæteris paritate, vitium eſt magis pernicioſum, quàm vbi oritur per conſenſum. ita dum fit per conſenſum maius imminet periculum, dum cæteris paribus, fit per conſenſum à toto, vt in febre ſyncopali, in febre peſtilenti, quàm ſi fiat per conſenſum ab aliqua corporis parte: nam quemadmodum valde periculoſa eſt ſyncope illa, quæ ab extenuato ſpiritu, & ſanguine ortum ducit, præſertim vbi totius corporis retentrix facultas fuerit debilis: expultrix vero immoderatius concitata, vt in ſyncupali minuta contingere ſolet, ita prorſus exitioſa eſt illa, quæ corpore crudis ſuccis obſtruentibus, & ſuffocantibus refertu generatur, vt in ſyncopali humoroſa fieri conſueuit, imò ſi pulſus his paruus admodum, dicebat Galenus, infirmusque ſit, aut etiam ſupra hæc vehementer inæqualis, ſcire licet extremum periculum eſſe. Similiter ſi ſucci non modo crudi ſint, ſed ét eo corruptionis peruenerint, vt concoqui ad perfectionem non queant, deſperata ſalus eſt. Similiter dum in ſyncopali minuta iecur, vel ventriculus phlegmone laborat, mortiferaque, & Hippocratica facies apparet, in qua oculi ſunt caui, naſus acutus, aures frigidæ, tempora collapſa, & cutis frontis dura, ex Hippocratis, & Galeni ſententia malum peſtiferum eſt, dummodo ægrotantes per aluum non multum excreuerint, neque vigilauerint, nec triſtes, aut fame affecti fuerint, quia tunc minus malum eſt. Tandem ſi fiat per conſenſum à parte, magis periculoſa eſt ſyncope, ſi fiat per conſenſum a cerebro, minus ſi ab hepate, adhuc minus ſi a ventriculo. minus enim periculoſa eſt ſyncopis, quàm ſi ab aliquo trium principiorum fuerit excitata, dicebat Galenus; minus mala eſt adhuc hyſterica ſyncope, quæ ſit per conſenſum ab vtero. Quod ſi ex phlegmone alicuius ex dictis partibus exoriatur, Galeno teſte, prorſus exitioſa cenſeri debet. Si vero citra phlegmonem ſtomachicæ, vel hyſtoricæ ſyncopes fiant, magna ex parte curationem admittunt. Indicationes cum a rei natura proficiſcantur, & in definitione dictum ſit vires labi propter ſpirituum imminutionem, & eorundem repentinam aggregationem in cor; idcirco ad huius ſymptomatis cauſas oculos dirigentes, ſancimus ſcopos elici debere à ſpiritibus, à cauſis ipſos imminuentibus, a cauſis eoſdem aggregantibus, & ab ipſo corde. Horum autem, vt vnicuique patere poteſt, quædam ſunt exactè ſecundum naturam, & omnimodam conſeruationem expoſcunt, veluti ſunt ſpiritus & cor; quædam ſunt penitus præter naturam, & eradicationem expoſtulant, ſicuti ſunt cauſæ, quæ ſpiritus quoquo modo corrumpunt, atque diripiunt; quædã par

Hip. 2. aph. 41

Auic. c. de trem. cordis cis.

In lipothymia, & syncopi quid nam præsagiẽdum sit.

Gal. 5. de lo. 2.

Gal 5. de lo. c. 2. & Aui. lib. cit.

Hip. 2. ap. 4.

Gal. lib. de lo. ci.

Gal 12 me. cap 3. ante med.

Hip. 2 prog. tex 6. & 7.

Gal. in com.

& 12. met. c. 8.

Gal 12 me. c. 3.

Gal. 12. me. c 6.

Quæ nam intentiones in lipothimia & syncope sint hariendæ.

tum

Digitized by Google

tim naturales, partim præter naturam exiſtunt, & partim conſeruanda, partium corrigenda, quemadmodum ſunt cauſæ ſpiritus ad cor repente aggregantes. Hæc enim aggregatio repentina, ſi conſideretur prout ſimpliciter aggregatio eſt, vt ſic pendet à corde, & proinde à ra ſecundum naturam: cur enim eſt illud, quod quemadmodum, ex Gal. mente ſtatutum fuit, ſpiritus ad centrum mouet. ſi vero conſideretur in quantum repentina, hoc pacto cauſam redolet præter naturam, a qua cordis attractrix ad ſpiritus aggregandos præter naturam impellitur, & hæc duplex eſſe poteſt, videlicet interna, & externa. interna eſt eadem quæ ſpiritus imminuit, atque corrumpit: ob id enim ſpiritus repente & violento quodam modo à corde aggregantur, quoniam valde imminuuntur. Externa vero poteſt eſſe timor ſubitus, vehemensque, a quo cum ſit externus, & non habeat eſſe permanens, nulla ex arte deſumitur indicatio. Quare ex hoc diſcurſu maniſeſtum eſt à tribus, & non à pluribus, neque paucioribus intentiones hauriendas eſſe, nempe à ſpiritibus, a cauſis eos imminuentibus, & ab ipſo corde. Si igitur ſpiritus perpendamus, cum hi bene ſe habere dicantur, & optimè diſpoſiti, cum debitam menſuram ſeruant in quantitate, qualitate, & motu; propterea relicta qualitate, quæ ad rem non pertinet, & de qua in ſermone de palpitatione dictum eſt, debemus conſiderare quantitatem, & motum; ſiquidem propoſita fuit eorum imminutio, & concentratio, quare ratione quantitatis imminutæ, ſpiritus per ſe indicant reſtaurationem, & proinde auxilium addens, nam ex Hippoc. ſicuti medicina eſt ſubtractio rerum præter naturam, ita eſt adiectio rerum, quæ ſunt ſecundum naturam. ratione autem motus ad centrum, per ſe indicant reuulſionem ad circumferentiam. dictum fuit per ſe indicare auxilium addens, & auxilium reuellens, quoniam ex accidenti ſpiritus imminuti poſſunt indicare auxilium ſubtrahens, & imminuens, & concentrati poſſunt præſcribere præſidium ad centrum mouens. Nam ſpiritus imminuti ex ſe perpetuò indicant auxilium reſtaurans, vel addens, & quoniam ſimile nutritur ex ſimili, quemadmodum eſt apud Ariſtot. ideo indicant alimentum tenue, & vaporoſum. nam quemadmodum à ſolidis particulis (vt declarauit Gale.) indicatur ſolidum alimentum, à carnoſo genere mediocrem habens conſiſtentiam, ita à ſpiritibus tenue, & vaporoſum alimentum præſcribitur. Hoc autem alimentum cum ex duplici materia debeat eſſe conflatum aerea videlicet, & ſanguinea, propterea ſi de aerea ſermo fiat, hæc in ſpirituum corruptione, & imminutione perpetuò neceſſaria eſt, & ideo odoramenta præcipue tenuium partium ſiue calida, ſiue frigida, vt ex aromatis, & aceto prodeuntia, vt aeri maiorem exhibeant penetrationem (labefactata enim cordis diaſtole difficilius in cor attrahitur) aſſiduo commoda ſunt. materia autem ſanguinea non ſemper indicatur, quoniam ſi ſpiritus corrumpantur à nimia ſanguinis copia ſuffocante, licet per ſe ex ſanguinea materia reparentur, attamen ex accidenti, prout contingit ipſos à nimia plethora ſuffocari, indicant auxilium minuens ſanguinem, quoniam detracta nimia ſanguinis mole ſuffocante, quod reliquum eſt ſanguinis præſto eſt pro ſpiritibus renutriendis. in reliquis cauſis quamuis ſuffocantes ſint, vel etiam febrem ſyncopalem humoroſam producant, perpetuo præter portionem aeream, indicatur etiam materia ſanguinea, & proinde materia alimentalis, quæ quam citiſſimè in ſanguinis naturam abire queat, veluti ſunt vinum, contuſum, & ſimilia. At vero motus ſpirituum ad partes intimas quatenus repentinus, & quodammodo violentus ex ſe indicat auxilium reuellens, & modo magis modo minus validum, prout maiori, vel minori cum impetu retrahuntur, & pro ratione cauſæ, cuius occaſione à corde concentrantur. Verbi gratia, ſi cauſa ſit ſuffocans, indicatur auxilium reuellens validum, imo ſi ſit timor, vel nimia plethora, validiſſimum: verum ſi contingat ſpiritus concentrari, quia imminuantur ratione cauſæ euacuantis, interdum indicatur auxilium ad extra reuellens. Verbi gratia, ſi euacuatio ſit ſenſibilis, & fiat per determinatas partes, ſi fiat per partes inferiores vt per vterum, vel ſedem, indicatur auxilium reuellens, ſed partibus ſuperioribus admotum: ſi fiat per os, vel per nares, & ſummatim per partes ſuperiores, hoc reuellens auxilium debet partibus inferioribus admoueri. Sed ſi altera ex parte contingat ſpiritus exinaniri per omnes, vel ſaltem per plures corporis partes, & per ambitum totius corporis, ſiue euacuatio ſit ſenſibilis, vt in ſuperfluo ſudore; ſiue inſenſibilis, vt in inedia immodica, in nimia ſpirituum tenuitate, & bilioſorum humorum redundantia, aut nimia texturæ raritate, contingere ſolet, tunc non modo auxilium reuellens fugiẽdum eſt, quia magis poteſt cauſa ſpiritus euacuans ad prohibendum, quàm ſpirituum repentina aggregatio ad indicandum, verum etiam ab hac cauſa inaniente indicatur auxilium repellens, quod quidem habet vim refrigerandi, denſandi, incraſſandi, & ſubinde ad centrum repercutiendi. Quantum ſpectat ad cauſas ſpiritus imminuantes pro earum diuerſitate, diuerſi ſcopi erunt poſtea eliciendi, vt in ſermone de palpitatione colligere licet. Verbi gratia, ſi ſpiritus non regenerentur propter læſam facultatem, & lædatur facultas propter cordis intemperiem, per contrarium alterare oportet. ſi vitio obiecti, & vitium ſit in quanto, indicatur probum alimentum. Si ſit in quali, quia corpus ſcateat vitioſis humoribus, & hi crudi ſint, & pituitoſi, vt in bulimo, & in febre ſyncopali humoroſa euenire ſolet, exhibenda ea, quæ naturæ concoctionem adiuuare poſſunt: humores adæquando, & impedimenta remouendo, attenuando, digerendo, & calefaciendo. Si ſpiritus regenerati corrumpantur per præuiam alterationem, & alteratio fiat à cauſa venefica, hæc requirit auxilium bezaarticum, hoc eſt venenis aduerſarium, modo alexiterium, modo alexipharmacum, pro cauſæ veneficæ diuerſitate, ſed ſemper cordi amicum, & familiare, quia ſemper læditur cor, ſi vero corrumpantur citra præuiam alterationem, ſi id accidat ratione cauſæ ſuffocantis, ſi ſit materia copioſa, indicat auxilium minuens; dolor autem indicat auxilium obtundens ſenſum; fluxus auxilium aſtringens, & ſic de cæteris euacuantibus ſtatuendum, & de texturæ raritate, quæ indicat auxilium denſans. Denique ſunt

Ariſt. 2. de generatione.
Gal. 1 1. me. c. 3.

præſidia, quæ capiuntur à corde tanquam ab affecta parte: nam cor ſemper læditur in hoc malo, vel per eſſentiam, vel per conſenſum, vt dictum eſt. cor autem ſui conſeruationem, & proinde ſibi ſimilia exigit, quæ ſiue indicentur, vt dum ratione temperaturæ, & cordis caloris vtimur moderate adſtringentibus, vt calor roboretur, & non ita facile diſſoluatur: ſiue requirantur, veluti dum gratia occultæ nobis proportionis, à qua tum pulſatilis, tum cæteræ omnes cordis proprietates emergunt, vtimur auxilijs non ratione, ſed experimento cordi ſimilibus comprobatis, quæ cordialia ab auctoribus vocantur: de his in ſuperiori capite mentionem fecimus, & ideo non ſunt inaniter repetenda. Quantum attinet ad præſidiorum iam propoſitorum materias, ijs prætermiſſis, quæ diriguntur ad pulſationem paulatim imminutam (nam hæ ex traditis in ſecundo libro, & potiſſimum in cura intemperiei frigidæ colligi poſſunt) animaduertendum nos in præſentia eſſe acturos, præſertim de curatione ſyncopis, & proinde de materia medicinali, quæ reſpicit ſyncopem præſentem; nec non etiam de præſeruatione, & proinde de præſidiorum materijs, quæ reſpiciunt ſyncopem imminentem, ſed non quocunque modo, ſed in proximum imminentem, &, niſi occurramus, cito futuram. dum autem periculum eſt ne ſyncope reuertatur, ſed non proxime, & malum ita præbet inducias, vt regulari præſeruatione vti liceat, de hac præſeruatione nõ eſt loquendũ, quia patet ex his, quæ in ſuperiori capite de cura palpitationis dicta ſunt. quare dum loquemur de curatione, ea remedia proponenda erunt, quæ potiſſimum reſpiciunt ſpiritus imminutos, & violenter aggregatos. dum autem loquemur de præſeruatione non dum materias præſidiorum, quæ reſpiciunt ſpirituum cõſeruationem, verum etiam cauſas, quæ adhuc validè permanentes ſpiritus actu, & inſigniter imminuunt, in medium afferemus. Remedia vero, quæ diriguntur ad cor, & cordialia vocantur, in cura palpitationis ſunt petenda. Si igitur de materia chirurgica ſermo fiat. Quantum attinet ad venæ ſectionem, ſi ſyncope promoueatur à nimia plethora ſuffocante, ſiue ſanguis ſit ſimpliciter copioſus, ſiue etiam prauus, qualis redundare ſolet dum menſes ſunt ſuppreſſi, & vi ſuppreſſionis malum oriatur, oportet, etiam ſi ſint in acceſſione, venam ſecare; adeſt enim non modo graue, verum etiam grauiſſimum ſanguinis peccatum; quia actu malum vehementiſſimum nimia mole producit, & ſanguis ex ſe ſpirituoſus eſt, licet ex accidenti ſpiritus à nimia copia obruantur, vt ſupra dictum fuit; & vt colligitur ex Gal. 4. de vic. 28. ſpiritus, quia ſani in hoc caſu ſunt, difficillime, per venæ ſectionem egrediuntur. Gal. vero aperiebat baſilicam. Sed ſi plenitudo ex ſuppreſſis menſibus ſit exorta, ſaphena aperienda erit, ſi ſuppreſſæ fuerint hemorrhoides, venæ [illegible] inferiorum ſimiliter erunt referendæ. Quantum vero ſpectat ad cucurbitulas ſi fiat ſyncope à cauſa ſenſibiliter euacuante, & ex fluxu aliquo materiæ, ſed per determinatas partes ex Gal. in ſyncope ex fluxu ſanguinis narium applicandæ cucurbitulæ non ſcarificatæ hipochõdrijs, dextero nempe, dum fluit ex nare dextra; ſiniſtro autem dum fluit ex ſiniſtra: in ſyncope vero ex immoderato fluxu menſium applicandæ ſub mammis. quia hoc pacto reſpicimus reuulſionem tum materiæ fluentis, tum ſpirituum, qui ad intimas partes feruntur. Vnde iſdem de cauſis probantur etiam vehementes frictiones, & ligaturæ. Et ideo etiam in ſyncope ex immoderato aluí fluxu ex Gal. ſententia vtendum frictionibus & ligaturis ſupernarum partium; infernarum vero in vomitu immoderato. Iiſdem remedijs nempe cucurbitulis, frictionibus, & ligaturis multo magis vtendum eſt, dum actu adeſt ſyncope ratione cauſæ ſuffocantis, quæcunque ſit, vt ſpiritus, & materiæ, quæ retrahuntur ad intimas partes, ad externas reuocentur. Et ſi cauſa ſuffocans fuerit ingens dolor, hæc omnia reuulſionis gratia in partibus oppoſitis adminiſtranda. Ad hæc, dum actu adeſt ſyncope, præter ea, quæ dicta ſunt, oportet trahere naſum, capillos, & barbam, & alta voce proprium nomen vocare, & os vi aperire, & aliquid quod ſternutatem excitet, vt verbi gratia ſal, vel aliquid aromatis in illud immittere. Contra vero ſi euacuatio fiat per omnes corporis partes, & per ambitum totius corporis, ſiue ſit ſenſibilis, vt immoderatus ſudor, ſiue inſenſibilis, vt in ſpirituum tenuitate, habitus raritate, & bilioſorum humorum nimia tenuitate, omnia ſuperius relata fugienda ſunt, & vtendum flabellationibus, frigidæ inſperſionibus, & id genus alijs, quia magis poteſt cauſa euacuans per omnes corporis partes ad indicandum adſtringentia, & repercutientia, quam ſpirituum motus ad centrum ad indicandum reuellentia. Vbi autem adſtringentia primo fuerint adminiſtrata, & horum virtute euacuatio ſuppreſſa, ſi non reuertantur, tunc licet aliquo pacto, & vociferationibus, & trahendo capillos, ſpiritus ad exteriores partes reuellere. Hunc ordinem in remedijs adminiſtrandis inſinuauit Gal. ſic inquiens. Quæ vero ex nimio calore accidunt, ijs quæ refrigerandi, & roborandi vim habent, curanda ſunt. hæc vero maxime eueniunt ijs, qui in aere ſuffocante, aut balneo commorantur; ſtatim igitur ipſos corroborabis ſi aqua frigida ſparſeris, & flabellaueris ad ventum conuerſos, & os ventriculi perfricueris, atque agitaueris, ac poſtmodum vino, ciboque reſeceris. Idem prorſus dicendum de ſyncope quæ ex nimia inedia, & fame naturali fuerit excitata, nam frictiones, & ligaturæ omnino fugiendæ, quia (vbi fames laborandum non eſt) dicebat Hipp. ſed magis expedit ambitum totius corporis ventilationibus refrigerare, ad hoc vt alimentum & corpus non ita diſſoluatur. Quantum ſpectat ad medicamenta ex Gal. ſententia ſemper optimis odoribus vti expedit, quoniam vt ſupra dictum fuit, ſpiritus imminuti ex duplici materia, aerea videlicet, & ſanguine, ſed potiſſimum vaporoſa reficiẽdi ſunt, ideo vbi ſolummodo deficiunt ſpiritus, non autem humores, quemadmodum accidit in virium exolutione, quæ fit ab immoderatis animæ affectibus, Gal. contentus fuit ſolis odoribus, quia in his non deficiunt humores, propterea dicebat; Si vero ob triſtitiam, aut gaudium, aut timorem, aut iram exoluantur, odoribus, & narium apprehenſionibus ſunt reuocandi, cogendique ad vomitum: addit autem cogendos eſſe ad vomitum, quia in ira, in timore & alijs affectibus, humores excrementitij, & præſertim bilioſi, & tenues ad ventriculum effundi ſolent.

Si ve-

Lipothymiæ & ſyncopis curatio.

Gal. 4. de ra. vic. com. 24. & 25. & 28

Galen. 1. ad Glau. c. 14.

Materia chirurgica.

Hip. 2. aph. 16.

Galen. 1. ad Glau. 14. cir. fin.

Medicaméta quę viriũ exolutionem & præſentem & imminẽtem reſpiciũt.

Digitized by Google

Si vero præter ſpirituum inanitionem, contenta quoque inaniantur, vt in ſuperfluis euacuationibus fieri ſolet, præter odores, qui diriguntur ad impetentia, & ad materiam ſpirituoſam, vtendum etiam his, quæ contenta, & humores exinanitos reſtaurare poſſunt. Ideo dicebat Gal. confeſtim quidem hi optimis odoribus fouendi ſunt, paulo poſt autem ſorbitionibus concoqui facilibus ſunt reficiendi. Odoribus pariter de quibus dictum eſt. & eodem modo, qui ex vulneribus, aut purgationibus, aut doloribus, qui in articulis, neruis, muſculorum tendonibus eueniunt, exoluuntur, ſtatim ſunt reuocandi: poſtmodum uero conueniens paſſioni curatio eſt afferenda. quod ſi dolor colum inteſtinum, aut ileum infeſtet, præter ea, quæ dicta ſunt, odores videlicet, & frictiones extremorum, loca dolentia, vt inquit Galen. concalefacienda erunt. Ex quibus colligimus ne dum in cauſa euacuante, verum etiam in ſuffocante odoribus occurrendum eſſe: ſi enim in exolutione propter nimium timorem his vtitur Galen. ergo in reliquis eiuſdem generis cauſis non erunt inutiles. hi autem ſint diuerſæ qualitatis pro cauſæ diuerſitate. Verbi gratia in ſyncope ex cauſa calida, & euacuante laudatur aqua permixta cum aceto, cum omphacio, ita laudatur ſuccus citri, arancij. & his aſpergenda facies ægrotantis, & etiam intra os debent immitti, & oris partes irrigandæ. Inſuper Galen. præcipit in ſyncopali minuta, eſſe inungendos aſtrictorijs vnguentis. contra in ſyncope à cauſa frigida nares, & partes oris obliniantur vino aromatico (dummodo dolor capitis non infeſtet) vel conſimili. In ſyncope autem ex fame ſiue naturali, ſiue præter naturam, vt in bulimo, mirificè conducunt odores alimentales; ex alimentis videlicet, vt ex carnibus aſſis prodeuntes. Quod ſi nonnunquam in ſyncope hiſterica vtimur fœtidis odoribus, tunc non ad ſpiritus, ſed ad cauſam ipſos corrumpentem, vteri videlicet ad ſuperiora retractionem, oculos dirigimus, vt in ſermone de vitijs vteri dictum fuit. In ſyncope vero ex immodica ſuffocatione & nimia ſpirituum concentratione, præter frictiones & ligaturas, & alia omnia, quæ ſuere propoſita, expedit intra os immittere Theriacam, vel aromata, vel etiam ſal, vt facultas veluti obdormiens excitetur. ita proficua ſunt ſternutatoria ex ſucco maioranæ, nigella, naſturtio, & dum vrget neceſſitas elaterio cum lacte. quod ſi non poſſint haberi prima vice, expedit vti turunda ex ſapone cum ſale, vel pipere inſperſa, & in nares immiſſa, & ſi non ſternutent, nec reſtituantur, & nullum adſit vitium in meatu olfactorio, deſperata res eſt. Quod ſi fuerimus in præſeruatione, varia adminiſtranda ſunt pro diſcrimine cauſarum. Verbi gratia ſi fiat ex vaporibus febris peſtilentis, occurrendum febri, electuarijs, & epithematibus cordialib. exſiccantibus, aperientibus, & refrigerantibus. Si immineat ſyncope ex materia biliosa ventriculum occupante, dandum uomitorium, ſi ſit pronus ad illud, ex aqua tepida; vel hydrelæo. Vel detur leniens, quod protrudat materiam ad inferias partes, & ventriculum roboret accipiendo gratia exempli ſyr. roſ. ſolut. mannæ electæ ana vnc. 1. & ſem. decoctionis (quia citius paratur) drach. 3. tamarindorum quantum ſatis ſit. Sed ſi lipothymia oris ventriculi imbecillitatem ſequatur, curationem tradit Gal. 1. ad Glauc. 14. Si autem immineat ex ſuccis crudis, & ſuperfluitatibus pituitoſis, occurrendum frictionibus, & ligaturis, & ſi non ita ſtatim immineat, laudantur ſpecies hieræ, mel roſ. ſol. licet uti clyſterijs, deinde ſunt ſirupi calefacientes ad materiam frigidam, vt de corticibus citri, de ſtœchade, cum decocto meliſſæ, betonicæ, hyſſopi, ſampſuchi, & propterea Galen. loquens de febre ſyncopali humoroſa, dicebat. Ad eundem modum & medicamenta quæcunque ſaltem ſumere febricitans homo poteſt, extenuantia, calefacientiaque ſunt afferenda. Sirupi refrigerantes ſunt ſirupus de ſucco acetoſæ, de boragine, de pomis, de ſeminibus raphani. quæ omnia ſunt cordialia. licet etiam cum Auicen. vt præſeruemus uti purgantibus, ſed minoribus, & ſemper miſcenda theriacalia, ut aromata, ſtœchas, meliſſa. Verbi gratia ratione ſucci melancholici, Recipe epithymi drac. 2. & ſem. fol. ſennæ drac. 2. paſſularum dulciũ drac. 3. ging. macis, gariof. ana ſcrop. ſem. decocti borag. & meliſſæ q. ſuf. fiat infuſio per tempus debitum, & cæt. & deinde Adde mellis roſ. ſol. vnc. 2. dragtidij (ut ſit ſtimulus cæterorum, & diu non permaneant in uentriculo) gra. 5. m. f. potio breuis. In materia pituitoſa non eſt relinquendum agaricum (eſt enim cordiale) cum cinamomo correctum. Facta purgatione vtendum corroborantibus cor. unde ſi uitium fuerit calidum, cor extrinſecus fouendum cum aqua roſata, acetoſæ, uiolata, endiuiæ, & ratione penetrationis addatur acetum roſatum: ſunt etiam inunctiones ex unguento ſandalino, vel ſimili. Intrinſecus laudatur ſaccharum roſatum, uiolatum, ſirupus de pomis, electuarium de gemmis, conſerua acetoſæ. ſi vero uitium ſit frigidum, probantur magnæ confectiones. & reliqua in curatione frigidi tremoris ſuperius in palpitatione propoſita, vnde Galen. lib. de Ther. ad Piſ. c. 13. & de vſu Ther. ad Pamphil. ait Ther. cardiacos animam pene agentes veluti à morte ad vitam reuocaſſe. Poſtremo ſi de victus ratione ſermo fiat, Aer ab omnibus inquinamentis puriſſimus ſit, & cum cordialibus alteratus, & ſi immineat ſyncope ex cauſa ſuffocante, ſit temperatus; ſi autem immineat ex cauſa euacuante, ſit frigidus aſtringens, vitium capreolis, roſis, myrtis, cydonijs alteratus, ſi vero ſint in acceſſione, aer potius ad frigidum vergat. vnde Galen. in ſyncope ex ſudore iubet, vt domus eligatur ventis obuia, & alteretur aer refrigerantibus, & denſantibus propoſitis. Quo ad cibum, ſi immineat ſyncope, pro diuerſitate cauſarum diuerſus inſtituendus cibus, exempli cauſa, ſi immineat à cauſa venefica, vtpote in febre peſtilenti, exhibenda aqua carnis alterata cum acetoſa, quinquefolio, cum auro, margaritis, & alijs, de quibus loquendum in ſermone de febre peſtilenti: ſimiliter imminente ſyncope à cauſa inaniente & euacuante, laudatur ab Auic. aqua carnis deſtillata, quæ, vt inquit ipſe, eſt fortioris nutrimenti, quam ſit nimium, & vt ſit etiam auxilium craſſefaciens, poteſt addi in hoc caſu carni caponis malum punicum. Galen. ſimiliter loquens de ſyncopali minuta, dicebat: Tum cibi ijs dandi, qui

Marginal notes: Gal. lib. cit. — Gal. 12. me. 6. — Gal. 12 me. c. 6. in fin. — In virium exolutione tũ præſente, tum imminente, quænã victus ratio ſit expediens. — Gal. 7. in 6. epid. 13. — Galen 1. ad Glau. c. 14. — Gal. 10. me. cap 3. — Gal 12. me. cap. 6.

*Ga. 12. met. c. 5. in fin.*

qui non admodum prompte diffluant, non aqua mulſa, non ptiſanæ cremor, ſed panis; & ſorbitio ex alica, & fructus auſteri, & qui non facile corrumpantur, & quæ ſequuntur, contra in ſyncopali humoroſa, dicebat: Porrò exhiberi his oportebit non copioſe ſemel, nec quæ craſſa frigidave poteſtate nutrimenta ſint, ſed quæ ex genere extenuantiũ, calefacientiumq; ſint. idem de reliquis cauſis dicendum eſt. Quod ſi ſyncope ſit in actu, occurendum potius

*De vini exhibitione.*

*Gal. 2. aph. 18.*
*Galen. 1 ad Glauc c. 14.*
*Gal. 12 me. cap. 3. circa med.*

potu, quam cibo, quia maſticare nequeunt. inter potiones autem nulla præſtantior vino, propter cauſas ſuperius allatas, excogitari poteſt: vt enim ait Galenus celerrime. & maxime conſertim alit. quo tamen, ne patientes detrimentum aliquod ſuſcipiant, omni cum cautela, vtendum eſt. Quare ſi primo immineat ſyncope ex ſuffocatione, & propter materiam copioſam, vinum ex Gal. exhibendum non eſt, cum potius adimere, quam addere ſit conueniens. Si vero immineat propter crudorum ſijcentum copiam, & virtus non ſit imbecilla, à vino abſtinendum eſt. nam magis poteſt materiæ cruditas ad prohibendum, quam virtus ad indicandum, at ſi vires ſint imbecillæ, ne prorſus collabantur, vinum eſt exhibendum, dummodo nec ventriculus, nec iecur phlegmone laboret. Hæc ſunt Gal. verba memoratu digna, dum loquẽs de ſyncopali humoroſa, ſic ait. Si maior iuſto ſuperfluorum impetus ad aluum cietur, principio quidem percoquere mulſam amplius oportebit, ea namque ſicut minus aluum ſubducit, ita magis nutrit. poſt hæc ſi ſuperuacua largius deſcendant, nec ſic quidem ſiſtenda, ſed

*Gal loc cit.*

dandus pro aqua mulſa piſanæ cremor, Si vero fluere pergant alicæ ſorbitione nutries, pulſuum interim ratione obſeruata, aliquando enim ſubito ad imbecillitatem, vel inæqualitatẽ, vel paruitatem mutantur, quo tempore panem ex vino diluto exhibere conueniet, vtique ſi nec ventriculus, nec iecur phlegmone laboret; quando, ſi hæc infeſtentur corpore crudis ſuccis referto, plane deſperata ſalus eſt, pulſibus ſic mutatis.

Quod ſi immineat viriũ exolutio propter cauſam euacuantem, conſiderandum an adſit febris nec ne, & ſi connectitur febris, oportet perpendere an acceſſio febrilis iã immineat, & ſit proxima, vel remota: ſi acceſſio ſit proxima, & immineat lipothymia, non eſt exhibendum

*Ga. 10 met. cap. 3.*

vinum: ſi immineat ſyncope, concedendum eſt, quia tunc magis poteſt uirtus valde imbecilla ad indicandum, quam febris ad prohibendum. Vnde Galen. in iuuene illo, vt virtus noxam illam, nempe ſyncopem, ſuſtinere poſſet, non modo dabat uinum, ſed concedebat cum pane, vel alica, vel farre, vt hæreret ſubſtantiæ non ita diſſipabili. Quod ſi acceſſio non ita ſit proxima, ex Galen. vinum exhibendum eſt (nam febris parum poteſt in hoc caſu ad prohibendum) ſed oligophorum, ſeum; yphatum. Si autem non ſit periculum de febre, vinum præbere oportet. Et ſi immineat ex ſudore, vel ſimili cauſa, detur actu frigidum, ſi ex fluxu ſanguinis, ſit auſterum, & aſtringens. Quod ſi altera ex parte ſyncopis in actu conſiſtat, ſi fiat ex nimia plethora, non eſt exhibendũ vinũ, quia virtus à nimia copia ſuffocatur. Ad hæc ſi æger detineatur pleuritide, vel angina, vel pneumonia, vel aliqua alia viſceris præſtãtis inflãmatione, & inflãmatio, ſeu phlegmone ſit in principio, vel augumẽto uinũ dẽt euitari. præſertim quia loco ipſius poſſumus exhibere aquam carnis, quæ ex Auic. magis nutrit quam uinũ, & vt velocis ſit iuuamenti, & celerrime nutriat, immiſcendum aliquid aceti vel ſucci citri, & idem obſeruandum in febre maligna, & peſtilenti, in qua quantum fieri poteſt, vinum fugiendum eſt. In reliquis caſibus, vt colligimus ex Galen. dum loquitur de febre ſyncopali,

*Vini qualit. & condit.*

*Ga. 12 met. c. 3. in fin.*

ſiue minuta, ſiue humoroſa, ſemper vinum præbere conueniet. Tandem quantum ſpectat ad uini qualitatem, conditionesq; Galen. vniuerſaliter præcipit in qualibet ſyncope vtendum eſſe vino, quod celerem in corpus digeſtionem adiuuet. ideo loquens de ſyncopali humoroſa ita ſcribebat. Si autem ad eos, quos ſyncope iam premit, ſis accitus, ſi ea, quæ retuli loca phlegmone vacent, panem exbibebis non multum, huncq; ex vino aliquo, quod celerem in corpus digeſtionem adiuuet; & ſi æſtas ſit, & regio naturaliter calens, & æſtuans, aut ſtatus cœli vehementer calidus, cum frigida vinum dabis. ſi nihil eiuſmodi ſit, cum calida. Quæ tamen ſecundo & tertio dabitur potio, omnino calidam exbibendam curabis. Quippe ad vniuerſam curationem, cuius gratia frictiones adhibuimus, calidum præſtat, vtpote crudorum

*Ga. 12. met. c. 2. in fin.*

ſuccorum concoctionem adiuuans. deinde loquens de ſyncope ex materia bilioſa, ſic inquit.

*Ga. 12 met. c. 4. in prin.*

At quibus ex flaua bili, quæ os ventriculi infeſtet ſyncope incidit, ijs frigida exhibenda potio eſt, vinum tamen quod & calidum natura ſit, & deductionem in corpus promoueat, omnibus quos ſyncope male habet, offerre conueniet; diſtribui nanque per corpus nutrimentum, quod ſumptum eſt, non in uentre manere uolumus. conſtat autem ex vinis ea deligenda eſſe, quæ & flauo ſint colore, & ſubſtantia tenui, & ætate vetera: talia nimirum & boni odoris continuo fuerint. cæterum amara præ uetuſtate cauenda, præſertim in his, quorum ſtomachum lædunt, commodiſſima igitur his uina ſunt, quæ cum naturaliter auſtera ſint, ſenſilem iam aſtringendi uim propter uetuſtatem non amplius exhibent; calorem tamen admodum euidentem habent: omnia enim quæ requirimus, in ijs, quorum ſtomachus amara bili uexatur, efficient, cum & iucunde ſumantur, tum ad concoctionem, tum ad digeſtionem in corpus etiam faciant, & ſucci uitium mitigent, & corporis habitum excalfaciant, & ſtomachum ipſum firment, & paulo poſt, Quibus tamen ex crudis humoribus ſyncopes periculum imminet ſane Falernum tanto iam memoratis præſtat, quanto tum melioris eſt ſucci, tum etiam calidius, vt pote, quod & uelocius illis per corpus digeretur, & crudis ſuccis concoquendis auxilio erit, & circa finem capitis ait, Auſtera uina uentriculum robotant, caputque inter omnia minime tentant. cæterum digeſtionem in corpus non promouent, quo magis fugienda in ſyncope preheoſis ſunt, non ſecus quam aqua. & paulo infra, In penuria uero uini, quod accommodum utrique ſyncopæ ſit, fugere oportebit omnia tum auſtera, tum noua, itemq; craſſa;

*Ga. 12 met. c. 5. in fin.*

deligere veru aquoſa, magisq; ſi ſint antiqua: talia nanque & ſi non valenter excalfaciant, tamen facile in omne corpus deducuntur. Deinde reſpiciens Diuinus vir ad materiæ cruditatẽ,

loquens

loquens de ſyncopali humoroſa, dicebat. His & aquoſum vinum idoneum ab initio ſtatim eſt, dummodo vehementer non febricitent, quod haud ſanè frequenter in hoc affectu fieri aſſolet; magisq; ſi qui laborant ſenes ſint præbendum ijs. & innuens tempus particulare, ſubiungit. poſt quamque cibationem vinum eſt præbendum. & in ſequenti capite loquens de ſyncopali minuta, ſic ait: Vinum vero ijs aquoſum neceſſarium inter initia eſt, ſumptum poſt cibum. Quare ſæpiſſime eandem ſententiam repetens ſemper proponit velocem in corpus nutrimenti deductionem, vt, præter cætera, tria potiſſimum reſpiceret: nempe velociſſimam nutritionem, ſpirituumq; deficientium reparationem, ventriculi roborationem, & ipſius ab excrementis expurgationem (nam ipſe tum propter ſitum, & vicinitatem, tum propter colligantiam merito neruorum, cordi proprias noxas facillime impertire ſolet) nec non ſpirituum qui repente in cor aggregantur (vt in definitione dictum eſt) ad totius corporis ambitum propulſionem. Et hæc de capitis ceruicis thoraciſq; præter naturam affectibus, necnon de virtutibus, & vitijs cordis, ad laudem, & gloriam ſummæ Virtutis dicta ſint. Cap. 6. cir. fin.

# Finis Primi Libri.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google